II

WBP
Opole

2539 st.

1752. c MO fc

HADRIANUS RELANDUS
ÆTAT. LXXXVI.
Lynthea Pierii reconnexi tempora serto,
Formarique novis Cygnus imaginibus:
Hac meus impressae Relandrus imagine chartae
In toto cuiris orbe videndus erit:
Nomen Erythraeis quod Eos per antra Lapillis
Nec inibrate noterit numina Naiades.
Franciscus Hesselius.

HADRIANI RELANDI
PALAESTINA
ex
MONVMENTIS
VETERIBVS
ILLVSTRATA
TANTVM AEVI
LONGINQVA VALET
MVTARE VETVSTA
Puschnerus

HADRIANI RELANDI

PALAESTINA,

EX

MONUMENTIS

VETERIBUS

ILLUSTRATA,

IN TRES LIBROS DISTRIBUTA,

TABULIS GEOGRAPHICIS NECESSARIIS,

IISQUE ACCURATIS EXORNATA, ET A MULTIS INSUPER, QUAE IN PRIMAM EDITIONEM IRREPSERANT, MENDIS PURGATA.

Cum privilegiis S. Caes. Majestatis, Regis Poloniarum & Saxoniae Electoris.

NORIMBERGAE,
apud PETRUM CONRADUM MONATHUM.
M. D. CC. XVI.

K 272/78 Stor

CAROLUS Sextus, Divinâ Favente Clementiâ electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hispaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, &c. Agnoscimus & notum facimus, tenore præsentium Universis, postquam nobis noster sacrique Imperii fidelis dilectus Petrus Conradus Monath, Civis & Bibliopola Norimbergensis, humillimè exposuit, se Hadriani Relandi Palaestinam ex monumentis veteribus illustratam, in quarto, prælo committere statuisse, veteri autem, nè alii etiam Typographi lucri causâ hanc editionem cum suo non levi detrimento æmulentur, ideóque Nos supplex exoravit, ut hac in parte indemnitati suæ per Privilegium Nostrum Cæsareum clementer providere dignaremur; Nos submississimis ejus precibus benignè annuentes, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegis, aliisque quibuscunque librariam negotiationem exercentibus, firmiter inhibemus & vetamus, ne quispiam prædictam Palaestinam, per quinquennium à die editionis computandum, intra Sacri Romani Imperii Regnorumque & Dominiorum Nostrorum hæreditariorum fines, simili aut aliô Typô vel formâ, sive in toto sive in parte recudere, vel aliò recudendam dare, alibivê impressam apportare vel vendere, sine memorati impetrantis, ejusve hæredum expressa licentia præsumat. Si quis verò Privilegium & interdictum hoc Nostrum Cæsareum violare, aut transgredi ausus fuerit, eum non modò ejusmodi Exemplaribus, perperam quippè recusis & adductis, atque à præfato Monath ubicunque locorum vindicandis, privandum, sed etiam pœna quinque marcarum auri puri fisco, seu Ærario Nostro

Imperiali, & parti læsæ ex æquo pendendâ, irremissibiliter decernimus multandum, dummodò tamen hujus Privilegii tenor, pro publica notitia atque cautela, in fronte hujus operis expressus exhibeatur, simul ac quinque Exemplaria ad arcanam Nostram Cancellariam Imperialem aulicam transmittantur. Mandamus proinde Universis & singulis Nostris ac Sacri Imperii, Regnorumque & Dominiorum Nostrorum hæreditariorum subditis & fidelibus dilectis, cujuscunque Statûs, Gradûs, Ordinis, Conditionis, aut Dignitatis existant, præsertim vero Magistratibus tam Ecclesiasticis quàm Sæcularibus, nè quemquam huic Nostro Privilegio Cæsareo impunè contravenire patiantur, quin potiùs transgressores præscriptis pœnis plecti curent, quatenus & ipsi eandem multam evitare voluerint. Harum testimoniô literarum Sigilli Nostri Cæsarei appressione munitarum, quæ dabantur in Civitate Nostra Viennæ, decimâ Septimâ Augusti, Anno millesimo septingentesimô decimô quintô, Regnorum Nostrorum Romani quartô, Hispanicorum duodecimo, Hungarici & Bohemici verò quintô.

Carolus.

Fridericus Carolus Comes
de Schônborn.

Ad Mandatum Sacræ Cæsareæ
Majestatis proprium

Petrus Josephus Dolberg m. pr.

L. S.

HADRIANUS RELANDUS.

DE tabulis geographicis, quas huic operi insertas vides, quamvis aliqua notaverim in limine libri secundi & alibi, supersunt tamen nonnulla ad commemorandum necessaria, ut intelligas, qua auctoritate positura locorum fulciatur. Nolui consuetudinem sequi, quae increbuit, & mappam aliquam vulgatam, cujusmodicunque fuerit, correctam hic illic in conspectum hominum denuo proferre: sed quum mihi in universo hoc argumento nihil fuerit antiquius, quam certa secernere ab incertis, omnes tabulas juxta aestimare & veluti dubias atque ambiguas negligere, ido-

idoneum visum fuit, atque ab ipsis carceribus justo itinere viam illam conficere, quam ingrediendum est, si quis feliciter in hoc stadio voluerit decurrere. Ex veterum itaque scriptis collegi, quæcunque ad situm locorum & intervalla facere videbantur; inprimis quae per miliaria Romana aut stadia, quae ad miliaria redegi, erant digesta; qualia multa extant in scriptis Josephi, Eusebii, Hieronymi, itinerariis Romanis, & aliis monumentis: eaque tantum non omnia libro singulari, operis hujus secundo, comprehendi. Haec effecerunt, ut a dato puncto quocunque, si more Mathematicorum loqui liceat, veluti ab Hierosolymis, linea ducta, verbi gratia, duodecim miliarium versus septentrionem locaverim Bethel, nixus auctoritate Eusebii & aliorum. Sic Jerichunta miliaribus octo & decem removi ortum versus ab Hierosolymis, quod hoc intervallum in veteri itinerario,

rario, conscripto anno aerae Christianae 333. Dalmatico & Zenophilo Coss. ei detur, & stadia huic spatio a Josepho tributa cum illo conveniant. Ad summam, ne agam de singulis, duxi lineas quaquaversum, secutus veterum auctoritatem. Quod si ipsi in adsignandis locorum intervallis in diversa abeant, disquisivi, quis alteri videatur praeferendus, aut qua ratione conciliari queant. Hinc nata est mappa inserta pag. 313. in qua videre est, cur locis illum, quem habent situm, tribuerim: cui quidem mappae confirmandae atque illustrandae totus fere liber secundus destinatus est. Inprimis autem & hoc velim attendi in illa tabula, aut si quae ab aliis viris doctis & ad imitationem hujus nostri instituti formabuntur (istum enim certe fructum nos consecuturos speramus, ut hoc conatu nostro excitetur aliorum industria, quodque ipsi a nobis praestitum non viderint, aliquando perficiant) unum intervallum

 ab

ab altero confirmari, id eſt, vix mutari poſſe aut labefactari ſitum unius loci, niſi plurimum ſimul labefactetur, in illis videlicet, quae in angulis trianguli aut quadranguli locantur. Si enim una linea minor fit, & intervallum brevius, non poſſunt non reliquae loco moveri aut mutari, atque adeo turbari plurimum locorum ſitus.

Litora digeſſi, ad intervalla promontoriorum, quae hodie in illo eſſe dicuntur, maxime attendens: nec potui aliter, quod in veterum ſcriptis nihil certi de illis reperierim. Sed neque ea de re adeo fui ſolicitus, quod plerique recentiorum in directione litoris Palaeſtini ſeptentrionem verſus fere conſentiant. Hac parte illuſtrari Palaeſtina hoc ipſo tempore poteſt, ſi quis ſcientia diſciplinarum Mathematicarum inſtructus illud litus perluſtret & deſcribat, notata diligenter latitudine locorum; cujus rei ſpem mihi nuper fecit lumen & ornamentum Galliarum, Johannes Paulus Bigno-

Bignonius, quo ſoſpite metuendum non eſt, ne bonis artibus & diſciplinis tutela deſit atque praeſidium.

Montes & campos accurate diſtinguere ſtudui, quod inde locorum ſitus plurimum dependeat. Sacer codex ipſe nobis praeivit, urbes tractus montani ſigillatim recenſendo, ſigillatim campeſtres. Quumque in Palaeſtina campi ſint inſignes, quales μέγα πεδίον ad utramque Jordanis ripam, campus Esdrelôn, campi Sarone & Sephelae ad litus maris mediterranei, omnino oportebat in mappis Palaeſtinae ſingula haec accuratius oculis exhibita fuiſſe, nec montes & valles per univerſam Palaeſtinam temere ſparſos, quod plurimi fecerunt. De fluminibus nihil dicam, quae timide inſcripſi chartae, quoniam apud veteres non reperi ductum alvei, quo labuntur a fontibus ſuis verſus alios amnes aut maria. Si urbes certo loco conſtitutas novi, quas alluunt, aut propter quas oſtium habent, juxta illas deſcripſi flumina: & quae porro mihi

mihi cognita erant de cursu eorum, in ipso opere notavi. Nolim enim, ullam fidem haberi tabulis meis, nisi auctoritate veterum firmentur: atque uti ipse mappas a plurimis viris doctis hactenus divulgatas nullius facio, nisi ipsi aperiant, cur illo & non alio loco urbem aliquam collocent, nec unquam sola auctoritate clarorum nominum me abripi patior, ut sententiam aliquam, quaecunque tandem illa sit, amplectar, ita vicissim ipse alios nolo meas mappas sequi, nisi iis constet, veterum scriptorum testimonia, quae adduxi, talia esse, quae doceant, non temere esse a me digesta locorum Palaestinarum intervalla.

Quod si in omnibus certum mihi & verum assequi non contigit, & adhibita quamlibet industria multa incerta & dubia supersunt (quod non nego) scias velim, id mihi longe aegrius accidere, quam ulli lectorum. Sed neque spes est, fore, ut situs omnium urbium & locorum veteris Palaestinae ita describatur unquam, qualis olim fuit. Litora

& cursus fluminum, & pauca admodum loca, quae nunc supersunt, possent certo loco disponi, si quis in ipsa Palaestina instructus praesidiis idoneis hoc ageret. Sed quis ignorat, vix concedi potestatem lustrandi locorum, per ipsos terrae incolas Mohammedanos, & a praedonibus Arabicis vias publicas obsideri, sic ut vitae discrimen ei immineat, qui hoc tentaret? At finge, id esse praestitum; quot urbes perierunt, de quarum situ nihil hodie sciri potest a diligentissimo ruspatore? Excipe Hierosolymas, Bethlechemum, Chebronem, Gazam, Ascalonem, Joppen, Sichemum, Nazaretham, & Ptolemaida; Tyrum & Sidonem atque unam alteramve adde, ubi obsecro rudera, ubi signa sunt urbium ceterarum? Frustra erunt accuratissima astrolabia aut quadrantes Astronomici in eruendo urbium situ, quarum nulla vestigia inveniuntur. Ad veteres ergo confugiendum est, ex quibus plus hauriri potest, quam itinerariis & observationibus omnium recentio-

rum; praecipue quum intervalla per lapides miliares a Romanis publica auctoritate definita ſint. Sola ſcripta Joſephi, Euſebii, & Hieronymi declarabunt ſitum locorum, quae plurima nunc deleta, ipſorum aetate ſupererant; ita ut in hoc argumento nihil ad manus noſtras pervenerit praeſtantius. His niti aliquem oportet, qui certi quicquam de ſitu locorum Palaeſtinorum tradet. Hos ego ſequi in animum induxi, & enixe operam dedi, ut veterum teſtimoniis mappae meae congruerent, non adeo moratus recentiores. Si quid ab illis certi proditum eſt memoriae ſuper hoc argumento, ſedulo adnotavi: ubi autem illi nihil certi tradiderunt, fruſtra quisquam a me aliquid certi requiret. Non eſt igitur, quod quis conqueratur, tam paucas urbes in tabulis meis conſpici. Quid? quod vicos quosdam ab Euſebio memoratos conſulto praeterierim, quum ignobiliores eſſent, aut citra confuſionem illos inſeri poſſe non viderem. Qui in map-

mappis aliorum plura loca notata deprehendit, videat, qua auctoritate illic notentur. Animadvertet, ni fallor, ſaepe nullo teſte urbes alicubi ſtatui, & nonnunquam veterum compluribus in os contradici.

Denique quod ad uſum mapparum attinet, ſcito, urbes non potuiſſe in omnibus mappis, quas hoc opus exhibet, loco ſuo diſponi: adeoque oppida quaedam non apparere, ubi eſſe debent. Sic illa mappa, qua intervalla locorum lineis deformavi, hac parte laborat: nec aliter fieri potuit. Si enim urbs una, 6, altera 7, altera 9, miliaria aberat verſus eandem plagam, & in eadem via publica ducente ab una urbe clara ad alteram, tot rectae lineae duci non potuerunt, ut conſpicerentur eodem loco, adeoque paullum ad latus removeri urbes quaedam debuerunt. Quare velim potiſſimum ad mappam maximam reſpici, quae in limine totius operis invenitur, ubi,

ubi lineae illae non conſpiciuntur, nec adeo rationem haberi reliquarum, quae uſibus ſingularibus deſtinatae ſunt, veluti ut quis modum videat, quo primum delineare intervalla locorum Palaeſtinae inſtitui, vel ut diverſam partitionem terrae Iſraëliticae, pro ratione temporum, diſcat, vel ſi quae ſunt alia, quae minoribus illis mappis conficiendis occaſionem praebuerunt.

MARIS
MEDITERRANEI
PARS
Sidon
Tyrus
Ptolemaidis
Alexandroschoene
Scala Tyriorum
Acco quae et Ptolemais
Mons Carmel
Syncamin
Magdal
Dora
Caesarea
Apollonia
Joppe
Lydda sive Diospolis
Emmaus
Ascalon
Agla
Gaza
Anthedon
Rhinocolura
Raphia
Rhinocolura
Thabatha
Malatha
Arad
Bersabe
Hebron
Jerusalem
Jericho
Bethsan
Nain
Mons Thabor
Mons Hermon
Scythopolis
Samaria
Sichem quae et Neapolis
Lacus Phialae verus fons Jordanis
Mons Chermon
Dan
Panias quae et Caesarea Philippi
Cadesh
Bostra
Damascus
Lacus Samochonitis
Julias Gaulanitidis
Tarichaea
Hippos
Gadara
Abila
Capitolias
Edrei quae et Adrua
Bethnabris
Chesbon
Medaba
Mathane
Amon Mamon terminus olim regionis Moabitidis atque Israeliticae
Lacus Asphaltites
Zoar
Petra metropolis Arabiae Petraeae et dein Palaestinae tertiae
Milliaria Romana
Horae itineris
Aila vel Eloth
Sinus Elanitici Pars
Puschner sculpsit
FACIES PALAESTINAE
EX MONUMENTIS VETERIBUS
descriptae ab HADRIANO RELANDO.

PALAESTINAE

EX

MONUMENTIS VETERIBUS

ILLUSTRATAE

LIBER PRIMUS.

IN QUO

DE PALAESTINAE NOMINIBUS, SITU, TERMINIS, PARTITIONE, AQUIS, MONTIBUS, ET CAMPIS AGITUR.

CAPUT I.

DE NOMINE TERRAE CANAAN.

Terra Canaan *pars tantum terrae Israëliticae. Regio trans Jordanem diversa a terra Canaan. Testimonia Sacri Codicis huc facientia ad examen revocata. Consensus Judaeorum veterum.* בוכרים *sive* Primitiva *an ex regione trans Jordanem adferri solita. Tribus Ruben, Gad, & dimidia Menasse, quomodo dici possint nullam portionem terrae Canaan possedisse.* Canaan *aliquando dicitur regio Philistaeorum. In χνᾶ vestigium nominis* כנען. كنعان Canaan *quis Mohammedanis. Terra Canaan regioni* شام *Syriae accensita. Convenientia inter* شام *&* سام *nomen Semi apud populos Orientis, cujus filius Canaan quibusdam habitus.*

INter nomina regionis a Mose & Josua tribubus Israëliticis assignatae, cui illustrandae operam impendimus, antiquissimum est ארץ כנען *terra Canaan;* quod ei datum fuisse a primis incolis, posteris Canaan, deinceps expulsis aut servis factis Israëlitarum, secundum praedictionem Noachi, de quibus infra dicetur latius, res notior est, quam ut copiose doceri debeat. Hoc potius observari velim, vulgo credi nomen illud comprehendere omnem regionem, quae occupata fuit a duodecim tribubus, quia in Sacro Codice Deus se daturum esse terram Canaan dicit populo Israëlitico. Vide *Exod. 6. 4. Lev. 25. 38. Ps. 105. 11.* Habentur tamen & in Sacro Codice & in scriptis Judaeorum nonnulla, ex quibus apparet, nomen Terrae Canaan tantummodo tribuendum esse regioni illi, quae ad occasum Jordanis est, & terram trans Jordanem sitam, licet occupata fuerit a tribubus Ruben, Gad, & dimidia Menasse, non fuisse terram Canaan. Legitur *Num. 33. 51.* quum juxta Jordanem e regione Jerichuntis castra metarentur, p. 4.

tur, *mox ibitis trans Jordanem in terram Canaan* עוברים את הירדן אל ארץ כנען quum jam regio trans Jordanica a tribubus duabus & dimidia esset occupata. *Jos. 22. 11.* dicuntur Rubenitae, Gaditae, & qui ex Menassitis trans Jordanem sedes fixerant, altare exstruxisse מול ארץ כנען *ex adverso terrae Canaan:* atqui illud altare fuit על הירדן *ad Jordanem*, uti *commate* 10. scriptum est. Sed nihil clarius iis, quae ibidem extant *commate 9. Et profecti sunt filii Ruben, Gad, & dimidia tribus Menasse* משלה אשר בארץ כנען ללכת אל ארץ הגלעד אל ארץ אחזתם *Schilunte, quae est in terra Canaan, ut proficiscerentur in terram Gilead terram possessionis suae.* Terra Gilead saepe omnem regionem trans Jordanem denotat; certe hic significat terras ab Rubene, Gad, & dimidia tribu Menassis, occupatas, quae evidenter distinguuntur a terra Canaan. Eodem capite, *commate* 32, Pinehas ex terra Gilead, illa sc. quam duae tribus & dimidia tenebant, quibuscum collocutus fuerat, rediisse dicitur in terram Canaan.

Jungamus his testimoniis illud, quod de manna *Exod. 16. 35.* traditur, Israëlitas ea nutritos fuisse, usquedum pervenerunt אל קצה ארץ כנען *ad fines terrae Canaan.* Ubinam hi quaerendi sint, docet liber Josuae *cap. 5. 11.* ubi manna tum demum cessasse legitur, quum universus populus Jordanem transivisset. Excluditur itaque a terra Canaan regio omnis ad ortum Jordanis. Huc etiam facit, quod Deus nulli ex iis, qui Aegypto egressi sunt, concesserit, intrare in terram patribus promissam, praeter Josuam & Calebum *Num. 14. 30. & 20. 12.* ipsique Mosi ante obitum conspiciendam praebuerit terram Canaan, ad quam
5. tamen ipse non aspiraret. Vide *Deut. 32. 49. 52.* nec enim intraturus erat in terram promissam patribus *Num. 32. 11. Deut. 13. 5. 37. & 34. 4.* Verum jam tum erat occupata tota regio trans Jordanem, & Moses ipse eam habitandam dederat tribubus Ruben, Gad, & dimidiae Menasse *Deut. 29. 8.* Possunt etiam huc referri fines terrae Canaan descripti *Gen. 10. 19.* in quibus nulla mentio regionis trans Jordanem, & illa quae *Ezech. 47.* leguntur, ubi tota terra inter 12 tribus dividitur, ita ut in hunc censum non veniat terra trans Jordanem, sed sola illa, quae a tribubus novem & dimidia possessa fuit. Existimamus itaque, nomen terrae Canaan proprie convenire regioni ad occasum Jordanis, occupatae a novem tribubus & dimidia; nec ita, uti plerumque fit a Geographis, usurpandum esse, ut pro universa terra Israëlitica accipiatur.

Judaei ipsi nobiscum hac in parte consentiunt, distinguentes terram Canaan, patribus promissam, & a copia lactis & mellis commendatam, a regione trans Jordanem, sive terris Sichonis & Ogi, quas a terra

a terra Canaan etiam Moses distinguit *Deut. 2. 29.* rogabat enim, liceret sibi per regiones Sichonis proficisci usque ad Jordanem & terram a Deo promissam. Ita R. Jose Galilaeus (cujus sententia tamen non probatur ab universo coetu sapientum) negabat ביכורים sive primitiva adferri debere Hierosolymas ex regione trans Jordanem, sive, ut Judaei loquuntur, מערי סיחון ועוג & מעבר הירדן *ex urbibus Sichonis & Ogi*, quandoquidem *haec non erat terra fluens lacte & melle* שאינה ארץ זבת חלב ודבש, illa scilicet terra non erat, quae hoc fertilitatis elogio patribus a Deo erat promissa. Vide *Massechet Biccurim, 1. 10.* quamvis & desertam eam incultamque maxima ex parte fuisse Josephus etiam fateatur. Fuit tamen & ipsa quodammodo fertilis & pastui apta: alias eam non desiderassent Rubenitae & eorum socii. Sed fertilissima fuerit, & fluens lacte & melle, uti aliae regiones Asiae & Europae, non tamen erat ea terra fluens lacte & melle, quam Deus, se populo suo daturum, pollicitus fuerat, & propte ea primitiva ex illa afferri posse non existimabat. Ita annus Sabbaticus observabatur in regione trans Jordanem, non secundum legem Dei, sed instituta sapientum, עבר הירדן שביעית נוהגת בה מדבריגן sunt verba Mai- p. 6.
monidis in *Hilchot Schevüth Cap. IV. 23.* Doctores quoque Gemarici, quum de regione ad ortum Jordanis loquuntur, terram Canaan eam nuncupant, distinguuntque a terris ad occasum amnis istius sitis. In *Gem. Maccoth. fol. 9. 2.* ת"ר שלש ערים הבדיל משה בעבר הירדן וכנגדן הבדיל יהושע בארץ כנען *Tradiderunt Magistri nostri, tres urbes (refugii) separasse Mosen in regione trans Jordanem, & tres Josuam in terra Canaan, iis oppositas.* Scilicet ita Deus ipse locutus fuerat olim ad Mosen *Num. 35. 13. tres urbes refugii constituetis* מעבר לירדן, *tres* בארץ כנען. Sic Philo *lib. de profugis, pag. 463.* τρεῖς πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ἕτεραι ἐν Χαναάνων γῇ. Ita in commentario veteri ad librum Numerorum, *Bemidvar Rabba, sectione 7.* dicitur ארץ ישראל מקודשת *Terra Israëlitica sacrata* prae aliis terris, quod *inde manipulus, primitiva, & duo panes peterentur.* Dein ארץ כנען *terra Canaan* (id est, regio ad occasum Jordanis) מקודשת sacrata est prae regione עבר הירדן *trans* (id est, ad ortum) *Jordanis*, quod בית השכינה *Templum majestati Divinae* in illa esset exstructum.

Quae cum ita se habeant, vere dici potest, quasdam tribus, Ruben sc., Gad, & dimidiam Menasse, portionem aliquam terrae Canaan non accepisse, sed extra terram Canaan habitasse: omnem terram Canaan proprie dictam a novem tribubus & dimidia possessam fuisse: Jordanem terminum orientalem terrae Canaan fuisse, & quae his sunt similia, quae auctoritate sacrarum literarum nituntur. Qui vero scribunt, montem Galaad esse montem in terra Canaan, regio-

nem terræ Canaan esse Basan, vel montem Hermon fuisse partem terrae Canaan, Cananitida & citra & ultra Jordanem fuisse, quemadmodum Bochartus *in Hierozoico pag. 1090. & 305. in Canaan. pag. 447.* Ligtfootus in *Chorographicis* Lucae praemissis, *sect. 2.* dicendi sunt minus accurate fuisse locuti & contra morem Scriptorum Sacrorum. Sed credere par est, viros illos eruditissimos vulgari loquendi consuetudine abreptos ita scripsisse, quos tamen minus huic errori obnoxios futuros suspicaremur, quod ab illustrata Geographia sacra magnum, nec immerito, nomen consecuti sint.

p. 7. Denique notandum est, nomine terrae Canaan aliquando in Sacro Codice terram Philistaeorum, in qua Ascalon, Gaza, Asdod, Ekron & Gath sitae fuerunt, intelligi, ita ut distinguatur, a terra, quam Israëlitae incolebant: quod scilicet terrae Canaan, inter tribus Israëliticas divisae, portio esset, quodque reliquias Cananaeorum contineret. Exemplum est *Zephan. 11. 5.* עליכם כנען ארץ פלשתים *Verbum Dei contra vos, ô Canaan, terra Philistaeorum.* Ita quoque incolae Phoenices, Tyrii, Sidonii aliique, quod a Cananaeis ortum ducerent, Cananaei dicuntur: mulier Καναναία *Matth. 15. 22.* quae *Marc. 7. 26.* Συροφοινίσσα: atque ita jam olim *Jos. 5. 1.* מלכי הכנעני interpretes Alexandrini reddiderunt *οἱ βασιλεῖς τῆς Φοινίκης.*

Vestigium hujus nominis Canaan superesse in Χνᾶ, antiquissima Phoenices nomine, jam ab aliis notatum est. Stephanus, Χνᾶ, ἅτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο. Nomen tulit a viro ita dicto. Sanchoniathon laudatus Eusebio *praep. Evang. lib. 11.* ἀδελφὸς Χνᾶ τε πρώτε μετονομασθέντος Φοίνικος, *frater τε̃ Chna, qui primus postea Phoenix vocatus est.* Erit ergo ille cujus Silius Italicus meminit:

Et qui longa dedit terris cognomina Phoenix.

Scilicet Canaan de viri nomine ita dicta est: atque ita in alterum quoque nomen Phoenice, a viro, ita appellato, duxerunt.

Quis Canaan fuerit, nemo Christianus ignorat. Mohammedani, ut multa vetera nomina locorũ retinuerunt, ita quoque بلاد كنعان *terram Canaan* hanc aliquando nuncupant; quo nomine & Samaritani in Chronico suo MSto utuntur, & Ibn Sina in versione Pentateuchi MSta, & Saadias Gaon; quam scriptionem a Mahommedanis accepere, quum alias כנען non כנעאן scribi soleat ab iis, qui scriptionem Hebraeam sequuntur. Mohammedani certe de origine Canaanis scribentes, Sacri Codicis luce destituti, in diversa hic abeunt. Quidam eum filium esse Chami, filii Noachi, tradunt, quod verum esse, Sacrae literae ostendunt. Auctor mei Taarich MSti كنعان *Canaanem* facit filium كوش *Cush*, filii حوث *Huz*, filii ارم *Aram*, filii

filii حام *Cham*, filii نوح نبي عليه السلام *Noachi prophetae cui pax sit.* Alii Semi filium faciunt Canaanem, forsitan moti similitudine vocum سام, quo nomine Semum appellant, & شام, id est *Syriae*, quae voces non differunt nisi ut שם & שם: quumque verum nomen Semi שם sit, debuisset & illud شام scribi, aeque ac nomen regionis. Syriae autem sive terrae شام partem faciunt terram Canaan. Nam Syriam in quinque regiones distribuunt, primam, quae & فلسطين *Palaestina* iis dicitur, Ramolam (quam solam Abulhasen Saad Ibn Ali in Geographia Persica MSta regionis Palaestinae emporium vocat, scribens رملة قصبة فلسطين) Hierosolymam, Gazam, & loca vicina complexa; alteram, quae regionem Jordani proximam, μέγα πέδιον Josephi, continet; tertiam cujus urbs praecipua Damascus est; quartam, in qua Emessa, Kennasrin, Halebum; quintam, in qua Antiochia, Adana, & urbes vicinae. p. 8.

CAPUT II.

DE NOMINE TERRAE ISRAËLITICAE.

Terra Israëlitica, nomen latius patens quam terra Canaan. Usurpatur in Sacris literis, scriptis Josephi, Theodoreti & aliorum. Hoc nomine distinguitur a Syria & regionibus aliis. Summa divisio orbis terrarum in tres partes secundum sententiam Judaeorum. Syria quae. Cur minus sancta quam terra Israëlitarum. Convenientia Syriae & terrae Israëliticae. Convenientia Syriae & regionum aliarum extra terram, Israëliticam. Distinctio Aegypti, Babyloniae, Ammonitidis, & Moabitidis a regionibus aliis extra terram. Regiones חוצה לארץ *extra terram quae nuncupatae Judaeis.* עם הארץ *distincti a* עמי הארץ. *Qua ratione Christus & discipuli uti* עם הארץ *a Judaeis contemti.*

NUncupata fuit deinceps post fugatos expulsosque magna ex parte Cananaeos & distributionem inter tribus ארץ ישראל *Terra Israëlitica 1. Sam. 13. 9. 2. Reg. 6. 23.* ארמת ישראל *Ezech. 7. 2.* utitur autem hoc nomine Ezechiel prae aliis frequenter) & Deus ipse eam vocat ארמת עמי *terram populi mei* (quod idem est) *Jes. 32. 13.* Eadem *Matth. 2. 22.* γῆ Ἰσραήλ appellatur, atque aliis in locis. Videtur autem hoc nomen complecti non illam tantum regionem, quae cis Jordanem, sed & illam, quae trans Jordanem erat. Vid. *1. Chron. 13. 2. 2. Reg. 14. 25.* Aequum sane erat, quandoquidem omnes duo- p. 9.

duodecim tribus posteri erant Israëlis, & בני ישראל *filii Israëlis*, עם ישראל *populus Israëlis*, שבטי ישראל *tribus Israëlis*, in Sacris literis nuncupantur, terram omnem, quam possederunt, ab iis nomen sortiri & terram Israëlis dici. Usi fuerunt itaque hoc nomine scriptores alii. Josephus *Antiq. VII. 10.* Ἰσραηλῖτις χώρα & ἡ τῶν Ἰσραηλιτῶν χώρα. Affine est nomen Ἑβραίων χώρα, quo idem Josephus utitur variis in locis, qui in fine hujus capitis proferentur. Ita Γῆ Ἰσραὴλ appellatur in libro *Tob. 1. 4.* Theodoretus in *Jerem. 22.* Ἔςι δὲ καὶ ἑτέρα Γαλαὰδ τῆς Ἰσραηλίτιδος γῆς. *Est & alia Galaad in terra Israëlitica.* Quare nos quoque nomine terrae Israëliticae passim hoc sensu utimur, intelligentes regionem omnem, quae tum cis, tum trans Jordanem, inter duodecim tribus Israëliticas distributa fuit.

Quum autem Judaei terram suam ארץ ישראל terram Israëliticam aut ארץ *terram κατ' ἐξοχὴν* (de quo nomine infra dicetur latius) nuncupant, distinguunt eam, non tantum ab aliis regionibus, quas חוצה לארץ *extra terram* vocant, verum etiam a *Syria* סוריא, quae nec terrae Israëliticae, nec regionibus extra eam, solet accenseri, sed in statu quasi medio sita consideratur; quoniam in quibusdam jura ejus aequalia sunt juribus terrae Israëliticae, in quibusdam vero conveniunt cum regionibus extra eam; atque ita, ut verbis Maimonidis utar in *Hilchot Terumoth, cap. 1. hal. 6.* totus orbis dividitur in tres has partes. נמצה כל העולם לענין מצות התלויות בארץ נחלקת לג' מחלוקות: ארץ ישראל: וסוריא: וחוצה לארץ: וארץ ישראל נחלקת לשנים. כל שהחזיקו עולי בבל חלק אחד: וכל שהחזיקו עולי מצרים בלבד חלק שני: וחוצה לארץ נחלקת לשנים: ארץ מצרים
p. ושנער ועמון ומואב המצות נוהגות בהם מדברי סופרים ונביאים: ושאר
10. הארצות אין תרומות ומעשרות נוהגות בהן. *Deprehenditur universum orbem terrarum dividi ratione praeceptorum, quae a terra dependent, in tres partes, terram Israëliticam, Syriam, & regiones extra terram. Terra Israëlitica iterum dispescitur in duas partes, in illam, quam occuparunt illi, qui ex captivitate Babylonica facti sunt reduces, & in illam, quam Israëlitae, ex Aegypto profecti, tenuerunt. Regiones porro, extra terram, dividuntur in duas partes, quarum unam efficiunt Aegyptus, Babylonia, Ammonitis, & Moabitis, quandoquidem in iis quoque praecepta illa (sc. de decimis, & primitiis, quae in terra Israëlitica & Syria observabantur) ex auctoritate scribarum Prophetarumque observari solebant. Verum reliquae terrae dare non solebant decimas aut primitias.* Ligtfootus in *cap. 1. Centuriae Chorographicae*, Matthaei Evangelio praemissae scribit, universum terrarum orbem partiri scriptores Judaicos in terram Israëlis, & extra terram; nec Syriae mentionem facit, quam tamen Maimonides, ut tertiam partem orbis terrarum

rarum illo respectu, & a terra Israëlis aeque ac regionibus extra terram distinctam, considerat.

Nomine Syriae intelligunt Judaei regiones a Davide subactas & adjectas terrae Israëliticae: quod malo verbis Maimonidis exprimere quam meis, in *Hilchot Terumoth, cap. 1. hal. 3.* הארצות שכבש דוד חוץ לארץ כנען כגון ארם נהרים וארם צובה ואחלב וכיוצא בהן אף על פי שמלך ישראל הוא ועל פי בית דין הגדול הוא עושה אינו כארץ ישראל לכל דבר: ולא כחוצה לארץ לכל דבר כגון בכל ומצרים: אלא יצאו מכלל חוצה לארץ ולהיותן כארץ ישראל לא הגיעו: ומפני מה ירדו ממעלת ארץ ישראל מפני שכבש אותם קודם שיכבש כל ארץ ישראל אלא נשאר בה משבעה עממים: ואילו תפס כל ארץ כנען לגבולותיה ואחר כך כבש ארצות אחרות היה כבושו כולו כארץ ישראל לכל דבר: והארצות שכיבש דוד הן הנקראין סוריא *Regiones illae, quas extra terram Cananaeam David occupavit, veluti Mesopotamia,* (hac in re falli p.
puto Maimonidem: nec enim ipsa Mesopotamiam subegisse David vide- 11.
tur, sed regiones aliquas ei oppositas, nec Euphratem unquam transgressus fuisse, qui limes datur imperio regni Israëlitici tunc, quum latissime patuit. Legitur, fateor, *in Siphre, fol. 38. 2.* de Davide, כיבש ארם נהרים *quod subegerit Mesopotamiam:* veruntamen in Codice Sacro certasse quidem cum Mesopotamitis, quos in auxilium suum conduxerant Ammonitae, traditur, & eos fudisse; sed nusquam ipsam regionem ab Davide fuisse occupatam. Aliud autem est vincere Gallos, aliud occupare Galliam: atque ita praelio fundi potuere Mesopotamiae incolae, ipsa Mesopotamia intacta. Confer *1. Chron. 19. 6.* & *Ps. 60. 2.*) *Syria Zoba, Achlab &c. quamvis ipse Rex populi Israëlitici fuerit & consentiente Synedrio magno id fecerit, non tamen se habent omni ex parte uti terra Israëlitica, nec etiam se habent uti regiones extra terram, velut Babylonia & Aegyptus. Verum aliquid singulare habent prae reliquis terris, nec tamen ad sanctitatem terrae Israëliticae pertingere queunt. Cujus rei haec ratio est, quod David eas occupaverit eo tempore, quo necdum totam terram Israëliticam tenebat, utpote in qua restabant adhuc aliqui ex septem populis, quos Deus exstirpare jusserat. Quod si David universa terra Israëlitica prius potitus fuisset, expulsis gentibus, & deinde alias regiones invasisset, hae ejusdem juris fuissent cum terra Israëlis in omnibus. Hae itaque terrae, quas David subegit, nomine Syriae veniunt.* Ita etiam legitur in Tosephot, ad Gemaram *Ketuvoth fol. 25. fac. 1.* סוריא היא ארם צובה שכיבשה דוד וחיברה לארץ ישראל *Syria est Aram Zoba, quam occupavit David & adjunxit terrae Israëlis.* Scilicet alias regiones hoc nomine complectitur, vel unam nominat exempli causa.

Tria notant Judaei, in quibus Syria paris conditionis habebatur cum terra Israëlitica, & tria, in quibus similis erat regionibus aliis extra terram Israëliticam sitis. Exponam illa verbis Maimonidis in commentario

ad Misnam *Oholoth, capite XVIII. misna 7.* בשלשה שוה סוריא לארץ ישראל
ובשלושה לחוצה לאר׳ עפרה טמא כחוצה לארץ המביא גט מסוריא
p. כמביא מחוצה לארץ המוכר עבדו לסוריא כמוכר לחוצה לארץ: ושלשה
12. בארץ ישראל הקונה בסוריא כקונה בפרור שבירוש׳ וחייב במעשרות
ובשביעית ואם יכול להכנס לה בטהורה טהורה. *In tribus rebus par est Syria terrae Israëliticae, & in tribus dispar. Primo, pulvis ejus immundus censetur uti pulvis regionum extra terram Israëliticam. Secundo, qui libellum divortii affert e Syria, perinde est ac si ex aliis regionibus extra terram attulisset. Tertio, qui seruum vendit in Syria, idem est ac si alibi extra terram Israëliticam vendidisset. Tria autem sunt, in quibus Syria similis est terrae Israëliticae. Primo qui acquirit sibi aliquid (fundum verbi gratia) idem est ac si in suburbiis Hierosolymarum sibi acquisivisset. Secundo tenetur ad solvendas decimas proventuum, & jura anni Sabbathici. Tertio, si quis in Syriam pervenire posset, non tacta terra Gentium, habetur pura.* Verum haud abs re erit, ut distinctio Syriae a terra Israelitica & convenientia ejus cum illa luculentius pateat, haec observationibus nonnullis illustrare.

Haec erant potissimum, in quibus Syria par erat terrae Israëliticae, & distincta a regionibus extra terram, quod si quis intrare posset *in puritate* (בטהירות uti loquuntur Judaei, id est, ita ut nulla omnino pars terrae Gentium interposita sit) Syriam ex terra Israëlitica, Syria munda censeretur & pulvis ejus mundus. Quod decimae ex agris Syriae persolvi deberent. Porro quod etiam ad תרומות *Primitias* teneretur, & legibus de anno Sabbathico subjaceret. Observandum tamen primitias illas non licuisse inferre in terram Israëliticam, sed extra eam consumi debuisse, ne videlicet (hanc quippe causam interdicti Judaeorum Theologi assignant) sacerdotes avidius primitias sectantes ex terra Israëlitica frequentius exirent. Praeterea בכורים sive *Primitiva* ex Syria afferebatur Hierosolymas. Ita disertis verbis scribit Maimonides in Hilchot Biccurim *cap. 11. hal. 1.* ומביאין ביכורים של דבריהם מערי סיחון
ועוג ומסוריא שהקונה בסוריא כקונה בירושלים *Et adferunt primitiva secundum decreta scribarum ex urbibus Sichonis & Ogi, & ex Syria, quandoquidem qui aliquid sibi acquisivit in Syria idem est ac si Hierosolymis acquisivisset.*
p. Hic canon traditur in *Misna Challa, cap. IV. §. 11.* Et hac in re Syria erat
13. distincta a quatuor illis terris, Aegypto, Babylonia, Ammonitide, & Moabitide, quod hae *Primitias*, תרומות, quidem solverent, uti & decimas (secundum constitutiones Hebraeorum) sed ביכורים Primitiva earum non poterant Hierosolymas afferri, uti Primitiva Syriae, quandoquidem habebantur uti terrae Gentium.

Alia tamen erant, in quibus Syria conveniebat cum regionibus extra terram, uti quod jus decimarum secundarum & plantae quarti anni in Syria non esset, uti in terra Israëlitica: quodque חלה *placenta* non

una

una uti in terra Israël, sed duae essent separandae, una cremanda utpote ex terra immunda, altera danda sacerdoti, ne lex a Deo lata de placenta oblivioni daretur. Praeterea quod in Syria praeputium סבק ערלה licitum esset, in terra Israëlis illicitum. Vide Misnam *Orla cap. 11. misn. 9.* & in Gemara Hierosolymitana *Pea, fol. 20. col. 2.* אין מעשר שני בסוריא אין נטע רביעי בסוריא. *Non sunt decimae secundae in Syria, non est planta quadriennis in Syria.* Sic in Syria licebat (secundum Dei legem: non secundum leges sapientum, qui, ut eo magis impedirent elocationem agrorum in terra Israëlitica, etiam in Syria hoc illicitum esse censuerunt) agros locare Gentibus, in terra Israëlitica nequaquam. Vide Misnam *Avoda Zara cap. 1. m. 8.* Porro fructus si in Syria emti sint, ex iis דמאי, sive *dubium*, decimari debet: sed si emti sint in terra Israël, non. In Syria operantur בתלוש *in avulsis*, anno Sabbathico, id est, ventilant & molunt fruges, sed in terra Israël non. Denique terra Syriae immunda & pulvis immundus habebatur, uti terra & pulvis Gentium. Vide Misnam *Oholoth. c. XVIII. m. 7.* adeoque primitias תרומות ex Syria inferre in terram Israëliticam non licuit. In Syria ubique alunt pecudes parvas, sed in terra Israëlis tantum in sylvis & locis desertis. Vide Misnam *Bava Kama, cap. VII. 7.* & confer *Luc. 15. 4.*

Ex his perspicuum est, Syriam in quibusdam rebus jura habuisse convenientia terrae Israëliticae, in aliis neutiquam. Sed nec regiones חוצה לארץ *extra terram* omnes hac in parte se habebant eodem modo. p.
Quatuor erant regiones vicinae terrae Israëliticae, quae ab omnibus 14.
aliis terris erant distinctae, quod in iis nonnulla instituta vigerent, quae in aliis, excepta Syria & terra Israëlitica, non observabantur. Scilicet hae quatuor regiones solebant *decimas & primitias* מעשרות ותרומות dare. Jus vero anni septimi in iis non obtinebat. Vide Misnam *Jadaim c. IV. 3.* Nec *Primitiva* ביכורים inde adducebantur. Erant itaque hae regiones distinctae a Syria, & regione trans Jordanica, ipsaque terra Canaan, quandoquidem ביכורים *Primitiva* legitime afferebantur מערי סיחון ועוג ומסוריא *ex urbibus Sihonis & Ogi & ex Syria:* & ex terra Canaan ea allata fuisse quis dubitet?

Quaecunque praeter has in universo terrarum orbe regiones sitae sunt paria jura habent inter se; nec quicquam habet una sanctitatis aut privilegii prae alia, secundum Judaeorum instituta. Omnes appellantur חוצה לארץ *regiones extra terram*, & ni fallor, etiam hinc natum est nomen τῶν ἔξω πόλεων *Act. 26. 11.* quo nomine Damascus, & aliae urbes extra terram, intelliguntur. Erat enim revera Damascus extra terram: quamvis, quum Syria opponitur aliis regionibus extra terram, ea non soleat regio extra terram nuncupari, sed nomine suo Syria. Consueverunt etiam Judaei regiones has extra terram appellare ארץ העמים

 terram

terram Gentium. In Misna, codice *Oholoth. 11. 3.* Polluit ארץ העמים *terra gentium.* Atque ita etiam in Codice *Nazir, VII. 3.* & in Gemara Hierosolymitana *Jevamoth. fol. 8. 1.* Gemar. Hieros. *Schabbath. 3. 3.* Gem. Hier. *Scheviith. 36. 2.* & sexcentis aliis locis. Ipsae gentes vicissim, quae has regiones incolunt, nuncupantur עמי הארצות *gentes terrarum Ezr. 9. 1.* Gemara *Ketuvoth. III. 2.* Quod cave confundas cum עמי הארץ id est, *hominibus illiteratis*, terrae filiis, qui opponuntur τοῖς חבורים in Gemara Hierosolymitana *Schibbath. 3. 1.* & Misna *Taboroth cap. VIII. 5.* sive τοῖς תלמידי חכמים *discipulis sapientum*, hominibus literatis, & in maximo contemtu erant apud Judaeos, uti videre est ex iis, quae leguntur in Gem. *Pesachim. fol. 49. 1.* ex quibus hoc unum est, quod ad illum,
p. qui in uxorem ducit בת עמי הארץ *filiam hominis indocti* referant dictum
15. Dei ארור שוכב על כל בהמה *maledictus sit qui cubuerit cum bestia.* Plura illic videri queunt, quae hujus loci non sunt, utilia tamen, ut vel hinc doceamur, quam contemti & fide indigni (nam אין מקבלין ממנו עדות ואין מגלין להן סוד *testimonium perhibere non poterant, nec arcana iis revelabantur*) ipsis habiti fuerint tum Christus ipse, tum Apostoli, qui עמי הארץ *illiterati* Galilaei apud illos audiebant; inepti itaque, qui de rebus tanti momenti testarentur, aut arcana sapientiae Divinae promerent. Confer *Matth. 11. 25. Joh. 7. 49.*

Haud multum a nomine terrae Israëlitarum recedit nomen terrae Hebraeorum, ἡ Ἑβραίων χώρα. Hoc usurpat Pausanias *lib. VI. cap. 24.* Ἐν γὰρ τῇ Ἑβραίων χώρᾳ Σιληνοῦ μνῆμα καὶ ἄλλο Σιληνοῦ Περγαμηνοῖς ἐστιν. *In regione Hebraeorum sepulcrum Sileni extat, & alius Sileni apud Pergamenos.* De origine hujus fabulae alias. Idem Pausanias *lib. X. cap. 12.* Hebraeorum regionem a Palaestina & Syria videtur distinguere, illam supra, id est ultra, has collocans. Ἐπεγράφη δὲ καὶ ὕστερον τῆς Δημοῦς πυρὰ Ἑβραίοις τοῖς ὑπὲρ τῆς Παλαιστίνης γυνὴ χρησμολόγος, ὄνομα δὲ αὐτῇ Σάββη. *Post Demum Hebraei, qui loca supra Palaestinam incolunt, faeminarum fatidicarum numero Sabbam quandam inseruerunt.* Ita idem *lib. I. c. 6.* de Imperatore Hadriano, quem notum est devicisse Judaeos, Ἐφ' μὲν πόλεμον οὐδένα ἐκάστιος κατέβη, Ἑβραίους δὲ τοὺς ὑπὲρ Σύρων ἐχειρώσατο ἀποστάντας. *Nullum bellum nisi invitus gessit. Hebraeorum autem supra Syros habitantium defectionem ultus est.* Apud Josephum quoque legitur idem nomen, Ἑβραίων χώρα, *Antiquitatum libro VII. capite nono*, πέμψας δ' εἰς πᾶσαν τὴν χώραν τῶν Ἑβραίων, *mittens in omnem Hebraeorum regionem.* Idem eodem libro, *capite undecimo*, τὴν δὲ Ἑβραίων χώραν εὐδαίμονα καταστήσειν ἐπ' αὐτοῦ, *fortunatam fore Hebraeorum regionem eo imperante.* Idem *libro VIII. cap. 7.* Ὁ δ' Ἠλίας ὑποστρέφει ταῦτ' ἀκούσας εἰς τὴν Ἑβραίων χώραν. *His auditis rediit Elias in regionem Hebraeorum.* Antiquitatum *libro XV. cap. 7.* terram Judaeorum eam nuncupat, σεισθεῖσα ἡ γῆ τῶν Ἰουδαίων, *terrae motu concussa terra Judaeorum.*

CAPUT

CAPUT III.

p. 16.

DE NOMINE TRREAE DEI, ET PROMISSIONIS.

Terra Dei quid notet. Tredecim res, quas Dei esse singulari ratione Judaei observant. Terra promissa quae. Regio ad ortum Jordanis non erat portio terrae promissae. Verba Mosis Deut. 34. 4. *illustrata. Terra Gileadnum pars terrae promissae. Differentia Pentateuchi Hebraeo-Samaritani & Hebraei. Num terra promissa se extenderit a mari Suph usque ad Euphratem, uti videtur dici* Exod. 23. 31. *Distinguitur promissio possessionis haereditariae a promissione dominii.*

HAec ipsa quoque regio, Israëlitis a Deo data, *terra Dei* nuncupatur, non eo sensu, quo totus terrarum orbis Dei est τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, *1. Corinth. 10. 28.* & ipse terrae universae dominus dicitur *Matth. 11. 25.* & *Luc. 10. 21.* sed singulari quodam modo. Ita legitur *Psalm. 85. 2.* רצית יהוה ארצך *Voluisti, ô Deus, terram tuam*, vel *complacuisti tibi in ea. Jes. 8. 8.* ארצך עמנו אל *terra tua, o Immanuel.* Et *Lev. 25. 23.* כי לי הארץ *quoniam mea est illa terra.* Deus ipse *Joël. 1. 6.* & *c. 4. 2.* eam vocat ארצי *Terram meam* & *Jerem. 16. 18. Ezech. 36. 5.* & *38. 6.* Et disertis verbis *Hos. 9. 3.* ארץ יהוה *terra Dei*: ubi Chaldaeus habet ארעא שכינתא דיי *terra majestatis Divinae.* Doctissimus Pentateuchi Interpres D. R. Bechai notavit in Sacro Codice tredecim res recenseri, de quibus legitur eas esse Dei singulari ratione. Audiamus eum מצינו שלשה עשר דברים מיוחדים להקב"ה ואלו הן הכסף והזהב והכהנים וישראל והבכורות והמזבח והתרומה והשמן המשחה ואהל מועד ומלכות בית דוד והקרבנות וארץ ישראל והזקנים: הכסף והזהב דכתיב לי הכסף לי הזהב הכהנים דכתיב לקדש אותם לכהן לי הלויים דכתיב והיו לי הלויים ישראל כי לי בני ישראל עבדים כבוראי כי לי כל
p. בכור מזבח מזבח ארמה תעשו לי תרומה ויקחו לי תרומה שמן המשחה
17. יהיה זה לי אהל מועד ועשו לי מקדש קרבנות להקריב לי מלכות בית דוד כי ראיתי בבניו לי מלך ארץ ישראל כי לי הארץ הזקנים אספה לי *Invenimus 13. res, quae Deo ut proprie tribuuntur, sc., aurum & argentum, sacerdotes, Levitae, populus Israëliticus, primogenita, altare, primitiae, oleum unctionis, tabernaculum, regnum familiae Davidicae, oblationes, terra Israëlitica, & seniores populi. Testimonia autem ad confirmationem hujus rei in Sacro Codice haec exstant.*

1. *De auro & argento, Hagg. 2. 8.* לי meum est aurum, meum argentum.
2. *De sacerdotibus Exod. 29. 1.* ut sacerdotio fungantur mihi.
3. *De Levitis. Num. 3. 13.* & sint mihi Levitae.
4. *De populo Israëlitico. Levit. 25. 55.* mihi enim filii Israëlis sunt servi.

5. *De*

5. *De primogenitis. Num. 3. 13.* nam meum est omne primogenitum.
6. *De altari. Exod. 20. 24.* altare terreum fac mihi.
7. *De primitiis. Exod. 25. 2.* & accipient mihi primitias.
8. *De oleo unctionis. Exod. 30. 31.* oleum unctionis sanctae erit hoc mihi.
9. *De tabernaculo. Exod. 25. 8.* ut faciant mihi sacrarium.
10. *De oblationibus. Num. 28. 2.* ut offeratis mihi.
11. *De regno generis Davidici. 1. Sam. 16. 1.* inter filios ejus mihi regem prospexi.
12. *De terra Israëlitica. Levit. 25. 23.* quia haec terra mea est.

Scilicet Deus ipse dominus ejus erat *Lev. 25. 3.* & ipse Israëlitis tanquam colonis eam utendam dedit *Ezech. 37. 25. Terram*, inquit, *quam servo meo Jacobo dedi:* primitiva ejus, primitias, decimasque sibi persolvi voluit, ipse duxit eos valida manu ad eam, incolas pristinos ipse expu-
p. lit. Ipse proventum terrae ita moderatus est, ut non tantum plus mi-
18. nusve, melius aut pejus, produceret pro ratione cultus divini aut observati aut neglecti, sed favoris sui signa & providentiae singularis ita ei impressit, ut quum opus erat, veluti instante anno Sabbathico (ad cujus observationem ipsa terra, Domino jubente, obligata erat) duplum proferret. Praeterea regiam sedem in ea elegit, & habitavit illic in Templo Hierosolymitano, ubi aula ejus, ministri, mensa, focus, omnia denique quae cultui suo ipse destinavit.

Vulgatum etiam est nomen, quo haec terra repromissionis appellatur. Ambrosius, *enarratione in Ps. 34. Quae est igitur terra, quae non brachio capiatur, non gladio possideatur, nisi terra repromissionis?* In ipsa Epistola ad Hebraeos, *capite XI. 9.* ita dicitur: Πίστει παρῴκησεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. Deus enim ἐπηγγείλατο τῷ πατρὶ ὑμῶν Ἀβραὰμ δοῦναι εἰς κατάσχεσιν αὐτήν. *Act. 7. 5. Gen. 13. 15.* Deus ipse vel hoc vel simili nomine hanc terram nuncupat *Ezech. 20. 42.* הארץ אשר נשאתי את ידי לתת אותה לאבותיכם *terram pro qua levavi manum meam ut darem eam patribus vestris.* Et *Num. 32. 11.* האדמה אשר נשבעתי לאברהם ליצחק וליעקב *terram, quam juravi Abrahamo, Isaaco & Jacobo.* Notandum tamen heic quoque, regiones ad ortum Jordanis, occupatas a Ruben, Gad & dimidia tribu Manassis, non fuisse terram promissionis, vel illam, quam Deus polliticus fuit posteris Abrahami. Ita enim legimus *Num. 32. 11. Si videbunt homines isti, qui ascenderunt ex Aegypto, a viginti annis & supra, terram, quam juramento pollicitus sum Abrahamo, Isaaco & Jacobo, & noluerunt sequi me. Praeter Caleb filium Jephunę Kenezaeum & Josuam filium Nun: isti impleverunt voluntatem meam.* Et *Num. 20. 13. Non introducetis vos Moses & Aaron hos populos in terram, quam iis dabo.* Quod idem est cum *Deut. 31. 2. non transibis Jordanem hunc:* atqui Moses in regione tribus Ruben fuit & diem obiit, uti notum est.

Vide-

Videtur tamen (ne quid dissimulem) etiam regio duarum tribuum & dimidiae appellari terra patribus promissa *Deut. 34. 4.* illic enim legitur Deum monstrasse Mosi *terram Gilead usque ad Dan, & omnem Naphtali & Ephraim & Menasse* (Menasse postponitur Ephraimo, non ratione p.
situs, sed ordinis in sermone quo ita jungi solent in Sacris literis) & 19.
Juda usque ad mare postremum. Et regionem australem & campum vallis Jerichuntinae, urbis palmarum, usque ad Zoar, & dixisse: haec est terra, quam juramento promisi Abrahamo, Isaaco, & Jacobo, dicens, semini vestro dabo eam: oculis tuis vidisti eam, ipse autem non intrabis. Scilicet terra Gilead usque ad Dan, est regio omnis ad ortum Jordanis. Si de illa, ut de reliquis terris dixerit Deus, haec est terra Abrahamo promissa, frustra contra disputamus. At mihi non liquet, Deum de Gileaditide usque ad Dan protensa dixisse, haec est terra promissa &c. Fit ejus mentio primo loco, fateor. Sed quis non videt oculos Mosis circumduci a septentrione versus austrum, & initium fieri a Dan, quo oculi ejus duci debuerunt per terram Gilead, quia si per terram cis Jordanicam ducti fuissent, per eadem loca fuissent reducendi, atque ita bis idem ei monstratum fuisset. Itaque ut accurate & ordine omnia lustret, deducitur oculus ejus per terram Gilead usque ad Dan, in finibus terrae septentrionalibus sitam, & inde per Naphtali, Ephraim, & Menasse & Juda aliasque regiones, donec desinat in Zoar, ad fines australes terrae Israëliticae. Hanc expositionem firmant verba Dei addita: *ipse non intrabis in eam terram.* In quam non intraret? in Gileaditin, in terram trans Jordanem, in portionem tribus Ruben? In ea jam erat. Erat enim ad septentrionem Arnonis, & in Gileaditide. Quid? quod tota regio trans Jordanica jam fuerit occupata: nec usquam Deus ei prohibuerit intrare in terras Sichonis & Ogi. E contrario Mosi dixit Deus *Deut. 2. 31. Tradidi terram Sichonis tibi: incipe possidere eam.* Sed non erat transiturus Jordanem, hoc est, in terram promissam non intraret, *Deut. 31. 2.* atque ita petierat a Sichone, ut per terram ejus Israëlitae proficiscerentur ad Jordanem & transirent in tetram quam Deus ipsis daturus esset. Ratum itaque hoc & certum sit, terram promissam esse regionem Canaan, id est, terras sitas ad occasum Jordanis. Notandum tamen est, hac difficultate non premi contextum Hebraeo Samaritanum, in quo legitur *Deut. 34. 1. 2. 3.* ויעל משה מערבת מואב אל הר נבא ראש הפסגה אשר על פני יריחו p.
ויראהו יהוה את כל הארץ מגלעד עד הדן נפתלי ואת ארץ אפרים ומנשה ואת כל ארץ יהודה עד הים האחרון 20.
Et adscendit Moses de campestribus Moab in montem Nebo ad verticem Pisga, qui est e regione Jerichuntis, & ostendit ei Deus universam terram a flumine Aegypti usque ad flumen magnum, flumen Euphratis, & usque ad mare posterius. Hic nulla fit mentio Gileaditidis, nulla aliarum terrae partium, quas contextus Hebraeus enumerat. Sed fines terrae ita fere recensentur, uti *Deut. 11. 24.* ab Euphrate usque ad mare posterius, sive occidentale. Sic enim reddi potest, uti & Graeci habent, τῆς θαλάσσης τῆς ἐπὶ δυσμῶν.

Quaeri

Quaeri potest, an non terra promissionis se extendat latius, sc. a mari Suph, usque ad mare mediterraneum, & a deserto usque ad flumen Euphratis? Ita enim *Exod. 23. 31.* legitur: *ponam terminum tuum a mari Suph &c.* Respondeo, proprie loquendo dici non posse, terram patribus promissam a mari Suph initium capere: nam hoc si verum sit, Israëlitae Aegypto egressi, statim ac transivissent mare Suph, aut certe postquam inter Lacum Asphaltitem & mare Suph transiverunt versus Moabitim, fuissent omnes in terra promissa. Atqui hoc falsum est: omnes enim in deserto perierunt; nec ulli, excepto Josua & Calebo, in eam ingressi sunt, & portionem ejus possederunt. Promisit tamen Deus terminos terrae Israëlitarum fore protensos, usque ad mare Suph. Ita est. Adeoque distinguenda est promissio possessionis haereditariae (quae complectitur regionem sorte inter tribus novem & dimidiam distributam ad occidentem Jordanis) & promissio dominii, id est, illius terrae, quam aliquando acquisituri essent, uti sub imperio Davidis & Salomonis vere ad mare Suph & Euphratem dominati sunt, quum alias regiones olim ipsis haud assignatas adsciverunt.

---

p. 21.

CAPUT IV.

DE NOMINE TERRAE SANCTAE.

Et Judaeis & Christianis usurpatum hoc nomen: & quo sensu. Multa loca in Palaestina temere pro iis habita, quorum in sacris literis fit mentio. Aliqua tamen certa. Qua ratione illa mentem excitent ad amorem Dei & imitationem Christi. Verba Paulae & Theodoreti huc facientia. Exempla scriptorum Judaicorum & Christianorum, qui hoc nomen usurpant. Gradus sanctitatis diversi in terra Israëlitica. Regio trans Jordanem distincta a terra Canaan, uti regio possessionis Israëlitarum a regione possessionis Dei. Quaedam indicia sanctitatis hujus terrae prae aliis.

DUplici ratione nomen terrae sanctae huic regioni tribuitur, aliter a Judaeis, aliter a Christianis. Judaei haud immerito hanc *terram sanctam* ארמת קדש & הארץ הקדושה nuncupant, quod ipse Deus, uti capite praecedenti demonstratum est, hanc terram suam vocet singulari respectu, atque hanc solam uti sedem suam in terris elegerit, & cultui suo sacraverit. Praeterquam quod populo suo Deus hanc promiserit & suo tempore incolendam dederit, expulsis gentibus profanis. Christianos autem summo jure hanc terram sanctam dicere quis dubitet, quum ignorari nequeat, Messiam ipsum humana carne indutum, in hac terra e virgine nasci voluisse, & hanc incoluisse atque praesentia sua ornasse per omne illud spatium, quod a cunis ejus ad adscensum in coelos effluxit? Et postea quidem eversa urbe & republica Judaica irae

irae potius Divinae, quam favoris signa experta est; non tamen ideo negligenda, ac si nihil omnino venerandi aut sancti prae aliis terris contineret. Quis enim non rapitur in admirationem & stuporem, qui montem oliviferum, mare Tiberiadis, Jordanem, Hierosolymam, & alia loca, quae Christum frequentasse notum est, conspicit, & menti suae praesentem sistit generis humani sospitatorem, illic ea operantem aut passum, quae originem dedere sacris Christianorum ejus nomen confitentium. Scio equidem, multa loca falso ostendi ab hominibus lucri p.
avidis per universam Palaestinam, ac si haec & illa miranda opera ibi 22.
patrata fuissent; sed hoc tamen negari non potest, aliqua sane certo sciri. Quis enim dubitet, montem oliviferum illum esse, qui nunc illo nomine dicitur? Et si quis dubitet, omnia loca adsita, & valles, & fontes, & rivi abunde ostendent, nulli alii monti, praeter hunc, ea convenire, quae de monte olivifero veteres tradiderunt. Haec autem, quaecunque demum & quotcunque illa sunt, non possunt non frequenter renovare memoriam Christi, & animos tangere piorum hominum, qui Christum amant, & libenter ea loca conspiciunt, quae Christus, ὁ ἔρως αὐτῶν ϛαυρωθεὶς, suis pedibus calcavit. Audiamus Paulam in epistola ad Marcellam, qua eam hortatur, ut Bethlechemum commigret, licet haud neget (ita scribit) regnum Dei intra nos esse, & sanctos viros etiam in ceteris esse regionibus. *Quantum ad locum pertinet, per profectus temporum multo nunc augustior est quam olim fuit. Venerabantur quondam Judaei Sancta Sanctorum, quia ibi erant Cherubim & propitiatorium, & arca testamenti, manna, & virga Aaron, & altare aureum* (ita reddit, sed male, θυμιατήριον, quo nomine venit acerra thuris, quod alibi probatum dedimus) *Nonne tibi venerabilius videtur sepulcrum Domini? Quod quotiescunque ingredimur, toties jacere in sindone cernimus Salvatorem: & paululum ibidem commorantes rursum videmus, Angelum sedere ad pedes ejus & ad caput sudarium convolutum.* Et mox: *O quando tempus illud adveniet, quum anhelus nuncium viator apportet Marcellam nostram ad Palaestinae litus appulsam: & toti monachorum chori, tota virginum agmina, concrepabunt? Obviam jam gestimus occurrere: & non exspectato vehiculo concitum pedibus ferre corpus. Tenebimus manus, ora cernemus & a desiderato vix avellemur amplexu. Ergone erit illa dies, quando nobis liceat speluncam Salvatoris intrare? In sepulcro Domini flere cum sorore, flere cum matre? Crucis deinde lignum lambere & in Oliveti monte cum adscendente Domino voto & animo sublevari? Videre exire Lazarum fasciis colligatum; & fluenta Jordanis ad lavacrum Domini puriora.* Plura illic adjungit de Samaria, Nazareth, Cana, aliisque locis sacris, que praeterimus. Subjungamus potius haec *Theodoreti Histor. Relig. p. 820.* Ἐκεῖθεν ἱϛορίας ἕνεκα τὴν Παλαιϛίνην κατέλαβεν, ἵνα τὰς τὰ σωτήρια πάθη δεξαμένας θεασάμενος τόπους, ἐν αὐτοῖς p.
τὸν σεσωκότα προσκυνήσῃ θεόν· ἐχ' ὡς τόπῳ περιγραφόμενον, ἠπίϛατο γὰρ αὐ 23.
τὸ τῆς φύσεως ἀπερίγραφον· ἀλλ' ἵνα καὶ τὰς ὀφθαλμὰς ἐϛιάσῃ τῇ θεωρίᾳ τῶν παθημένων, καὶ μὴ μόνον τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικὸν, δίχα τῆς ὄψεως τῆς πνευ-

 ματι-

ματικῆς διὰ τῆς πίςεως ἀπολαύη τρυφῆς· πεφύκασι γάρ πως οἱ φιλοςόργως περί τινα διακείμενοι, ἐκ ἀπὸ τῆς θέας αὐτε μόνης θυμηδίαν καρπέσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκίαν καί ἐσθήματα καὶ ὑποδήματα μετὰ πάσης θεωρεῖν ἐυφροσύνης. Deinde in Palaestinam visendi studio profectus est, ut conspectis locis, in quibus salutaris passio suscepta est, Deum sospitatorem in iis adoraret, non quasi loco circumscriptum (infinitam enim naturam ejus non ignorabat) sed ut oculos etiam ipsos rei adamatae contemplatione pasceret, nec sola mentis acies sine visu spiritualibus per fidem deliciis frueretur. Solent namque qui aliquem amore prosequuntur, non tantum ex aspectu ipsius laetari, sed & domum & vestes & calceamenta cum voluptate contemplari.

Quae cum ita se habeant, Judaei quoque & Christiani veteres hoc nomine terrae sanctae usi sunt. Auctor libri *Sapientiae Salomonis, cap. XII. commate 3.* Τὲς παλαιὲς οἰκήτορας τῆς ἁγίας σε γῆς μισήσας. *Odio habens veteres incolas terrae tuae sanctae. 11. Macc. 1. 7.* ἀπὸ τῆς ἁγίας γῆς, *ab terra sancta.* Philo in *Leg. ad Cajum.* Ἀσκαλωνῖται ἀσύμβατός τις καὶ ἀκατάλλακτος δυσμένεια πρὸς τὲς τῆς ἱερᾶς χώρας οἰκήτορας Ἰεδαίεις ἐςὶν ἔσιν ὁμόροις. *Est Ascaloniis perpetua simultas cum Judaeis finitimis terrae sanctae incolis.* Et postea, ἐ μόνον τοῖς τὴν ἱερὰν χώραν κατοικέσιν, *non solum iis, qui terram sanctam inhabitant.* Idem *de somniis pag. 1118.* ἐ παντὶ, ἀλλὰ τῷ ἐκ τῆς ἱερᾶς γῆς, *non omni, sed illi, qui e terra sancta est.* Agit de manipulo hordei offerendo die 16. Nisan. Justinus *in Dialogo cum Tryphone pag. 266.* εἰσήγαγεν εἰς τὴν ἁγίαν γῆν τὸν περιλειφθέντα λαὸν, *introduxit reliquum populum in terram sanctam, & pag. 267.* τὲς εἰσελθόντας εἰς τὴν γῆν ἐκείνην τὴν ἁγίαν, *qui in terram illam sanctam intrarunt.* Tertullianus tamen, *libro de resurrectione carnis pag. 398.* hunc titulum terrae sanctae minus convenire solo Ju-
p. daïco existimat. *Sic Judaei,* scribit, *terrena solummodo sperando coelestia*
24. *amittunt, ignorantes & panem de coelesti repromissum & oleum divinae unctionis & vinum spiritus aquam animae vigorantis ex vite Christi: sicut & ipsam terram Sanctam Judaïcum proprie solum reputant, carnem potius Domini interpretandam, quae exinde & in omnibus Christum indutis Sancta sit terra: vere Sancta per incolatum Spiritus Sancti, vere lacte & melle manans per suavitatem spei ipsius: vere Judaea per Dei familiaritatem.*

Notandum tamen, non omnes partes hujus regionis ejusdem sanctitatis haberi a Judaeis. In Codice Misnico *Kelim c. 1. misna 6.* recensentur decem gradus sanctitatis, quorum ratione alia loca hujus terrae allis sanctiora creduntur. De illis alibi agimus. Hic modo addimus, quod confirmat ea, quae capite primo scripsimus, jam olim terram trans Jordanicam in opinionem minoris sanctitatis venisse quam terram cis Jordanem. Existimabant novem tribus & dimidia, quarum regio cis Jordanem erat, tribus trans Jordanem in hac opinione versari terram trans Jordanem minus sanctam esse, & impuram, si cum regione cis Jordanem compararetur. Et illae ipsae novem tribus cum dimidia, quae terram cis Jordanem, id est, terram Canaan proprie dictam inhabitabant

bant, terram suam ita distingunt a terra trans Jordanica, ut illam nuncupent terram possessionis Domini, hanc terram possessionis vestrae, quamvis hanc terram possiderent, volente Deo על פי יי *secundum os Dei Jos. 22. 9.* & dante Mose *Deut. 3. 12.* imo ipso Deo *Jos. 1. 13.* eamque Emoraeis ademissent Deo jubente *Deut. 2. 31.* Ita legitur *Jos. 22. 19.* ואך אם טמאה ארץ אחזתכם עברו לכם אל ארץ אחזת יהוה אשר שכן שם משכן יהוה והאחזו בתוכנו *Quod si putatis, immundam esse terram possessionis vestrae, transite ad terram possessionis Domini, in qua Tabernaculum Domini est, & habitate inter nos.*

Denique & hoc meretur observari, varia privilegia, tanquam indicia sanctitatis, quibus terra Israëlitica prae omnibus reliquis & gavisa est olim, & nunc quoque gaudet, a Judaeis memoriae esse prodita. Stante scilicet Templo non nisi ex hac terra petere licuit manipulum Paschalem & duos panes Pentecostales. Ita legitur in *Menachoth. cap. VII. misn. 1.* כל קרבנות הציבור והיחיד באים מן הארץ ומחוצה לארץ מן p.
החדש ומן הישן חוץ מן העומר ושתי הלחם שאינן באים אלא מן 25.
החדש ומן הארץ *Omnes oblationes sive publicae sive private petuntur, vel ex terra Israëlitica vel regionibus extra eam, & vel ex proventu novo vel veteri, exceptis duabus, manipulo Paschali & duobus panibus Pentecostalibus, qui tantum ex novo proventu & terra Israëlitica petuntur.* Nititur haec lex verbis Dei *Exod. 12. 25.* & *Levit. 23. 17.* Ibi enim dicitur, de manipulo Paschali, *quum ingressi fueritis in terram* &c. hic de panibus duobus, *ex proventibus vestris:* quae de terra Israëlitica, non aliis, intelligenda esse, perspicuum est. In Codice *Kelim, capite 1. misna 6.* adduntur his duobus Primitiva. ארץ ישראל מקדשת מכל הארצות ומה היא קדושתה שמביאים ממנה העומר והבכורים ושתי הלחם מה שאין מביאין כן מכל הארצות *Terra Israëlitica sanctior est reliquis terris. At qua in re consistit illa sanctitas? In his, quod manipulus Paschalis, primitiva, & duo panes Pentecostes inde petantur, non ex aliis terris.* Quod ad primitiva attinet, Syria, cujus jura in quibusdam paria erant terrae Israëliticae, hac in parte censebatur esse uti illa terra: adeoque etiam ex Syria petebantur primitiva, & ad Templum deferebantur.

Porro pulvis ipse terrae Israëliticae mundus habebatur prae pulvere regionum aliarum, & aër ipse: uti e contrario regiones extra terram, & pulvis earum, & aër, immundus. Ita ut primitiae in corbe suspensae in terra Gentium, aërem illum admittentes per meatus aut foramina, immunditiem contraxisse judicari debeant, & ipse pulvis terrae Gentium, licet inferretur in terram Israëliticam, nihilo minus immundus maneat. Decretum hoc de immunditie terae Gentium adscribitur in Gemara Hierosolymitana *Schabbath fol. 3. c. 4.* Josi ben Joëzer & Josi ben Jochanan: quae nomina satis nota sunt iis, qui historiam Templi secundi ex monumentis Judaïcis haustam legerunt. Quamvis non

 desine

desint, qui hoc in Usha, post excisas Hierosolymas, natum putent.

p. 26. Denique hac in re ab omnibus aliis regionibus discreta est, & sanctior illis habetur a Judaeis, quod resurrectio mortuorum in ea esse futura credatur, ita ut si quis in Italia vel Graecia sepultus esset, anima non ante jungenda sit corpori, quam corpus ipsum ad terram Israëliticam fuerit delatum. Luculenter de hoc argumento disputatur in Bereschit Rabba, antiquissimo in Genesin commentario, sectione 96. §. 7. *fol. 518. fac. 2.* editionis Verdensis. ולמה כל האבות תובעים ומחבבים קבורת ארץ ישראל אמר רבי אלעזר דברים בגו רבי יהושע בן לוי אמר מהו דברים בגו אתהלך לפני ה׳ בארצות החיים אמרו רבותנו ב׳ דברים בשם רבי חלבו למה האבות מחבבין קבירת ארץ ישראל שמתי ארץ ישראל חיים תחלה בימות המשיח ואובלין שנות המשיח ורבי חננא (alii חנינא) אמר מי שמת בחוצה לארץ ונקבר שם שתי מיתות יש בידו שכן כתיב ואתה פשחור וכל יושבי ביתך תלכו בשבי ושם תמות ושם תקבר הוי יש בידו שתי מיתות לפיכך יעקב אומר ליוסף אל נא תקברני במצרים אמר ר׳ מה הקדוש ברוך הוא עושה להן מחילות בארץ ועושה אותן כמערות הללו והן מתגלגלין ובאים עד שהם מגיעין לארץ ישראל הקדוש ברוך הוא נותן בהן רוח של חיים והן עומדין מנין שכן כתיב הנה אני פותח את קבורותיכם והעלתי אתכם מקבורותיכם עמי והבאתי אתכם אל אדמת ישראל ואחר כך ונתתי בכם רוה וחייתם אמר ריש לקיש מקרא מלא הוא שכיון שהן מגיעין לארץ ישראל הב׳ה׳ נותן בהן נשמה שנאמר נותן נשמה לעם עליה מעשה ברבי ורבי אליעזר שהיו מהלכין בגילי (בשער) שחוץ לטבריא ראו ארון של מת שבא מחוצה לארץ לקבר בא׳ אמר ליה רבי לרבי אליעזר מה הועיל זה שיצתה נשמתו בח׳ ל׳ ובא להקבר בא׳ י׳ אני קורא עליו ונחלתי שמתם לתועבה בחייכם ותטמאו את ארצי במותתכם א׳ל׳ כיון שהוא נקבר בא׳ י׳ הק׳ב׳ה מכפר לו דכתיב וכפר אדמתו עמו: p. 27.

Quamobrem quaerunt & amant omnes patres sepeliri in terra Israëlitica? dixit R. Eleazar, hic aliquid latere. Rabbi Josua dixit, quid hic latet? Scilicet hoc est, quod legitur (Ps. 116. 9.) *ambulabo coram Deo in terra viventium. Duo dixerunt doctores nostri nomine R. Chelbo: quare est quod Patres nostri desideraverint sepeliri in terra Israëlitica: quia cadavera in terra Israëlitica condita omnium prima reviviscent & fruentur diebus Messiae. R. Chanina dixit, ei, qui extra terram Israëliticam moritur & sepelitur, duplicem mortem videri subeundam, quod colligit ex verbis* (Jerem. 20. 6.) *tu autem Paschur & omnes domestici tui abibitis in exilium, & ibi morieris & ibi sepelieris. In quibus mentio duplicis mortis (sc. exilii, quod ipsum uti mors consideratur, & mortis κυρίως ita dictae) ideoque Jacobus Josephum rogavit, ut in terra Israëlitica sepeliretur. Rabbi autem Simon dixit: si hoc verum est (duplici morte affici eos, qui extra terram Israëliticam moriuntur & sepeliuntur) an statuendum erit justos illos perire? Absit. Deus enim*

enim in eorum gratiam meatus & cavernas subterraneas efficit, per quas volvantur versus terram Israëliticam: ad quam ubi pertigerint, Deus iis indit spiritum vitae, ut stare possint, secundum illud quod scriptum est (Ezech. 37. 13.) *ecce ego aperiam sepulcra vestra & educam vos ex sepulcris vestris, populum meum, & introducam vos in terram Israëlis: & mox additur, spiritumque meum vobis indam. Resch. Lakis dicit: Sacer Codex hoc confirmat, quod scilicet anima tum reddenda sit corpori, quum pervenerunt cadavera ad terram Israëliticam, quando dicit, dans animam populo super eam (sc. terram)* Jes. 42. 5. *Huc facit historia de Rabbi Juda & R. Eliezere, qui circa portam Tiberiadis extra urbem ambulantes viderunt loculum cadavere onustum deferri ex regionibus extraneis in terram Israëliticam. Quid potest huic homini, dicebat Rabbi Juda, quod quum extra terram Israëliticam spiritum emiserit, hic sepeliatur? In eum quadrare videtur (quod* Jerem. 2. 6. *legitur) posuistis haereditatem meam in abominationem dum viveretis, & mortui polluitis ingressu terram meam. Sed respondit ei R. Eliezer: hoc utilitatis redit ad hunc hominem, quod hoc pacto peccata ejus expientur: quo spectat* (Deut. 32. 43.) *expiat terram suam & populum suum, vel, terra sua.* p. 28.

Cum his omnino conferri merentur ea, quae leguntur in Gemara *Ketuvoth fol. 111. 1.* ubi inter alia extat כל הקבור בארץ ישראל כאילו קבור תחת המזבח *Quicunque sepultus est in terra Israëlis idem censetur ac si sub altari sepultus esset.* Abarbanel in *Zachariam quaest. 1.* ἀθέους censet ἐν τῷ κόσμῳ (liceat verbis Apostoli uti *Ephes. 2. 12.*) qui extra terram Israëliticam degunt, דר, inquit, בחוצה לארץ דומה שאין לו אלוה *qui regiones incolit extra terram Israëlitarum, similis est illi, qui Deum non habet.*

CAPUT V.

DE NOMINE TERRAE, ALIA VOCE NON ADJECTA.

הארץ *terra sive regio.* Ἡ γῆ & πᾶσα ἡ γῆ *aliquando solam terram Israëliticam notat.* כל הארץ *idem. Tenebrae moriente Christo ortae* ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, Matth. 27. 45. *debeantne intelligi totum orbem terrarum texisse. Confirmatur haec sententia aliunde* הארץ *Judaeis idem quod* ἡ χώρα *Josepho. Rufini versio notata.*

TErra nonnunquam κατ' ἐξοχήν vel *regio*, הארץ, dicitur, atque ita frequenter eam Hebraei appellant. Unde interpretes Judaei saepe numero ad ארץ in Sacris literis lectum notant ארץ ישראל *haec est terra Israëlis.* Vide *Echa Rabbati fol. 54. col. 1.* Nam in ipso Codice Sacro videtur non deesse hujus appellationis indicia. Ita legitur *Ruth 1. 1.* ויהי רעב בארץ *& fames erat in terra.* At non erat fames in Moabitide, quo Elimelech profectus est, ut se fami subtraheret. Sic *Jerem. 22. 29.*

ארץ ארץ ארץ *Terra, terra, terra, audi verbum Dei. Jerem. 4. 20.* כי שדדה כל הארץ *quia vastata est tota terra Jerem. 12. 11.* נשמה כל הארץ *desolata est tota terra.* Ubi πᾶσα ἡ γῆ Graeci. *Jerem. 50. 34.* Deus quietam reddet
p. את הארץ *terram* & turbabit ליושבי בבל incolas Babel. Novi equidem
29. solere hic הארץ reddi per *terram hanc*, vel *regionem hanc*, quibus vocibus vox Hebraea ארץ aequivalet, uti & vocibus γῆ & χώρα, & nostris, Aarde/ & Land/ nec id mihi adversatur. Hoc enim tantum notari volo ארץ ἁπλῶς & כל הארץ dici de terra Israëlitica, plane uti הארץ & כל הארץ alias de universo terrarum orbe solet dici; sic ut, nisi verba adjecta doceant, quae significatio his vocibus tribui debeat, incertum sit, an hoc vel illo sensu accipiendae sint, adeoque ὅλη ἡ γῆ & πᾶσα ἡ γῆ apud Judaeos Graece loquentes scribentesve aeque de sola terra Israëlitica, quam de orbe terrarum in usu esse possit. Huc facit, Judaeos interpretes, quum satis animadverterent, verba haec כל הארץ ambigua esse, in commentari's suis admonere, nonnunquam ea accipienda esse pro terra Israëlitica, qudmadmodum ad *Zachariae c. 13. 8.* Kimchi והיה בכל הארץ פי' בכל ארץ ישראל *Erit autem in tota terra, id est, in universa terra Israëlitica.* Graeci illic habent ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Ita quod *Jacob. 5. 17.* legitur de temporibus Eliae, οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ τῆς γῆς ἐνιαυτὸς τρεῖς καὶ μῆνας ἕξ, *non pluit super terram per tres annos & sex menses, Luc. 4. 25.* ubi eadem historia narratur, dicitur ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, *supra universam terram. 1. Reg. 17. 7.* legitur לא היה גשם בארץ. Fateor haec ita capi posse, ac si per universum terrarum orbem non pluisset, sed ad scopum Dei non videtur fecisse cessatio pluviae in America, verbi gratia, aut Europa: agebatur modo de incolis terrae Israëliticae. Unde puto, heic per γῆν & ארץ hanc terram esse intelligendam.

Ita quoque existimant multi, quum patiente Christo *tenebrae ortae leguntur super universam terram*, σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν *Matth. 27. 45.* istis verbis innui universo terrarum orbi tenebras inductas non fuisse, sed soli terrae Israëliticae. Est tamen ratio dubitandi, an hoc loco vox *terrae* pro sola terra Israëlitica accipi debeat, quandoquidem ἐπὶ πᾶσαν (& ὅλην) τὴν γῆν *universam terram* non sine emphasi a tribus Evangelistis dicitur, Matthaeo, *loco citato, Marco, cap. 15. 33. Luca, cap. 23. 34.* & haec verba ac similia in Sacro Codice totum terrarum orbem notare
p. solent, uti πρόσωπον πάσης τῆς γῆς *Luc. 21. 35.* ὅλη ἡ γῆ. *Apocal. 13. 3.*
30. ἐν πάσῃ τῇ γῇ *Rom. 9. 17.* εἰς πᾶσαν τὴν γῆν *Rom. 10. 18.* & *Apoc. 5. 6.* Si solam terram Israëliticam indicare voluissent, credibile est, dicturos fuisse, ἐν ὅλῃ τῇ γῇ ἐκείνῃ uti *Matth. 9. 26.* & *31.* vel uti ὅλη ἡ γῆ Αἰγύπτου *Actor. 7. 11.* dicitur, potuissent simili phrasi totam Judaeorum terram describere. Quod si quis existimet, uti *Luc. 4. 25.* πᾶσα ἡ γῆ notat solam Israëliticam, ita hic quoque notare posse, me non habebit repugnantem. Fateor, ita posse accipi: verum & ipse mihi vicissim largiatur, eadem

eadem verba posse universum terrarum orbem significare, uti in aliis istis locis ex Novo Testamento a me productis vere significant. Consideret etiam, vim vocum firmandam potius & augendam, quam labefactandam & minuendam esse: praeterea uni loco *Luc. 4. 25.* opponi multa alia: & non sine emphasi tres Evangelistas eodem loquendi modo usos, & πᾶσαν vel ὅλην adjecisse, qui alias eadem narrantes non ita iisdem verbis rem exprimere solent. Denique militant pro hac interpretatione testimonia Phlegontis Talliani, aliorumque veterum scriptorum sacris Gentium addictorum, ipsorumque Sinensium, qui in fastis suis prodigiosae hujus eclipseos meminerunt, quaeque, ne in re obvia simus nimii, praeterimus. Videmur sane melius consulturi rei Christianae & honori Sospitatoris nostri, si insigne hoc prodigium (quod, etiamsi soli terrae Israëliticae innotuisset, satis evidens fuisset Solis Justitiae laborantis & orbi Judaico deficientis indicium) etiam hostium nostrorum ore confirmemus; inprimis quum nihil repugnet, quam si illud evertendo, vel unum armorum genus, quibus, adspirante Divino favore, cum successu uti possumus, ex manibus Christianorum excutiamus.

Sed quicquid sit, de usu hujus nominis in Sacro Codice, certum est, Judaeos & nunc & olim in scriptis suis vocibus כל הארץ & הארץ saepe solam terram suam intellexisse. In *Menachoth. VIII. 1.* כל קרבנות הצבור והיחיד באים מן הארץ ומחוצה לארץ *omnes oblationes tam publicae quam private veniunt ex terra & regionibus extra terram. Kidduschin. 1. 9.* כל מצוה שהיא תלויה בארץ אינה נוהגת אלא בארץ *Quodcunque praece-* p.
ptum dependet a terra, non observatur nisi in terra. Quamvis forsitan illud 31.
הארץ hoc sensu rectius per *regionem*, quam *terram* verteremus, regionem sc. Judaeorum, quae intelligenda est sine dubio, quum de rebus Judaeorum agitur: uti apud Josephum χώρα, non γῆ dicitur; & quum de antiquitatibus Judaeorum agat, clarum est per τὴν χώραν regionem Judaeorum intelligendam esse. Sic ἡ χώρα legitur *Ant. X. 5.* ibidem χώρα ἅπασα: quod convenit cum Hebraeo כל הארץ *tota terra* sc. Judaïca. Quare non debuisset Rufinus *lib. 11. de bell. cap. 1.* haec verba Josephi ἐκ τῆς χώρας reddidisse *ex agris*, sed ex regione, sive Judaea, uti *l. 11. de bell. c. 2.* reddit κατὰ τὴν χώραν, *per Judaeam*, nam ex *Antiq. XVII. 12.* liquet per χώραν intelligi Ἰουδαίαν.

CAPUT VI.

DE NOMINE JUDAEAE.

Terra Judae quid proprie notet. An in Veteri Testamento alicubi usurpetur pro universa terra Israëlitica. Regio trans Jordanem an dicta sit Judaea. Ἰουδαία πέραν τοῦ Ἰορδάνου quid apud Josephum. Quomodo regio tribus Naphthali

Naphthali dici possit impingere ab ortu in Juda. Judae regio Jordanem non habuit terminum orientalem, sed lacum Asphaltiten. Stante Templo secundo ex omnibus 12. tribubus aliqui in terra Israëlitica habitarunt. Testimonia scriptorum veterum ex Hebraeis, Christianis, & Gentibus, qui nomen Judaea usurparunt.

INter alia nomina terrae Israëlitarum dari solita celebre est *Judaea*, quod & in sacris tabulis & scriptis Hebraeorum Christianorumque frequentet usurpatur. Vis ei nomini subjecta accuratius enucleanda est, videndumque prius, quomodo in Codice Sacro, deinde ab aliis scriptoribus, accipiatur, ut omnis vitetur confusio, & planum fiat, quomodo pro ratione diversorum temporum modo latius, modo minus late pateat.

p. 32. Nomen *terrae Judae*, sive ארץ יהודה proprie illam tantum regionem significat, quae a tribu Juda possessa fuit, & scisso in duas partes regno, quarum illa Judae, haec Israëlis dicta postmodum fuit, terras duarum praecipue tribuum Judae & Benjaminis: cui rei ut satis notae non immorabor. At videtur in ipso veteri Instrumento nonnunquam nomen Judaeae, sive terrae Juda, latius accipi pro universa terra Israëlitica, quemadmodum *2. Chron. 9. 11.* ולא נראו כהם לפנים בארץ יהודה *talia non fuere visa antea in terra Judae.* In loco parallelo *1. Reg. 10. 12.* est ולא נרא עד היום הזה *Talia visa non sunt usque in diem hunc.* Liquet, opinor, ista phrasi indicari, apud Israëlitas talia visa non fuisse: nec illic de terra a tribu Juda possessa, oppositae ad tribum Benjamin, aut Dan, agitur. Plura loca addere possem, verum quia praevideo, aliquem dicturum, partem praecipuam, terram sc. Judae, poni pro terra universa (quod etiam concedo lubens, modo vicissim mihi ille largiatur, vere totam terram Judae nomine illic intelligi) iis recensendis supersedeo, & hoc potius ad examen revocandum puto, an terra trans Jordanem dicta non fuerit Judaea. Josephus certe meminit τῆς Ἰεδαίας πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ *Antiq. XII. 5.* id est יהודה עבר הירדן, vel dici illa posset *Juda Jordanis*, quia alia Judaea יהודה stricte dicta non Jordanem, sed lacum Asphaltiten ad ortum habuit. *Matth. 19. 1.* de Christo dicitur μετῆρεν ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας καὶ ἦλθεν εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰεδαίας πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ. *Discessit e Galilaea & venit in fines Judaeae trans Jordanem.* In loco parallelo *Marc. 10. 1.* dicitur ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰεδαίας διὰ τȣ̃ πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ *venit in fines Judaeae per regionem trans Jordanem.* Videtur tamen in priori loco Ἰεδαία πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ ita conjungi, ut nomen sit regionis, quam *Judaeam trans Jordanem* appellare nos possemus. Certe qui πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ vertunt *secus Jordanem*, non *trans*, hypothesi serviunt. Adde Judaeam proprie dictam non fuisse ad Jordanem, sed ad occasum maris mortui, atque ita, quum nomen Judaeae illi regioni daretur, quae ad austrum Samariae sita fuit, nec ulla portio regionis cis Jorda-

nicae praeter eam Judaea diceretur, regionem trans Jordanem dici apte potuisse *Judaeam trans Jordanem*, vel *Judaeam Jordanis*. p.

Et eo quidem magis in hanc sententiam pronus sum, quod hac ratione maximus, atque insolubilis fere nodus, qui plurimos interpretes torsit, solvatur. Hunc offerunt nobis verba, quae leguntur in libro Josuae *cap. 19. 35.* de regione tribus Naphtali, *& incidit in Zabulon a meridie, & incidit in Aser ab occidente*, וביהודה הירדן *& in Juda ad Jordanem* (ita vulgo solent haec Latine reddi) *ad orientem.* Ultima non exiguam habent difficultatem, quae multos fatigavit interpretes. Quomodo enim Nephtali dici potest Judam attingere ad Jordanem, quum tribus Benjamin, Ephraim & Menasse sint interjectae? Scio, quid dici soleat, Nephtalitas esse adsitos tribui Judae, quia per Jordanem facile commercia instituere poterant cum Judaeis: sed non erat iis facilius, commercia cum Juda instituere, quam aliis, uti Ephraim, Ruben, Gad & quae aliae ad Jordanem pertinebant, de quibus tamen nunquam dicitur נגעו ביהודה *incidunt in Juda.* Praeterea an non scriptor ejusmodi, qui versatur in describendis finibus variarum regionum, ut eos lectori notos reddat, credendus est (si ita loqui liceat) studio velle obscurus esse, qui eadem phrasi utitur de tribus, Zabulon, Aser, & Juda, ita, ut de duabus prioribus velit ita hanc phrasin accipi, uti semper accipi solet, quod hae regiones se contingant, & de tertia, quod commercia cum ea possit instituere. Nam censeri debet eodem modo scripsisse, ac si quis hodie Belgium nostrum, sive regionem septem populorum sociatorum, descripturus diceret, *tangit Germaniam, Belgium Hispanicum, & Daniam:* priores quidem duas regiones proprie tangere dici potest, ultimam vero, quatenus per mare commercia utrimque institui possunt. Praeterea Juda non erat sita ad Jordanem. Limes enim ejus borealis a lingua maris salsi, ubi Jordanes mari mortuo infunditur, ducit initium, uti supra vidimus. Nihil ergo mihi videtur ad solvendum hunc nodum aptius adferri posse, quam si regionem trans Jordanem dicamus appellari *Judaeam ad Jordanem*, quae omnino terminus fuit tribus Naphtali ad ortum, plane uti Josephus Galilaeam scribit ad ortum terminari, regione Hippene & Gadarene, quae ipse in Judaea πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ sitae fuerunt. p. 33. 34.

Video, mihi objici posse, nomen Ἰεδαίας πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ esse recentius, quam ut libro Josuae possit credi insertum fuisse. Fateor, si Josua ipse librum de nomine suo nuncupatum scripsisset, quando necdum Judaeae nomen adeo late patebat, verisimile non esset, illum appellaturum fuisse regionem trans Jordanicam *Judaeam Jordanis* יהודה הירדן. Sed quum liber Josuae a Josua ipso conscriptus non sit (vide caput ultimum) & potuerit eo tempore conscriptus esse, quo regio trans Jordanem Judaea trans Jordanica dicta est, quidni credamus, ita se rem habere? aut si vel maxime a Josua fuisset exaratus, vel annis haud multis

post, quidni liceret dicere (quod de libris Mosis multi statuunt) nomina quaedam locorum a viris divinis, qui longe postea vixerunt, immutata fuisse in nomina recentiora & magis nota, atque ita etiam post exilium Babylonicum haec verba יהודה הירדן *Judaeam trans Jordanicam*, libro Josuae fuisse inserta. Certe quum Judaea, Samaria, & Galilaea appellarentur regiones cis Jordanem, & Judaea quidem aut certe longe maxima pars, & unde nomen habet, regio Judae scilicet, non ad Jordanem sita esset, sed ad mare mortuum, regio trans Jordanica jure fuit appellata Ἰεδαία πέραν τȣ̃ Ἰορδάνȣ & Hebraice הורדן עבר הירדן vel יהודה הירדן *Judaea Jordanis*, quod altera Judaea non ad Jordanem, sed mare mortuum sita esset.

Stante Templo secundo, & postea nomen Judaeae toti illi regioni, quam Judaei tenuerunt adhaesit; non quod sola tribus Juda ex Babylonia redierit (contrarium patet ex *1. Chron. 9. 3. Ezr. 1. 3. 5.* & *6. 16.* & *Act. 26. 7.*) sed quod Juda tribuum Israëliticarum esset pracipua. *Juda caput erat tribuum* יהודה ראש לשבטים uti legitur in *Midrasch. Esther, fol. 122. col. 4.* & quando recensio fit omnium 12. tribuum, aliquoties Juda primo loco memoratur, uti *Numer. 2. 3.* & *cap. 7. 12.* & *cap. 10. 14. Apocal. 7. 5.* Unde & omnes reliquae tribus de nomine ejus Judaeorum nomen acceperunt, secundum praedictionem Jacobi *Gen. 49. 8. Juda, te confitebuntur (de nomine tuo dicentur) fratres tui.* Ideo & Hebraei
p. scriptores & Christiani & sacris Gentium addicti frequenter eo utuntur.
35. Nonnunquam tamen observamus, regionem ad occasum amnis Jordanis sitam solam hoc nomine dici, aliquando & regionem ad ortum. Quod non tantum inde repeto, quod praecipua terrae illius portio ad occasum Jordanis fuerit, verum etiam quod maxima pars regionum ad ortum Jordanis sitarum saepe Judaeis erepta fuerit ab Arabibus. Audiamus nunc veterum aliquos, qui nomine Judaeae usi sunt. Agmen ducat Josephus, *Antiquitatum libro 1. cap. 7.* Χαναναῖος . . . τὴν νῦν Ἰεδαίαν καλȣμένην οἰκήσας ἀπ' ἀυτȣ̃ τȣ̃ Χαναὰν προσηγόρευσε. *Chananaeus . . . . regionem, quae nunc Judaea dicitur, incolens Chananaeos de nomine suo nuncupavit.* Ptolemaeus Geographus, in titulo descriptionis hujus terrae,

ΡΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ ΣΤΡΙΑΣ, ΗΤΙΣ ΚΑΙ ΙΟΥΔΑΙΑ ΚΑΛΕΙΤΑΙ, ΘΕΣΙΣ.

Nec aliter in Nummis veteribus Titi Vespasiani legitur, quam ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΕΛΑΩΚΥΙΑΣ, & JUDEA CAPTA, & JUDEA DEVICTA. Sic scribitur illic, quum tamen scribi oporteat JUDAEA. Ita & Rutilius, ad hanc Titi victoriam respiciens, *in Itinerario, v. 395.*

Atque utinam nunquam Judaea subacta fuisset
Pompeji bellis, imperioque Titi.

Laudat Clearchum, Philosophum Peripateticum, hoc nomine usum in *libro 1. de somno* Eusebius *praepar. Evang. lib. 1. c. 5.* Προσαγορεύται γὰρ, ὃν κατοι-

κοικȣ̃σι τόπον Ἰεδαία. *Appellatur enim regio quam incolunt Judaea.* Sed inprimis notatu digna sunt verba Eusebii *libro VIII. Demonstrationis Evangelicae*, quibus rationem reddit hujus nominis ex prophetia Jacobi *Gen. 49. 10.* principatum huic tribui vindicantis. Καὶ τὴν πάτριον ἀυτῶν χώραν Ἰεδαίαν διὰ τὴν ἀυτὴν ἀποκαλεῖσθαι συμβαίνει αἰτίαν. Ἐπεὶ διατί μὴ ἀπὸ τȣ̃ πρώτȣ τῶν δώδεκα, λέγω δὲ ἀπὸ τȣ̃ Ῥȣβὶμ, τὸ ἔθνος ἀυτῶν ἐχρημάτισε; καί τοι παρὰ τῷ θείῳ νόμῳ τῶν πρωτοτόκων τετιμημένων; διάτι μὴ ἀπὸ τȣ̃ Λευὶ, ὁ μȣ̃ καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῷ τȣ̃ ἱεροσύνης τιμήματι τὸν Ἰȣ́δαν παρεξάγοντος. *Ob eandem causam (sc. ob oraculum Jacobi uni tribui Judae imperium asserentis) patria eorum terra Judaea appellatur. Cur enim non a primo ex duo-*
decim, sc. Ruben gens eorum dicta est, praecipue quum Lex primogenitos prae aliis p.
honoret. Quidni a Levi, qui & tempore & sacerdotii honore Judam anteibat? 36.
Deinde etiam rogat, quidni a Josepho, qui olim Aegypto, & cujus posteri totis 9. tribubus postea praefuerunt, nomen eorum ductum sit. Quidni a Benjamin, in cujus tribus regione Hierosolyma & templum fuerunt? Scilicet, vis oraculi Jacobei praevaluit, & Judam *confiteri fratres ejus* (אתה יודוך אחיך) & de nomine ejus omnes dici debuerunt, uti in hunc usque diem *Judaei* dicuntur omnes posteri Jacobi. Se ipsi vocant יהודים, & gentes Europaeae, Asiaticae, & Africanae, inter quas versantur, eos Judaeos nuncupant. Longe aberrant a vero, qui Judaeorum nomen ab Ida monte ducunt. Errant quoque, qui a Judaeo, nescio quo, Spartonis filio; Unde & originem traditionis illius, Spartanos & Judaeos fuisse gentes cognatas, nonnunlli petunt. Ita scribit Stephanus in Ἐθνικοῖς· Ἰȣδαῖα· Ἀλέξανδρος ὁ πολυίςωρ ἀπὸ τῶν παίδων Σεμιράμιδος, Ἰȣ́δα καὶ Ἰδȣμαία· ὡς δὲ Κλαύδιος Ἴολαος ἀπὸ Ἰȣδαίȣ Σπάρτωνος, ἐκ Θήβης μετὰ Διονύσȣ ἐςρατευκότος. Τὸ ἐθνικὸν Ἰȣδαιȣ̃ς, τινὲς δὲ Ἰȣδαίȣς φασίν. *Judaea. Alexander Polyhistor dictam putat a filiis Semiramidis Juda & Idumaea. Verum uti Claudius Jolaus existimat, a Judaeo Spartonis filio qui Thebis cum Baccho militiam adiit. Gentile est Judaeus: quidam vero Judaeos dicunt.*

Huc quoque faciunt verba Hieronymi ad *cap. 1. Jesaiae. LXX.* & *Theodotio posuere Judaeam, quae totam terram duodecim tribuum ostendit.* Et ad *Ezech. 36. Domus Israël, hoc est, populus Judaeorum habitavit quandam in terra sua, hoc est in terra Judaeae, quando educta est ex Aegypto.* Aliquando Judaea, distincta ab regione trans Jordanem, videtur accipi pro portione tribuum novem & semis, uti apud Hieron. ad *Ezech. 36. Quando Moyse duce trans Jordanem duae & semis tribus acceperunt possessionem trans Jordanem; & sub JEsu filio Nave aliae novem & semis tribus terram Judaeam possederunt.* Scilicet tum regio trans Jordanica distinguitur a Judaea, & Arabia nuncupatur, uti apud Hieronymum *in lib. de situ & nomin. locor.* aliquoties. Et hoc sensu Jordanes dicitur dividere Judaeam & Arabiam. Cyrillus
in Jesaiam *lib. 1. orat. 2.* Αἰσθητὴν δὲ φαμὲν τὴν Ἰȣδαίαν, καὶ μέν τοι καὶ Ἰερȣσαλὴμ, ἀυτὴν μὲν τὴν χώραν, ἐν ᾗ κατῴκησεν ὁ Ἰσραήλ. *Sensibilem vero* p.
Judaeam & Hierosolymam appellamus regionem in qua Israël habitavit, Idem 27.

lib. X. contra Julianum. Ναΐν· Μία δὲ αὐτὴ τῶν κατὰ τὴν Ἰεδαίαν πόλις. *Nain una erat ex urbibus Judaeae.* Atqui Judaeae urbs non erat, si Judaeae nomen Samariae & Galilaeae opponatur, sed Judaeae, si per eam tota terra Israëlitica intelligatur. Ita accepit quoque Procopius Gazaeus vocem Judaeae, quum in Comm. ad *Gen. 14.* scribit, Dan vicum limitem fuisse Judaeae, ubi Jordanes oritur: & ante ipsum Eusebius, ἥτις καὶ ὅριον τῆς Ἰεδαίας ὑπῆρχεν, ἔνθεν δὲ καὶ ὁ Ἰορδάνης ἔξεσιν. Judaeam vocat hoc sensu idem Eusebius in procemio ad Onomasticon urbium & locorum. Τῆς πάλαι Ἰεδαίας ἀπὸ πάσης βίβλε καταγραφὴν πεποιημένος καὶ τὰς ἐν αὐτῇ τῶν δώδεκα φυλῶν διαιρῶν κλήρας, quibus manifesto ostendit, regionem duodecim tribuum Judaeam ei dici. Atque ita in eodem libro ad vocem Νιριγέλ regionem Samaritanorum Judaeam vocat, ταύτην ἔκτισαν ἐν τῇ Ἰεδαίᾳ οἱ ἀπὸ Βαβυλῶνος Σαμαρεῖται. Hieron. *hanc extruxerunt in regione Judaeae Samaritani, qui de Babylonia sunt profecti:* & ad vocem Δὰν, ἥτις καὶ ὅριον τῆς Ἰεδαίας ὑπῆρχεν, *quae (urbs Dan) terminus est Judaeae.* Origenes *in Evangel. Johannis, tomo VIII.* scribit, Gadara esse urbem Judaeae, illam sc., quae non longe a mari Tiberiadis est. Tertullianus etiam solet nomine Judaeae terram Israëliticam nuncupare, uti in *lib. III. adv. Marcionem. De restitutione Judaeae, quam ipsi Judaei, ita, ut describitur, sperant* &c. & ibid. *Redde statum Judaeae* &c. *lib. adv. Judaeos. Terminos terrae David filio promissos, qui intra unicam Judaeam regnavit.*

CAPUT VII.

DE NOMINE PALAESTINAE.

Regio omnis, quam Judaei incoluerunt, nomen Palaestinae habuit. Hebraeorum
p. *scriptores, Philo, Josephus, & alii hoc nomine usi.* פלסטיני *in antiquissimis*
38. *Judaeorum scriptis. Gentibus etiam hoc nomen usurpatum, & inter eas scriptoribus Graecis & Latinis. In Nummis* PALESTINA *legitur, sed male. Christianis hoc nomen in frequenti usu. Loca ex Eusebio, Hieronymo, Origene, Chrysostomo, Tertulliano, Epiphanio & aliis producta. Mohammedanis ipsis hoc nomen haud ignotum. Palaestina aliquando regionem a Philistaeis inhabitatam notat.*

PAlaestine nomen, quod nobis prae reliquis placuit, quum huic operi titulum daremus, frequenter si quod aliud usurpatum est, non a Judaeis tantum, verum etiam Gentibus, Christianis, ipsisque Mohammedanis. Non nego praecipue, hoc nomine terram cis Jordanem intelligi, quum iis saeculis, quibus nomen Palaestinae maxime in usu fuit, inprimis habitarent Judaei cis Jordanem. Sunt autem scriptores, qui universam regionem a Judaeis inhabitatam Palaestinam nuncupent. Sunt quoque qui ita Palaestinae nomine utantur, ut ambiguos nos reddant

dant velint ne intelligi de sola terra cis Jordanem, an de terra Israëlitarum universa. Sed cum exigua fuerit, uti mox monuimus, portio terrae trans Jordanem, stante Templo secundo, & post a Judaeis, possessa respectu terrae cis Jordanicae, credi potest, eos Palaestinae nomine voluisse regiones Judaeorum indicare, sive cis, sive trans, praecipue tamen cis Jordanem. Videamus quosdam locos.

Quod ad Judaeos attinet, Philo *lib. de Abrahamo*, voce Palaestinae utitur tanquam eandem vim habente cum vocabulo Canaanitidos, & nomen Palaestinae a Syris ortum vel certe apud eos usitatum statuit. Ἡ Σοδομιτῶν χώρα μοῖρα τῆς Χανανίτιδος γῆς, ἣν ὕςερον ὠνόμασαν Σύροι Παλαιςίνην. *Regio Sodomitarum, portio terrae Chananitidis, quam postea Syri nuncuparunt Palaestinam.* Syris scribitur hoc nomen ܦܠܫܬܝܢܐ. Idem Philo *lib. de vita Mosis.* Παλαιςίνην ἡ τότε προσηγορεύετο Χαναναίων. *Palaestinae, quae tunc Chananaeorum appellabatur.* Josephus quoque licet nomine Palaestinae plerumque intelligat regionem a Philistaeis inhabitatam, tamen *Antiquitatum libro VIII. cap. 4.* etiam terram Israëliticam no- p.
mine Palaestinae Syrorum videtur complecti, scribens ἐν τῇ Παλαιςίνῃ 39.
Σύρων nullos circumcidi exceptis Judaeis. R. Nathan in Lexico Aruch dicto ad vocem פלסטיני Παλαιςίνη notat in *Bereschit Rabba*, antiquissimo in Genesin commentario, eam inveniri. Locus extat sectione 90. §. 6. ויהי רעב בכל הארצות בשלשה ארצות בפניקיא ובערביא ובפלסטיני *Et erat fames in omnibus terris, sc. in tribus terris, Phoenicia* (ita jam tum scribebant, barbare, pro *Phoenice*) *Arabia & Palestine.* Inveni etiam hanc vocem in *Echa Rabbati*, vetustissimo commentario ad Threnos Jeremiae, *folio 67. columna 2.* דוכוס דפלסטיני *Dux Palaestinae.*

Gentes quoque, & in iis scriptores Graecos, hoc nomen usurpasse liquet ex Dione Cassio, & aliis. Ille quidem *Histor. Roman. lib. XXXVII.* ita de eo disserit. Ταῦτα μὲν τότε ἐν τῇ Παλαιςίνῃ ἐγένετο· ἔτω γὰρ τὸ σύμπαν ἔθνος, ὅσον ἀπὸ τῆς Φοινίκης μέχρι τῆς Αἰγύπτε παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἔσω παρήκει, ὑπὸ παλαιᾶ κέκληται. Ἔχεσι δὲ καὶ ἕτερον ὄνομα ἐπίκτητον. ἥτε γὰρ χώρα Ἰεδαία καὶ αὐτοὶ Ἰεδαῖοι ὠνομάζεται· ἡ δὲ ἐπίκλησις αὕτη ἐκείνοις μὲν ἐκ οἷῦ, ὅθεν ἤρξατο γενέσθαι, φέρει δὲ καὶ ἐπὶ τὰς ἄλλας ἀνθρώπας, ὅσοι τὰ νόμιμα αὐτῶν, καίπερ ἀλλοεθνεῖς ὄντες ζηλᾶσι. *Illa quidem tunc in Palaestina gerebantur. Ita enim antiquitus tota illa gens vocabatur quae a Phoenice usque ad Aegyptum juxta mare internum extensa est. Habent & aliud nomen adscititium: regio enim ipsa Judaea, populi Judaei nuncupantur. Hoc cognomen unde originem acceperit ignoro. Certe etiam illi qui ex ea gente non sunt, modo secundum leges eorum vivant, Judaei dicuntur.*

Julianus in *lib. contra Christianos.* Μικρᾶ γένας . . . ἑνὶ μέρει συνοικισθέντος τῆς Παλαιςίνης. *Parvae gentis . . . (Judaeorum) quae in una parte Palaestinae habitavit.* Et postea, de Judaeis, κατοικήσαντες τὴν Παλαιςίνην, *incolentes Palaestinam.* Aristides, Photio laudatus in *Bibliotheca pag. 1311.* Judaeos vocat τὰς ἐν Παλαιςίνῃ δυσσεβεῖς, *impios Palaestinae incolas.* Latini quoque

 scri-

ſcriptores, tum in ſoluto, tum ligato ſermone, hoc nomine uſi ſunt. Cicero meminit *regionis Palaeſtinorum.* Flavius Vopiſcus in vita Aureliani *feras Palaeſtinas* memorat. Statius *Sylvarum lib. III. carm. 2.*

p. 40. —— *Latius, cui ductor Eoa*
Signa, Palaeſtinaſque dedit frenare cohortes.

Silius Italicus, *lib. III.*

—— *hic fera gentis*
Bella Palaeſtina primo delebit in aevo.

Ovidius, *in Faſtis*

Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo
Inque Palaeſtinae margine ſedit aquae.

Idem *lib. V. Metamorph.*

—— *occidit Aſtreus*
Matre Palaeſtina, dubio genitore creatus.

Et *lib. IV. Metam.*

Derceti, quam verſa ſquamis velantibus artus
Stagna Palaeſtini credunt celebraſſe figura.

Adde Nummos Veteres, uti Veſpaſiani cum Inſcriptione PALESTINA IN POTESTATEM P. R. REDACTA. Ex qua Inſcriptione PALESTINAM, non PALAESTINAM, eſſe ſcribendam quidam cenſuerunt. Sed quum iiſdem illis nummis inſcripta quoque haec ſint DE JUDEIS, & in aliis legatur JUDEA CAPTA, etiam *Judei* ſcribendum eſſet, non *Judaei.* Sed & ejuſdem commatis nummi hanc Inſcriptionem PALAESTINA praeferunt, & Graece Παλαιςίνη conſtanter ſcribitur, non Παλεςίνη. In aliis tamen nummis eſt etiam PALESTINA COLONIA P. R. & in averſa facie TRIUMPH. DE JUD.

Chriſtianis autem, tum primis eccleſiae Chriſtianae doctoribus, tum aliis, in frequentiſſimo uſu eſt Palaeſtinae nomen. Hieronymus nomina Judaeae & Palaeſtinae pro iiſdem habet, *in Comment. ad Ezechiel. 27. Quibus terra Judaea, quae nunc appellatur Palaeſtina, abundat copiis.* Origenes *lib. 1. in Job.* aſinos in regione Palaeſtinorum & Arabia eſſe veloces inſtar equorum ſcribit. Chryſoſtomus paſſim nomine Palaeſtinae terram Iſraëliticam deſignat, ſcribens, Judaeos inhabitare Palaeſtinam, p. 41. Abrahamum ex Meſopotamia, juſſu Dei, iter feciſſe in Palaeſtinam, Apoſtolos Chriſti fuiſſe Palaeſtinos, Palaeſtinam inopia aquae laborare &c. Epiphanius *l. 1. adv. haer. p. 17.* tradit Παλαιςίνην ſuo tempore dici, quae olim Χαναανῖτις γῆ, Ἰεδαία, καὶ Φιλιςιαῖα audiit. Tertullianus, licet plerumque terram Iſraëliticam Judaeae nomine appellet, non abſtinuit tamen a voce Palaeſtinae. Ita ſcribit *in Apologetico. Nondum Judaeum ab Aegypto examen Palaeſtina ſuſceperat, nec jam illic Chriſtianae ſectae origo conſederat, cum regiones ad fines ejus Sodoma & Gomorra igneus imber exuſſit. Et in eodem*

eodem Syriam Palaeſtinam vocat. *Tiberius, cujus tempore nomen Chriſtianum in ſeculum intravit, annuntiata ſibi ex Syria Palaeſtina detulit* &c. Idem in *lib. de Pallio. Aſpice ad Palaeſtinam, qua Jordanes amnis finium arbiter, vaſtitas ingens, & orba regio & fruſtra ager.* Leontius *de ſectis p. 392.* Χαναναίας (ita legitur in codice MSto, qui cum meo collatus eſt. In vulgatis eſt Χαναναίας) ἤτοι Παλαιςίνης. Malala *in Chronico p. 84.* tranſire Jordanem καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν τῆς Παλαιςίνης χώραν.

Mohammedanis ipſis non ignarum eſſe nomen Palaeſtinae liquet ex iis, quae ſuperius, *p. 8.* notavimus. Si quis ex libris, qui typis deſcripti ſunt, teſtimonia deſideret, *hiſtoriam Timuri* conſulat *pag. 182. Elmacinum pag. 19. tabulas Geographicas Vlugbeigi*, editas a Gravio *pag. 38.* & Scherif Ibn Idris (cui nomen Geographi Nubienſis adhaeſit, quod in codice, quo interpres ejus Latinus, Gabriel Sionita, uſus eſt, legeretur *Nilus Aegypti qui ſecat* ضنا *terram noſtram,* quum in aliis codicibus legatur ضنه *terram ejus:* quam obſervationem debemus harum literarum peritiſſimo *Ockleyo*, in *Introduct. ad ling. orient. p. 145. parte 5. climatis 3.*

Palaeſtina etiam dicta eſt regio Philiſtaeorum, quam Joſephus Παλαιςίνην appellare ſolet *Ant. 1. 7. 11. 6. VI. I. VIII. 2.* & *IX. 13.* quae quando terra Iſraëlitica nomen Palaeſtinae adepta eſt, γῆ ἀλλοφύλων terra alienigenarum dicta eſt, Vid. *Jud. 3. 3.* πέντε σατραπείας τῶν ἀλλοφύλων *Jud. 16. 5.* Atqui, dicet aliquis, etiam Moabitae & Syri & Arabes erant ex alia gente, quam Judai, quidni & illi ἀλλόφυλοι appellati ſunt? Reſpondebit pro me Theodoretus in *not. ad Pſal. 59.* Ἀλλοφύλους μέν τοι καλεῖ τοὺς p. Παλαιςινοὺς ἡ θεία γραφὴ ἐχ' ὡς τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὁμοφύλων ὄντων, ἀλλ' 42. ὡς τῶν ἄλλων μὲν ἀφεςηκότων, τούτων δὲ ὁ μόνον ὁμόρων ὄντων ἀλλὰ καὶ μεταξὺ κατοικούντων. *Alienigenas appellat Sacer Codex Philiſtaeos, non ita ut aliae gentes cenſentur poſſe dici ejuſdem generis cum Judaeis, ſed quod aliae gentes longius diſtent a terra Iſraëlitica, Philiſtaei non tantum finitimi ſint, verum etiam inter illos habitent.* Idem ad *Pſal. 82.* Ἀλλοφύλους οἱ ἄλλοι Φιλιςιαίους καλοῦσι ἑρμηνευταί· ἡμεῖς ὀνομάζομεν Παλαιςινούς· ἤτοι γὰρ μόνοι καταλειφθέντες ἐκ τοῦ γένους τοῦ Χαναάν, καὶ παρὰ τὸν Ἰσραὴλ οἰκοῦντες εἰκότως ἀλλόφυλοι διαφερόντως ἐκλήθησαν. *Alienigenas alii interpretes Philiſtaeos appellant, quos nos nuncupamus Palaeſtinos. Hi enim ſoli ex genere Chanaan relicti & juxta Iſraëlem habitantes merito alienigenae potiſſimum nuncupati ſunt.* Idem ad *Jer. 47.* Ἀλλοφύλους δὲ καλεῖ τοὺς τὴν Ἀσκάλωνα καὶ τὴν Γάζαν καὶ τὴν Ἄζωτον, καὶ τὴν Γὲθ καὶ τὴν Ἀκκαρὼν οἰκοῦντας. *Alienigenas appellat incolas Aſcalonis, Gazae, Azoti, Gath, & Accaronis.*

CAPUT

CAPUT VIII.

DE NOMINE SYRIAE PALAESTINAE, SYRIAE, ET COELESYRIAE.

Herodoti loci quidam de Syria Paleſtina examinati. Palaeſtinae limes auſtralis lacus Sirbonis. Jenyſus & Cadytis urbes Palaeſtinae, uti & Azotus & Aſcalon. Palaeſtina diverſa a Phoenice. Loci Joſephi, Philonis, Tibulli, Ovidii, Ammiani, & aliorum, qui Syriae Palaeſtinae meminerunt. Eadem haec regio Syria ἁπλῶς dicta. Teſtimonia ex Ariſtobulo, Herodoto, Joſepho & aliis. Syriae nomen latiſſime patet. Coeleſyria etiam nomen terrae Iſraëliticae datum. Diſſenſus veterum de ſitu Coeleſyriae.

SYriae Palaſtinae nomen etiam huic regioni, aut certe maxime parti
p. ejus, tribuit hiſtoricorum profanorum parens Herodotus *lib. VII.*
43. *c. 89.* ἔτοι οἱ Φοίνικες τὸ παλαιὸν οἰκέον, ὡς αὐτοὶ λέγεσι, ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ· ἐντεῦθεν δὲ ὑπερβάντες τῆς Συρίης οἰκέεσι τὸ παρὰ θάλασσαν· τῆς δὲ Συρίης τέτο τὸ χωρίον καὶ τὸ μέχρι Αἰγύπτε πᾶν Παλαιςίνη καλέεται. *Phoenices autem illi* (quibus junctos fuiſſe Συρίας ἐν τῇ Παλαιςίνῃ mox memoravit, uti alibi *l. 11. 104.* dicit Φοίνικας καὶ Συρίας τὰς ἐν τῇ Παλαιςίνῃ circumcidi) *olim mare rubrum, ut ipſi dicunt, accoluerunt, & illinc digreſſi Syriae regionem maritimam occuparunt. Haec autem regio Syriae, & quicquid Aegypto tenus eſt, Palaeſtina vocatur.* Extendit itaque Palaeſtina ſe uſque ad lacum Sirbonidem; nam inde Aegyptus incipit ex mente Herodoti: ita ſcribit *lib. 11. 6.* ἡμέες διαιρέομεν εἶναι Αἴγυπτον ἀπὸ τε Πλινθηνήτεω κόλπε μέχρι Σερβωνίδος λίμνης. *Nos Aegyptum diſtinguimus a ſinu Plinthinete uſque ad lacum Sirbonidem:* & *l. III. c. V.* ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφὼ κέκρυφθαι, ἀπὸ ταύτης ἤδη Αἴγυπτος. *A lacu Serbonide, in quo Typhona occultatum ferunt, deinceps eſt Aegyptus.* Ibidem videtur Syris his Palaeſtinis urbes duas adſcribere, Κάδυτιν in montanis ſitam & Ἰήνυσον. Jenyſus aberat a Caſio monte & lacu Serbonide iter trium dierum: a Cadyti autem uſque ad Jenyſum emporia ad mare ſita omnia erant ditionis Arabicae. Alibi, ſc. *lib. II. cap. 44.* Tyrum urbem Φοινίκης appellat & Sidona *lib. II. cap. 116.* Sidonios Φοίνικας *lib. VII. cap. 96.* Azotum vero *lib. II. cap. 157.* μεγάλην πόλιν Συρίας. Aſcalona *lib. I. cap. 105.* urbem ſitam in Palaeſtina Syria ἐν τῇ Παλαιςίνῃ Συρίῃ, ita tamen, ut ejus incolae Φοίνικες quoque ei nuncupentur, & ἐκ ταύτης τῆς Συρίας ὄντες *ex hac Syria orti* delubrum Veneris Cytheriacae condiderint. Sic ut nonnunquam latius nomen Phoenices apud eum accipiatur: quum proprie Syria Palaeſtina inter Phoenicen & Aegyptum ſita fuerit, etiam teſte Herodoto, *lib. IV. cap. 39.* Τὸ δ' ἀπὸ Φοινίκης παρήκει διὰ τῆς δὲ τῆς θαλάσσης ἡ ἀκτὴ αὕτη παρά τε Συρίην τὴν παρὰ τὴν Παλαιςίνην καὶ Αἴγυπτον ἐς τὴν τελευτᾷ. *A Phoenice protenditur ſecundum mare litus hoc juxta Syriam, quae Palaeſtinae eſt, & Aegyptum in qua terminatur.* Et *lib. III. cap. 91.* Ἔςι δὲ ἐν τῷ νομῷ τέτῳ

τέτῳ Φοινίκη τε πᾶσα καὶ Συρίη ἡ Παλαιςίνη καλεομένη καὶ Κύπρος. *Continentur autem ſub hac portione omnis Phoenice, & Syria, quae Palaeſtina nuncupatur* p.
& Cyprus. Quum itaque *lib. XI. cap. 116.* Syriam conterminam facit 44.
Aegypto, ſcribens ὁμορέει ἡ Συρίη Αἰγύπτῳ, *confinis eſt Aegypto Syria*, & addit οἱ δὲ Φοίνικες τῶν ἐςι Σιδῶν, ἐν τῇ Συρίῃ οἰκέεσι, *Phoenices autem, quorum eſt Sidon, in Syria habitant*, debet hoc intelligi de Syria, quatenus & Phoenicen & Syriam Palaeſtinam complectitur, vel de ſola portione poſteriore, Palaeſtina nempe, Aegypto proxima, quam ipſe *l. XI. cap. 159.* Syriam ἁπλῶς appellat, Cadytin ſcribens eſſe urbem magnam Syriae, quam *lib. III. cap. 5.* urbem Syrorum Palaeſtinorum nuncupat.

Joſephus quoque, licet nomine Palaeſtinae plerumque intelligat regionem a Philiſtaeis inhabitatam, tamen *Ant. VIII.* etiam terram Iſraëliticam nomine Palaeſtinae Syrorum videtur complecti, ſcribens ἐν τῇ Παλαιςίνῃ Συρων nullos circumcidi, exceptis Judaeis. Philo, citato Euſebio, *praepar. Evang. l. VIII. 12.* Syriam in Palaeſtina vocat, ubi de Eſſaeis agit: Ἔςι δὲ καὶ ἡ ἐν Παλαιςίνῃ Συρία καλοκαγαθίας ἐκ ἄγονος. *Eſt & Syria in Palaeſtina ferax proventu virtutis.* Adde his omnibus illud Tibulli *lib. I. El. 8. verſ. 18.*

Alba Palaeſtino ſancta columba Syro.

Et Ovidii, *lib. 1. de arte amandi.*

Culta Palaeſtino ſeptima ſacra Syro.

quod eodem libro dixerat,

Cultaque Judaeo ſeptima ſacro Syro.

Unde liquet, male in Tibullo quoſdam *viro* pro *Syro* ſubſtituiſſe, notius pro ignotiori, quod frequenter contigit in veteribus membranis. Valerius Probus ad *Virgil. lib. 3. Georg. verſ. 12. Idumaeas palmas, ab Idumaeorum gente, id eſt Judaeorum, quae regio eſt in Syria Palaeſtina.* Plinius *lib. XII.* *inde Gabbam omnes petere ſolebant, dierum XX. itinere & Palaeſtinam Syriam.*

Vetus lapis in *Theſauro Gruteriano pag. CCCCXCV. inſcr. 2.* p.
45.

Ε. Κ. Ι. ΑΝΔΡΩΝΕ
ΙΕΡΟΠΟΙΙΩΝ. ΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΝ. ΟΥΡΒΑΝΟΝ. ΠΡΕ
ΣΒΕΥΤΗΝ. ΛΕΓΙΩΝΟΣ
—
Λ. ΟΥΛΠΙΑΣ. ΝΙΚΗΦΟ
ΡΟΥ. ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ. Ο
ΔΟΥ. ΑΠΠΙΑΣ. ΤΠΑΤΟΥ
ΠΡΕΣΒ. ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΝ. ΣΤΡΙΑΣ. ΠΑΛΑΙ
ΣΤΕΙΝΗΣ. ΤΡΕΒΙΟΣ
ΚΟΚΚΗΙΟΣ. ΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΣ. ΤΟΝ. ΕΑΥΤΟΥ. ΕΥ
ΕΡΓΕΤΗΝ.

Ammianus Marcellinus, *lib. XIV.* ubi Syrias describit, de Syria Palaestina ita loquitur: *Ultima Syriarum est Palaestina per intervalla magna protenta* &c.

Aliquando & solo Syriae nomine terra Israëlitica intelligitur. Ita Aristobulus Peripateticus, citatus Cyrillo *lib. IV.* contra Julianum, τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλεμένων Ἰεδαίων. *Illa quidem apud Indos a Brachmanibus, illa vero in Syria ab iis, qui Judaei appellantur.* Herodotus *lib II. cap. 159.* Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης *Cadytin urbem Syriae* appellat, quam *lib. III. cap. 5.* dicit esse Syrorum Palaestinorum urbem. Josephus ipse Syriae nomine complectitur aliquando terram Israëliticam, uti quum *Ant. X. 7.* scribit, regem Babylonium subegisse totam Syriam usque ad Pelusium, excepta sola Judaea. Et *lib. V. de bell. cap. 14.* primam Syriae urbem, quae occurrit iis, qui ex Aegypto
p. in Judaeam tendunt per tractum maritimum scribit esse Raphiam, ἔςιν
46. αὕτη Συρίας ἀρχὴ, & *lib. VI. de bell. c. 1.* spatium, quod inter Aegyptum & Syriam est, appellat ἐρημίαν, quo intelligi desertum inter Pelusium & Raphiam clarum est, adeoque ad septentrionem Raphiae Syriam existere. Alibi sc. *in vita pag. 1025.* Syriae nomine complectitur regionem terrae Israëliticae, quae Decapolis alias audit, αἱ ἐν τῇ Συρίᾳ δέκα πολεις. Alibi dicuntur hae ἐν Κοιλησυρίᾳ sitae. *Ant. XIII. 21.* Ita in Nummis urbes terrae Israëliticae Syriacae appellantur, & Samaria, postea dicta Sebaste, nummos cudit inscriptos CEBACTHNΩN CYPIAC Sebastenorum Syriae.

Scilicet Syriae nomen perlate nonnunquam patet, uti quum Μεσοποταμία τῆς Συρίας legitur apud Aristotelem *lib. de mirab. ausc.* & *Plinius VIII. 59.* in Syria angues circa Euphratis ripas memorat, quos Apollonius Dyscolus *hist. c. XII.* scribit fuisse περὶ Βαβυλῶνα, & quum Cappadoces ipsi Syri dicuntur apud Homerum, quod Strabo *lib. XII.* adnotavit, cujus aetate Λευκόσυροι adhunc nuncupantur, & Ninus Syriae Metropolis vocatur, uti Strabo *lib. II.* Sic ut regio a Babylonia usque ad Sinum Issicum & ab hoc usque ad Pontum Euxinum Syria dicta fuerit, uti idem scribit *lib. XVI.* Proprie tamen regioni, quae in sacris tabulis ארם *Aram* dicitur, nomen Syriae convenit: nec ipse Strabo ignoravit, Syros eosdem esse cum Aramaeis. Ita scribit *lib. I.* τὲς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Συρὲς καλεμένες ὑπ' αὐτῶν τῶν Συρὲων Ἀρμενίες καὶ Ἀραμμαίες καλεῖσθαι, *illos, qui Syri appellantur, a Syris ipsis Armenios & Arammaeos dici.* Et *lib. XIII.* notat illud Pindari Ἐν Ἀρίμοις & Homeri,

Ἐν Ἀρίμοις ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς,

a quibusdam ad Syros referri, qui Ἀραμοι nunc, ait, appellantur. Ipse quidem *lib. XVI.* Syriae nomine ita utitur, ut regionem illam ad septentrionem terminet Cilicia & Amano, ad ortum Euphrate & Arabibus Scenitis, ad austrum sinu Arabia & Aegypto, ad occasum mari Aegyptio.

Aelia-

Aelianus *lib. IX. c. 29.* quoque Euphratem inter Syros & Parthos locat, scribens Εὐφράτης ὅσπερ ἐν Πάρθων καὶ Σύρων ῥεῖ μέσος ποταμός.

Invenitur & nomen Syriae Coeles huic regioni datum a veteribus. p.
Strabo, quamvis proprie illam regionem, quae Libanum inter & Anti- 47.
libanum intercipitur, κοιλὴν Συρίαν appellari oportere scribat, fatetur tamen, hoc nomine quoque regionem dici, quam Judaei possederunt, *lib. XVI.* Ἅπασα μὲν ἓν ὑπὲρ τῆς Σελευκίδος ὡς ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἀραβίαν ἀνίσχουσα χώρα Κοιλησυρία καλεῖται. *Omnis regio supra Seleucidem sita, & ad Aegyptum usque ac Arabiam pertingens, Coelesyria appellatur.* Sed mox addit, quae nomina proprie his terris conveniant, scilicet Coelesyria dicenda est regio inter Libanum & Antilibanum, Ἰδίως δ' ἡ τῷ Λιβάνῳ καὶ τῷ Ἀντιλιβάνῳ ἀφωρισμένη. Phoenice est regio maritima ab Orthosia Pelusium usque, adeoque omne litus terrae Israëliticae, Τῆς δὲ λοιπῆς ἡ μὲν ἀπὸ Ὀρθωσίας μέχρι Πηλουσίας παραλία Φοινίκη καλεῖται γενή τις καὶ ἀλιτενής. Judaea autem nuncupatur regio mediterranea ab Antilibano usque ad Gazam, ita ut Arabiam ad ortum, Phoenicen haberet ad occasum, Ἡ δ' ὑπὲρ ταύτης μεσόγαια μέχρι τῶν Ἀράβων, ἣ μεταξὺ Γάζης καὶ Ἀντιλιβάνου, Ἰεδαία λέγεται. Dionysius autem in περιηγ. *vers. 901.* eam quae Casio monte ad occasum, Libano ad ortum, terminatur, Coelen Syriam nuncupat.

Ἀλλ' ἤτοι Συρίη μὲν ὑπὲρ ἁλὸς ἔγγυθεν εἵρπει
Ἐς νότον ἀντολίην τε, πολύπτολιν αἶαν ἔχουσα
Ἣν κοίλην ἐνέπουσιν ἐπωνυμον ἕνεκ' ἄρ' αὐτὴν
Μέσσην καὶ χθαμαλὴν ὀρέων δύο πρῶνες ἔχουσιν
Ἑσπερίη Κασίοιο καὶ ἠώη Λιβάνοιο.

Syria autem super mare prope serpit
Ad austrum orientemque urbibus abundantem terram,
Quam cavam nuncupant, quia eam
Mediam ac humilem duo montium cacumina cingunt
Occidentalis Casii & orientalis Libani.

CAPUT IX. p. 48.

DE NOMINE IDUMAEAE ET PHOENICES.

Idumaeorum sedes. Unde nomen Idumaeae terrae Israëliticae tributum. Judaei a Tito devicti Idumaei a poëtis nuncupati. Loca Virgilii, Juvenalis, Statii, Martialis & aliorum. Nomen Phoenices aliquando ad significandam terram Israëlitarum adhibitum. Phoenice quae.

QUum Romani Palaestina potiti sunt, nomen Idumaeae huic regioni a quibusdam datum fuit, quod proprie non nisi tractui meridionali Palaestinae conveniebat, imo ne huic quidem si primas

 Idumaeo-

Idumaeorum ſedes reſpicimus, quae omnino extra terram Iſraëlis a Moſe & Joſua aſſignatam fuerunt. Sed notum eſt, & ante nos obſervatum, imperante familia Herodum, tractum meridionalem terrae Iſraëliticae Idumaeam appellatam fuiſſe: de qua re infra agetur fuſius, quum terminos Palaeſtinae deſcribemus. Et hinc latius illud nomen extendi coepit, ita ut vocibus Judaeae & Idumaeae vis eadem ſubjecta videretur. Hoc modo uſurpavit hoc nomen Aelianus, *lib. VI. de hiſtoria animalium, cap. 17.* cujus inſcriptio *περὶ τȣ̃ δράκοντος τȣ̃ ἐραςȣ̃ ἐν Ἰδȣμαίᾳ*, & prima verba ſunt, *Ἐν τῇ τῶν καλȣμένων Ἰȣδαίων γῇ ἢ Ἰδȣμαίων ἦδον οἱ ἐπιχώριοι καθ' Ἡρώδην τὸν βασιλέα ἐρασθῆναι μείρακος ὡρικῆς δράκοντα μεγέθȣς μέγιςον.* *In terra eorum, qui Judaei vocantur, aut Idumaei, ferunt indigenae, quum Herodes rerum potiretur, draconem eximiae magnitudinis amaſſe pulcram puellam.* Ita modo *Judaei*, modo *Idumaei* a Tito Veſpaſiano devicti in ſcriptis illorum temporum leguntur. Poëtae, quum captam a Veſpaſiano Judaeam canunt, aut palmas Palaeſtinae celebrant, Idumen illam, & has Idumaeas, nuncupant, quamvis credi poſſit, eo nomine ab illis tractum auſtralem Palaeſtinae in primis intelligi, aut Idumaeorum gentem, quorum multa millia Judaeis Hieroſolymitanis permixti erant, teſte Joſepho *lib. VI. de bell. cap. 7.* At non haec adeo accurate ab iis diſtincta autumo, ſed, uti apud Aelianum Judaeam & Idumaeam tanquam nomina *ἰσοδυναμȣ̃ντα* fuiſſe uſurpata. Virgilius, *lib. III. Georg. verſ. 12.*

p. 49.

Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas.

Juvenalis, *Sat. VIII. verſ. 160.*

—— Idumaeae Syrophoenix incola portae.

Statius, *Sylv. l. V. ſ. 2.*

An Solymum cinerem, palmetaque capta ſubibis
Non ſibi felices ſylvas ponentis Idumes.

Et *lib. I. Sylv. 6.*

Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Foecundis cadit aut jugis Idumes.

Martialis, *lib. II. epigr. 2.*

Frater Idumaeos meruit cum Patre triumphos.

Idem, *lib. X. 50.*

Frangat Idumaeas triſtis victoria palmas.

Valerius Flaccus, *Argonauticon lib. I. verſ. 12.*

—— verſam proles tua pandet Idumen
(Namque poteſt) Solymo nigrantem pulvere fratrem
Spargentemque faces & in omni turre furentem.

Phoe-

Phoenices nomen agmen claudet eorum, quae terrae Iſraëliticae dari ſolent a veteribus. Ita Euſebius *praeparationis Evangelicae libro X. capite 5.* *Αὐτὴν τὸ μὲν παλαιὸν Φοινίκην, μετέπειτα δὲ Ἰȣδαίαν, καθ' ἡμᾶς δὲ Παλαιςίνην ὀνομαζομένην οἰκȣ̃ντες; qui regionem incolunt olim dictam Phoenicen, poſtea Judaeam, nunc vero Palaeſtinam.* Stephanus *ἐν Ἐθνικοῖς. Χνᾶ, ἅτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο.* *Chna* (ſub hoc nomine *τὸ Canaan* latere ante *pag. 7.* notavimus) *ita dicta eſt Phoenice.* Obſcuriora illa ſunt, quae idem habet ad vocem *Φοινίκη ἐκαλεῖτο πρότερον Ῥαβȣώθιν καὶ Κολπίτης.* Phoenice *olim appellata fuit Rabbothin & Colpites.* Procopius, *lib. 11. de bello Vandalico, cap. 10.* ſi non omnem, certe magna ex parte, terram Iſraëlitarum nomine Phoenices complectitur. *Τότε δὲ ἡ ἐπιθαλάσσια χώρα ἐκ Σιδῶνος μέχρι τῶν Αἰγύπτȣ ὁρίων Φοινίκη ξύμπασα ὠνομάζετο.* *Regio omnis maritima a Sidone uſque ad fines Aegypti Phoenice nuncupatur*, tempore ſcilicet Joſuae. Mox addit in ea Gergeſaeos, Jebuſaeos, alioſque populos in libris Hebraeorum memoratos habitaſſe. Per Phoenicen intelligi terra Canaan etiam videtur, quum jungitur cum Coeleſyria uti *Marc. 3. 5.* & *8. Deut. cap. 4. 4.* & *cap. 8. 8.* Ita *III. Ezr. 2. 17.* in titulo epiſtolae ad Artaxerxem miſſae, dicunt ſe habitare in Coeleſyria & Phoenice. Quod ſi conferatur cum titulo epiſtolae ab iiſdem ſcriptae *Ezr. 4. 11.* deprehendemus, per Coeleſyriam & Phoenicen illos intelligere regiones Chaldaïce dictas עבר נהרה וכנענה. In Novo quidem Inſtrumento legitur vox *Φοινίκης*, ſed non ita, ut tota terra Iſraëlitica ea comprehendi poſſit, ſed pars ejus ſeptentrionalior & maritima, in qua Tyrus & Sidon. Ita Tyrus appellatur urbs *Φοινίκης Act. 21. 2.* & *3.* navis enim Phoenicen tendebat, & Tyrum appulſa legitur, ubi onus ſuum erat expoſitura. Ibidem haec regio *Συρία* latiori nomine dicitur, cujus pars erat Phoenice, quae & ipſa Syria Phoenice vocabatur. Syria Phoenice etiam pars hujus regionis appellatur, unde *Συροφοινίσσα* mulier *Marc. 7. 26.* vel *Σύρα Φοίνισσα*, quae alias *Matth. 15. 22.* *Χαναναία*, quia *Φοινίκη* & Canaan aliquando *ἰσοδυναμȣ̃ντα* cenſentur, de quibus ſupra *pag. 7.* Ita apud Juvenalem *Sat. VIII.* una voce legitur *Syrophoenix.*

—— Idumaeae Syrophoenix incola portae.

Quod ad nomen attinet Phoenices, id a palmis eſſe ductum mihi videtur veri ſimile. Alii a Phoenice quodam id ducunt, cujus meminit Silius, & nos ſupra, *pag. 7.* Quidam a *Φοίνιξαι*, quod lingua Perraeborum ſignificat *trucidare*, nomen hoc repetunt, quod Phoenices primi maria navigantes quacunque navem appellerent homines necarent, & ipſam palmam *Φοίνικα* a gente dictam autumant, uti tradit Ariſtoteles *lib. de mirabil. auſcult.* qui *Φοίνικας* vocat *τȣ̀ς τῆς Συρίας τὴν παράλιαν οἰκȣ̃ντας*, *qui oram Syriae litoralem incolunt.*

Hoc nomen *Φοινίκη* etiam datur urbi nobiliſſimae in Epiro, cujus Polybius Hiſtoriar. *lib. I.* meminit *πολὺ γὰρ ἡ Φοινίκη διέφερε τότε τῶν κατὰ τὴν Ἤπειρον πόλεων ἐυδαιμονίᾳ.* *Phoenice enim reliquas Epiri civitates felicitate*

p. 50.

p. 51.

anteibat, & Etymologicon magnum. *Φοινίκη πόλις* &c. Erat & illic fluvius *Φοίνιξ*, cujus meminit Vibius Sequester: & Jos, insula Homeri sepulcro veneranda antea Phoenice dicta est. *Plin. IV. 12.* vide & *lib. V. 31.*

Quod ad scriptionem attinet hujus nominis, *Phoenice* scribi oportet, exemplo veterum, non *Phoenicia*, quod barbarum est. Mirum etiam apud Martianum Capellam pro *Phoenice* Phoeniciam legi *lib. VI.* (nisi forte librariorum error sit) quum in Plinio, quem sequitur, *Phoenice* legatur, & de ipso aliquis suspicari nequeat, uti omnino de aliis licet recentiorum saeculorum scriptoribus, nomen flexionis vulgatioris usurpatum pro insolentiori, quum ipse *lib. III.* nos doceat, *quae E producta in nominativo finiuntur, Graeca esse generis faeminini, ut Agave, Autonoë, & Graecorum more declinanda, ut nominativus, dativus, vocativus & ablativus pares sint, genitivus S, accusativus N finiantur: quae autem nomina E in A convertunt, ut Andromache, Andromacha, sic declinantur, ut Latina in A exeuntia.*

CAPUT X.

DE SITU PALAESTINAE, RESPECTU UNIVERSI ORBIS TERRARUM.

Palaestina sita credita in medio telluris. Origo hujus opinionis unde. Tripartita divisio orbis terrarum apud veteres. In medio orbis etiam Athenae collocatae, & Delphi. Hesychius illustratus. Fabula de aquilis a Jove emissis. Parnaso a nonnullis, ab aliis Abydo, situs in medio orbis tributus. Ἐπίκρισις brevis. Palaestina in portione telluris australi collocata a Cyrillo, & quo jure.

p. 52. VErsata fuit hactenus cura nostra in explicandis nominibus, quae terrae Israëliticae in scriptis veterum tribui solent. Nunc ad alia transitum facimus, ante tamen admonentes lectorem nostrum, frequentissime nos usurpaturos esse nomina duo, Palaestinae videlicet & terrae Israëliticae, ita ut eandem vim utrique subjiciamus, & illis indicemus regionem omnem, quae a Mose & Josua tribubus duodecim Israëliticis adsignata fuit, tam cis, quam trans Jordanem. Quod hoc loco notasse sufficiat, ne prolixiori descriptione identidem uti cogamur, & lectores mentem nostram clare percipiant.

Primum videtur nobis de situ Palaestinae inquirendum; & quidem hoc ordine, ut a generalibus ad specialia descendamus. Animadverso situ, quem veteres huic regioni tribuerunt, respectu universi orbis terrarum, cujus medium tenere credita est, vel in cujus portione australi collocatur ab aliis, agemus deinceps de situ, quem habuit respectu gentium vicinarum, quarum res rebus Judaïcis adeo immixtae sunt, ut, sine regionum illarum cognitione, multi loci Codicis sacri in tenebris jaceant;

jaceant; denique de singularibus terminis, quibus terrae Israëliticae situs in sacris literis descriptus continetur.

Quandoquidem *Ezech. 5. 5.* Deus dicit, se collocasse Israëlitas in medio gentium, nec omnes telluris portiones notae erant veteribus, crediderunt, terram Israëliticam in telluris umbilico collocatam: quare & Kimchi *in comment.* ad *Ezech. 5.* terram Israëliticam sitam באמצע הישוב *in medio orbis habitabilis*, Raschi, באמצע עולם *in medio orbis*, scribit: & Hieronymus ad eadem verba: *Jerusalem in medio mundi sitam, hic idem Propheta testatur, umbilicum terrae eam esse demonstrans.* Et *Ezech. 38. 12.* dicuntur Israëlitae יושבי על טבור הארץ *habitantes supra umbilicum terrae*, κατοικοῦντες ἐπὶ τὸν ὀμφαλὸν τῆς γῆς, opposite scilicet ad fines terrae, in quibus multae aliae gentes habitabant. Theodoretus *in Ezechielem.* Ἔδωκεν αὐτοῖς καὶ τόπον εἰς οἰκητήριον τῆς οἰκουμένης τὰ μέσα· πρὸς Ἕω μὲν γὰρ καὶ Ἄρκτον τὴν Ἀσίαν εἶχον, πρὸς Ἑσπέραν δὲ τὴν Ἐυρώπην διὰ τῆς θαλάσσης συναπτομένην, ἀπὸ δὲ Νότου τὴν Λιβύην. Εἰς ταῦτα γὰρ τρία τμήματα καὶ οἱ τοῦ Νῶε παῖδες τὴν οἰκουμένην διείλοντο. *Dedit iis locum ad habitandum, meditullium orbis terrarum. Ad ortum enim & septentrionem habebant Asiam, ad occasum Europam secum per mare conjunctam, ab austro Libyam. In has enim tres partes etiam Noae filii orbem terrarum partiti sunt.* Tripartitam hanc orbis habitabilis divisionem etiam Gentes agnoverunt. Vellejus Paterculus, *hist. lib. II.* de Pompejo. *Hujus viri fastigium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia, triumpharet, & quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriae suae.* Pomponius Mela *lib. I. cap. 1. Hoc mari & duobus inclytis amnibus Tanai & Nilo in tres partes universa dividitur. Tanais a septentrione ad meridiem vergens in mediam fere Maeotida defluit: ex diverso Nilus in pelagus. Quod terrarum jacet a freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus, ab altero Europen: ad Nilum Africam, ad Tanain Europen. Ultra quicquid est, Asia est.* p. 53.

Xenophon de Athenis idem scripsit, eas in medio orbis terrarum sitas esse, libro quem Πόρος nuncupavit *pag. 920.* Οὐκ ἂν ἀλόγως δέ τις οἰηθείη τῆς Ἑλλάδος καὶ πάσης δὲ τῆς οἰκουμένης ἀμφὶ τὰ μέσα ᾠκῆσθαι τὴν πόλιν· ὅσῳ γὰρ ἄν τινες πλεῖον ἀπέχωσιν αὐτῆς, τοσούτῳ χαλεποτέροις ἢ ψύχεσιν ἢ θάλπεσιν ἐντυγχάνουσιν. Ὁπόσοι τὰν ἐν βουλευθῶσιν ἀπ' ἐσχάτων τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἔσχατα ἀφίκεσθαι, πάντες ἔοικε ὥσπερ κύκλου τόρνον τὰς Ἀθήνας ἢ παραπλέουσιν ἢ παρέρχονται. *Nec vero immerito quis Athenas in Graecae totiusque orbis habitati medio sitas esse opinetur. Quando enim longius aliqui ab iis absunt, eo molestiora vel frigora vel aestus experiuntur. Quotquot etiam ab extremis Graeciae finibus ad oppositos terminos ejusdem pergunt, omnes vel Athenas praeter navigant, uti circuli centrum, vel praetereunt.*

De Delphis idem notarunt veteres. Ita Ovidius *Metaph. X. 167.*

—— *& orbe*
In medio positi caruerunt praeside Delphi.

Nun-

Nuncuparunt Delphos ideo τῆς γῆς ὀμφαλὸν *umbilicum telluris*, quod Hesychius ad vocem ὀμφαλὸς his verbis monet. Ὀμφαλὸς, ζυγὲ τὸ μέσον,
p. (ita distingue) καὶ Δελφοὶ ἐπειδὴ μεσαίτατοι. Ὀμφαλὸς *jugi* est *medium*
54. (explicuit hoc paulo ante in voce ὀμφαλόεντα : nam alias, ut in acie, ζυγὸς & ὀμφαλὸς diversa plane sunt. Vide Pollucem *lib. I. c. 10.*) *& Delphi, quia in medio siti.* Euripides, *Oreste, vers. 330.*

Τρίποδος ἀπόφασιν ἂν Φοῖβος
Ἔλακεν, ἔλακε, δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον
Ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς.

Oraculum ex tripode, quod Phoebus
Dixit, dixit, accipiens in solo
Ubi fertur esse umbilicus terrae.

Ad quae Scholiastes. Ὀμφαλὸς λέγεται ἡ Πυθὼ, παρὰ τὸ τὰς ὀμφὰς τὰς ἀπὸ θεᾶ χρησηριαζομένας λέγειν, ἢ παρὰ τὸ εἶναι ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης. Λέγεται γὰρ τὸν Δία, μαθεῖν βουλόμενον τὸ τέλος τῆς γῆς, δύο ἀετὰς ἰσοταχεῖς ἀφεῖναι τὸν μὲν ἀπὸ δύσεως, τὸν δὲ ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἐκεῖ αὐτὰς συναντῆσαι, ὅθεν ὀμφαλὸς ἐκλήθη. ἀνακεῖσθαί τε χρυσᾶς ἀετὰς φασὶ τῶν μυθευομένων ἀετῶν ἀπομνήματα. Omphalos *dicitur Pytho* (id est Delphi ; nam τὴν πόλιν Πυθὼ nuncuparunt, teste Pausania, *lib. X. 6.* vel, ut Suidas explicat ad vocem Πυθὼ templo ipsum Apollinis ita appellabatur τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ὃ ἐκαλεῖτο Πυθὼ) *quod ὀμφὰς, id est, oracula divina proferat, vel quod in medio terrae habitabilis sit. Narratur enim, Jovem, quum finem terrae nosse vellet, duas aquilas emisisse ejusdem in volando celeritatis, unam ab ortu, alteram ab occasu, quae hoc loco sibi mutuo obviam factae sint, unde hic locus umbilicus dictus sit : in aquilarum memoriam aquilae aurae Delphis conspiciuntur consecratae :* nam ἀνακεῖσθαι idem hic est, quod ἀνατεθεῖσθαι uti liquet ex Suida. Quae Claudianus ita enarrat, *prologo in consulatum Mallii Theodori :*

Jupiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet
Naturae, regni nescius ipse sui,
Armigeros utrimque duos aequalibus alis
Misit ab Eois occiduisque plagis.
p. *Parnasus geminos fertur junxisse volatus.*
55. *Contulit alternas Pythius axis aves.*

Parnasus hic in telluris medio locatur, qui non longe est a Delphis : & huc refertur quoque illud Statii, *Thebaidos lib. I. vers. 118.*

Audiit & medius coeli Parnasus ——

Scholiastes Pindari ad *Pyth. IV. pag. 231.* non finem, sed medium telluris scire Jovem voluisse scribit, & aquilas illas aureas bello Phocico ex templo ereptas esse. Haec ipsa ejus verba sunt : Ὅτι ὁ Ζεὺς τὸ μεσαίτατον τῆς οἰκουμένης καταμετρήσασθαι βουληθεὶς ἴσους κατὰ τὸ τάχος ἐκ δύσεως καὶ ἀνατο-

ἀνατολῆς ἀφῆκεν· οἱ δὲ διϊπτάμενοι συνέπεσεν ἀλλήλοις κατὰ τὴν Πυθῶνα. Ὥστε τὴν σύμπτωσιν ὁρίζειν αὐτόθι τῆς ὅλης οἰκουμένης τὸ μεσαίτατον. Ἕτερον δὲ σημεῖον τοῦ γεγονότος καὶ χρυσοῦς ἀετοὺς ἀνασκευάσας ἀνέθηκε τῷ τοῦ Θεοῦ θεμένει. Ὧν φασιν αἱ εἰκόνες ἤρθησαν ἐν τῷ Φωκικῷ πολέμῳ, ὃν Ἔυμηλος συνεστήσατο.

Verum & alia loca veteres in medio terrarum orbis sita fuisse dixerunt; & hoc privilegium, si quod est, plures sibi vindicarunt. De Abydo Plinius *lib. II. cap. 58. In Abydi gymnasio ex ea causa colitur hodieque modicus quidem, (lapis) sed quem in medio terrarum casurum Anaxagoras praedixisse narratur.* Diogenes scribit in vita Anaxagorae, ut & Plinius, alium lapidem cecidisse περὶ Αἰγὸς ποταμούς. Clarum tamen est, quacunque ratione consideretur, Palaestinam nequaquam in medio telluris sitam fuisse. Si enim telluris formam rotundam spectemus, quam ipsi veteres non ignorabant (uti vel ex hoc notissimo Ovidii dicto apparet,

Terra pilae similis nullo fundamine nixa
Aëre subjecto tam grave pendet onus)

perspicuum est, medium ejus ubique esse & nusquam. Quodlibet punctum dici potest medium, vel ut medium concipi, respectu laterum, uti verbi gratia punctum suppositum puncto verticali, quod *Zenith* Astronomi appellant (voce nata ex Arabica سمت *Zemth*, quae vera
scriptio est) respectu horizontis. Sed nec illud punctum medium est p.
totius globi aut sphaerae, sed tantum hemisphaerii. At quum & hori- 56.
zon certus non sit, atque adeo *Zenith* ipsum, quis non videt etiam ne hemisphaerio quidem, nisi describatur prius terminis suis, medium assignari posse ? Frustra itaque medium aliquod appellatur, cujus latera aut fines, quorum respectu medium dicitur, incerti sunt. Nec id dici potest, Palaestinam in medio telluris collocatam a veteribus fuisse respectu terrae habitabilis, quia non distat aequalibus intervallis a finibus telluris cognitae ad austrum & septentrionem, uti nec ad ortum & occasum, quod vel ex sola inspectione tabularum Ptolemaïcarum liquet.

Non desunt inter veteres, qui sicum Palaestine ita describant, ut in australi regione orbis terrarum collocetur: quum tamen in hemisphaerio boreali sita sit, & si hemisphaerium in tres partes aequales dividatur, in parte ejus media locari debeat: quoniam extremi fines Palaestinae versus austrum supra gradum latitudinis tricesimum siti sunt, (nam Hierosolyma, secundum Ptolemaei hypothesin, sita est in latitudine graduum 31. & 40. minutorum; secundum recentiorum vero Mathematicorum observationes, in latitudine graduum 31. & minutorum 50.) & a linea aequinoctiali usque ad polum septentrionalem nonaginta gradus esse constat. Ita tamen scribit Cyrillus, *in Comm. ad Joannem lib. IV. pag. 396.* Κεῖται ἐν τοῖς νοτιωτέροις τῆς γῆς μέρεσι τῶν Ἰουδαίων ἡ χώρα.

Idem

Idem Cyrillus, *lib. X. de adorat. in spir. pag. 335.* Νοτιωτάτη μὲν γὰρ τῶν Ἰεδαίων ἡ χώρα, βορειοτέρα δὲ πάλιν ἡ τῶν ἐθνῶν. Οὐκοῦν ἀπόγε τῆς θέσεως τῆς ἀμφοῖν, τῆς τε λυχνίας καὶ τῆς τραπέζης, φημὶ περιέςαι δή πε τοῖς ἐθέλεσιν εὖ μάλα νοεῖν ὅτι τοῖς μὲν Ἰεδαίοις φῶς ἐπέλαμψεν ὁ Χρισὸς καὶ παρ' αὐτοῖς ἐκήρυττεν, ἐγὼ εἰμὶ τὸ φῶς. Ἀπέςαλται γὰρ εἰς τὰ πρόβατα τὰ ἀπολωλότα οἴκε Ἰσραήλ. καὶ αὐτῶν εἰσὶν αἱ ἐπαγγελίαι κατὰ τὰς γραφάς. Ἐπεὶ δὲ ἀ προσήκαντο τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, γέγονε τοῖς ἔθνεσιν ζωὴ καὶ ἄρτος ἐξ ἐρανοῦ. *Ad austrum enim erat regio Judaeorum, uti terra Gentium ad septentrionem. Igitur ex situ utriusque, lychnuchi scilicet sacri & mensae, facile est volentibus intelligere Judaeis quidem ut lumen effulsisse, & apud illos ea verba praedicasse; ego sum Lux: missus enim fuit ad oves perditas domus Israëlis: & eorum sunt promissiones, uti scripturae dicunt. Sed quoniam illud veritatis lumen non admiserunt, factus est gentibus vita & panis de coelo.* Idem *lib. XVI. de adoratione in spiritu, pag. 562.* Ἢ ἐκ οἶσθα, ὅτι νοτιωτέρα πῶς ἐςὶ τῶν Ἰεδαίων ἡ γῆ; τὰ δέ γε πρὸς θάλασσαν τὴν βορειοτέραν αἱ ἀναρίθμητοι τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι διεμοιρήσαντο κατὰ χώρας καὶ πόλεις συνῳκισμέναι. *An ignoras, terram Judaeorum ad austrum vergere, & regionem ad mare magis ad aquilonem spectans infinitos Gentium greges inter se partitos esse, per urbes regionesque collocatos.* Idem *in Comm. ad Jesaiam lib. V. tom. 4. pag. 843.* Ἦν μὲν γὰρ ἐν τοῖς νοτιωτέροις κλίμασι τῶν Ἰεδαίων ἡ χώρα, τά γε μὴν πρὸς Ἄρκτον καὶ θάλασσαν καὶ τὰς ἐπ' αὐτῇ κειμένας χώρας αἱ τῶν ἐθνῶν ἀγέλαι διεμοιράσαντο. *Sita enim erat regio Judaeorum in climatibus australioribus: ea enim, quae ad septentrionem sunt, & mare & regiones adsitas Gentium greges sortiti sunt.* Idem fere scribit Procopius Gazaeus *Comm. in Leviticum.*

p. 57.

CAPUT XI.

DE SITU PALAESTINAE RESPECTU GENTIUM VICINARUM, IN QUO SPECIATIM DE AEGYPTO AGITUR.

Aegyptus contermina Palaestinae a nonnullis habita. Cyrilli locus emendatus. Tractus terrarum desertus & arenosus inter Aegyptum & Palaestinam. Quinque mansiones in illo spatio. Ostracinae quae. Sal Ostracinense. Mons Casius. Templum Jovis Casii. Alter mons Casius prope Seleuciam. An Aegypti nomen Hebraeum de nomine viri Mizraim ductum sit. Confirmatur haec sententia contra hypothesin Bochartinam. Genealogia Noachidarum. Gen. 10. *illustratur.*

SItum Palaestinae, ratione singularum gentium, quarum terrae hanc circumdant, lustraturi, ab australi plaga faciemus initium; atque inde ortum versus progressuri circumducemus lectorem nostrum per septentrionales tractus usque ad occasum, qua mare magnum est, latus illud Palaestinae alluens. Quumque eaedem regiones aut partes illarum diversis temporibus alia saepe nomina adeptae sint, conabimur in

p. 58.

in veros earum fines & positiones inquirere, quantum ex monumentis veteribus dabitur assequi, ut & sacro codici & scriptis gentium aliarum lucem aliquam foeneremur.

Regio terrae Israëliticae vicina ad austrum, quaeque mari magno, uti & ipsa Palaestina, alluitur, Aegyptus a quibusdam fuisse dicitur. Ita scribit Cyrillus, *comm. in Jesaiam lib. II. tom. 4. pag. 293.* Ἀγχιτέρμονες δὲ πάλιν ἀλλήλοις εἰσὶ Παλαιςινοί τε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ τὸ μεσολαβὲν ἐδὲν, ἀλλ' ἐν τοῖς τῆς Αἰγύπτε πέρασι, τοῖς πρός γε φημὶ τὴν ἕω, καὶ θάλασσαν τῆς Παλαιςινῶν γῆς, αἱ πρῶται λοιπὸν ἀνίχνευσιν εἰσβολαί· ὅμορος τοίνυν τῇ Χαναναίων ἡ Αἰγυπτίων. *Sunt autem contermini & contigui sibi mutuo Palaestini & Phoenices, nec quicquam est intermedium, sed statim in extremis finibus Aegypti, quae ad orientem spectat, & ad mare Palaestinae primi introitus & quasi fauces apparent: Chananaeorumque terrae confinis est regio Aegyptiorum.* Idem *in comm. ad Jesaiam lib. III. tom. 1. pag. 382.* Τερματίζεται τοίνυν τῶν Ἰεδαίων ἡ χώρα, τοῖς τε Εὐφράτε νάμασιν ὡς ἥω τε καὶ νότον, καὶ τῇ καλεμένῃ Ῥινοκορέρων· πόλις τε αὕτη τήν τε Αἰγυπτίων ὁρίζεσα καὶ μέν τοι τὴν Παλαιςινῶν. *Terminatur igitur regio Judaeorum flumine Euphratis ad orientem & austrum, & illa, quae Rhinocorurorum urbs appellatur, quae urbs Aegyptios inter & Palaestinos sita est in ipsis finibus.* Nota obiter, locum esse mendosum: scribendum enim fuerat, nec hoc ignorare potuit Cyrillus, ipse Archiepiscopus Alexandrinus, ad austrum esse Rhinocorura terminum Palaestinae, & de'endum illud καὶ ante τῇ καλεμένῃ Euphrates ad austrum Palaestinae collocari nequit. Res notior est, quam ut verbum addere necesse sit.

Non desunt tamen inter veteres, qui tractum illum terrarum desertum, sive ἐρημίαν, sitam inter Pelusium & Rhinocolura, Aegypto haud accenseant, sed inter Aegyptum & Palaestinam collocent, & Arabiae partem faciant. Nec negari potest, saepe hanc regionem ab aliis quam Aegyptiis occupatam fuisse: verum non erit inutile, quod de illo terrarum intervallo Pelusium inter & Rhinocolura extenso veteres tradunt, breviter adnotare. Josephus Aegyptum ita describit, respectu terrarum, quas contingit, *lib. V. de bell. c. 11.* Ἔςι γὰρ κατά τε γῆν δυσέμβολος, καὶ τὰ πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος, κατὰ μὲν ἑσπέραν προβεβλημένη τὰ ἄνυδρα τῆς Λιβύης, κατὰ δὲ μεσημβρίαν τὴν διορίζεσαν ἀπὸ Αἰθιόπων τὴν Συήνην. καὶ τὰς ἀπλώτας τὰ ποταμὰ καταῤῥάκτας, ἀπὸ δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀναχεομένη μέχρι Κόπτε. Βόρειον δὲ τεῖχος αὐτῇ, ἥτε μέχρι Συρίας γῆ καὶ τὸ καλεμένον Αἰγύπτιον πέλαγος, πᾶν ἄπορον ὅρμων. Τετείχισαι μὲν ἔτως ἡ Αἴγυπτος πάντοθεν· τὸ μεταξὺ δὲ Πηλεσίε καὶ Συήνης μῆκος αὐτῆς ςαδίων δισχιλίων, ὅτε ἀπὸ τῆς Πλινθίνης ἀνάπλες εἰς Πηλέσιον ςαδίων τρισχιλίων ἑξακοσίων. *Regio est difficilis accessu itinere terrestri, & maritimo importuosa* (ita videtur legendum pro eo, quod nunc legitur *impetuosa*, nam in contextu Graeco est ἀλίμενος) *ab occasu habet loca arida Libyae, a meridie Syenen, quae eam ab Aethiopia dirimit, & invias navibus Nili cataractas, ab oriente mare rubrum usque ad Coptum* (quum tamen Coptus urbs maritima non fuerit, suspicor locum esse mendosum) *a septentrione*

p. 59.

terras usque ad Syriam patentes & pelagus Aegyptium. Longitudo ejus est stadiorum 2000. a Syene ad Pelusium, latitudo a Plinthine ad Pelusium stadiorum 3060. Iter autem instituendum ex Aegypto in Judaeam per tractum maritimum, ita describit Josephus *lib. V. de bell. cap. 14.* ubi Titum una cum exercitu deducit ab urbe Aegypti Thmui. Illinc profectus est Tanin. Secunda mansio ei fuit Heraclea, tertia Pelusium. Deinde transivit fines Pelusii & *mansionem unam*, σαθμὸν ἕνα, per desertum profectus ad templum Jovis Casii castra posuit. Postridie Ostracinen pervenit, tertio die Rhinocolura, quarto Raphiam, quinto Gazam, (ita quoque Hieronymus *in vita Sancti Hilarionis* eum scribit Betulia vico Gazaeorum profectum *quinto die* appulisse Pelusium) & postea Ascalonem (nota obiter, situm Ascalonis septentrionaliorem situ Gazae contra quosdam) hinc Jamniam, porro Joppen, denique Caesaream appulit. Omne hoc spatium, quod inter partes Aegypti Nilo propinquas & Palaestinam in-
p. terjacet ἐρημία dicitur Josepho *lib. VII. de bell. cap. 24.* uti Arriano *lib. II.*
60. de expeditione Alexandri ἔρημος. Scilicet erat locus desertus, fabulosus, & aquae inops. Plutarchus, *in vita M. Antonii, pag. 916.* Τὲ πολέμε μᾶλλον ἐφοβέντο τὴν ἐπὶ τὸ Πηλάσιον ὁδὸν, ἅτε δὴ διὰ ψάμμε βαθείας καὶ ἀνύδρε περὶ τὸ ἔκρηγμα (vide de hoc Strabonem) καὶ τὰ τῆς Σερβωνίδος ἕλη γινομένης· αὐτοῖς τῆς πορείας ἃς Τυφῶνος μὲν ἐκπνοὰς Αἰγύπτιοι καλέσι, τῆς δ' Ερυθρᾶς θαλάσσης ὑπονόησις εἶναι δοκεῖ καὶ διάθησις. *Iter ad Pelusium magis metuebatur quam ipsum bellum, quia per altum & aquae inops sabulum, circa eruptionem lacus Sirbonidis & paludes ejus, iter faciendum erat, quas Aegyptii Typhonis exhalationes appellant. Videntur autem esse restagnatio sub terra & percolatio maris rubri.* Scilicet Typhon in hoc lacu se occultavit, & ibidem a Jove perculsus fulmine latet. Apollonius Rhodius, *lib. II. Ἀργοναυτικῶν.*

Ὄυρεα καὶ πέδιον Νυσήϊον, ἔνθ' ἔτι νῦν περ
Κεῖται ὑποβρύχιος Σερβωνίδος ὕδασι λίμνης.

Ostracine, Ὀστρακίνη, quam ita dictam a solo argilloso (dicant licet Graeci istiusmodi loca τόπε ὀστρακίνε. vide Dioscoridem *lib. IV. cap. 198.* & alios) non putem, in hoc deserto sita, adeo aquae inops erat, ut indigenae aqua aliunde advecta uti debeant. Huc facit, quod pro proverbio videatur usurpari apud Gregorium Nazianzenum, aquam petere ab incolis Ostracines. Ita scribit *in Epistol. 46.* Ἄρτε μὲν ὐκ ἠτήσαμεν παρὰ σε· ὅτι μηδὲ ὕδωρ παρὰ τῶν Ὀστρακίνην οἰκέντων. *Panes a te non postulavimus, uti nec aquam ab iis, qui Ostracinen inhabitant.* Ab hac urbe videtur dictum *Sal Ostracinense*, מלח אסתרקנירה in Talmude commemoratum, quod dignus avo nepos, qui quotidie de literis nostris optime mereri pergit, Joh. Henr. Hottingerus, in Academia Marpurgensi Professor, ab urbe Astracan ad Wolgam dictum putat. Sed (quamvis loca urbi Astracan vicina sal suppeditent hodie) nolim, id sal a Judaeis tam longe peti, quum in locis propioribus copia ejus fuerit. An forte sal

sal hoc in lacu Serbonide solebat aestivis solibus siccari, uti in lacu Tarentino & Cocanico alioque juxta Gelam memoratis Plinio *lib. XXXI. 7.* qui etiam hoc addit mirabile, quod tantundem noctu subveniat, quan- p.
tum de die auferas (unde forsitan idem de statua salis, in quam uxor 61.
Lothi conversa, narrari coepit) aut an potius sal hoc fossile fuit, quod *Rex Ptolemaeus juxta Pelusium invenit, & inter Aegyptum & Arabiam etiam squallentibus locis coeptum est inveniri detractis arenis:* ut ibidem. Fuit & mons Arcadiae ἡ Ὀστρακίνα, in quo antrum Alcimedontis, cujus Pausanias meminit *lib. VIII. 12.* Fuit & quaedam regio in urbe Antiochena, quae Ostracine dicebatur. Meminit Euagrius, *histor. lib. VI. c. 8.* πέπτωκε δὲ καὶ τὰ πολλὰ τῆς καλεμένης Ὀστρακίνης. *Corruerunt multa in Ostracine*, & *lib. II. 12.* τῆς γε Ὀστρακίνης ἔτω καλυμένης γειτονίας τινὰς συγκατέβαλε σὺν ταῖς σοαῖς. *Ostracines ita dictae vicinas quasdam cum porticibus.* Fugisse Ostracinen Habaccucum, quum Nebucadnezar Hierosolymas tenderet, tradit Epiphanius *de vit. proph. 247.* & ibi erat πάροικος εἰς γῆν Ἰσμαήλ.

Mons Casius etiam fuit in his oris inter Ostracinen & Pelusium. Κασίε Διὸς ἱερὸν Josepho *de bell. v. 14.* Codex MStus Academiae Lipsiensis legit Κασσίε. Legendum ubique Κασίε pro Κασσίε contendit Salmasius ad Spartianum, *p. 36.* & certum est apud Dionysium periegetem ita legi,

—— Βαθυκερήμνε Κασίοιο.

Suidas: Κάσιον ὄρος πρὸς τῷ Ἐυφράτῃ, καὶ Κάσιος Ζεὺς &c. *Mons Casius ad Euphratem, & Jupiter Casius.* Quod, nisi Suidas erret, intelligi debet de altero Casio prope Seleuciam, quamvis & ille non admodum fuerit propinquus Euphrati. Epiphanius in Ancorato *pag. 109.* meminit Κασίε τε ναυκλήρε, quem Pelusiotae ut Deum colebant: quem ego a Jove Casio diversum non puto. Erat & alter ZEYC KACIOC prope Seleuciam. Ita in Nummis scribitur. Vide *Patin. numm. aer. Impp. p. 182.* Stephanus de urbibus, Κάσιον, ὄρος καὶ πόλις Αἰγύπτε πρὸς τῷ Πηλυσίῳ. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τῆς Κύκλαδος νήσε (illa est Κάσος insula) ἢ ἀπὸ Κάσε τε Κλεομάχε ἀφ' ἑ καὶ Κασίε Διὸς ἱερόν. *Casium, Mons & urbs Aegypti prope Pelusium. Ita appellatur a Caso filio Cleomachi, unde & Jovis Casii templum dicitur.* Mox idem ad vocem Κάσος dicit Κάσον fuisse non filium, sed patrem Cleoma- p.
chi, & coloniam esse deductam ex insula Caso ad Casium ἐν τῇ Συρίᾳ ὄρος. 62.
Licet autem id de hoc Casio possit intelligi, si sequamur Herodotum, statuentem hunc montem in confiniis Aegypti & Syriae, quia tamen noster Aegyptum ultra Casium extendit, & ipsa Rhinocolura urbem Aegypti vocat, non videtur de hoc Casio, sed altero in Syria sito prope Seleuciam, intelligendus.

Ego quidem accedo iis, qui Aegyptum Palaestinae contermínam non faciunt, & spatium illud desertum atque arenosum nec huic nec illi regioni tribuunt. Nec tamen de Aegypto, quoniam de illa agere coepimus, nihil dicamus, ad examen revocabimus celebris geographi,

Samuelis Bocharti, ſententiam de nomine Hebraeo Aegypti, quae mihi viſa ſemper eſt a vero longe recedere, eo majus operae pretium facturi, quod illa labefactata plurima corruant, quae in Geographia ſua ſacra ſcripta reliquit. מצרים ſive Aegyptus regio mihi videtur a filio Chami ita nuncupata, qui genuiſſe dicitur *Mizraim Gen. 10. 6.* Bochartus hoc negat, *Geograph. ſacr. lib. IV. c. 24.* & ita ſcribit: *Mizraim non eſt nomen hominis. Id non patitur forma dualis.* Verum nonne *Ephraim* אפרים eſt nomen hominis, & formam habet dualem? An non שחרים *Schacharaim, 1. Chron. 8. 8.* Et cur forma dualis non poſſet aeque adhiberi ad nomen hominis ac pluralis? Non video rationem differentiae. Atqui מפים *Muppim* eſt nomen filii Benjamin, & שפים *Schuppim* nomen fratris ejus *1. Chron. 7. 15.* מפישסים *Nehem. 7. 52.* מעונים ibidem. חפים *Gen. 46. 21.* חשים nomen filii *Dan. Gen. 45.* *Harim*, & *Seorim, 1. Chron. 24. 8.* unde tertia & quarta ephemeriae ſacerdotales nomen traxerunt.

Certe non probo ſententiam viri eruditiſſimi, licet doctrinam ejus ſingularem & ingenium acre maximi faciam, quum paſſim in Geographia ſacra nomina in genealogia poſterorum Noachi Geneſeos capite decimo ſcripta, non hominum eſſe nomina ſed regionum contendit, quae ab ipſis aut poſteris eorum inhabitatae ſunt. *Ita cum in Chami filiis ſecundus cenſetur Miſraim, nomine Miſraim intellige patrem incolarum*
p. 63. *Miſraim, id eſt Aegypti*: ejus viri verba ſunt in *Phaleg. l. IV. c. 24.* Et *lib. I. c. 2.* ſcribit, *multos ipſe Moſes non appellat vero nomine, ſed nomine illius gentis vel regionis, cujus ſunt conditores. Exempli gratia, quotieſcunque pluralis eſt terminatio, ut in filiis Javan Cithim & Rhodanim, item in Mizraimi filiis & Chanaanis, excepto Sidone & Heth; haec populorum eſſe nomina nemo non videt, non ſingularium hominum. Quaedam rurſus non tam hominum quam locorum ſunt nomina. Sic Joctanis filius Hatzarmaveth loci nomen eſſe conſtat, ad verbum enim Hatzarmaveth eſt mortis atrium ſeu regio*, &c.

Reliqua non adſcribam. Paucis tantum dicam, cur ea ſententia mihi non probetur; dein, quae mea ſit opinio; tum viri celeberrimi rationes expendam. Primo, quum conſtet, etiam judice Bocharto, quaedam nomina in hac tabella genealogica eſſe vera hominum nomina, uti Noah, Sem, Cham, Japhet, Sidon, Nimrod, nihil eſt probabilius, quam reliqua eidem tabellae inſerta, & de quibus eadem phraſi dicitur, quod fuerint filii aliorum, & ipſi alios filios genuerint, credere etiam eſſe nomina hominum. Certe nihil obſtat. II. Scriptor ſacer ait, ſe dare genealogiam *filiorum Noach*, בני נוח, hominum itaque, non regionum. Atqui in genealogica hominum, quorum alter alterum genuit, regiones inſerere loco filiorum, videtur inconveniens, nec ullius ſcriptoris ea conſuetudo eſt: certe parit confuſionem maximam. III. Eo modo, quo vult Bochartus, texi genealogia non poteſt: nam de uno quidem dicere

dicere poſſum, illum eſſe patrem illius gentis, vel regionis, ſed quid tum fiet de reliquis, quorum ea gens pater erit, ut ita loquar? Verbi gratia, *Cham genuit Mizraim*, ſignificat, ſecundum Bochartum, Cham genuit patrem incolarum terrae Aegypti. Id poſſe ferri. Sed quum in genealogia pertexenda pergit Moſes & dicit: *Mizraim genuit Ludim*, quid obſecro hoc ſignificabit? An hoc, patrem incolarum terrae Aegypti genuiſſe Ludim? Cur ergo magis appellatur pater incolarum Aegypti quam Ludim, ſi amborum pater eſt? Et quidni proprio nomine appellatur, uti pater ipſius Cham? An hoc potius, Aegyptios progenuiſſe לוד Ludim? Tunc dixiſſet מצרים ילדו *Aegypti progenuerunt*, non ילד p.
progenuit, uti commate ſequenti: & ut illo exemplo utar, quod ipſe Bo- 64.
chartus ſuppeditat, ſcribens, *idem eſſe, ac ſi quis Agenorem dicat genuiſſe Thebas, quia Cadmum genuit Thebarum conditorem*: ſi ergo aliquis promittat, ſe daturum genealogiam Agenoris, & dicat, *Hae ſunt generationes filiorum Agenoris: Agenor genuit Cadmum, Cadmus genuit Thebas, Thebae genuit* .... Sc. eodem modo ſcripſiſſe, cenſendus eſt Moſes ſecundum opinionem Bocharti, quod mihi videtur cum ſapientia Moſis parum convenire. IV. Regiones de nominibus illius vel illorum, qui primi eas incoluerunt, appellare in ſacris literis eſt uſitatiſſimum, uti (quod nullus negat) *terram Canaan* a *Canaan*, *Aſſur* ab *Aſſur*, *Edom* ab *Edom*, *Moab*, *Ammon* &c. quidni itaque *Mizraim*, *Lud*, *Gomer* & aliae regiones ab hominibus *Gen. 10.* memoratis, a quibus omnes orbis incolae originem ducunt. V. Obſtat vis phraſium, uti de *Zidon*, quod non eſſe nomen viri, ſed loci a *piſcatione* ita dicti, vult Bochartus, dicitur ילד את צידן בכרו *genuit Zidonem, primogenitum ſuum*: id idem eſt, ac ſi dicerem; *Agenor genuit Thebas, primogenitum ſuum.*

Mea itaque opinio eſt, omnia nomina in genealogia Noachidarum pro nominibus hominum ſingulorum, non regionum aut populorum, eſſe habenda, niſi ex verbis adjectis liqueat, populos indicari, & hoc tantum fieri, quando illius gentis, vel lineae, ut cum genealogicis loquar, telam pertexere Moſes deſinit, ne cogatur minutiſſima quaeque perſequi, uti quum dixit, *Noach genuit Cham, Cham genuit Mizraim, Mizraim genuit Ludim ... & Casluchim, unde egreſſi ſunt Philiſtaei*, nihil amplius addit de poſteris Mizraim, & hanc gentem deſerit, ut ſi dicerem, *Abraham genuit Iſaacum, Iſaacus Jacobum, Jacobus duodecim gentes Iſraëliticas Rubenitas, Simeonitas, Levitas* &c.

Ad rationes quod attinet Bocharti, prima eſt, terminationem pluralem ים in *Cittim, Dodanim*, indicare agi de gentibus. At non deſunt nomina hominum ſingularium in ים terminata, uti ſtatim oſtendimus. Quidni ergo & hic? Quod ſi concederemus *Cittim* & *Dodanim* una cum *Eliſa* & *Tarſchiſch* eſſe nomina populorum, quia illorum poſteri ulterius non recenſentur, inde non ſequitur, reliquos, quorum filii aut poſteri p.
poſt eos memorantur, uti *Gomer, qui filium habuit Aſcenaz, Mizraim qui* 65.
genuit

genuit Ludim, esse nomina regionum, non hominum. Altera ratio Bocharti est, nomina illa, uti Hazarmaveth, *atrium mortis*, Mizraim *angustias*, & similia, convenire locis, non hominibus. Primo, si vel maxime illa nomina haberent eam significationem, quam Bochartus iis tribuit (quamvis divitiae linguarum orientis viro adeo ingenioso, ac Bochartus fuit, plures, easque commodas, unius nominis significationes suggerere potuerint, si voluisset, nec uni inhaerere necesse sit) sunt plura nomina hominum in sacris literis, quae regionibus aut locis aptius videntur convenire, quam hominibus, uti בצר *munimentum*, filius Zophach, *1. Chron. 7. 37.* quod ipsum & nomen urbis fuit. Sic רמות & ירמות *alta loca*, nomina virorum, *Ezr. 10. 29. 1. Chr. 25. 4.* sic מעון *Maon, habitatio*, nomen viri. Et quot non nomina sunt & locis & hominibus communia? Quid? quod inter illa ipsa, quae debere esse nomina locorum contendit, talia sint, quae ex aliis locis Sacri Codicis constat hominum nomina fuisse, uti *Jobab:* vide *1. Chron. 8. 9. Gen. 36. 33.* Esse tamen *Jobab Gen. 10.* non viri nomen, sed regionis ita dictae ab eremi vastitate scribit Bochartus. Atqui ego causam non video, cur in genealogia nomina, quae viris alibi tribuuntur, illic viris tribuenda esse, negemus. Denique urget Bochartus, Sobal dici *patrem Kiriathjearim*, & *filios Salmae Bethlehem.* Non nego posse hominem dici patrem populi, aut, si quis ita velit, loci, in quo posteri ejus habitant, & vicissim illorum locorum incolas posse filios dici illius, a quo sunt progeniti. Atqui, dices, loca ipsa dicuntur filii. Respondeo, loca pro incolis sumi, continens pro contento, uti saepe in S. S. fit. vid. *2. Chr. 20.* uti *Luc. 13. 34.* Ἱερουσαλὴμ &c. Τὰ λεγόμενα πρὸς τὴν πόλιν πρὸς τοὺς πολίτας λέγεται, uti recte observavit Justinus Martyr *in quaest. & resp. ad orthod. p. 327.* & ibi ita debere fieri suadet, quod nomen gentile iis subjungatur, uti *1. Chron. 2. 45. Filii Schalmae Bethlehem* (verto, uti interpretes plerique, Bethlehemitae) *& Netophatites populus:* & notandum est, nomina
p. 66. אב & בני *patris* & *filiorum* multo latius patere apud Hebraeos, quam alias gentes: nec illa loca Bethlehem, aut Kiriathjearim, dicuntur ibi genuisse alios filios, quod de Mizraim, & Gomer, legitur *Gen. 10. 3. & 13.*

CAPUT XII.

DE REGIONE EDOM.

Regio Edom unde dicta & ubi sita. Omnino extra terram Canaan collocanda. Israëlitae circumiverunt illam, & partem ejus transivere. Urbes Edomaeorum. Via ex terra Canaan in Moabitin per desertum Edom. Montes שעיר Seir *non dicti ab Esauo piloso, sed Seir Chorita.* Φάλαγγαι *quae Idae montis vertex* Φαλάγγα. *Josephi loci quidam de Idumaeae examinati. Duae partes Idumaeae, Gobolitis & Amalecitis. Error Josephi in origine nominis Seir. Pars terrae Canaan australis, & quare, Idumaea dicta.* Μεγάλη Ἰδουμαία *quae. Idumaea postea appellata Gebalene, aut Arabia &c. Eusebii loci aliquot, in quibus mentio terrae Edom. Eusebianum Onomasticon ab aliena manu auctum. Terra* Utz, *patria Jobi, ubi quaerenda. Idumaea ab Eleutheropoli ad Petra extensa secundum Hieronymum. Specus, in quibus Idumaei habitabant. Stephani verba de Idumaeis.*

QUandoquidem terras Palaestinae vicinas lustrare coepimus, & de Aegypto ac deserto, quod eam inter & Palaestinam interjacet, egimus, ad Idumaeam pergimus sive regionem ab Edomo & posteris ejus inhabitatam, ארץ שעיר & שדה ארום dictam in sacro codice, quae & ipsa inter Aegyptum fuit sita & terram Canaan, ita ut fines australes terrae, in quibus erat portio tribus Judae, attigerint *terminum* regionis *Edom* גבול ארום *Jos. 15. 1. & 21.* Confer *Jos. 11. 17. & 12. 7. & Num. 34. 3.* ubi Libanus ad septentrionem, mons glaber, quo adscenditur ad Seir, ad austrum, termini nuncupantur terrae Canaan.
Verum ante omnia in hoc argumento distinguenda sunt tempora, quo- p.
niam non eadem semper fuere Edomaeorum sedes. Olim quidem 67.
Edom ipse, qui & Esavus dicitur, filius Isaaci patriarchae habitavit in montanis Seir, *Gen. 32. 3.* quae omnino extra fines terrae Canaan fuerunt: nam Esavi posteris dedit Deus montana Seir, uti Israëlitis terram Canaan. *Deut. 2. 5.* Erant autem haec montana inter montem Dei Choreb & terram Canaan, uti liquet ex *Deut. 1. 2.* ubi undecim dierum intervallo montem Choreb abesse a Cades Barnea, facto itinere per montana Seir, dicitur. At non extenderunt se ubique montana Seir usque ad litus sinus Arabici, quoniam Israëlitae, negato iis transitu, per terras Edomaeorum circumiverunt montana Seir tendentes juxta aut versus sinum Arabicum, uti legitur *Deut. 2. 1.* quumque circumivissent illa montana diebus multis, tandem se converterunt aquilonem versus & pertransiverunt (עברים בגבול) terminum Edomaeorum (id est ipsam terram Edomaeorum, uti liquet ex *Deut. 2. 27. Transeamus per terram tuam*, &c. *sicut mihi fecerunt filii Esaui inhabitantes* &c.) qui inhabitabant Seir, a via campestrium, ab Elath & Eziongeber, portubus sinus Arabici, converterunt se, ut transirent via deserti Moabitarum. Urbes aliquot Edomaeorum etiam in hoc tractu recensentur *Gen. 36. 32.* דנהבה *Dinhaba.* Et *commate 35.* עוית *Avith. comm. 39.* פעו *Pau.* Credibile est plures fuisse. Et *2. Chr. 8. 17. Elath.* & *Eziongeber* urbes sitae in litore sinus Arabici terrae Edom attribuuntur (quae postea urbes Palaestinae tertiae habitae sunt) at iis ademtae sunt, quando omnis Idumaea a Davide fuit subacta. Aliquid etiam lucis foenerantur ea, quae leguntur *2. Reg. 3. 8. 9.* scilicet Reges Judae & Israëlis Moabitas in ordinem cogere constituerant: deliberantes autem de via, qua ad Moabitas proficiscerentur, tandem consilium capiunt de itinere instituendo per מדבר ארום *desertum Edom:* & per septem dierum iter tres reges, Ju-

dae, Israëlis, & Edom circumiverunt usque ad Moab. Scilicet circumivetunt mare mortuum, donec ad latus orientale ejus pertingerent, atque ita Moabitas aggressi sunt.

p. 68. Dicta sunt montana Seir de nomine Seir *Choritae*, qui ante Edomum illic habitavit *Gen. 36. 20. Deut. 2. 12.* Frustra ergo ab Esauo piloso creditur dictus mons *Seir* שעיר quasi *pilosus*: aut ut opponatur monti glabro, quicum jungitur *Jos. 11. 17.* Erant & alii montes glabri dicti apud veteres. Graeci quidem illos montes glabros appellabant, qui nullas plantas producebant, & dicebantur ab iis Φαλάκραι. Stephanus, *in* Ἐθνικοῖς. Φαλάκραι ἄκρα τῆς Ἴδης, ἥτις οὐκ ἔχει ζώφυτον, διὰ τὴν χίονα καὶ τὸν κρύσαλλον ἀλλ' ἐψίλωται. Καὶ πάντα τὰ ἐψιλωμένα ὄρη ἐλέγετο Φαλάκραι. *Phalacrae vertex Idae, qui nullas habet plantas ob nivem & glaciem, sed glaber est. Et omnes montes glabri dicuntur Phalacrae.* Scholiastes Lycophronis ad *vers. 24.* Τέσσαρα ἀκρωτήρια Ἴδης, Φαλάκρα, Λεκτὸν, Γάργαρον, καὶ Πέργαμον. Τίνες δὲ ἐκ τῆς Φαλάκρας λέγεσι τμηθῆναι τὰ ξύλα τὰ εἰς τὴν ναυπηγίαν τῶν Ἀλεξάνδρε πλοίων, ἔκτοτε τὸ ὄρος ψιλωθὲν Φαλάκραν κληθῆναι. *Quatuor juga fuere montis Idae, Phalacra, Lecton, Gargaron, & Pergamon. Quidam volunt, e Phalacra succisas fuisse arbores inservituras conficiendis navibus Alexandri (Paridis, quum Helenam peteret) & inde illum verticem arboribus nudatum dictum Phalacran.* Apud Ovidium tamen Paris non Phalacrae, sed Gargaro id tribuit, *in epistola ad Helenam*,

Ardua proceris spoliantur Gargara sylvis:
Innumerasque mihi longa dat Ida trabes.

Josephus prae reliquis frequenter usurpat nomen Idumaeae, & plerumque ita, ut partem australem terrae Canaan hoc nomine comprehendat, quam inhabitabant Idumaei sive filii Esaui. *1. Maccab. 5. 65.* & *1. Macc. 4. 15. 29.* unde nomina Judaeae & Idumaeae pro iisdem usurpata fuisse notavimus supra, *capite IX.* Videamus quosdam locos Josephi. Primum Idumaeae meminit *Antiquitatum libro II. cap. 1.* Ἄδωμα Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι· τὴν δὲ χώραν οὕτως προσηγόρευσεν. Ἕλληνες γὰρ αὐτὴν ἐπὶ τὸ σεμνότερον Ἰδουμαίαν ὠνόμασαν. *Adoma Hebraei rubrum vocant. Id nominis etiam regioni datum est, quam Graeci in mollius flectentes Idumaeam dixere.* Ibidem de filiis Esaui, Οὗτοι κατῴκησαν τῆς Ἰδουμαίας τὴν Γοβολίτιν λεγομένην καὶ τὴν ἀπὸ Ἀμαλήκε κληθεῖσαν Ἀμαληκῖτιν. Πολὺ γὰρ γενομένη πότε ἡ Ἰδουμαῖα, τότε πάσης αὐτῆς ἀπέσωζεν ὄνομα καὶ τοῖς μέρεσι τὰς ἀπὸ τῶν
p. 69. οἰκητόρων προσηγορίας διεφύλαξε. *Illi habitarunt regionem Idumaeae Gobolitin nuncupatam & Amalecitin dictam de nomine Amaleci. Magna enim quum esset olim Idumaea in tota regione nomen (Idumaeae) integrum remanebat & in partibus appellationem ab habitatoribus conservabat.* De Gobolitide sive Gebalene & Amalecitide secretius dicetur infra. *Libro primo, capite 19.* idem scriptor de regione Edomi agens in illum errorem incidit, quem statim notavimus, illos montes Seir dictos esse ab Esauo piloso, qui in illis sedem

dem fixerat, quia pilosus שעיר *Seir* Hebraeis dicitur. Ita scribit, Ὑπεχώρησεν εἰς Σάειραν· ἐνταῦθα γὰρ ἐποιεῖτο τὴν διαίταν προσαγορεύσας τὸ χώριον ἀπὸ τῆς αὐτοῦ τριχώσεως δασείας. *Discessit in Sairan: illic enim commorabatur appellavitque locum de sua hirsuta capillatura.* Nam Hebraei capillaturam Seiron dicunt, Ἑβραῖοι τὸ Σήειρον τρίχωμα λέγουσιν, uti idem *lib. I. cap. 18.* scripserat. *Antiquitatum libro V. cap. 1.* ita utitur voce Idumaeae, ut illius partem terrae Canaan sive regioni, quae Israëlitis, sortitione facta, adsignata est, tribuat. Συμεωνὶς δὲ, δευτέρα γὰρ ἦν, ἔλαχε τῆς Ἰδουμαίας τὴν Αἰγύπτῳ τε καὶ τῇ Ἀραβίᾳ πρόσορον οὖσαν. Tribus *Simeon, secunda enim erat, accepit partem Idumaeae, quae Aegypto & Arabiae conterminа est.* Heic latius sumitur nomen Idumaeae: nam Idumaeae aut terrae Edom proprio nomine dictae, quatenus regionem ab Edomitis incultam notat in scriptis Veteris Instrumenti, nulla omnino portio inter tribus Israëliticas distributa est. Extat ea de re interdictum Dei. *Libro Antiquitatum nono, capite 1.* Josephus ἔρημον τῆς Ἰδουμαίας memorat, per quam Joram, Josaphat, & rex Idumaeorum iter facerent, Moabitas aggressuri. Hoc desertum extra fines terrae Canaan, atque adeo in Idumaea proprie dicta collocandum censeo, quia *2. Reg. 3. 8.* idem locus *desertum Edom* nuncupatur, & in Veteri Testamento nunquam Edom, vel pars terrae illius, tribuitur terrae inter Israëlitas sorte distributae. *Libro V. de bello Judaïco, cap. 7.* meminit majoris Idumaeae scribens Simonem excursus fecisse in toparchiam Acrabattenen & μέχρι τῆς μεγάλης Ἰδουμαίας *usque ad magnam Idumaeam.* Eodem capite Chebronem inter urbes Idumaeae numerat. Εἰς τὴν Ἰδουμαίαν εἰσήλασεν ἀναμμωτὶ, καὶ προσβαλὼν ἀδο- p.
κήτως πρώτην αἱρεῖ τὴν πόλιν Χεβρών. *Idumaeam non fuso sanguine intravit,* 70.
& ex improviso cepit primam urbem Chebron. Et mox narrat Simonem inde totam Idumaeam pervasisse: venerat autem a septentrione, id est, a Thecoa urbe. *Capite* octavo ejusdem libri Cerealem dicit *superiorem Idumaeam*, τὴν ἄνω καλουμένην Ἰδουμαίαν vastasse, nisi forsitan τὴν ἄνω Ἰουδαίαν scripserit: quod *Antiquitat. lib. V. cap. 1.* tribui Judae cessisse superiorem Judaeam τὴν κυθύπερθεν Ἰουδαίαν tradiderat, & Ἰουδαία pro Ἰδουμαία saepe in Josepho librarii scripserint, ac vice versa. Denique *libro II. contra Apionem pag. 1067.* de Idumaea testatur Dora urbem maritimam terrae Israëliticae quatuor dierum itinere ab Idumaea distare, τεσσάρων ἡμέρων ὁδὸν τῆς Ἰδουμαίας ἀφέσηκεν, & ibidem Idumaeam scribit esse conterminam terrae Judaïcae. Quibus verbis Josephus terram Judaïcam intelligit, non qua erat extensione, quum a Josua suis finibus est circumscripta, sed uti tunc erat, quum ea scriberet: nam alias verum quidem est, Idumeam proprie dictam fuisse terrae Israëliticae conterminam, sed Josephus non solet Idumaeae nomen ita usurpare, sed magnam partem terrae tribubus Judae & Simeon datam Idumaeam appellare, quae in ipsa terra Israëlitica quum fuerit, non potest ei ὅμορος appellari, nisi eo modo, quo dixi.

Post tempora Josephi & excidium urbis Hierosolymitanae, nomen Edom & Idumaeae fere deletum est, regioque olim eo nomine nuncupata aliud vel alia potius adscivit: dicta enim est Gebalene, & solitudo austrina, respectu scilicet terrae Israëliticae, ἡ κατὰ μεσημβρίαν ἔρημος (vide Eusebium ad vocem Ἀιλὰμ) & Arabia, aut Palaestinae est accensita. In scriptis tamen Christianorum, inprimis eorum, qui commentaria in sacrum codicem conscripserunt, aut de rebus Judaïcis egerunt, nomen Idumaeae aut terrae Edom aliquando legitur. Eusebius in libro περὶ τοπικῶν ὀνομάτων τῆς θείας γραφῆς, quem nos compendii causa (frequenter enim illo utimur) onomasticon urbium appellamus, Petram urbem notissimam Arabiae, quae ab ea nomen Petraeae tulit, terrae Edom adscribit his verbis, Πέτρα, πόλις ἐν γῇ Ἐδὼμ τῆς Ἀραβίας. Hieronymus. *Petra, civitas Arabiae in terra Edom.* Sic quoque ad vocem Ῥεκὲμ
p. 71. notat αὕτη ἐστὶ Πέτρα πόλις τῆς Ἀραβίας *illa est Petra urbs Arabiae.* Scilicet Arabiae nomen tunc dabatur illi regioni, quae olim Edom dicta est. Idem montem Seir ita describit, Σηείρ, ὄρος γῆς Ἐδὼμ, ἔνθα ὤκει Ἠσαῦ ἐν τῇ Γαβαληνῇ. *Seir, mons terrae Edom, ubi habitavit Esau in Gabalene.* Ad vocem *Masrasa* idem. Μασρεκὰ, πόλις βασιλείας Ἐδὼμ περὶ τὴν Γεβαληνήν. Hieronymus interpres. *Masraca, civitas regni Edom circa Gabalenen.* Ad vocem Φινῶν haec legimus πόλις πῶν ἡγεμόνων Ἐδώμ. Αὕτη ἐστὶ Φαινῶν ἔνθα τὰ μέταλλα τὲ χαλκὲ, μεταξὺ κειμένη Πέτρας πόλεως καὶ Ζοορῶν. *Urbs est Principum Edom, eadem quae Phaenon, ubi fodinae aeris sunt, sita inter Petram urbem & Zoara.* Plura ex Eusebio adducemus infra, quum de nomine Gabalenes dicemus, unum hoc adscripturi de Idumaea ex eodem. Ἰδουμαία χώρα Ἠσαῦ ἐξ αὐτὲ παρωνύμως ὀνομασθεῖσα, ἐπείπερ αὐτὸς Ἐδὼμ ἐκαλεῖτο. Ἔστι δὲ ἡ ἀμφὶ τὴν Πέτραν Γεβαληνὴ καλεμένη. Ἡ κατὰ τινα Ἀυσῖτις χώρα τὲ Ἰωβ. Κάτ' ἄλλον δὲ ἡ τὲ Ἰωβ χώρα ἡ Ἀραβία ἐστίν. Ἄλλοι δὲ λέγεσιν, ὅτι ἡ χώρα τὲ Ζηὼν αὕτη ἐστὶν χώρα τὲ Ἰωβ. Hieronymus ita. *Idumaea regio Esau, quae ex eo, quod ille Edom vocabatur, nomen accepit. Est autem circa urbem Petram, quae nunc dicitur Gebalene.* Ulterius nil habet Hieronymus, ita ut in Eusebio olim illa lecta non fuisse, quae nunc leguntur probabile sit. Hoc fatum fuit omnium fere lexicorum & onomasticorum veterum, quod alienae manus illa auxerint: & difficulter ea nunc discernere est a verbis ipsius auctoris. Atque utinam de solis lexicis conqueri jure possemus, nec saepe scholiastarum adnotationes loco scriptorum veterum legeremus. Multa, opinor, in quibus nunc desudamus, plana essent, & una litura deleret notas adulterinas, tolleretque difficultates, quibus nunc impediti haeremus, quia ineptorum hominum glossas a genuinis verbis auctorum non valemus secernere. Sed revertamur ad Eusebium, aut qui ipsi latinam, hanc adtexuit. Ita Latine redditur. *Quae* (Gebalene, id est, Idumaea) *secundum opinionem cujusdam Ausitis est, regio Jobi. Secundum alium vero regio Job est Arabia* (verum ipse Eusebius, uti vidimus, Arabiam & Gebalenen pro eadem habet, Petram modo scribens esse urbem Arabie

Arabiae modo Gebalenes, & Gebalenen collocans circa Petram) *Alii* p.
autem dicunt, regionem Zeon (Sichonis regis) *esse regionem Jobi.* Quod ad 72.
Uzitida attinet, Jobi patriam, ארץ עוץ *terram Utz* dictam in sacris literis, quia nos eo ducit scriptor Graecus, posset credi Idumaeae pars fuisse quandoquidem *Thren. 4. 21.* dicitur *filia Edom habitare in terra Utz:* & *Jer. 25. 20.* reges terrae Utz junguntur cum regibus terrae Philistaeorum, Ascalonis, Ecronis &c. & medii interponuntur inter Aegyptios & Philistaeos. Sed ibidem distinguitur terra *Utz* ab *Edom*, quae *commate 21.* recensetur cum *Ammon, Moab, Tyro*, adeoque eadem non fuit: & si fuisset, Jobus non fuisset accensitus filiis orientis sed austri. *Job. 1. 3.* Adde quod cum Chaldaei & Sabaei in agros Jobi irruperint, oporteat terram Utz iis magis vicinam fuisse.

Hieronymus Idumaeam ab Eleutheropoli Petram usque extendit his verbis, *omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli usque ad Petram & Ailam (haec est enim possessio Esau) in specubus habitatiunculas habet.* Haec illustrantur ex verbis Josephi *lib. V. de bello cap. 7.* ubi de Idumaea agit, κατὰ τὴν Φαρὰν προσαγορευομένην φάραγγα, πολλὰ μὲν ἀνεῤῥύνας σπήλαια, πολλὰ δὲ ἔυρων ἕτοιμα ταμιείοις ἐχρῆτο θησαυρῶν. *In valle autem Pharan dicta multas speluncas ipse dilatavit, alias aptas invenit & pro receptaculis praedae iis utebatur.* Et mox, πολλοὶ τῶν λόχων δίαιταν ἔχεσιν ἐν ἐκείνοις, *in iis habitant multa agmina.* Haec est, dicit Hieronymus, possessio; non quod in Veteri Testamento unquam eo usque sedes Idumaeorum extendantur, nam erant extra limites terrae Canaan, & Eleutheropolis, uti certum est, in ipsa terra Canaan ad occidentem fere Hierosolymae sita erat, sed quod circa excidium Templi secundi, & postea, magna pars Judaeae nomine Idumaeae appelletur a Josepho, de quo postea.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς, vel Hermolaus, aut quicunque alius nobis epitomen Stephani dedit, haec habet de Idumaeis. Ἐδουμαῖοι, ἔθνος Ἀραβίον, ὡς Ὀυράνιος ἐν Ἀραβικῶν τετάρτῳ· τινὲς δὲ διὰ τὲ ι γράφεσιν, ὡς ἔιρηταί μοι ἐν τῷ ι. *Edumaei gens Arabica, uti Uranius lib. IV. Arab. Quidam per i scribunt, uti dicam in Litera ι.*

Haec autem habet ad literam ι. Ἰδουμαῖοι, ἔθνος Ἀραβίον ἀπὸ Ἀδώμα. p.
Ἀδωμα γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλεῦσιν· ὅτι ξανθὸν βρῶμα δὲς αὐτῷ ὁ ἀδελ- 73.
φὸς τὰ πρωτεῖα εἰλήφει. *Idumaei, gens Arabica ab Adomo dicta.* Adoma (אדום) *enim Judaei rubrum appellant, quoniam flavum cibum daus ipsi frater primatum praeripuit.* Strabo quoque *lib. XVI.* Idumaeos origine Arabes esse, sive Nabataeos, scribit.

CAPUT XIII.

DE SEDIBUS PHILISTAEORUM.

Origo nominis Philistaei. Pelusium unde dictum. Alii a solo palustri, alii a Peleo nomen dicunt. Ex nomine Φυλισιαίων *natum* Παλαιστινοί. *Palaestinae*

ſtinae regio Perſica. Fluvius Palaeſtinus. Error Joſephi. Philiſtaei dicti ἀλλόφυλοι. Euſebius etiam alias gentes hoc nomine comprehendit, & quas. Philiſtaeorum regio olim extra terram Canaan ad mare magnum. Poſtea quinque urbes terrae Canaan ad mare magnum. Deinceps quoque urbes terrae Canaan incoluerunt, & magnam partem orae maritimae. Philiſtaei etiam Ἕλληνες dicti. Geſchuraei vicini Philiſtaeorum. Diſtinguuntur a Geſchuraeis trans Jordanem & Geſchur in Syria.

DEſcripta hactenus regione Edomaeorum, quae maximam partem plage ad auſtrum terrae Iſraëliticae occupat, partes ejus luſtrandae ſunt, quas Joſephus duas facit Amalecitin & Gobolitin ſive Gebalenen. Diſtinguuntur quidem in ſacris literis Amalecitae ab Edomaeis, quod notum eſt; ſed haud negaverim aliquando (nam diſtinguenda omnino & hic & alibi ſunt tempora, quibus vel latius vel minus late ſe populi extenderunt) Idumaeam continuiſſe regionem Amalecitarum aut certe magnam partem illius. Praemittemus autem aliqua de regione Philiſtaeorum, qui vicini fuere Amalecitis, ne cogamur poſt deſcriptionem Amalecitidis & Gebalenes redire occaſum verſus, atque
p. adeo, ut poſſimus ſecundum ordinem a nobis conſtitutum ab auſtro
74. ortum verſus & porro ſeptentrionem per regiones Palaeſtinae vicinas tendere. De Arabia quoque, quam nonnulli ſcriptores ad auſtrum Palaeſtinae collocant, & uſque ad litora maris magni ſive mediterranei producunt, nunc non dicemus, ſed poſtea, quum regiones ad ortum Palaeſtinae ſitas luſtrabimus.

Philiſtaei, פלשתים Hebraeis dicti & Φυλιςιαῖοι vel Φυλιςιείμ (vide Siracidem *cap. 46. 21.* & *1. Macc. 3. 24.*) originem traxerunt a Casluchaeis, qui patrem habuere Mitzraim *Gen. 10.* Profecti ſunt e regione Caphtor, כפתור, *Amos. 9. 9. Deut. 2. 23.* quae videtur in ora maritima Aegypti circa Peluſium quaerenda. Nec profecto aliunde vocem פלשתים *Peliſtim* ducendam ſuſpicor, quam a Peluſio, vel Peluſium a Peliſtaeis. Novi equidem veteres ſcriptores nomen Peluſii derivare ἀπὸ τῆ πηλῆ. Ita diſertis verbis Strabo, *libro XVII.* Μεταξὺ τῆ Ταυικῆ ἡ τῆ Πηλουσιακῆ λίμναι καὶ ἕλη μεγάλα καὶ συνεχῆ, κώμας πολλὰς ἔχοντα. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Πηλούσιον κύκλῳ περικείμενα ἔχει ἕλη, ἅτινες Βάθρα καλοῦσι, καὶ τέλματα. ᾤκισται δ' ἀπὸ θαλάττης ἐν πλείοσιν ἢ εἴκοσι ςαδίοις· τὸν δὲ κύκλον ἔχει τείχεις ςαδίεις εἴκοσιν· ὠνόμαςται δ' ἀπὸ τῆ πηλῆ καὶ τελμάτων. *Inter Taniticum & Peluſiacum oſtium lacus ſunt & paludes magnae & continuae, in quibus multi pagi ſunt. Peluſium quoque ipſum cingitur paludibus, quas nonnulli Bathra vocant, & locis coenoſis. Habitatur urbs uſque ad plura, quam viginti ſtadia a mari. Muri ejus in ambitu habent ſtadia viginti. Nomen habet a luto & ſolo paluſtri.* Sed non deſunt, qui aliunde urbis hujus nomen arceſſant. Dionyſius in deſcriptione orbis terrarum, verſu 261. a Peleo quodam ita dictam innuit,

— παραὶ

—— παραὶ Κασιώτιδα πέτρην
Πηλῆος πτολίεθρον ἐπώνυμον ἄνδρες ἔχουσι
Ἕξοχα ναυτιλίης δεδαήμενοι.
—— *ad rupem Caſiam*
Pelei de nomine dictum oppidum homines tenent
Rei nauticae peritiſſimi.

Haec confer cum iis, quae de nauclero Peluſiotarum Deo ſupra *pag. 61.* p.
notavimus. Ad Dionyſium porro Euſtathius ſcholiaſtes haec obſervat. 75.
Οὗτος μὲν τὸ Πηλούσιον πτολίεθρον ἐπώνυμον τῆ Πηλέως φησὶν, ὡς ςρατιωτῶν Φθιωτῶν ὑπὸ Πηλεῖ τεταγμένων οἰκησάντων αὐτῆ. *Hic quidem dicit Peluſium oppidum nomen a Peleo habere, quod Phthiotae ſub Peleo militantes illic habitaverint.* Quamvis autem concedam, nomen Peluſii ἀπὸ τῆ πηλῆ apte duci poſſe, & ſatis convenire cum genio ſoli, in quo condita fuit, inde tamen non ſequitur, hanc eſſe veram nominis originem. Quis enim neget, Hieroſolymae, urbis, qua nulla in univerſo terrarum orbe fuit ſanctior, nomen ab ἱερὸς & Σόλυμα apte potuiſſe derivari, uti & a quibuſdam inde derivatum eſt? At certum eſt aliunde nomen illud petitum: de qua re alias.

Nomen Φυλιςιαίων poſtea flexerunt Graeci & Romani in Παλαιςινὲς, quod ipſis non erat ignotum & magis conveniebat cum vocibus aliis, quibus utebantur. Nam Palaeſtine nomen erat regionis Perſicae, quae & Sittacene dicitur, cujus Plinius meminit, *hiſtoriae naturalis l. VI. c. 27.* Peleſtine quoque regio erat in Piceno. Et Palaeſtinas arenas commemorat Lucanus, non longe ab Apſo & Genuſo fluminibus, de quibus hoc ipſo in libro agemus, quum flumina Palaeſtinae adſcripta luſtrabimus. Eſt & fluvius Palaeſtinus, cujus meminit Plutarchus de fluminibus, ita dictus a Palaeſtino Neptuni filio. Hinc & nomen Παλαιςίνης datum eſt regioni Philiſtaeorum. Joſephus ipſe *Antiquitatum libro I. c. 7.* teſtatur Ἕλληνας ita appellare partem regionis, quae inter Gazam & Aegyptum eſt, quamvis ipſe erret, quod ibidem nomen Palaeſtinae a Palaeſtino quodam filio Mizraimi derivet: nam in ſacro codice ſeptem tantum memorantur orti ex Mizraim, non octo uti Joſephus ſcribit, nec Philiſtinus quidam aut Philiſtini ex Mizraimo orti leguntur *Gen. 10.* ſed ex Casluchim. Plures locos Joſephi, in quibus regio Philiſtaeorum appellatur Παλαιςίνη, indicamus ſupra *pag. 41.* Vide & Euſebium & Hieron. in Onomaſt. ad vocem Γέραρα.

Deinde Philiſtaei dicti ſunt ἀλλόφυλοι, quaſi extrarii, & regio eorum γῆ ἀλλοφύλων. Quod probatum dedimus ſupra *p. 41.* Vocem hanc ipſi Latini uſurparunt.

Paulinus *de S. Felicis nat.* p.
Credite non armis neque viribus eſſe timendos 76.
Allophylum populos.

Tertul-

Tertullianus *adv. Jud. Hostes allophylos expugnaverunt.* Hieronymus in *comm. ad Amos. 1. p. 1376.* observat, *ubicunque in Veteri Testamento* (& quidni etiam in Novo?) ἀλλοφύλες *id est alienigenas legerimus, non commune omnium externarum gentium nomen, sed proprie Philisthiim, qui nunc Palaestini vocantur, accipiendi sunt.* Idem quum in Onomastico Eusebiano occurrit vox ἀλλοφύλων per *hostes* eam reddit, quod Tertullianus in verbis mox adductis jungit cum allophylis. Ita quum Eusebius habet Μεσσὰϐ, πόλις τῶν ἀλλοφύλων τῆς Γαϐαᾶς, Hieronymus ea convertit, *Messab, hostile oppidum juxta Gabaa.* Sic Μασϐὰκ, πόλις ἀλλοφύλων βασιλέως Ἀδραζέρ. Hieronymus. *Masbach, civitas hostilis regis Adrazar*; alibi vertit *alienigenas*, uti Eusebiana Γεσσὲρ χώρα ἀλλοφύλων, *Gessuri regio alienigenarum*, & ad vocem Βηθχώρ: vel *Gigantes*, uti ad vocem Γὲδ, ἐν ταύτῃ κατελείφθησαν, οἱ Ἐνακεὶμ ἀλλόφυλοι. *Geth, in hac Gigantes, qui vocabantur Enacim.* Aut *accolas pristinos*, uti ad vocem Βηθσὰν· & *veteres accolas*, vide ad vocem Ἄζωτος. Deprehendo eundem Eusebium nomen ἀλλοφύλων etiam aliis, quam Philistaeis tribuere. Sic scribit ad vocem Γεσερεὶμ, πόλις ἀλλοφύλων· ἄυτη δέ ἐςι Γαργασεὶ ἐν τῇ Βασανίτιδι *Gesurim, urbs ἀλλοφύλων. Haec est Cargasi in Basanitide.* At in Basanitide non fuere Philistaei. Quod si credidit aliquando heic fuisse Philistaeos, id sufficit, ut eam urbem Philistaeorum nuncupet: nam & eodem modo montes Gilboe appellat ὄρη ἀλλοφύλων, *montes alienigenarum*, quia illic caesi sunt Philistaei, *1. Sam. 31. 1.* Cananaei, qui in Gazer habitabant ἀλλόφυλοι quoque ab Eusebio appellantur ad vocem Γαζὲρ, & incolae urbis *Beths an* ad hanc vocem. Ita Ἐμὰθ appellat ὅριον τῶν ἀλλοφύλων ἐν χώρᾳ Δαμασκῷ, Hieronymus *terminum allophylorum in regione Damasci*, & montem Baal Chermon Libano proximum, ad vocem Βααλερμών. Non solet autem urbes Moabitarum, Emorrhaeorum trans Jordanem, Edomaeorum, Phoenicum, Arabum, & Aegyptiorum appellare urbes ἀλλοφύλων, sed γῆς Μωὰϐ &c. Sic ut
p. 77. videatur Eusebius nomen ἀλλοφύλων & Philistaeis & priscis incolis terrae Canaan tribuere.

Quod ad regionem Philistaeorum attinet, primum videntur incoluisse oram maritimam inter Aegyptum & terram Canaan. Nam *Exod. 13. 17. 18.* opponuntur viae duae, quibus ex Aegypto ad terram Canaan iter esset, altera דרך ארץ פלשתים *via per terram Philistaeorum*, qua Deus populum suum non duxit, licet esset קרוב *brevior*, ne armis & apparatu bellico Philistaeorum territus reverteretur in Aegyptum, altera דרך המדבר ים סוף *via per desertum maris Suph*, sive sinus Arabici. Ex eo autem, quod ad mare habitarent Philistaei ipsum illud mare ים פלשתים *mare Philistaeorum* dicitur *Exod. 23. 31.* & Philistaei שארית חוף הים *reliquiae orae maritimae, Ezech. 15. 16.* In ipsa terra Canaan certe non consederunt, quando Israëlitae eam occuparunt, duce Josua: nam inter gentes aut expulsas aut expellendas plane nulla est mentio Philistaeorum. Sed postea partem ejus possederunt, in qua quinque urbes,

WBP Opole

urbes Gaza, Gath, Ascalon, Aschdod & Ekron, quae πέντε σατραπείαι τῶν ἀλλοφύλων nuncupantur. Imo & ulterius fines suos protulerunt sub imperio Saulis & Davidis, uti notum est ex historia sacra. Nec desunt, qui putent, oram maritimam terrae Canaan a Gaza usque ad Carmelum ab iis aliquando occupatam fuisse (quare κατοικοῦντες γῆν παράλιαν, id est, *incolae orae maritimae* appellantur *Judith 5. 26.* qui ἀλλόφυλοι sive Philistaei nuncupantur *Judith. 6. 1.*) & Ἕλληνας istos, quos Caesareae vixisse Josephus *lib. II. de bello, cap. 25.* scribit, origine Philistaeos fuisse. Huc facit *Jes. 9. 11.* Philistaeos Ἕλληνας dici. Sane nomen Ἑλλήνων late patet, & omnes, qui Judaei non erant, hoc nomine nuncupantur *Joh. 12. 9. 20.* & alibi.

Cum Philistaeis junguntur Geschuraei הגשורי *Jos. 13. 3.* qui *1. Sam. 27. 8.* cum Amalecitis sociantur, & dicuntur incoluisse tractus, qui tendunt versus Aegyptum, quorum regiones vastavit David. Alii sunt Geschuraei, qui cum Machataeis junguntur, הגשורי והמעכתי, quaerendi in regione dimidiae tribus Menassis trans Jordanem, nec expulsi ab ea, *Deut. 3. 14. Jos. 12. 5.* & *Jos. 13. 13.* quorum ut & Gileaditidis rex creatur Isboseth filius Saulis, *2. Sam. 2. 8.* Alia denique est גשור בארם *Geschur in Syria, 2. Sam. 15. 8.* quae a Rege suo gubernabatur, ad quem fugit Absalom. *2. Sam. 14. 37.* cujus mater filia Regis Geschur fuerat, *2. Sam. 3. 3.* non videtur tamen ea longe quaerenda ab Geschuraeis trans Jordanem sitis, quia *1. Chron. 2. 23.* legitur Jair cepisse גשור וארם את חות יאיר וגו׳ *Geschur & Aram villas Jair &c.* p. 78.

CAPUT XIV.

DE AMALECITIDE.

Amalec quis. Regio Amalecitarum an pars Idumaeae. Josephus illustratus. Diversae gentes Amalecitae & Edomaei. Antiquissimae sedes Amalecitarum tempore regis Kedor Laomer. Ubi habitaverint, quum Israëlitae ad terram Canaan proficiscerentur, & quum eam per exploratores lustrarent. Loca campestria & montana incoluerunt. Varians scriptura codicis Hebraei & Samaritani. Quas regiones Amalecitae incoluerint, terra Canaan ab Israëlitis occupata. Kenaei inter Amalecitas. Eusebii sententia de Amalecitide. Mohammedani quid de Amalecitis tradant.

NOn longe a Philistaeis quaerendi sunt Amalecitae, quamvis non eandem regionem perpetuo incoluerint, & heic quoque, veluti antea, quum de regione Idumaeorum & Philistaeorum disputavimus, notanda sint diversa tempora. Amalec ipse, עמלק, unde & gentis & terrae nomen defluxit, nepos erat Esaui ex filio Eliphaz & concubina Thamna, uti traditur *Gen. 36. 12.* & *1. Chron. 1. 36.* atque adeo non

 longe

longe ab regione Edomi recedendum videtur, ut terras Amalecitarum investigemus. Josephus Idumaeam in partes duas dividit, Amalecitin & Gobolitin, *Antiquitatum libro II. cap. 1.* Verum *1. Chron. 18. 11.* distinguuntur filii Edom ab Amalecitis: certumque est, quum in historia itineris Israëlitarum per desertum Amalecitae & filii Edom commemorantur, illos eo tempore distinguendos esse, & diversas gentes fuisse. Id negari non potest. Amalecitae victi sunt ab Israëlitis, *Exod. 17. 13.* Edomaeos Moses rogat, at frustra, ut per terras eorum transitum facere liceret, *Num. 20. 18.* Ad haec quicunque attendit, videt, gentes esse omnino diversas.

p. 79.

Antiquissimis temporibus, ubi sedes fixerint Amalecitae, colligitur aliquo modo ex serie victoriarum Regis Kedor Laomer, *Gen. 14. 5.* qui a septentrione austrum versus tendens devicit

1. Rephaim in *Asteroth Karnaim.*
2. Zuzim in *Ham.*
3. Emim in *Schave Kerjathaim.*
4. Chorim, in *montibus Seir,*
   usque ad El Paran in deserto.

Tunc legitur fuisse reversus, & venisse

1. Ad *En Mischpath*, id est, *Cadesch;*
2. Cepisse *omnem terram* Amalekitarum, כל שדה.
3. Et Emoraeorum habitantium in *Chatzatzon Tamar*, id est, *Engaddi.*
4. Tunc obviam ei iverunt Reges *Sodomae* &c. sed victi sunt.
5. Id nunciatur Abrahamo habitanti *Chebrone*, qui eos usque ad Dan persequitur & ulterius.

Hinc colligimus, Amalecitas regionem inter Cadesch & Engaddi inhabitasse, non tamen ita, ut accurate in medio horum duorum locorum collocandi videantur; illic enim Chebronem mallemus credere sitam fuisse, quae tamen a Kedor Laomer intacta fuit, nam nuncius cladis regum Pentapolitanorum eo demum ad Abrahamum perlatus est, qui nihil ab isto hoste passus fuisse legitur. Probabile ergo est, loca mari magno viciniora ab Amalecitis inhabitata fuisse, & propinqua regioni Philistaeorum.

Quum Israëlitae sinum Arabicum transivissent & in deserto oberrarent, Amalecitae fuere primi, qui se iis opposuerunt, *Exod. 17. 8.* quumque exploratores, *Num. 13. 30.* a Mose missi in terram Canaan redirent, nuntiarunt, Amalecitas habitare in plaga australi, Chettaeum, Jebusaeum, & Amorraeum in montanis. Verum *Num. 14. 25.* Amalecitae & Cananaei בעמק *in valle* dicuntur habitare (in loco parallelo *Deuter. 1. 44.* Amalecitae omittuntur in contextu Hebraeo: sed Samaritanus habet ויצא העמלקי והכנעני *Et egressus est Amalecites & Cananaeus*) scilicet

p. 80.

licet in maritimis locis occasum versus, & eodem *capite, commate 45.* legitur: descenderunt Amalecitae & Cananaei *habitantes in monte* היושב בהר, & profligarunt Israëlitas: non enim tantum in planis & campestribus locis habitarunt, sed & montanis, quod vel hinc discimus. Liquet etiam ex eo, quod Simeonitae Amalecitas expulerint ex montibus, in quibus habitaverunt eorum loco, *1. Chron. 4. 43.*

Postquam Israëlitae terram Canaan occuparunt, videntur ad fines ejus australes magna ex parte sedes habuisse. Unde facilis iis aditus patuit ad eas partes terrae, in quibus erat urbs Tziklag, quam combusserunt, impressionem facientes אל נגב *in regionem australem* terrae Canaan. *1. Sam. 30. 1.* Atque inde est, quod Amalecitae juncti Moabitis atque Ammonitis capere potuerint minori negotio urbem palmarum sive Engaddi. *Judic. 3. 13.* & cuncta vastare usque ad viam, quae ducit Gazam, *Judic. 6. 4.* Percussisse etiam legitur Saul Amalecitas a Chavila usque ad Sur, quae est e regione Aegypti: & haec duo loca *Gen. 25. 18.* commemorantur, tanquam termini habitationis Ismaëlitarum, qui habitarunt a Chavila usque ad Sur. Hic in Hebraeo Codice וישכנו legitur, *habitarunt*, ita ut id referendum sit ad Ismaëlitas: sed videtur hoc minus convenire cum sequenti נפל, quod de solo Ismaële intelligi debet. Vulgatus itaque, quasi legisset וישכן, vertit, *habitavit.*

Huc quoque referre oportet, quod *1. Sam. 27.* legitur, Davidem, quum habitaret *in campis* subjectis imperio *Philistaeorum* בשדה פלשתים *adscendisse & invasisse terras Geschuraeorum, Girzaeorum atque Amalecitarum*, & praedam de iis egisse: quumque reversus esset, scisciteretur Rex Achis, quorsum profectus fuisset, dixisse על נגב יהודה *ad meridianam plagam Judae, & Jerahmeelitarum, & Kenaeorum.* Habitabant autem Kenaei inter Amalecitas, *1. Sam. 15. 6.* & junguntur cum iis, *Num. 24. 20. 21. Kinaei fuere finitimi Amalecitis, & tenuerunt regionem ultra Petram Arabiae & loca contermina Cydisso*, scribit Procopius Gazaeus ad *Gen. 15.* Cydissos autem est Cades. Jerahmeelitae cum Kenaeis etiam alibi junguntur, *1. Sam. 30. 29.* Praeterea ibidem *1. Sam. 27. 8.* termini terrae ab iis tribus populis inhabitatae describuntur מעולם באך שורה ועד ארץ מצרים *ab Olam, usque quo iter est Schurem versus, & usque ad terram Aegypti.* Videtur enim illud מעולם non *antiquitus* vertendum, sed complecti terminum oppositum τῷ שור, uti alibi מחוילה *a Chavila* usque ad Schur.

p. 81.

Josephus Antiquitatum *l. VI. 8.* Amalecitin extendit a Pelusio usque ad rubrum mare sive sinum Arabicum, idemque *libro III. cap. 2.* dicit, οἱ τὴν Γοβολίτιν καὶ τὴν Πέτραν κατοικοῦντες οἱ καλοῦνται Ἀμαληκῖται, *qui Gobolitin & Petram incolunt, dicti Amalecitae.* Eusebius Amalecitida collocat inter Petram & Ailam, portum Sinus Arabici, χώρα, scribit, ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ πρὸς μεσημβρίαν τῆς Ἰεδαίας ὑπερκειμένη τῆς νῦν καλουμένης Πέτρας πόλεως ἀπιόν-

ἀπιόντων εἰς Αἰλά. *In deserto ad meridiem Judaeae trans urbem Petram euntibus Ailam.* Atqui inter Petram & Ailam tantum erat 10. milliarium spatium, ut, ipse scribit ad vocem Ἡλάθ. Id videtur nimis exiguum, quam ut Amalecitis eo contineatur. Sed numeri Eusebiani forsitan corrupti sunt.

Amaleci & Amalecitarum meminerunt historici Mohammedanorum frequenter. Auctor Taarich mei MSti hoc modo genus Amaleci a Noacho ducit:

نوح *Noach.*
حام *Cham.*
ارم *Aram.*
حوث *Hutz.*
عاد *Ad.*
عملاق *Amalac.*

Amalecitas ipsos olim in الحرم sive ditione Meccae consedisse, & inde pulsos a regibus جرهم Zjorhamidis ex Alkodaio narrat Pocokius, vir in his literis princeps, *specimini historiae Arabum pag. 173.* Persuasum est populis orientalibus, Amalecitas plurimos ab Israëlitis fugatos litora Africae incoluisse. De Phoenicibus notum est a Procopio narrari, illos fugam suam ex terra Canaan temporibus Josuae columnae in Africa inscripsisse. Amalecitae autem Φοίνικες dicuntur a Philone *pag. 636.* & si quis conferat ea, quae de nomine Phoenices supra scripsimus, non dubitabit, illos Phoenices quoque appellari posse.

p. 82.

CAPUT XV.

DE GEBALENE.

Gebalene regio montana. جبال *regio in Persia. Iracae duae. Num Gebalene* גבל *nuncupetur in V. T. Mons Seir* טורא דגבלא *dictus. Stephani verba de Gabala illustrata. Josephus Gabalitas & Amalecitas jungit. Eusebius Gebalenen ubi collocet.*

AMalecitin & Gobolitin duas facit Idumaeae partes Josephus. De Amalecitide egimus, & ad Gobolitin transimus. Eadem illa est cum Gebalene, ipsumque nomen regionem montanam notat. Eodem nomine hodie nuncupatur regio Persiae haud ignobilis جبال *Zjebal* & بلد الجبال *Beled Alzjebal*, quasi terram montosam dicas. In illa urbes primariae imperii Persici, Isfehan, Com, Cashan, Casbin, Sultania, & aliae sunt, quarum situm scire qui volet, scriptorum orientalium testimoniis nixum, mappam geographicam imperii Persici, ante decennium

nium a me editam Amstelodami, inspiciat: ubi illa non nomine جبال *Zjebal*, sed عراق الاعجم *Iracae Persarum* notata est: ita enim quoque illa regio vocari solet, ut distinguatur ab عراق العرب *Iraca Arabum*, cujus situm eadem illa mappa exhibet.

Nomen Gebalenes Hebraei גבלא *Gabla* scribunt. Esse hanc regionem, quae גבל *Psalm. 85. 8.* dicitur, affirmare non ausim. In Targum Hierosolymitano pro *monte Seir*, sive regione Idumaeorum, טורא דגבלא *mons Gabla* legitur. Atque ita in versione Pentateuchi Samaritana, *Deuteronom. 33. 2.* & alibi hoc nomen legitur, ubi pro *Seir*, שעיר, quos montes Idumaei inhabitarunt, substituitur vox גבלה *Gabla*, quae tantum non eadem est cum Γάβαλα, quod nomen Stephanus in Ἐθνικοῖς huic regioni tribuit. Γάβαλα ..... ἔςι καὶ χώρα Ἀραβίας καὶ λέγεται ἡ πρώτη συλλαβὴ διὰ τοῦ Ε, Γέβαλα, καὶ τὸ ἐθνικὸν Γεβαληνός. *Gabala ..... est & regio Arabiae diciturque cum E, in prima syllaba. Gentile est Gebalenus.* Idem ad vocem Γέβαλα, μοῖρα τῆς τρίτης Παλαιςίνης (ita recte corrigit Holstenius) Ἰώσηπος ..... Γεβαληνή τε καὶ Αἰμανῖτις ἡ τῶν Ἰδουμαίων χώρα μετωνομάσθη. *Gebala, pars Palaestinae tertiae. Josephus .... Gebalene & Aemanitis appellata est regio Idumaeorum.* Pro Αἰμανῖτις legendum Ἀμαλεκῖτις suadent ea, quae ad vocem Γομολῖται habet (ita legitur pro Γοβολῖται) ἔθνος τῆς Ἰδουμαίας ἡ ἀπὸ Ἀμαλήκ Ἀμαλήκῖτις ἐκλήθη. *Gobolitae, populus Idumaeae, quae ab Amaleco Amalecitis appellata est.* Et confirmat hoc ipsum Josephus iis verbis, quae *pag. 68.* dedimus. Adde eundem *libro Antiquitatum IX. capite 10.* Gabilitas jungere cum Amalecitis: διεγνώκει τοῖς Ἀμαληκιτῶν ἔθνεσι καὶ Ἰδουμαίων καὶ Γαβιλιτῶν ἐπιςρατεύσασθαι, *decreverat adversus Amalecitarum gentem & Idumaeorum ac Gabilitarum exercitum educere.* Nota illic ἐθνικὸν esse Γαβιλίτης, & distingui Idumaeos a Gabilitis, quum alibi Gobolitin partem Idumaeae faciat. In libris sacris, ubi haec historia narratur, nulla est mentio Amalecitarum aut Gabilitarum (id nomen videtur esse recentius) sed filiorum Seir, *2. Chron. 25. 11.* qui Edomaei dicuntur, *2. Reg. 14. 7.* Quumque *2. Chron. 25. 14.* Rex Amazias numina filiorum Seir secum tulisse tradatur, Josephus idem narraturus numina Amalecitarum illa nuncupat *Antiquitatum libro IX. capite 10.* Ἀμασίας δὲ τῇ νίκῃ καὶ κατορθώμασιν ἐπαρθεὶς, τὸν μὲν τούτων αἴτιον αὐτῷ θεὸν γενόμενον ὑπεροφᾶν ἤρξατο· ἐς δ' ἐκ τῆς Ἀμαληκιτῶν χώρας ἐκόμισε τούτους σεβόμενος διετέλει. *Amasias vero post victoriam factus insolentior, auctorem ejus Deum coepit negligere & pro eo venerari numina ex regione Amalecitarum asportata.* Verum haud facile scriptorem invenire est, qui frequentius usurpet nomen Gebalenes Eusebio. In Onomastico, ad vocem Ἰδουμαία, monet illam regionem, quae circa urbem Petram est, Gebalenen nuncupari. Ἔςι δὲ ἡ ἀμφὶ τὴν Πέτραν Γεβαληνὴ καλουμένη. Quae Hieronymus vertit, *est autem circa urbem Petram, quae nunc dicitur Gabalene.* Atque ita de Mabsara, ad vocem Μάσαρις ... ἐπὶ τῆς Γαβαληνῆς ὑπακοῦσα τῇ Πέτρᾳ, *in regione Gebalena ad Petram pertinens:* & ad vocem Ἄλλοδ, χώρα ἡγεμόνων (τῆς Ἰδουμαίας) ἐν τῇ

p. 83.

p. 84.

ἐν τῇ νῦν Γεβαληνῇ Πέτρᾳ τῇ πόλει παρακειμένῃ. Hieron. *Regio Idumaeorum, quae nunc Gabalene dicitur, vicina Petrae civitatis.* Solet ille vocibus Ἰδουμαίας & Γεβαληνῆς, ut ejusdem valoris & aeque late patentibus uti, quemadmodum ad vocem Γεθεὰ, ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ καὶ νῦν Γεβαληνὴ καλουμένη, Hieron. *in Idumaea terrae, quae nunc Gabalene dicitur.* Et ad vocem Σηείρ, ὄρος γῆς Ἐδώμ, ἔνθα ᾤκει Ἠσαῦ ἐν τῇ Γαβαληνῇ. Hieron. *mons in terra Edom, in qua habitavit Esau in regione Gabalena.* Ad vocem Ἰάθερ, χώρα ἡγεμόνων Ἐδώμ ἐπὶ τῆς αὐτῆς Γεβαληνῆς. *Jether, regio principum Edom in eadem Gebalene.* Quum vero apud eundem legitur ad vocem Μισώρ civitatem tribus Ruben sitam esse ἐν τῇ Γαβαληνῇ, recte adnotavit vir clarissimus, Johannes Clericus, scribendum esse Γαλααδήνῃ, quoniam portio tribus Ruben se eo usque non extendit. Ita alibi scribit ad vocem Ναβώρ, πόλις υἱῶν Ῥουβὶν ἐν χώρᾳ Γαλαάδ. Ita enim legit Hieronymus, non Χαναάν. Et ad vocem Νεβρά, πόλις Ῥουβὶν ἐν τῇ Γαλαάδ Vel ἐν τῇ Γαλααδίτιδι; vide ad vocem Ῥαμμώθ. Vel ἐν Γαλαάδ aut ἐν γῇ Γαλαάδ. Vide vocem Σάβαμα, & Ἐλεάλε, & Ἐσσεβών. Ita perpetuo solet urbes Rubenitarum collocare in Galaadene.

CAPUT XVI.

DE ARABIA.

Ἀραβία & Ἀῤῥαβία. *Situs hujus ad ortum Palaestinae. Testimonia Plinii, Ammiani Marcellini, & Josephi huc facientia. Eusebius nomine Arabiae fere omnem regionem trans Jordanicam comprehendit. Regiones supra Arabiam ad sinum Arabicum eidem quae. Pharan ubi. Thimanaei a* תימן. *Saraceni num a* Sara *dicti. Arabia etiam dicitur regio ad austrum Palaestinae Aegyptum versus. Agathemeris, Plinii, Strabonis, & Nearchi testimonia. Duae Arabiae secundum Stephani opinionem, altera ad austrum, altera ad ortum Palaestinae.* Arabus *vox proba aeque ac* Arabs. *Arabum nomen etiam Mesopotamitis tributum. Plauti locus & Xenophontis illustratus.*

p. 85.

A Terris, quae ad plagam australem Palaestinae adjacent, pedem moturis ad eas, quae illam ab ortu terminant, primo videtur de Arabia dicendum; tum quod omne illud spatium terrarum, quod ab ortu Palaestinae objacet, Arabia apud scriptores quosdam communi nomine nuncupetur, tum quod & hae ipsae terrae Philistaeorum, Amalecitarum, atque Edomaeorum, de quibus egimus, nomine eodem Arabiae nonnunquam comprehendantur; quod monuimus paucis *pag. 74.* verum hoc loco fusius demonstrabimus. Arabiae nomine (quae Ἀραβία & geminato rho Ἀῤῥαβία dicitur, non a poëtis modo, sed Dione & aliis; de qua re vide Eustathium ad *Dionys. v. 925.*) terras Palaestinam termi-

terminantes ad ortum plus uno loco Plinius vocat, uti *l. V. c. 14. Arabiae vero & Aegypto proxima Peraea, asperis dispersa montibus & a ceteris Judaeis Jordane amne discreta.* Et *cap. 16. Prospicit eum (lacum Asphaltiten) ab oriente Arabia Nomadum.* Et *cap. 12. Juxta Syria litus occupat quondam terrarum maxima & pluribus distincta nominibus: namque Palaestina vocabatur, qua contingit Arabas.* Ammianus Marcellinus, *lib. XIV. Huic (Palaestinae) Arabia est conserta, ex alio latere Nabataeis contigua, optima varietate commerciorum castrisque oppleta validis & castellis, quae ad repellendos gentium vicinarum excursus solicitudo pervigil veterum per opportunos saltus erexit & cautos. Haec quoque civitates habet inter oppida quaedam ingentes, Bostram & Gerazam atque Philadelphiam murorum firmitate cautissimas.* Josephus, *lib. III. de bello Judaico, cap. 2.* ubi terminos terrae Israëliticae describit, de Peraea agens, eam notat πρὸς ἀνατολὴν terminari Ἀραβίᾳ. Alibi, *libro Antiquitatum XIV. 2.* Arabiam Judaeae esse conterminam ὅμορον τῇ Ἰουδαίᾳ scribit, & metropolin ejus Petram appellat *l. IV. Antiq. cap. 4.* Ἐλθὼν δ' εἰς χωρίον, ὃ μητρόπολιν αὐτῶν Ἄραβες νενομίκασι πρότερον μὲν Ἄρκην λεγομένην Πέτραν δὲ νῦν ὀνομαζομένην. *Quum venisset ad oppidum, quod Arabes pro metropoli habent, olim Arcen* (Ἀρεκέμην, רקם) *dictum, nunc Petram.* In illa urbe Aretae regis Arabum regia fuit eodem teste, *Antiquitatum libro XIV. capite 2.*

p. 86.

Eusebius in Onomastico urbium & locorum frequenter utitur nomine Arabiae, atque ita fere, ut, quicquid ad ortum Jordanis situm erat, eo comprehendat. Sic Jordanem scribit labi inter Judaeam & Arabiam, ad vocem Jordanes. Ἰορδάνης, ποταμὸς διαιρῶν τὴν Ἰουδαίαν τῆς Ἀραβίας, *Jordanes, flumen dividens Judaeam ab Arabia.* Ad vocem Ἀραβώθ vocat urbem Cheschbon, in Peraea sitam XX. millibus passuum a Jordane, urbem τῆς Ἀραβίας. Ad vocem Ἐσσεβὼν de eadem urbe agens, καλεῖται νῦν Ἐσβὲς ἐπίσημος πόλις τῆς Ἀραβίας, *nunc vocatur Esbus urbs insignis Arabiae.* Ad vocem Ἀρνὼν observat Areopolin (Ar Moabitarum) urbem esse Arabiae. Vide eundem ad voces Βοσόρ, Καναθά, Ἀσαρώθ, Ἐσδραεὶ & Ἀργώβ. Hoc quoque in Eusebio notari velim Arabiam ab eo non extendi, uti ab aliis, ultra Petram usque ad sinum Arabicum: sed loca illa ei dici supra Arabiam sita vel trans. Ita ad vocem Χωρήβ, ὄρος τοῦ θεοῦ ἐν τῇ χώρᾳ Μαδιάμ. Παράκειται τῷ ὄρει Σινᾶ, ὑπὲρ τὴν Ἀραβίαν ἐπὶ τῆς ἐρήμου. Hieronymus. *Choreb mons Dei in regione Madian, juxta montem Sina supra Arabiam in deserto, cui jungitur mons & desertum Saracenorum, quod vocatur Pharan.* Pharan autem ad vocem αὐλὼν scribit illic esse, ubi tractus montium μέγα Πέδιον ad ortum & occasum terminans & a Libano incipiens desinit. Idem ad vocem Φαρὰν, πόλις ἐστὶν ὑπὲρ Ἀραβίαν παρακειμένη τοῖς ἐπὶ τῆς ἐρήμου Σαρακηνοῖς. *Pharan, urbs est supra Arabiam, adsita Saracenis, qui in eremo degunt.* Saracenos vocat Ismaëlitas Hieronymus eodem titulo, & Ammianus Marcellinus Arabes Scenitas eosdem esse scribit, qui aliis Saraceni dicuntur. Plinius etiam in Arabia locat praeter Nabataeos, de quibus nos infra agemus, Thimanaeos, in quibus vestigia nominis תימן cernere est, Tavenos, Suellenos & Saracenos. Unde obiter

p. 87.

obiter illorum error deprehenditur, qui Mohammedem aut Mohammedanos mutasse nomen Hagarenorum, utpote a serva Hagare ductum in nomen Saracenorum a Sara petitum scribunt. اهل الشرق *Saraceni* nil nisi orientales populos notat בני קדם.

Alii Arabiam ad austrum quoque terrae Israëliticae locant, sic ut inter Aegyptum & Palaestinam fuerit media. Agathemer *lib. II. cap. 6.* Geographiae. Συρίᾳ ὑπόκειται ἡ Ἰουδαία. Ταύτης δὲ κατὰ νότον κειμένης ἀντιπαρεκτείνεται μέχρι τε μυχοῦ τοῦ Ἀραβίου κόλπου, ἡ κατὰ τὴν Πέτραν Ἀραβία. *Syriae subjacet Judaea, & huic ad austrum sitae praetenditur Arabia Petraea, usque ad sinum Arabicum.* Plinius *lib. XII. 21. Arabiae, quae Judaeam ab Aegypto disterminat.* & v. 13. *Ostracine Arabia finitur a Pelusio LXV. millibus passuum. Mox Idumaea incipit & Palaestina etiam ab ortu.* Ita & Strabo *lib XVII. pag. 553.* Pelusium locat in extremis partibus Arabiae. Ἡ δὲ μεταξὺ τοῦ Νείλου, καὶ τοῦ Ἀραβίου κόλπου Ἀραβία μέν ἐστι. καὶ ἐπί γε τῶν ἄκρων αὐτῆς ἵδρυται τὸ Πηλούσιον. *Regio inter Nilum & sinum Arabicum Arabia est, & in ejus extremitate situm est Pelusium.* Nearchus *in Periplo pag. 38.* Arabiam quoque extendit usque ad mare Phoenicium. Τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὑπὲρ τὴν Βαβυλωνίαν Ἀραβίη ἡ πολλή ἐστι· καὶ ταύτης τὰ μὲν κατήκει ἔστε ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε καὶ τὴν Παλαιστίνην Συρίην. *Quae regio sita est ad dextram maris rubri ultra Babyloniam, Arabia magna ex parte est, cujus quidem portio pertingit ad mare Phoenices ac Syriae Palaestinae.*

Perlate ita patere nomen Arabiae vidimus, sic ut mare mediterraneum una sui parte, altera sinus duos Arabicum & Persicum, ipsumque Oceanum, qui litus Asiae austrinum alluit, contingat. Verum & ulterius se porrigit nonnunquam Arabiae nomen, ipsumque Euphratem transit. Ex eo, quod duplici hoc modo nomen Arabiae usurpetur, ab auctoribus antiquis placuit Stephano Byzantino duplicem Arabiam statuere, alteram peninsulam interceptam inter sinum Arabicum & Persicum, quae hodieque جزيرة العرب *Chersonesus Arabica* audit, alteram, quae inter Aegyptum & Palaestinam jacet. Ἀραβία, ἡ χώρα, ὡς Αἰθιοπία. Δύο δ' εἰσὶν, ἡ μὲν ἀρωματοφόρος, μεταξὺ Περσικῆς καὶ Ἀραβικῆς θαλάσσης· ἡ δὲ μᾶλλον δυτικὴ συνάπτουσα πρὸς μὲν τὴν δύσιν Αἰγύπτῳ, πρὸς ἄρκτον δὲ Συρίᾳ, περὶ ἧς ὁ περιηγητὴς Διονύσιος φησι

p. 88.

Τῆς δ' ἂν ἴδοις προτέρω νοτιώτερον οἶμον ὁδεύων
Ἀῤῥαβίου κόλπου μύχατον ῥόον, ὅστε μεσηγὺ
Εἰλεῖται Συρίης τε καὶ Ἀῤῥαβίης ἐρατείνης.

Τὸ ἐθνικὸν Ἀράβιος καὶ Ἄραβος καὶ Ἀράβισσα. *Arabia, regio, uti Aethiopia. Sunt autem duae, una, quae profert aromata, inter mare Persicum & Arabicum; altera autem occidentalior pertingit ab occasu ad Aegypcum, a septentrione ad Syriam, de qua Dionysius periegetes canit* (versu 923.)

Hanc

Hanc autem videbis ultra magis ad australem viam pergens
Arabici sinus intimum meatum, qui inter
Syriam volvitur & Arabiam amoenam.

Gentile est Arabius & Arabus & Arabissa. Noluissem istud Ἄραβος suspectum fuisse viro doctissimo & ex contextu ejectum. Codex Palatinus ita habet. Salmasius & Holstenius ita in suis codicibus invenerunt. Frustra dicitur, *nusquam* τὸ Ἄραβος *pro casu recto apud idoneos scriptores occurrere.* Nam ita Ovidius, *in epistola Sapphus*,

Non Arabo noster rore capillus olet.

Virgilius *lib. VI. Aeneidos, versu 705.*

Sive Getis inferre manu lacrymabile bellum
Hyrcanisve Arabisve parant.

Ad quae Servius: *Venit ab eo, quod est hic Arabus.*

Arabes etiam appellabantur, qui ultra Euphratem habitabant in Mesopotamia. Atque inde forsitan est quod pars ejus, in qua urbes بغداد مداين كوفه سرمنراي واسط Bagdad, Medain, Kufa, Sermenrai, Waseth, aliaeque, hodie adhuc عراق العرب *Iraca Arabum* nuncupetur. Strabo *lib. XVI.* Ὑπέρκειται δὲ τῆς Ἰουδαίας ταῖς τῆς κοίλης Συρίας μέχρι Βαβυλωνίας πρὸς νότον, Ἀραβία πᾶσα χωρὶς τῶν ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Σκηνίτων. *Supra Judaeam & Coelesyriam sita est usque ad Babyloniam austrum versus, tota Arabia exceptis Scenitis (Arabibus) in Mesopotamia.* Et *eodem libro:* Τὰ πρὸς Μεσημβρίαν κεκλιμένα τῆς Μεσοποταμίας καὶ ἀπωτέρω τῶν ὀρῶν ἄνυδρα καὶ λυπρὰ ὄντα ἔχουσιν οἱ Σκηνῖται Ἄραβες. *Partes Mesopotamiae versus meridiem & a montibus remotas, siccas, sterilesque Arabes incolunt Scenitae.* Xenophon *lib. I. ἀναβ.* Κῦρος scribit, Cyrum, postquam Araxen trajecisset, qui a Thapsaco quinquaginta parasangis aberat, porro profectum fuisse, ita ut Euphratem haberet ad dextram, per Arabie planitiem absinthio plenam Ἀραβίας πέδιον ἀψινθίου πλῆρες. Haec verba illustrant locum Plauti *in Trinummo Act. IV. Scen. 2.*

p. 89.

Quos locos adisti? SY. nimium miris modis mirabiles.
CH. Lubet audire, nisi molestum 'st. SY. Quin discupio dicere.
Omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam terram sumus.
CH. Eho! an etiam Arabia 'st in Ponto? SY. Est: non illaec, ubi thus gignitur
Sed ubi absinthium fit atque cunila gallinacea.

Absinthium in Ponto magna copia nasci Plinius testatur, *l. XI. cap. 37.* At quis Arabiam aliquam, distinctam a thurifera, commemoravit, in qua absinthium crescit? Crediderim, Plautum hunc locum Xenophontis ante oculos habuisse, parumque abest, quin credam, hinc vicissim illustrari & emendari posse, quae in Xenophonte de hac planitie leguntur, scilicet

cet arbores ibi nullas inveniri, & quicquid ibi erat ὕλης καὶ καλάμου fuisse odoratum. Quid si substituatur κονίλης (ita scribit Nicander in theriacis) pro ὕλης, vox ignotior pro notiori? Nempe, quum variae sint species cunilae fœtidae & odoratae, sint etiam calami diversi generis, indicare voluit, hic non nisi cunilam odoratam, calamosque, fuisse. Sed maneat per me lectio vulgata, nisi codices manuscripti reperiantur, qui eam labefaciant.

---

p. 90.

CAPUT XVII.

DE NABATAEIS.

Nabataeorum & Nabatenes nomen varie scriptum. Nabatene Regio omnis inter Euphraten & sinum Arabicum. Unde dicta. Nabataei Arabibus accensiti. Testimonia Josephi, Plutarchi, Stephani, Suidae & aliorum. Descriptio regionis Nabataeorum ex Diodoro Siculo. Situs lacus Asphaltitis & Petrae urbis. Loci aliquot ex Epiphanio de Nabataea. Error Petavii. Nabataei agricolae celebres in Iraca Arabum, diversi a Nabataeis Palaestinae vicinis circa Petram, qui agriculturae erant imperiti. Nabataei נבטיים *in Talmude memorati.* תורקי Thraces. *Gemma* Turcois, *sive boreas, unde dicta. Locus Suidae falso suspectus mendi.* Ἀγυίας *est Hebraeum* חגירא.

INter regiones ad ortum Palaestinae etiam terra Nabataeorum est. Ναβαταῖοι & Ναυαταῖοι hi appellantur *1. Macc. 9. 35.* & *5. 25.* & *12. 31.* in quibusdam codd. male Ζαβαθαῖοι, & apud Hesychium Ναβαταῖοι in voce Δυσαρήν. Regio eorum Ναβατινὴ dicitur Josepho, Ναβαττὶς Epiphanio *lib. II. advers. haer. pag. 461.* Ναβατέα *lib. I. pag. 142.* Ναβατικὴ χώρα *lib. I. pag. 40. & ib.* Ναβατῖτις γῆ. Hoc nomine intelligi quicquid est terrarum inter Euphraten & mare rubrum, sive sinum Arabicum, auctor est Josephus *Ant. 1. 13.* quae verba, Josephum uti videtur secutus, Hieronymus *in Gen. 25. 13.* ita confirmat: *a Nabaioth omnis regio ab Euphrate usque ad mare rubrum Nabathena usque hodie dicitur, quae pars Arabiae est.* Scilicet a Nabaioth filio Ismaëlis (*Gen. 15. 13.*) nomen accipit, uti Josephus ibidem tradit, licet non ipse tantum, sed & alii undecim filii Ismaëlis eam incoluerint. Ideo videtur jungi *Jes. 60. 7.* cum Kedar, quae regio & ipsa ab altero Ismaëlis filio nomen habet. Nabataeos hosce a Nabaioth filio Ismaëlis esse dictos, clarum est ex eo quoque, quod Nabatene ipso nomine *Nebaioth* nuncupetur *Jes. 60. 7.* כל צאן קדר יקבצו
p. 91. לך אילי נביות ישרתונך *omnes oves Kedar congregabatur ad te, arietes Nebaioth tibi servient.* Huc facit, arietes optimos sacrificiis destinatos ex Moabitide adduci consuevisse, quemadmodum agnos Chebrone, vitulos e Sarona, turtures & columbas ex monte regio, oleum ex Thecoa, vinum ex Kerotim, farinam ex Michmas, uti Judaei tradunt. Maluerunt

runt nonnulli, vocem hanc ab Arabico نبت *Nabata* arcessere, sed simplicissimum est & maxime accommodatum consuetudini antiquissimorum temporum, regionem dictam esse de nomine illius, qui aut ipse, aut cujus posteri primi eam incoluerunt, ut terra Canaan, Mizraim &c. Hieronymus in comm. ad illum Jesaiae locum scribit, esse hanc *solitudinem, quae frugum inops plena est pecorum.* Strabo quoque ex Artemidoro *lib XVI.* ubi egisset de ora Scenitarum quorundam (quo spectant tentoria Ismaëlitarum *Ps. 83. 7.*) non longe ab Sinu Elanitico versus occasum, subjicit, Ἔτι Ἐλανίτης κόλπος καὶ ἡ Ναβαταία, πολύανδρος ἔσα ἡ χώρα καὶ εὔβοτος. *Postea Elaniticos Sinus & Nabataea, regio populosa & pascuis abundans.* Ita fere Diodorus Siculus *lib. III. 42.*

Meminit etiam horum Josephus *Ant. XII. 12.* scribens, Judam e Judaea profectum versus Galaaditin & trium dierum iter (Jordane scilicet; vide *1. Macc. 5. 24.*) emensum pacifice exceptum esse a Nabataeis, quod multi ex ipsorum fratribus in extremo periculo essent, obsessi quippe ab hoste Syro in castellis & oppidis Gileaditicis: esse autem populos Arabicos. Josephus *Ant. XIII. 1.* scribit Jonathanem misisse fratrem πρὸς τὰς Ναβαταίους Ἄραβας. Ita *Ant. XIII. 9.* legitur Jonathas, quum in agro Amathensi castra metatus fuisset & hostes fugissent trans Eleutherum, in Arabiam profectus & devictis Nabataeis Damascum se contulisse. Hinc disce Nabataeos partes terrae Israëliticae septentrionales quoque ab oriente contigisse. Plutarchus *in Demetrio, pag. 895.* Arabas eos nuncupat, τῶν Ἀράβων τοὺς καλουμένους Ναβαταίους, *& in Marco Antonio, pag. 932.* Ναβαταίων Ἀραβίας, ubi illam dicit partem ἀποκλίνειν πρὸς τὴν ἔξω θάλασσαν, *vergere ad mare exterius.* Ita etiam auctor *lib. I. Maccab. 12. 31.* p. 92.
Stephanus in Ethnicis, Ὄβοδα, χώριον Ναβαταίων. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τετάρτῳ· ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι τέθαπται. *Oboda, oppidum Nabataeorum.* Uranius *lib. IV. Arab. ubi sepultus est Rex Obodes, quem divino honore prosequuntur.* Idem ad vocem Ναβαταῖοι· ἔθνος τῶν εὐδαιμόνων Ἀράβων, ἀπὸ Ναβάτου τινος ... *Nabataei, populus Arabiae felicis, a Nabato aliquo dictus.* Suidas. Ναβάται, γένος Ἀράβων· ὁ δὲ πέμπει πρὸς Ἄραβας τοὺς λεγομένους Ναβάτας· καὶ Ναβαταῖοι ἐθνικόν. *Nabatae, gens Arabum, de qua legitur* (Joseph. *Ant. 13. 1.*) *ille autem misit ad Arabes dictos Nabatas. Gentile est Nabataei.* Plinius *lib. XII. 17. Nabataei sunt ex Arabia contermini Syriae.* Arrianus *in Periplo* regiam Nabataeorum, Petram urbem esse narrat, quae inter lacum Asphaltiten & sinum Arabicum est. Diodorus Siculus Nabataeorum regionem ita describit *lib II. 48.* tanquam partem Arabiae, & in ea lacum Asphaltiten collocat. Αὕτη κεῖται μεταξὺ Συρίας καὶ τῆς Αἰγύπτου, πολλοῖς δὲ καὶ παντοδαποῖς ἔθνεσι διείληπται. Τὰ μὲν ἓν πρὸς τὴν ἕω μέρη κατοικοῦσιν Ἄραβες οὓς ὀνομάζουσι Ναβαταίους νεμόμενοι χώραν τὴν μὲν ἔρημον, τὴν δὲ ἄνυδρον, ὀλίγην δὲ καρποφόρον ... Ἔχει δ' ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ τῶν Ναβαταίων καὶ πέτρα καθ' ὑπερβολὴν ὀχυρὰ μίαν ἀνάβασιν ἔχουσα, δι' ἧς κατ' ὀλίγους ἀναβαίνοντες ἀποτίθενται τὰς ἀποσκευάς· λίμνη τε μεγάλη φέρουσα πολλὴν ἄσφαλτον, ἐξ ἧς λαμβάνουσιν οὐκ ὀλίγας προσόδους· αὕτη δ' ἔχει τὸ μὲν

τὸ μὲν μῆκος ϛαδίων ὡς πεντακοσίων, τὸ δὲ πλάτος ὡς ἑξήκοντα· τὸ δὲ ὕδωρ δυσῶδες καὶ διάπικρον, ὥϛε μὴ δύνασθαι μήτε ἰχθὺν τρέφειν, μήτ' ἄλλο τῶν καθ' ὕδατος ἐιωθότων ζώων εἶναι. Ἐκβαλλόντων δ' εἰς αὐτὴν ποταμῶν μεγάλων, τῇ γλυκύτητι διαφόρων, τέτων μὲν περιγίνεται κατὰ τὴν δυσωδίαν .... Ἀγαθὴ δ' ἐϛὶ Φοινίκων Φυτοῖς ὅϛην αὐτῆς συμβαίνει ποταμοῖς διειλῆφθαι χρησίμοις, ἢ πηγαῖς δυναμέναις ἀρδεῦσαι· γίνεται δὲ περὶ τὲς τόπες τέτες ἐν αὐλῶνι τινὶ τὸ καλέμενον βάλσαμον, ἐξ ἓ πρόσοδον λαμπρὰν λαμβάνεσιν, ἐδαμῆ μὲν τῆς ἄλλης οἰκεμένης ἐυρισκομένε τε φυτε τέτε. *Haec (Arabia) inter Syriam Aegyptumque ſita in multas variaſque gentes diſtinguitur. Ad ortum ſolis Arabes qui Nabataei vocantur regionem partim deſertam partim aquarum indigam, minimaque ſui parte frugiferam incolunt:* & mox ... *Et in Nabataeorum regione ſaxum eſt valde munitum uno tantum adſcenſu; per quem paucis ſimul enitentibus ad deponendas in alto ſarcinas iter patet. Lacus praeterea amplus bitumen*
p. *gignens, unde non exiguum vectigal percipiunt. Longitudo ejus eſt D. ſtadiorum,*
93. *latitudo ſexaginta. Aqua grave olens & peramara, ut nec piſces, nec aliud familiare aquis animal ibi nutriri queat. Magni quidem amnes in eum ſe effundunt dulcedinis eximiae: nihilonimus tamen mephitis illa praevalet .... Palmetis ea regio* (circa lacum) *felix eſt, quantum ejus a benignis amnibus & fontibus irriguis interſulcatur. Ibi in convalle quadam balſamum gignitur, unde luculentum ipſis vectigal accedit, quia nuſquam alibi in orbe terrarum haec ſtirps invenitur.* Ne quis autem dubitet, lacum illic a Diodoro deſcriptum eſſe lacum Aſphaltiten, eundem audiat *libro XIX. capite 104.* iiſdem verbis utentem de lacu, quem Aſphaltiten vocat, Διατείνας ϛαδίες τριακοσίες κατεϛρατοπέδευσε πλησίον τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. ἧς τὴν φύσιν ἐκ ἄξιον παραδραμεῖν ἀνεπισήμαντον· κεῖται γὰρ κατὰ μέσην τὴν σατραπείαν τῆς Ἰδυμαίας, τῷ μὲν μήκει παρεκτείνασα ϛαδίες μάλιϛά πε πεντακοσίες, τῷ δὲ πλάτει περὶ ἑξήκοντα· τὸ δὲ ὕδωρ ἔχει διάπικρον καὶ καθ' ὑπερβολὴν δυσῶδες, ὥϛε μήτ' ἰχθὺν δύνασθαι τρέφειν, μήτ' ἄλλο τῶν καθ' ὕδατος ἐιωθότων ζώων. Reliqua non addo: ſunt enim plane eadem cum iis, quae mox ex *libro II.* adduximus. Nota obiter hic Petram dici abeſſe a lacu Aſphaltite trecenta ſtadia, & lacum in media Idumaea collocari.

Ab Epiphanio *lib. I. adv. haereſ. p. 142.* Nabatea cum Paneade jungitur, hoc modo. Ebionitae orti ſunt ἐκ τῆς Ναβατέας καὶ Πανεάδος τε πλεῖϛον, Μωαβιτιδός τε καὶ Κωχάβον τῶν ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ ἐπέκεινα Ἀδραῶν, *ex Nabatea & Paneade potiſſimum, Moabitide, & Cochabis quae ſita ſunt in Baſanitide ultra Adraa.* Hic mendum eſſe ſuſpicatur Petavius *in animadv.* ad hunc locum ita ſcribens. *Corrupta ex* Ναβατέας *Neque enim iis in locis Nabatea ulla, niſi fallor. Nabathaea quidem ſive Nabataea Arabiae Felicis regio eſt, aut ei certe proxima, hoc eſt, Petraeae pars. Quare non dubito, quin Batanea hoc loco legendum ſit, quae eſt Syriae regio Palmyrene vicina & Paneadi.* Verum ego nihil mutandum cenſeo. Nec enim longe a Paneade ſitam fuiſſe Nabateam, certum eſt ex Joſepho *Ant. XIII. 9.* & iis
p. quae mox diximus, ipſoque Dionyſio periegeta, qui ad κλιτὺν Λιβάνοιο
94. *declivia Libani* Nabataeos ſitos eſſe ſcribit. De Batanaea hic cogitandum

tandum non eſt, quia mox ejus meminerat Epiphanius nomine Baſanitidis.

Arabibus gens haec النبط & النباط dicitur; & fluvii prope Medinam نابط & نبط *Nabito* nominis hujus veſtigia ſervant. In Iraca Arabum non longe a Bazra ſunt quoque pagi, in locis paluſtribus, qui Nabataeorum dicuntur; ſed nomen aliunde ductum videtur, quam a priſcis Nabataeis, maxime ſi obſervemus, Nabataeos hos Iracae Arabum agriculturae haberi peritiſſimos, ſic ut ab iis eam vicini Arabes didicerint, & libri extent de agricultura Nabataeorum, uti الفلاحة النبطية لابن وحشية *Agricultura Nabataea Ibn Wachshia & aliorum:* vox autem نبت *Nabata* ſignificat *crevit, germinavit, olera & plantas protulit,* نبات *Nabato, herbas, plantas.* Sic ut ego certe non dubitem, hos Nabataeos ab *herbis* & *plantis*, quarum culturae inprimis operam dabant, nomen accepiſſe, quum alii Nabataei (illi ſc. Palaeſtinae contermini quorum urbs Petra) tantum receſſerint ab hoc inſtituto, ut apud ipſos nulla eſſet agrorum colendorum cura, nihil ſereretur, nihil plantaretur, uti Diodorus *lib. XIX* ſcribit. Erant enim paſtores; &, ſi quis agros coluiſſet, aut domum ſtruxiſſet, apud eos mortis reus habebatur.

In Gemara Hieroſolymitano *Scheviith, fol. 36. col. 2.* poſtquam commemoratum eſſet ſeptem quidem populorum terras ab Iſraëlitis occupatas fuiſſe, ſed tres reſtare, Kenaeos, Kenizaeos & Cadmonitas, recenſentur opiniones ſapientum diverſae de his, qui illis nominibus intelligendi ſint, & inter illos Nabataeorum quoque fit mentio. אר הקיני ואת הקניזי ואת הקדמוני רבי יודה אמר ערביא : שלמייא: נבטייא : רבי שמעון אומר אסיא ואספמיא ודמשק : רבי אליעזר בן יעקוב אומר אסיא וקרתיגנא ותורקי : רבי אומר אדום ומואב וראשית בני עמון *Kenaei, Kenizaei & Kadmonaei. R. Jode per eos intelligit Arabes, Salamaeos, & Nabataeos. R. Simeon vero Aſiam, Apamiam, & Damaſcum. R. Eliezer, Aſiam, Carthaginenſes & Thraces. Rabbi autem Edomitas, & caput filiorum Ammon.* תורקי *Thraces* reddidi. Alii Turcas ſubſtituent: at mihi
p. haud perſuadebitur, Turcarum nomen illo aevo Judaeis notum fuiſſe.
95. Certe in Targum Hieroſolymitano pro תירס habetur תרקי, uti notat R. Nathan *in Aruch*, ad vocem תרק. Idem ad vocem טרקי haec notat טרקי בריש גמרא דיומא וטירס זו טרקי *Traci, in initio Gemarae codicis Joma legitur, Tiras hi ſunt Thraces.* Idem ad vocem טרקיא notat eſſe מין אבן טובה חבאה מארץ טרקי *lapidem pretioſum, qui ex terra Turcarum venit.* Is nobis een Turkois dicitur: nec dubitamus, quin a Turcis gemma haec nomen acceperit فيروزه Perſis, Latinis *boreas* nuncupata. Sed טרקי gens in Talmude dicta nequit eadem cum Turcis cenſeri, qui eo tempore Judaeis noti haud erant. Repetunt quidem hoc filio

nomen (uti quaeque gens longissime origines suas repetere amat) a filio Japheti, nepote Noachi cui nomen *Turk* ترك (a filio Pheriduni *Tur* MS. meum Taarich hoc deducit) sed etiamsi fateremur, adeo antiquam esse vocem Turcarum, tamen ignotam fuisse Judaeis istorum temporum gentem illam, admodum probabile est, quippe quae in orientalibus Asiae partibus degens Persis ipsis ante saeculum aerae Mohammedicae quintum vix innotuit.

Apud Josephum legitur etiam Ναβαταῖος uti nomen proprium *lib. VI. de bello Judaico cap. 12* quod praetermittere possem, nisi Suidam ex illo Josephi loco illustrare constituissem. Scilicet in Suida legitur Ἀγείρας ὁ χωλός. Locum corruptum esse monent interpretes, & vel vocem πτωχὸς vel ὀχλαγωγὲς substituunt: at ego nihil muto. Josephus enim de Nabataei illius filio, cujus meminit loco citato, narrat, nomen ei fuisse Ἀγείρα, ὅπερ σημαίνει χωλός, *Agiras quod claudum notat.* Et ita se res habet. הגירא Ἀγείρας *claudus* Hebraeis dicitur.

CAPUT XVIII.

DE KEDARENIS.

Kedar quis. Kedareni Arabes Scenitae. Regio Kedar eremus Saracenorum dicta
p. *Hieronymo. Terra erat pascendis gregibus apta. Theodoreti opinio Keda-*
96. *renos prope Babylonem collocantis. Leones ab Imperatore Decio immissi in terras Saracenorum. Kedar eadem cum* Ὀςρακίνη.

KEdareni dicti בני קדר *filii Kedar Jes. 21. 17.* nomen habent a קדר *Kedar*, filio Ismaël is, *Gen. 25. 13. Ez. 27. 21.* videntur que iidem esse cum Arabibus Scenitis, qui a tentoriis nomen habent: quae & tentoria Kedar in codice sacro commemorantur, *Psal. 120. 5.* & *Cant. 1. 5.* Cedreos vocat hos Arabes Plinius & Nabataeis conjungit. Hieronymus videtur eos longius a Palaestina removere, quam Nabataeos, scribens in *Jes. 42. Kedar inhabitabilis fuit regio trans Arabicum Saracenorum:* & in *locis Hebr. Kedar est regio in eremo Saracenorum.* Eusebius docet ubi fuerit eremus Saracenorum, *in Onomastico* ad vocem Μαδιὰν scribens, κεῖται ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας πρὸς νότον ἐν ἐρήμῳ τῶν Σαρακηνῶν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐπ' ἀνατολάς. Quae ita reddit Hieronymus. *Est trans Arabiam ad meridiem in deserto Saracenorum contra orientem maris rubri.* Junguntur etiam Kedareni & filii orientis *Jer. 49. 28.* uti *Ezech. 27. 21.* Kedareni & Arabes. Kedarenos & Nabataeos pro iisdem habuit Chaldaeus interpres, *Ezech. 27. 21.* נשיאי קדר *Principes Kedar* reddens per רברבי נבט *viros primarios Nabatenes: Jes. 60. 7.* pro צאן קדר *Grex Kedar* עאן ערבאי *Grex Arabum.* Theodoretus illos non longe a Babylone collocat, in *Comm. ad Psal. 119.* Ὁ Κηδὰρ δεύτερος τοῦ Ἰσμαὴλ υἱὸς, οἱ δὲ τούτου ἀπόγονοι ἐ πόρρω τῆς

τῆς Βαβυλῶνος μέχρι τήμερον ἐσκήνωνται. *Cedar fuit secundus filius Ismaëlis, & posteri ejus usque in hunc diem habitant non longe a Babylone.* Eadem leguntur in Suida ad vocem Κηδὰρ qui addit καὶ Κηδὰρ τὶς τόπος ἀφεγγὴς *& Cedar locus est obscurus*, quia קדר Hebraïce *obscurum* notat. Hieron. ad *Ezech. 27. Arabia autem & principes Cedar (quae hodie Sarracenorum regio; sicut in Jeremiae sermone, qui adversum Kedar scribitur, plenissime demonstratum est) abundant his animantibus; agnis videlicet & arietibus & hoedis.* Ideo *Jes. 60. 7. oves Kedar* memorantur. Non potuit itaque magis Saracenos vexare Decius Imperator quam immittendo in eorum regio-
p. nem leones, quod fecisse legitur in *Chronico Alexandrino dicto ad ann. C. 253.*
97. Ὁ αὐτὸς Δέκιος Βασιλεὺς ἤγαγεν ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς λέοντας φοβερὰς καὶ λεαίνας καὶ ἐπέλυσιν εἰς τὸ λίμιτον ἀνατολῆς ἀπὸ Ἀραβίας καὶ Παλαιςίνης ἕως τοῦ Κιρκισίου Κάςρου πρὸς τὸ ποιῆσαι γενεὰν διὰ τοὺς βαρβάρους Σαρακηνούς. Ὁμοίως δὲ ἀπὸ τῆς ξηρᾶς Λιβύης ἤγαγεν ἑρπετὰ ἰοβόλα καὶ φοβερὰ ἀῤῥενοθήλεα, καὶ ἐπέλυσεν εἰς τὸ τῆς Αἰγύπτου λίμιτον, διὰ τοὺς Νομάδας καὶ Βλεμμύας βαρβάρους καὶ διὰ τοῦτο γράφουσιν αὐτὸν ἑςῶτα μεταξὺ λεόντων καὶ ἀσπίδων. *Idem Imperator Decius ex Africa traduxit formidandos leones, & leaenas, & in limitem orientalem immisit ab Arabia & Palaestina usque ad castrum Circesium, ut foetus ederent & propagarentur propter barbaros Saracenos. Similiter & ab arida Lybia serpentes venenosos ac metuendos utriusque sexus adduxit, dimisitque in fines Aegypti propter Nomadas ac Blemmyas barbaros: ideoque ipsum leones inter & aspides pingere solent.*

In fragmentis Graecis libri de nominibus Hebraïcis, insertis nuperae editioni operum Hieronymi *Tom. II. pag. 161.* invenio Κηδὰρ, ὀςρακίνη, quod interpres reddit *Kedar, testacea*, miraturque, quum חרש *Cheres* testa sit, non קדר, violentam hanc interpretationem vocis *Kedar* per *testaceam.* Verum ego haud existimem, illud ὀςρακίνη hic *testaceam* significare: sed potius id voluisse scriptorem, regionem *Kedar* esse eandem, quae *Ostracine* alio nomine dicitur. Vide de Ostracine supra *pag. 60.* Non est, quod quis dicat, in his fragmentis nomina Hebraea explicari per Graeca idem significantia, quum id non semper fiat. Exemplo sit Σηλὼμ, τόπος ὅπου ἡ σκηνή. *Silo, locus ubi tabernaculum fuit.*

CAPUT XIX.

DE MIDIANITIS.

Midianitae Kedarenis vicini & Moabitis. Arabes appellati a quibusdam, & Saraceni. Regio Saracenorum tres Arabias contingens. Midian quis. Situs terrae Midianiticae, ad ortum & austrum regionis Israëliticae. Urbs Midian ad litus sinus Arabici.

NAbataeis & Kedarenis jungo Midianitas, qui & ipsi *Jes. 60. 5.* cum p.
Kedar & Nebaioth commemorantur. Solent alias cum Moabitis 98.
jungi.

jungi. Vide *Gen. 36. 35. 1. Chron. 1. 46. Num. 22. 3. 4.* & *25. 6.* & *31. 16.* collat. cum *cap. 25. 1.* Arabes illos vocat Stephanus in Ethnicis. Μαδιηνοὶ καὶ Μαδιανῖται. Ἔθνος Ἀραβίας. *Madieni & Madianitae, populus Arabiae.* Ita quoque Philo *lib. de fortitudine, pag. 741.* Ἔθνος πολυανθρωπότατόν ἐστιν Ἄραβες, οἷς ὄνομα παλαιὸν ἦν Μαδιηναῖοι. *Gens est Arabum populosissima quae prisco nomine Madienaei appellantur.* In sacro quidem codice Midianitae & Arabes distinguuntur, sed aetate Philonis Arabiae nomen etiam illas regiones complectebatur, quae ab Midianitis, Edomaeis, aliisque gentibus possessae sunt, & Sina ipse mons Arabiae dicitur *Gal. 4. 25.* qui non longe aberat a Midianitide (in ipsa Midianitide illum locat Eusebius *in Onomastico* ad vocem χωρὴβ) uti liquet ex *Exod. 3. 1.* & plura ad hujus rei confirmationem notavimus supra, quum de Arabia diximus. Augustinus *in Numer.* Midianitas eosdem esse scribit, qui suo tempore Saraceni dicebantur. Saraceni scilicet ad litora sinum Arabici supra Arabiam Petraeam siti erant, contingebantque Arabiam desertam & felicem, uti legitur *in Periplo* Marciani Heracleotae, *pag. 16.* Τὰ περὶ τὸν αὐχένα τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας μετὰ τὴν Πετραίαν καὶ τὴν ἔρημον Ἀραβίαν κατεχουσιν οἱ καλούμενοι Σαρακηνοὶ, πλείονας μὲν ἔχοντες προσηγορίας πολλὴν δὲ διακατέχοντες ἔρημον γῆν Γειτνιῶσι γὰρ ἤτοι τῇ Πετραίᾳ Ἀραβίᾳ καὶ τῇ ἐρήμῳ Ἀραβίᾳ καὶ τῇ Περσίδι καὶ ἀκολούθως τῇ προειρημένῃ εὐδαίμονι Ἀραβίᾳ. *Loca ad cervicem Arabiae felicis post Arabiam Petraeam & desertam incolunt ii, qui Saraceni dicuntur, plura quidem nomina sortiti & multum terrae desertae possidentes. Hi igitur vicini sunt Arabiae Petraeae, & desertae, & Palaestinae, & Persidi, ac consequenter ante descriptae Arabiae felici.* De eremo Saracenorum loquentem Hieronymum audivimus supra.

Ipsorum quidem Midianitarum genus & nomen defluxit ab Midian
p. filio Abrahami & Keturae. *Gen. 25. 2.* & *1. Chron. 1. 32.* Sic ut Ismaëlitae
99. proprie dici non possint, quia Ismaël filius fuit Abrahami ex Hagare, non ex Ketura: *Gen. 25. 12.* Videtur tamen nomen Midianitarum & Ismaëlitarum pro eodem usurpari *Gen. 37. 25. 27. 28.* quod his illi immixti fuerint. Regio eorum erat ad orientem & austrum terrae Israëliticae, quod aliquo modo inde colligitur, quod dicantur *Jud. 6. 4.* & *7. 12.* & alibi, Midian, Amalec, & בני קדם *populi orientales*, invasisse terram Canaan a meridie, qua erat Gaza, & ab ortu trajecto Jordane non longe a valle Jizraël, quodque reversuri in patriam Jordanem transire fugientes e Canaan necesse habuerint *Jud. 7. 24. 25.* Aliquid etiam de situ terrae Midianiticae colligitur ex eo, quod Moses, soceri sui sacerdotis Midianitici oves pascens, gregem duxerit post desertum, iveritque ad montem Dei Choreb *Exod. 3. 12.* quodque Jethro ex terra Midian venerit ad Mosen, quum Israëlitae ad eum montem castra metarentur. *Exod. 18. 5.* aberat autem hic mons a Cadesbarne itinere undecim dierum, ita ut montana Seir essent intermedio loco sita *Deut. 1. 2.* & idem mons videtur trium dierum itinere ab Aegypto abfuisse, quia *Exod. 3. 12.* dicitur, *immolabis Deo super montem hunc* sc. Choreb, & mox

comm.

comm. 18. ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Deo nostro. Idem *Exod. 5. 3.*

Videtur fuisse conjuncta Moabitidi ab uno latere sc. septentrionali, ab occidentali Idumaeae, forsitan etiam ex parte a septentrionali. Adad enim ex Idumaea legitur fugisse Aegyptum versus per Midian & Paran *1. Reg. 11. 18.* ויקמו ממדין ויבאו פארן ויקחו אנשים עמם מפארן ויבאו מצרים *& surrexerunt e Midian & venerunt in Pharan tuleruntque secum viros ex Pharan & profecti sunt in Aegyptum.* Huc etiam facit, quod Midianitis notum inprimis fuerit desertum illud, in quo Moses & Israëlitae oberrarunt; nam Moses ob hanc causam Raguelem Midianitam cognatum suum secum retinere voluit; tu, inquit, nosti, in quibus locis per desertum castra metari debeamus, & eris dux noster. *Num. 10. 31.*

Eusebius in Onomastico de regione Midianitarum scribit, Κεῖται δὲ ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας πρὸς νότον ἐν ἐρήμῳ τῶν Σαρακηνῶν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐπ' ἀνατολάς. Hieronymus. *Est autem trans Arabiam ad meridiem in*
p. *deserto Saracenorum contra orientem maris rubri.* Idem Hieronymus *in Comm.*
100. ad *Jes. 60.* ubi suam, non alterius uti interpres, sententiam exprimit. *Madian & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles camelorum, omnisque provincia appellatur Saba:* & idem ad *Ezech. 25. Nulli dubium est, Madianitas & totam eremi vastitatem adjacere terrae Arabiae, qui habent camelorum greges, oviumque & caprarum multitudines & his opibus victitant. Quod & terris Israël in Judicum libro (c. 6.) accidisse narrat historia, quando venerunt Madianaei & depasti sunt usque Gazam omnes regiones eorum.*

Nunc quoque nominis Midianitici vestigia servat urbs ad litus sinus Arabici sita مدين *Midjan*, ubi fere & Ptolemaeus collocat *Modianam.* Meminit hujus urbis Josephus *Antiq. 11. 5.* Πόλιν Μαδιηνὴν πρὸς τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ κειμένην, *urbem Madienen ad mare rubrum sitam.* Item *Antiq. IV. 7.* Petram urbem Arabum primariam a rege Midianitico Recem dictam Ἀρεκέμην scribit.

CAPUT XX.

DE MOABITIS.

Moab quis. Regio Moabitarum olim ab Emaeis possessa. Flumen Arnon terminus ejus septentrionalis. Urbes Moabiticae a Josepho nuncupatae quae. Campestria Moabitarum non in Moabitide, sed terra Israëlitica quaerenda. Israëlitae non occuparunt Moabitin. Urbes Moabiticae tempore prophetae Jeremiae.

REgionem Moabitarum, dictam de nomine Moabi, nati ex incesto concubitu Lothi cum filia primogenita (*Gen. 19. 37.*) primum in-

coluerunt האמים *Emim*, quos expulere Moabitae. *Deut. 2. 10.* Nuncupatur haec terra vulgo Μωαβίτις. Apud Uranium Μώβα dicitur, teste Stephano, *in Ethnicis.* Μώβα, μοῖρα τῆς Ἀραβίας. Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευ-
p. 101. τέρῳ. *Moba, pars Arabiae. Uranius lib. II.* Arabicorum. Ipse autem Stephanus Μώαβα, inserto alpha, legendum putat: vera enim scriptio *Moab* est: at composita χαρακμώβα & alia constanter servant μώβα. A septentrione limitem habuit Arnonem, qui eos ab Emorraeis disjunxit. Ita Josephus *Antiquit. IV. 5.* qui scribit, regionem Emorraeorum esse instar peninsulae, vel insulae, cujus latus occidentale Jordanes fact, Arnon australe, Jobacchus septentrionale: Ἑβραῖοι τὴν ἐκείνων (Ἀμορραίων) γῆν παρελάβανον· ἔςι δὲ χωρίον τριῶν μεταξὺ ποταμῶν κείμενον, ὅμοιον τῇ νήσῳ τὴν φύσιν ὑπάρχον, τὰ μὲν Ἀρνῶνος (ita lege pro ἀαρῶνος) ἀπὸ μεσημβρίας ὁρίζοντος ἀκτὰς αὐτᾶ, Ἰαβάκκα δὲ τὴν ἀρκτῶαν αὐτᾶ πλευρὰν περιγράφοντος. Et *Antiq. IV. 4.* Amorraeorum & Moabitarum regiones fluvio Arnone a se invicem sejungi scribit, his verbis, Παρῆν ἐπὶ ποταμὸν Ἀρνῶν, ὃς ἐκ τῶν τῆς Ἀραβίας ὄρων ὁρμώμενος καὶ διὰ πάσης ἐρήμου ῥέων εἰς τὴν Ἀσφαλτίτιν λίμνην ἐκδιδωσιν ὁρίζων τήν τε Μωαβίτιν καὶ Ἀμωρίτιν. *Pervenit ad flumen Arnon, qui ex montibus Arabiae ortum ducens & per solitudinem omnem labens in lacum Asphaltitem effunditur, Moabitin secernens ab Amoritide.* Alibi *Antiq. I. 11.* scribit, Moabitas esse gentem magnam, quae incolit Coelesyriam: & *Ant. XIII. 23.* has urbes Moabiticas (sc. quae non in Moabitide proprie dicta omnes erant, sed a Moabitis occupatae, nam Chesbon v. c. ad septentrionem Arnonis erat, adeoque extra Moabitin) recenset, quas Judaei, imperante Alexandro Jannaeo, occupaverant, Chesbon, Medaba, Lemba, Oronas, Telithonem, Zaram, Aulonem Cilicium, Pellas. Libro autem tertio *de bello c. 2.* Moabiticam regionem terminum esse Australem Peraeae, scribit.

Memorantur quidem campestria Moabitarum ultra Arnonem versus septentrionem, quae scilicet olim ad Moabitas pertinuerant, sed iis erepta fuerant ab Sichone, rege Emorrheorum, qui Arnonem usque omnia Moabitis ablata sibi vindicavit *Num. 21. 26.* & illa ipsa campestria ארץ מואב *terra Moab* appellantur *Deuteron. 29. 1.* & *32. 49.* ubi mons Nebo dicitur esse in terra Moab: quamvis mons Nebo & quicquid ad septentrionem Arnonis erat, utpote olim imperio Sichonis subjectum, ab Israëlitis fuerit occupatum, qui tamen nullam portionem ter-
p. 102. rae Moab proprie dictae possederunt: *Deuteron. 2. 9. Judic. 11. 15.* Ubicunque ergo mentio fit campestrium Moab ערבות מואב, in quibus Israëlitae castrametati fuisse leguntur, antequam Jordanem transirent, *Num. 33. 48. 49. 50.* quaeque ex adverso Jerichuntis erant, non existimandum est, haec campestria partem terrae Moabiticae eo tempore fuisse, sed ita appellata, quod olim ad Moabitas pertinuissent, nam regionem ab Chesbon usque ad Arnonem, in qua regione haec campestria fuerunt, Sichon Moabitis eripuerat *Num. 21. 26.* Israëlitae ingressi non fuerunt

fuerunt in terram Moabiticam, sed totam illam regionem circumiverunt, donec pervenirent ad terram Sichonis regis Emorrhaeorum, & petierunt ab eo, liceret per ejus terras transire; quod quum ille negasset, invaserunt ejus regnum & viam sibi fecerunt ipsi. Clare hoc testatur Jephta *Jud. 11. 18.* יחני בעבר ארנון ולא באו בגבול מואב כי ארנון גבול מואב *Castrametati sunt ad illam partem Arnonis, & non intrarunt in fines Moab, nam Arnon est terminus Moab.* adde *2. Chron. 20. 10.* Quod si *campestria Moab* pars fuissent terrae Moabiticae, proprie ita dictae, dici non posset, Israëlitas, qui in campestribus Moab diu castrametati sunt, non intrasse in fines Moabitarum: & quam se turpiter dedisset Jephta Ammonitis, qui hoc affirmaret coram iis, qui non ignorabant, Israëlitas in campestribus Moab diu consedisse, & Mosen ibi diem obiisse? Ibidem *commate 24.* dicitur, Israëlitas possedisse terram Emoraeorum ab Arnon ad Jabbok, & *Num. 21. 13.* Arnonem esse terminum inter Moabitas & Amoraeos. Ergo quodcunque ad septentrionem Arnonis erat, atque adeo campestria quoque Moab erant in regione Emoraeorum, non Moabitarum.

Loca in Moabitide, tempore sc. Jeremiae, (quando nempe etiam urbes Israëliticae a Moabitis occupatae sunt) *cap. 48.* haec recensentur, Nebo, Kirjathaim, (unde Schave Kirjathaim nomen tulisse videtur *Gen. 14. 5.* ubi habitabant Emim, quos Moabitae expulerunt *Deut. 2. 10.*) Chesbon, Madmen, Choronaim, Haluchith, Dibon, Aroer, Cholon, Jahza, Mephaath, Beth diblathaim, Beth gamul, Beth meon, Kerioth, Bozra, Kir cheresch, Jaazer, Sibma, Eleale, Zoar, & Me nimrim.

CAPUT XXI.

p. 103.

DE AMMONITIS.

Ammon quis. Ἀμμανῖται *populi Coelesyriae. Philadelphia regia Ammonitarum num in portione tribus Gad. Ammonitis universa Israëlitis interdicta. At a Davide occupata. Jabboc fluvius terminus Ammonitidis, non tamen ita, ac si, quicquid ultra Jabbocum erat septentrionem versus, regioni Ammoniticae deberet tribui. Verba* Jos. 13. 23. *illustrantur.*

AMmonitis vel Ἀμμανῖτις χῶρα *2. Macc. 4. 26.* ita dicta est ab Ammone, aut *Ben ammi* filio Lothi, cujus posteri hanc incoluerunt. Mirum sane nomen Ammonis nusquam in sacro codice uti nomen viri singularis legi, sed *filios Ammon* conjunctim; sic ut dubitari possit, fuerit ne *Ammon* idem ac *Ben ammi.* Josephus hos Ἀμμανῖτας nuncupat, scribens, esse populos Coelesyriae *Ant. I. 11.* adeo enim late nonnunquam patet Coelesyriae nomen, de quo ante diximus. *Ant. IV. 5.* regiae eorum Rabbathae meminit, quae non est alia, quam רבת בני עמון *Rabbath filiorum Ammon.* Et *Ant. V. 9.* scribit, regionem Ammaniticam non fuisse a

Mose occupatam, licet id in ejus potestate situm esset. Justinus Martyr *in dial. cum Tryphone*, *pag. 272.* notat, suo tempore plurimos adhuc Ammonitas super fuisse, καὶ Ἀμμανιτῶν ἐςὶ νῦν πολὺ πλῆθος.

Eusebius *in Onomastico ad vocem* Ἀμμὼν scribit, Philadelphiam, Ammonitarum regiam, fuisse possessam a tribu Gad, sed hoc repugnat Dei mandato, quo omnem spem potiendi terrarum Ammoniticarum iis eripuit *Deut. 2. 19.* Nunquam Israëlitae vel minimam partem terrae Ammoniticae possederunt, *Jud. 11. 15.* nisi prius ab iis laesi, uti quum David eos subjugavit *2. Sam. 12. 31.* sed Ammonitae contra urbes Israëlitarum ceperunt. *Jud. 10. 9.* & *Jerem. 49. 1.* ipsi vicissim ab orientalibus populos delendi, ut nulla super futura sit eorum memoria *Ezech. 25. 4.* & *10.*

p. 104. Jabboc fluvius terminus Ammonitarum appellatur *Deut. 3. 16.* עד יבק הנחל גבול בני עמון *usque ad Jabbok fluvium terminum filiorum Ammon dedi Rubenitis & Gaditis.* Quod tamen non debet intelligi, ac si Jabboc ita distingueret Ammonitas & Israëlitas, ut, quemadmodum regio Israëlitarum est ad austrum Jabboci, ita regio Ammonitarum (si ex parte, certe non omnis ibi fuit) esset ad septentrionem: nam ultra Jabbocum septentrionem versus erat Basan & portio dimidiae tribus Menassis; & Gilead se extendit usque ad Dan. Atqui nunquam ea regio, quae Israëlitis a Deo tributa fuit vel minimam partem terrae Ammoniticae complexa est. Deus enim diserte vetuerat, *Deut. 2. 19.* Fuit itaque regio Ammonitarum ad ortum regionis tribuum Gad & Ruben: & forsitan ex parte etiam terminata fuit flumine Jabboc: aut illud גבול & sequentia divellenda sunt a fluvio Jabboc. Ut tamen verum fatear, quum varia loca Sacri Codicis (in quibus Jabboci fit mentio) confero, videtur pars quaedam regionis Ammoniticae collocanda ad septentrionem Jabboci, quia ab Arnone ad Jabbocum se extendisse dicitur regnum Sichonis, quod Rubenitis postea Gaditisque cessit. Ita legitur *Num. 21. 24.* ויירש ארץ מארנן עד יבק עד בני עמון כי עז גבול בני עמון *Et possedit terram ejus ab Arnone usque ad Jabbokum usque ad Ammonitas, quia munitus* (יעזר pro עז legerunt Graeci, qui habent Ἰαζὴρ) *erat terminus Ammonitarum:* ubi Jabboc & Arnon velut termini oppositi commemorantur, uti & *Jos. 12. 2.* Conferamus *Deut. 2. 37.* ubi dicitur, postquam regnum Sichonis regis Emoraei occupatum jam esset ab Israëlitis רק אל ארץ בני עמון לא קרבת כל יד נחל יבק וערי ההר וכל אשר צוה יהוה אלהינו *tantum ad terram Ammonitarum non accessisti, universo latere fluvii Jabboc, & urbes montanas, & quaecunquae a Deo erant prohibita.* Et mox sequitur *cap. 3. Et convertimus nos & adscendimus versus Basan.* Certe quum regnum Ogi fuerit ad septentrionem Jabboci, id flumen transmittere debuerunt, adeoque illa verba כל יד נחל יבק *omne latus fluvii Jabboc*

p. 105. non notant omnes ripas vel omnes regiones Jabboco adsitas, Israëlitis fuisse interdictas (nam ita Basanem occupare non debuissent) sed ter-

ras

ras omnes Jabboco adsitas, quae Ammonitarum erant. An vero flumen hoc idem sit cum eo, quod *Numer. 22. 5.* flumen terrae Ammoniticae הנהר ארץ בני עמון dicitur, affirmare non audeo.

Verum, dicet aliquis, omnino partem Ammonitidis possederunt Israëlitae: nam dimidia terra Ammonitarum videtur data tribui Gad. *Jos. 13. 23.* At illic non dicitur dimidiam terram Ammonitarum datam esse tribui Gad, sed esse terminum tribus Gad, *& erit iis terminus Jaezer & omnes urbes Galaaditidis & dimidia terra filiorum Ammon usque ad Aroer.* Notandum est, quando urbes aut regiones dicuntur esse גבולים *termini*, aliquando recenseri, quae intra illam terram, aliquando quae in limite, sunt, uti in describendo termino tribus Jissascar, Zabulon, Ascher, & aliarum voce גבול tum urbes in limitibus sitae, tum illae, quae in medio regionis erant, significantur, & modo hae, modo illae in descriptione tribus recensentur.

Aetate Origenis nomen Ammonitarum deletum jam erat per commune multis gentibus nomen Arabum, quod ipse *lib. I. in Jobum* testatur, non Ammonitas modo, verum etiam Idumaeos posteros Esaui & Moabitas omnes uno nomine Arabes nuncupari. Sic Philadelphia, olim Ammonitarum metropolis, Arabiae accensetur ab Epiphanio *in Synopsi lib. II. adversus haereses p. 397.* ubi Βάκαθον vocat vicum primarium Ἀραβίας τῆς Φιλαδελφίας *Arabiae Philadelphiensis.* Sic *pag. 469.* scribit ἐν τῇ Ἀραβίᾳ τῇ Πετραίων Ῥωκώμ (רקם Ἀρεκέμη Josepho) τε καὶ Ἐδὼμ καλαμένη, *in Arabia Petraeorum Rocom & Edom dicta.* Plura de Arabia supra diximus *cap. XVI.*

CAPUT XXII.

DE ITURAEA SIVE AURANITIDE.

Ituraea videtur esse eadem cum Auranitide. Josephus Ituraea non meminit, sed p.
Auranitidis aliquoties. Ituraei dicti ab Itur, filio Ismaëlis. Situs Ituraeae. 106.
Epiphanii, Strabonis, Vibii Sequestris, & Dionis Cassii verba de Ituraeis illustrata. Auranitis חורן. Αὐρανος *quid.* حوران *quae regio.*

EAndem esse cum Ituraea Auranitin, regionem ad ortum Palaestinae sitam, ante nos ab aliis observatum est: nec destituitur haec sententia suis firmamentis. Philippus tetrarcha fuisse legitur τῆς Ἰτουραίας καὶ Τραχωνίτιδος *Luc. 3. 1.* Josephus ejusdem tetrarchiam describens ei adsignat *Batanaeam cum Trachonitide & Auranitin* cum parte domus Zenodori, Βαταναία σὺν Τραχωνίτιδι καὶ Αὐρανίτις σύν τινι μέρει οἴκου τοῦ Ζηνοδώρου λεγομένου, *Antiquitatum lib. XVII. 13.* Auranitin autem Zenodorus Arabibus elocaverat ante, teste eodem *lib. XV. 13.* Et eodem

 capite

capite scripsit, Caesarem regno Herodis adjecisse χώραν Τραχωνα καὶ Βαταναίαν καὶ Ἀβρανῖτιν, *regionem Trachona, & Batanaeam & Abranitin.* Ita etiam legit Suidas Ἀβρανῖτις, χῶρα. *Libro XVII. cap. 10.* ubi de Herodis testamento agit, & alibi, ubi tetrarchias enarrat, quae filiis Herodis obtigerunt, nulla plane mentio Ituraeae: imo in toto Josepho ne mentio quidem fit Ἰτραίας, nisi forsitan *Antiquitatum XIII. 19.* ubi Aristobulus gentem Ituraeorum coëgisse dicitur, ad recipiendam circumsionem, quod tamen de Idumaeis alii mallent, quam Ituraeis accipere. Quum itaque Auranitin commemoret Josephus, praeterita Ituraea, Lucas Ituraeam praeterita Auranitide, non video, quidni credi oporteat, eandem fuisse, cum Ituraea Auranitin.

Ituraeorum nomen ab יטור *Itur*, filius Ismaëlis, videtur esse ductum: vide *1. Chron. 1. 31.* Memoranturque Ituraei, Ἰτραῖοι in versione Alexandrina, *1. Chron. 5. 19.* contra quos tribus Ruben, Gad, & dimidia Menasse bellum gesserunt. Unde situs Ituraeae aliqua ratione innotescit, ad ortum scilicet terrae Israëliticae: quod ex *commate 10.* ejusdem capitis firmatur, ubi Hagareni dicuntur e regione sua pulsi & Israëlitae in tentoriis eorum habitasse ad latus orientale Gileaditidis. Hagareni autem cum Ituraeis & Naphisaeis junguntur *1. Chron. 5. 19.* & illic dicitur dimidiam tribum Menassis in regione eorum habitasse. Sic ut Ituraea ad ortum terrae a dimidia tribu Menassis possessae quaerenda videatur. Epiphanius *lib. II. adversus haereses, pag. 461.* Ituraeae his verbis meminit, *Sampsaei habitabant in Moabitide juxta Arnonem*, καὶ ἐπέκεινα ἐν τῇ Ἰτραίᾳ καὶ Ναβάττιδι, *& ulterius in Iturea & Nabatitide.* E & AI in veteribus membranis saepe confunduntur, adeoque Ἰτραία pro Ἰτραία videtur positum. Plinius Ituraeos magis septentrionem versus removet, in Syria *lib. V. cap. 23.* Atque ita Vibius Sequester *de gentibus, p. 155.* editionis Hesselianae, *Ithyrei, Syri usu sagittae periti.* Strabo quoque *lib. XVI.* Ὀυ πόῤῥω δ' ἐδ' Ἡλιόπολις καὶ Χαλκὶς ὑπὸ Πτολεμαίῳ τῷ Μεννάιε τῷ τὸν Μαρσύαν κατέχοντι καὶ τῶν Ἰτραίων ὀρεινήν. *Prope erat Heliopolis & Chalcis sub Ptolemaeo positae filio Mennaei qui & montanam regionem Ituraeorum obtinebat.* Et paulo post, τὰ μὲν ὀρεινὰ ἔχασι πάντα Ἰτραῖοι τε καὶ Ἄραβες κακοῦργοι πάντες. *Montana omnia incolunt Ituraei & Arabes, homines mali omnes.* Credibile est, illos non semper certas sedes habuisse, sed Arabum Scenitarum more, huc illuc vagatos.

p. 107.

Auranitin dictam esse ab חורן *Chavran*, non longe a Damasco (vide *Ezech. 47. 16. 18.*) non est improbabile. Graeci ipsi nobis praeeunt *Ezech. 47. 16.* qui illic habent Αὐρανίτιδος, & Hieronymus ad illum locum scribit, *Auran esse oppidum Damasci in solitudine.* Ab hac regione credideri m, ductum esse nomen Αὐρανος *2. Macc. 4. 40.* In quibusdam codicibus legitur τινὸς Ἀυράνα, in aliis τυράννα. Latinus vertit *Chavranensi*, ita ut intellexisse videatur incolam Auranitidis quae חורן *Chavran* Hebraïce dicitur, uti vidimus. Golius in Notis ad Alfraganum *p. 133.* observat,

vat, regionem, in qua urbs Tiberias sita est, Syris & Arabibus حوران Ἀυρᾶν dici. Sed hoc aliquid facere ad Auranitin non putem, (quamvis & Guilielmum Tyrium *lib. XXII.* ita scribere videam, *Auranitide regione quae secus mare Tiberiadis est*) quum regio, in qua Tiberias est, Galilaea fuerit, non Auranitis. Illud, quod in Lexico Arabico notat ex Jacuto, حوران *Havran* appellari *regionem australem Damasci*, potius huc retulerim. Videtur enim ad austrum Damasci collocanda Auranitis.

CAPUT XXIII.

p. 108.

DE TRACHONITIDE.

Trachonitis pars Arabiae. Josephus inter Palaestinam & Coelesyriam eam constituit. Non contingebat Galilaeam, sed Batanaeam. Batanaea ad ortum Gaulonitidis. Eusebii loci in quibus Trachonitidis mentio. Ituraea & Trachonitis eadem ex mente Eusebii. טרכונא *Τράχων circa Bozram. Bostreni dicti Arabes Trachonitae. Nomen Trachonitidis unde ductum.* Τράχωνες *vicini Damasco. Gulielmi Tyrii verba de Trachonitide.*

Regionem Trachonitarum Arabum omnem intra fines terrae Israëliticae, quam Moses & Josua duodecim tribubus assignarunt, constituere non audeo, quamvis non desint, qui urbium trans Jordanicarum aliquas Trachonitidi tribuant, uti Eusebius & Chaldaeus interpres, qui *Argob Deut. 3. 14.* reddit per *Trachonitin* טרכונא. Ex testimoniis, opinor, quae adducemus, fiet perspicuum, inter regiones Palaestinae vicinas potius, quam inter illas, quae partem ejus constituunt, collocandam esse.

Ex Josepho potissimum ea hauriri queunt, quae requiruntur ad constituendum verum locum Trachonitidis. Meminit ejus *Antiq. I. 7.* diciturque sita inter Palaestinam & Coelesyriam, olim habitata ab Use, filio Aram. Illic Τραχονῖτις appellatur, alibi ὁ Τράχων *Ant. XVI. 13. & de bell. 1. 15.* Non contingebat Trachonitis Galilaeam, quod liquet ex eo, quod *lib. I. de bell. c. 15.* legatur, terram omnem interjectam inter Trachonem & Galilaeam cessisse Herodi. Ibidem dicitur Batanaea adjecta Trachonitidi. Quumque Gaulonitis se extendat a mari Tiberiadis usque ad fontes Jordanis, restat, ut Batanaea fuerit ad ortum Gaulonitidis, ad ortum Batanaeae Ituraea sive Auranitis, ad septentrionem Batanaeae Trachonitis. Ad septentrionem enim Peraeae quodcunque Judaïcae dictionis erat, ad has quatuor regiones refertur, Gamaliticam, Gaulonitin, Batanaeam ac Trachonitin *lib. III. de bell. c. 2.* Gamalitica autem continetur aliquando sub Gaulonitide. Trachonitis porro videtur ultra Batanaeam excurrisse septentrionem versus: nam Josephus *lib. III. de bell. c. 18.* lacum Phialam 120. stadia dissitum a Paneade scribit

p. 109.

situm

ſitum ea via, qua ad Trachonitin adſcenditur. Paneada ipſam & Ulatham ſcribit *Ant. XV. 13.* jacere inter Galilaeam & Trachonitin, eſſe autem Trachonitin plenam receptaculis latronum. Ex ea in Arabiam fugiſſe latrones idem narrat *Antiquit. XVI. 13.* & in eam 3000. Idumaeorum deducta, ut latrocinia coërcerent.

Audiamus & alios, qui Trachonitidis meminerunt. Canatha erat in Trachonitide prope Boſtram, uti teſtatur Euſebius *in voce* Καναθ . . . γέγονε φυλῆς Μανασσῆ. κεῖται δὲ καὶ εἰς ἔτι νῦν ἐν Τραχωνίτιδι πλησίον Βοσρῶν *Fuit tribus Manaſſe, in Trachonitide juxta Boſtram*, & ibidem vocat eam *Arabiae vicum.* Idem *ad vocem* Ἰτραία (credidit enim eandem eſſe Ituraeam & Trachonitin) Τραχωνῖτις δὲ καλεῖται ἡ παρακειμένη χώρα τῇ ἐρήμῳ τῇ κατὰ Βόσραν τῆς Ἀραβίας. *Trachonitis appellatur regio adjacens eremo, quae juxta Boſtram Arabiae eſt.* Hieronymus in Onomaſtico ad vocem Trachonitis: *Eſt autem trans Boſram Arabiae civitatem in deſerto contra auſtralem plagam quaſi ad Damaſcum reſpiciens.* Haec conveniunt cum teſtimonio Talmudicorum, qui טרכונית *Trachonitin* extendunt לבצרה *Bozram* uſque. Vide Ligtfootum *in Chorographicis*, Lucae Evangelio praemiſſis, *Sect. IV.* Adde Aurelium Victorem de Imperatore Philippo Boſtris oriundo ſcribentem: *M. Julius Philippus Arabs Trachonites.* Ἄραβες Τραχωνῖται etiam Ptolemaeo appellantur: adeoque non in montanis Libani aut Antilibani locandi ſunt; tunc Syri fuiſſent, non Arabes.

Trachonitin dictam a Trachonibus, quamvis & ipſa Τράχων nuncupetur, eſt probabile. Damaſco autem imminebant δύο λεγομένοι Τράχωνες, teſte Strabone, qui addit ἔπειτα πρὸς τὰ Ἀράβων μέρη καὶ τῶν Ἰτραίων ἀναμὶξ ὄρη δύσβατα ἐν οἷς καὶ σπήλαια ἦν βαθύζωμα, ὧν ἓν καὶ τετρακιοχιλίας ἀνθρώπας δέξασθαι δυνάμενον. *Deinde Arabiam verſus & Ituraeam montes ſunt invii, in quibus ſpeluncae profundae ſunt, quarum una quater mille homines capit.* Adde Joſephum *lib. XV. cap. 13* ubi de Zenodoro, Trachonitas ex agro Damaſceno praedas agere. Ptolemaeus ad ortum Bataneae Σακκαίαν locat, & deinde Τραχωνῖτας Ἄραβας. Lepidum eſt, quod Guilielmus Tyrius narrat *Hiſtor. lib. XV. cap. 10.* de iis, qui iter faciebant per hanc regionem: ciſternarum ora videbant patentia & ſine difficultate haurire aquas ſe poſſe arbitrabantur, ſed demiſſas ſitulas non ſine damno amittebant: nam qui intus latebant in cavernis ſubterraneis, funes praecidentes, quibus hauriendi adligata erant inſtrumenta, funes remittebant decurtatos. Ipſe inter Adraa & Bozram illas ſpeluncas fuiſſe ſcribit. *Libro* autem *XXII. cap. 20.* tradit, Traconitidem regionem Boſtrenſis dioeceſeos partem eſſe non modicam, & paulo poſt deſcribit regionem, cujus metropolis Boſtrum eſt, ut arentem prorſus & inaquoſam, fontem, rivos & flumina non habentem penitus: ſic ut hibernis menſibus aquae pluviales in lacunis colligantur ad uſum totius anni: incolas horrea frugum habere in ſpecubus ſubterraneis.

p. 110.

CAPUT

CAPUT XXIV.

DE PHOENICE ET SYRIA.

Phoenices nomen orae maritimae proprie dari ſolitum. Nonnulli & Damaſcum urbem Phoenices vocant. Joſepho Sidon, Tyrus, Caeſarea, Berytus, & Dora urbes Phoenices dictae. ארם, Syria, *quae. Syria Damaſcena. Syria Tzoba. Urbs Kinneſrin olim Soba dicta. Sententia Bocharti de* Aram Maacha *ad examen revocata.*

Regiones Palaeſtinae conterminae ad plagam ſeptentrionalem Syriae nomine aut Phoenices nuncupari ſolent. Proprie quidem Phoenicen appellarunt regionem maritimam, ſed non deſunt, qui ipſam Damaſcum longiſſime a litore maris magni remotam urbem Phoenices dixerunt. De Syria certum eſt, a pleriſque omnibus ſcriptoribus illam Palaeſtinae vicinam ad ſeptentrionem dici. Et ipſa Phoenice una Syriarum appellari ſolet, de qua re ſupra egimus. Nunc de nomine Phoenices & Syriae pauca notabimus ad illuſtranda verba ſcriptorum ſacrorum & aliorum, qui illa uſurpant. De Libano & Antilibano, qui in hoc tractu ſunt, heic non agemus, ſed ubi montes Palaeſtinae luſtrabimus.

p. 111.

Euſebius in Onomaſtico, *ad vocem* Ἀβελαμπελῶν, collocat Abilam in Phoenice inter Damaſcum & Paneada, Ἄβελα τῆς Φοινίκης μεταξὺ Δαμασκῆ καὶ Πανεάδος. Et Damaſcum appellat *urbem nobilem Phoenices*, πόλιν ἐπίσημον Φοίνικης. Quibuſcum illa confer, quae ſuperius *capite IX. p. 49.* de nomine Phoenices, pro ipſa Palaeſtina uſurpato, ſcripſimus. Joſephus Phoenicen & Syriam ſcribit circumſitas utrique Galilaeae, *l. III. de bell. c. 2.* Δύο δ' ἔσας τὰς Γαλιλαίας, τήν τε ἄνω καὶ τὴν κάτω προσαγορευομένην περιίσχει μὲν ἡ Φοινίκη καὶ Συρία. *Duas autem Galilaeas, unam ſuperiorem alteram inferiorem nuncupatam Phoenice & Syria cingunt:* & nonniſi harum urbium meminit, quas *Phoenices* eſſe ſcribit, *Sidonis, Ant. I. 7. Tyri, Ant. XIV. 9.* (quae etiam *Act. 21. 2.* πόλις Φοινίκης dicitur) *Caeſareae, Ant. XV. 13. Beryti, de bell. VII. 20. Dororum*, in *vita ſua.* Sic ut pars dimidia terrae Iſraëliticae ad mare, eaque ſeptentrionalior, Phoenice appelletur Joſepho. Joppen enim Jamniam, Aſcalona, & ſi quae ſunt aliae auſtraliores, nunquam urbes Phoenices nuncupat.

Nomen ארם, quo Syria ſolet dici, perlate patet, quod vel una Meſopotamia, regio inter Tigrin & Euphraten interjecta, probat, ארם נהרים, *Aram*, id eſt, *Syria duorum fluminum* nuncupata, de qua re aliqua obſervavimus ſupra, *pag. 46.* Illa vero Syria, quae Palaeſtinae noſtrae propior fuit דמשק ארם, id eſt, *Syria Damaſcena* dicitur *2. Sam. 8. 6.* quam David captam terrae Iſraëliticae adſcivit. Eſt & *Syria Tzoba* צובה cujus Rex Hadar Ezer a Davide victus eſt, quaeque

cum

cum Chammath Tzoba, in qua Tadmor a Salomone condita est, eadem fuisse creditur *2. Chron 8. 3.* unde, si Tadmor est Palmyra, liquet, ubi ea quaeri debeat, sc. non longe ab Euphrate, inter flumen illud & terram Israëliticam. Urbem *Kinnesrin* قنسرين, sitam inter حلب
p. 112. *Halebum* & حمص *Emesam* Arabes olim *Soba* dictam scribunt. Vide Golii notas ad Alfraganum *p. 275.* Fuit & *Syria Maacha* מעכה *1. Chr. 19. 6.* Harum regionum fines certo constitui nequeunt, in tanta, qua laboramus, penuria veterum monumentorum. Fuerunt autem Syri saepe infesti Israëlitis & terras eorum invaserunt, non tantum trans, sed & cis Jordanem. Samariam ipsam obsedit Benhadad Rex Syriae *1. Reg. 20. 1.* & Retzin magnam partem regni Judae subjugavit. *2. Chron. 28. 5.*

De *Aram Maacha* aliqua hic monebimus, quod Bochartus eam urbem appellet, & in terra Cananaeorum collocet. Ita scribit *l. 11. c. 6.* Geographiae sacrae: *Aram Maacha 1. Chr. 19. 6. Chananaeorum potius, quam Syrorum fuisse oppidum. Maacham esse Ptolemaei Epicaeron, Palaestinae urbem trans Jordanem.* Et mox. *Maacha tribui Menasse obtigit.* Sed primo quidem Aram Maacha videtur habenda pro regione, non urbe; nam media interponitur inter Mesopotamiam & Syriam Tzoba, quae sine dubio nomina sunt regionum. Misisse enim dicitur Rex Ammonitarum ad conducendos sibi currus & equites *ex Syria interamni* (id est Mesopotamia) *hac Aram* (sive Syria) *Maacha, & Syria Tzoba.* Non est verisimile, quum prima regio *Aram* Syria sit, atque ita ultima *Aram* Syria, mediam *Aram Maaca* esse nomen urbis. Deinde dicitur quidem a Bocharto *Maaca* esse urbem Palaestinae trans Jordanem in portione Menassis, & loca *Deut. 3. 14. Jos. 12. 4.* & alia adducuntur, sed aliud est *Aram Maaca*, aliud *Maacha* ἁπλῶς. Nec in istis locis legitur vox *Maacha* מעכה sed המעכתי, & semel *Jos. 13. 13.* מעכת *Maachath.* Haec differentia, quamvis exigua videatur, in nominibus regionum & urbium saepe sufficit, ut diversae esse credantur. Sic *Rama* & *Ramath*, רמה & רמת urbes sunt diversae, *Meara* & *Maarath* מערה & מערת, *Kana* & *Kenath* קנה & קנת. Quod si quis מעכה & מעכת pro iisdem locis habere velit, tamen *Aram Maacha* erit nomen regionis a vicina urbe Maacha dictae. Denique, quod Bochartus scribit, Maacham esse Ptolemaei Epicaeron, non convenit cum situ urbis Maachae, quae in tribu Menasse erat, atque adeo ad fines septentrionales
p. terrae Israëliticae trans Jordanem, quum Epicaeros ab ipso Bocharto
113. in mappa geographica Syriae, inserta *lib. 11. cap. 3.* ad mare mortuum collocetur, ad fines terrae australes.

CAP.

CAPUT XXV.

DE TERMINIS, QUIBUS PALAESTINA DEFINITUR IN SACRO CODICE.

Termini Palaestinae australes a lacu Asphaltite usque ad fluvium Aegypti pretensi. Tzin regio quae. Duo deserta Sin *in versione vulgata, alterum* סין, *alterum* צין. Tzin, צין, *in finibus australibus Palaestinae. In hoc deserto Tzin erat Cadesch, & Cadeschbarne. Cadesch urbs fuit, Cadeschbarnea regio. Inter Cadesch urbem & terram Israëliticam habitarunt Edomaei. Termini regionis trans Jordanicae. Termini septentrionales, via ducens Chamatham. Chamath quae. Regio Sidoniorum & Ziphron in finibus terrae septentrionalibus.*

POstquam regiones, quibus Palaestina cingitur ab austro, ortu, & septentrione (nam ab occasu mare magnum est, de quo aliqua dicemus, ubi ad aquas Palaestinae perventum erit) lustravimus, atque ita situm istius regionis respectu gentium vicinarum vidimus, restat, ut terminos, quibus ab illis gentibus secernitur, ex sacris literis, aliisque monumentis veteribus, eruamus. Quo in argumento ita versabimur, ut eodem ordine, quo usi sumus in lustrandis terris Palaestinae propinquis, progressuri simus ab australi plaga per orientalem, atque inde septentrionalem, usque ad mare mediterraneum.

Fines terrae Israëliticae ab austro ad septentrionem porrectae indicantur hoc loquendi modo, a Gaza ad Sidonem, vel a Bersabe usque ad Dan; at in narratione rerum gestarum magis, quam in geographica terrae & limitum ejus descriptione: nam ultra Gazam & Bersaben se p.
extendit terra Israëlitarum ad austrum: sed ab locis notioribus viden- 114.
tur fines ita dici. Ceterum termini Palaestinae australes iidem sunt, qui terrarum tribui Judae assignatarum, quae omnium tribuum maxime fuit sita ad austrum. Describuntur illi *Jos. 15. 1. 2. 3. 4.* unde liquet, ab extremitate australi lacus Asphaltitis terminos hos occasum versus extendi usque ad fluvium Aegypti נחל מצרים ubi illabitur in mare magnum sive mediterraneum. De situ lacus Asphaltitis & fluvii Aegypti accuratius agetur infra, ubi de aquis Palaestinae. Inter loca autem, quae varia illic memorantur inter extrema duo, lacum videlicet Asphaltiten & fluvium Aegypti, celebriora, & de quorum situ aliquid certi videtur affirmari posse ex collatione variorum locorum sacri codicis, quaeque, vitandae confusionis gratia, illustrari omnino quibusdam adnotationibus debent, sunt Tzin & Cadeschbarnea: quamvis de Tzin ratio dubitandi sit, num sit idem cum illo deserto Tzin, quod *commate primo* ejusdem capitis ad terminos tribus Juda australes collocatur. Quicquid sit, de deserto Tzin agendum erit, atque adeo tunc expendendum, ubi illud fuerit, & sitne ab illo Tzin, quod *commate*

 tertio

tertio memoratur, diversum. Ergo primum disquiramus de Cadesch barnea, deinde de deserto Tzin.

Cadesch barnea nomen loci fuit, remoti a monte Choreb itinere dierum undecim *Deut. 1. 2.* unde missi fuerunt exploratores ad lustrandam terram Canaan *Num. 32. 8. Jos. 14. 7.* qui *Num. 13. 3.* missi dicuntur ממדבר פארן *a deserto Paran*, & *commate 26.* reversi ad Mosen אל מדבר פארן קדשה *ad desertum Paran, versus Cadesch.* Mentio etiam fit hujus loci in finibus australibus terrae Canaan *Num. 34. 4. Jos. 15. 3.* nam terminus australis tendens ab extremitate australi maris mortui occidentem versus עבר צנה והיו תוצאותיו מנגב לקדש ברנע *transit Tzinnam & progreditur ab austro ad Cadesch barnea.* Pari modo *Jos. 10. 41.* in finibus terrae australibus collocatur, quum Josua a Cadesch barnea Gazam usque percussisse Cananaeos dicitur. Hinc liquet Cadesch barnea se extendisse a deserto Paran usque ad fines australes terrae Canaan, & esse nomen regionis sive deserti, non urbis. Certe in sacro Codice nunquam urbs appellatur hoc nomine. Eusebius etiam in Onomastico ad vocem Cadesch barne scribit, Καδδὴς Βαρνὴ ἔρημος, ἣ παρατείνασα Πέτρᾳ πόλει τῆς Παλαιστίνης. *Caddesch barne est desertum, quod se extendit usque ad Petram urbem Palaestinae.* Ita quoque Procopius Gazaeus ad *Gen. 14.* ex Eusebio, quem in Geographicis sequi solet. Hieronymus in Comm. ad *Genes. 14. 7. significat locum apud Petram, qui fons judicii nominatur id est Cadesch.*

p. 115.

Magna pars hujus deserti inhabitabatur ab Edomaeis, & Seir appellabatur: quod ex eo colligo, quod *Deut. 1. 19. 43.* dicatur, quum Israëlitae venissent usque ad Cadesch barne, eos adscendere voluisse montana Emoraeorum, in terra Canaan habitantium, sed ab Emoraeis in fugam conjectos fuisse & contritos בשעיר *in Seir*, & reversos (quo nisi ad Cadesch barnea?) flevisse & consedisse in Cadesch (non alio loco, quam Cadesch barnea, ut opinor, unde digressi fuerant, quique *Deut. 2. 14.* ita appellatur) ותשבו בקדש, longo tempore, donec inde profecti montana Seir circumirent usque ad Moabitim. Hinc etiam discimus locum eundem, qui Cadesch barnea dicitur, Cadesch appellatum fuisse: unde tamen non efficitur, ubicunque Cadesch legitur, illud de Cadesch barnea esse intelligendum.

Cadesch, urbs fuit ad terminos terrae Edom, quo cum pervenissent Israëlitae, petierunt a Rege Edom, ut liceret ipsis per terram ejus transire ad terram Canaan, quod negatum fuit. *Ecce nos*, dicunt, בקדש עיר קצה גבולך *in* vel *juxta Cadesch, urbem in extremis finibus tuis Num. 20. 16.* Unde perspicuum est, inter hanc Cadesch & terram Canaan, medio loco sitam fuisse regionem Edomaeorum: adeoque non fuisse hanc urbem in finibus australibus terrae Canaan sitam, uti multi existimant: tunc enim venia regis Edomaei non indiguissent. Quumque in vel juxta Cadesch fons virtute Dei, e rupe percussa a Mose, prodierit,

dierit, non videtur improbabile, eandem hanc Cadesch esse, quae עין משפט *fons judicii Gen. 14. 7.* appellatur. Eadem Cadesch deserti Tzin קדש מדבר צן nuncupatur, ubi populus aquas flagitaverat *Numer. 27. 14.* Alibi dicitur במדבר צן הוא קדש *in deserto Tzin, id est, Cadesch. Num. 33. 36.* Sed ultimus hic locus meretur accuratius examen. Scilicet illic recensentur omnes mansiones populi Israëlitici in deserto, & nonnisi unius Cadesch fit mentio sc. *deserti Tzin sive Cadesch*, a quo ad montem Hor redierint, unde sequeretur Cadesch, urbem in finibus Edomaeorum positam, esse eandem cum Cadesch barne: nam castrametati sunt in Cadesch barne, *Deut. 1. 2.* castrametati etiam sunt in Cadesch *Num. 20. 16.* quumque Cadesch barne nonnunquam Cadesch ἁπλῶς appelletur (*Deut. 1. 46.*) quid obstat, dicet aliquis, quo minus credamus, eandem esse Cadesch in finibus Edomaeorum positam & Cadesch barne? quod si fuerint diversae mansiones Cadesch & Cadesch barne, cur non distincte recensentur *Num. 33. 36?* Primo quidem, quod diversa loca esse Cadesch & Cadesch barne, credamus, facit, quod Cadesch barne in deserto Paran fuerit, & eadem se extenderit ad fines australes terrae Canaan, Cadesch vero urbs in finibus Edomaeorum sita, unde per fines Edomaeorum aditus erat ad terram Canaan. Deinde si mansiones fuere distinctae Cadesch & Cadesch barne, cur non distincte recensentur? putem hoc factum, vel quod nomen deserti Tzin tam late pateret (confer *Num. 13. 21.*) ut etiam ad urbem Cadesch sitam in finibus Edomaeorum se extenderet, & desertum Cadesch barnea complecteretur: nisi enim hoc dicamus, nulla facta fuisset mansionis in Cadesch barnea mentio, sed tantum deserti Tzin, in quo Cadesch Edomitica; vel quod non diu juxta unam Cadesch haeserint, non enim omnia loca, in quibus fuerunt Israëlitae, in illo catalogo recenseri, apparet ex eo, quod *Num. 33. 36.* ab Etzjon Geber proxima mansio recenseatur in deserto, id est, Cadesch. Nota Graecos Interpretes aliter videri legisse, & duas mansiones distincte commemorare, unam in Zin, alteram in Pharan sive Cadesch *Num. 33. 36.* Καὶ ἀπῆραν ἐκ Γεσιὼν Γάβερ, καὶ παρενέβαλον εἰς τὴν ἔρημον Σίν; Καὶ ἀπῆραν ἐκ τῆς ἐρήμου Σὶν καὶ παρενέβαλον εἰς τὴν ἔρημον Φαράν· αὕτη ἐστὶ Καδής. *Et profecti ex Esion Gaber castrametati sunt in deserto Sin. Et profecti ex deserto Sin castrametati sunt in eremo Pharan. Haec est Cadesch.*

p. 116.

Duo sunt deserta, utraque ab Israëlitis ex Aegypto egressis frequentata, quae *Sin* appellantur ab interprete vulgato; sed distinctis nominibus in textu Hebraeo conspicua, alterum Aegypto propius & סין *Sin* dictum, alterum terrae Canaan & צן *Tzin* nuncupatum. Hoc in finibus australibus terrae locatur *Num. 34. 3.* & hinc universa terra describitur *Num. 13. 22.* ויתרו את הארץ ממדבר צן עד רחוב לבא חמת *explorarunt terram a deserto Tzin usque ad Rechob, qua itur versus Chamath.* In hoc deserto erat Cadesch, urbs ad extremos fines Edomaeorum

p. 117.

Num. 20. 1. 16. quae inde nomen tulit Cadesch deserti Tzin *Numer. 27. 14.*

Videtur hoc desertum Tzin latissime se extendisse & complexum ipsam regionem Cades barne. Nisi enim hoc dicamus, fatendum est, inter mansiones populi Israëlitici in deserto recensitas *Num. 33.* nullam factam mentionem Cades barne. Dicitur enim illic tantum, quod ab Etzjon Geber venerint *in desertum Tzin, id est, Cadesch.* Quo respicitur ad *Num. 20. 1. Venerunt in desertum Tzin, & maxsit populus in Cadesch ....* quae Cadesch mox *commate 16.* dicitur esse *urbs in finibus Edom.* Fuerunt praeterea castrametati in Cades barne in deserto Pharan *Num. 13. 3.* quae loca distincta sunt. Atqui hujus Cades barne nulla fit mentio, nisi dicamus, nomine deserti Tzin illud innui. Illud autem desertum Cadesch appellari videtur ab urbe in finibus Edomaeorum Cadesch.

Sunt, qui putent, hujus deserti mentionem fieri *Num. 34. 3.* & *Jos. 15. 3.* ubi de termino australi terrae legitur ועבר צנה *& transit Tzinna .... & ascendit ad Cadesch barnea.* Sed illud עבר non requirit, ut ד״ה in צנה sit *locale*, nam mox *Jos. 15. 3.* sequitur עבר חצרון, adeoque צנה sit nomen loci, uti & Graecis visum est, Ἐννὰκ habentibus. Nec deserta duo, Tzin & Cadesch barne, videntur sibi tam vicina concipienda in exiguo hoc spatio finium terrae australium; potius dicendum, Cades barne esse partem deserti Tzin.

Pergamus nunc ad terminos australes & boreales terrae trans Jordanem. Hi describuntur *Deut. 3. 9. a fluvio Arnon usque ad montem Chermon* מנחל ארנון עד הר חרמון, qui mons imminet Paneadi, & Libano vel Antilibano ipsi adhaeret, uti postea demonstrabitur, quum de montibus Palaestinae agetur. Praeterea termini terrae trans Jordanicae constituuntur *Deut. 14. 48. 49. Ab Aroer, quae sita est super ripam torrentis Arnon usque ad montem Sion, qui & Chermon. Omnis planities* (possessa fuit sc. a Ruben, Gad & dimidia Manasse) *trans Jordanem ad orientalem plagam usque ad mare solitudinis & usque ad radices montis Phasga.* Hinc cernere est, Aroër collocandam ita, ut ad austrum sit terrae trans Jordanicae. Peccant itaque, qui eam ad orientem collocant, & eo fluvium Arnonem circum ducunt. Praeterea notandum est, radices montis Phasga collocari in finibus australibus terrae trans Jordanem. Confer *Jos. 12. 1. 2.* ubi limites hujus terrae eodem modo describuntur: *Hi sunt reges terrae, quos percusserunt filii Israël & adsciverunt terram eorum trans Jordanem, versus ortum solis ab fluvio Arnon usque ad montem Chermon, & omnem planitiem ortum versus. Sichon Rex Emoraeorum habitabant Cheschbone, dominans ab Aroër, quae & sita est super ripam fluvii Arnon, & medio fluvio, atque dimidiae parti Gileaditidis, & usque ad Jabboc fluvium, qui terminus est filiorum Ammon. Et planities usque ad mare Cinneroth ortum versus, & urbes planitiei maris mortui ortum versus, via Bethjeschimoth & ab austro sub Asdoth Pisga. Et fines Ogi Regis*

p. 118.

Regis Basan, ex reliquiis Rephaeorum, qui in Astaroth & Edrei habitabat. Qui dominabatur in monte Chermon & Salcha & tota Basan usque ad fines Geschuritarum & Maachatitarum, & dimidiae parti Gileaditidis usque ad ditionem Sichonis Regis Chesbonis. Quid autem est quod חוך הנחל *medium fluminis* Arnon recenseatur sub ditione Sichonis? crediderim, Arnonem in duo brachia se alicubi divisisse, & unum ad Sichonem, alterum ad Moabitas pertinuisse.

Termini terrae Canaan (exclusa regione duarum tribuum & dimidiae, uti capite 1. monuimus) ad septentrionem *Num. 34. 7. 8. 9.* describuntur, ita ut a mari magno (qui limes est Palaestinae occidentalis *Num. 34. 6.*) fiat initium; & quidem non longe, ut videtur, a Sidone, quae urbs in finibus terrae Cananaeorum septentrionalibus *Gen. 10. 19.* & *Jos. 19. 28.* collocatur, ad septentrionem tamen illius urbis, quae tribui Aser assignata fuit *Judic. 1. 21.* Inde limes ad הר ההר progreditur, quod vulgo per *montem Hor* redditur. Graeci ὄρος τὸ ὄρος. At notus haud est mons Hor, nisi ille, ubi Aharon fato functus legitur *Num. 33. 39.* Nusquam in sacris literis mentio fit montis Hor ad septentrionem terrae Israëliticae, nisi hic; quum tamen pluribus locis termini terrae describantur. Quare suspicor illud *Hor*, הר, haud esse nomen proprium, sed infinitivum verbi הרר, unde הר, *mons*, ducitur. Fateor, ignotam esse significationem verbi הרר, quum in Veteri Testamento non legatur: sed haud dubitandum videtur, quum הר *mons* inde ducat originem, aliquid eo indicari quod monti conveniat, uti *assurgere, eminere, attolli*, aut simile quid. Quapropter, quodcunque sit, illud הר ההר velim heic accipi pro τῷ *assurgere montis*, vel re simili. Nec est, quod quis dicat, montis nomen addi oportuisse. Certe, quum Libanus heic fuerit, mons notissimus, facile colligitur, illum, non alium, hic indicari. Quamvis forsitan pars ipsius Libani nomine Hor dicta fuit; quod uti haud negare, ita nec affirmare possumus.

p. 119.

Ab הר ההר limes protenditur לבא חמת ad viam quae ducit Chamatham. Aliquando בוא חמת *qua itur Chamatham*, ἁπλῶς pro termino septentrionali terrae Israëliticae collocatur, uti *1. Chron. 13. 5.* ubi David congregasse dicitur כל ישראל *totum populum Israëlis* מן שיחור מצרים ועד לבוא חמת *a Schichor Ægypti usque quo itur Chamatham:* ἀπὸ ὁρίων Αἰγύπτου καὶ ἕως εἰσόδου Ἡμάθ. Ita Graeci. *Num. 13. 21.* רחוב לבוא חמת *Rechob qua iter est Chamatham* constituitur in finibus terrae septentrionalibus. Videtur, esse illa *Rechob* Aseritarum *Jos. 19. 28.* ex qua non potuere expellere Cananaeos *Judic. 1. 31.* Malim enim רחוב pro nomine proprio, quam communi, habere. Josephus terminum Cananaeae, uti illa a Josua definita fuit, scribit fuisse Ἀμαθὴν (ea est חמת)

Antiquit.

Antiquit. IX. 11. quam a Macedonibus Epiphaniam dictam idem scribit *Antiq. I. 7.* & incolas Ἀμαθέας vocat *Ant. V. 1.*

Erat Chamath aliqua urbs vicina Damasco & Arpad. *Jer. 49. 23.* Appellatur Chamath magna *Amos 6. 2.* Sunt, qui Antiochiam hoc nomine dictam volunt. Hieronymus ad *Amos 6.* observat, *Chamath magnam*
p. 120. *esse Antiochiam, aliam vero Chamath Epiphaniam, unde usque hodie* (anno Christi 408. quo haec scripsit) *pergentibus Mesopotamiam prima mansio vocatur Emmas.* Et in *Comm. ad Ezech. 47.* agens de Ribla (quae in terra Chamath sita erat *2. Reg. 23. 33.*) *In Rebla, quae nunc in Syria est Antiochia: & ut scias, Reblam hanc significare urbem, quae nunc in Syria Coele nobilissima est, sequitur contra fontem, quem perspicuum est, significari Daphnen, de quo fonte supra dicta urbs aquis abundantissimis fruitur.* Chaldaeus etiam *Num. 13. 22.* reddidit Chamath אנטוכיא *Antiochiam.* Eusebius ad vocem Ἐμὰθ scribit, se non existimare, esse illam urbem Epiphaniam vicinam Emessae: sed Hieronymus contra, *nobis*, inquit, *videtur, hanc esse Epiphaniam juxta Emesam, quae hodieque Syro sermone, sic dicitur.* Idem ad vocem *Aemath: Ego autem investigans repperi, Emath, urbem Coelesyriae appellari, quae nunc Syro sermone Epiphania dicitur.* Et in epistola ad Dardanum idem confirmat. Miratur Bonfrerius, Hieronymum *hanc urbem dicere Coelesyriae, cum tota Coelesyria videatur fuisse extra terminos terrae Israëlitarum.* Sed fuerit Coelesyria extra terram. Chamath illa nusquam dicitur intra terram Israëliticam fuisse: e contrario, quia fines terrae dicuntur, se extendere *usque quo tendis Chamatham*, colligi posset hinc, Chamath extra terram fuisse. Praeterea etiamsi Chamath fuisset intra terrae Israëliticae fines, potuisset urbs Coelesyriae dici, nam & ab aliis veterum urbes quaedam Israëliticae appellantur urbes Coelesyriae, uti Scythopolis a Josepho *Ant. XIII. 21.* Ceterum Epiphania sita erat ad Orontem, teste Euagrio *Histor. lib. III. 34.* Stephanus: Ἐπιφάνεια, πόλις Συρίας κατὰ Ῥαφανέας ἐν μεθορίοις Ἀρράδα. *Epiphania, urbs Syriae juxta Raphaneas in confiniis Aradi.* Audiamus & alios inter veteres de Chamath. Theodoretus *quaest. 22. in 2. lib. Regum*, ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν Ἐμὰθ τὴν Ἐπιφάνειαν τῆς Συρίας. *Aquilas Emath transtulit Epiphaniam Syriae*, & in Jerem. 46. Ἐμὰθ τὴν Ἐμέσαν λέγει. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη Ἐμὰθ, ἡ νῦν Ἐπιφανεία. *Emath appellat Emesam. Est & altera Emeth dicta Epiphania.* Item Commentar. ad Jerem. 4. Κώμη δὲ ἐστιν ἡ Ῥεβλαθὰ τῆς νῦν καλουμένης Ἐμέσης. Ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι Ἐμὰθ τὴν μεγάλην τὴν Ἐμέσην λέγει. τὴν δὲ ἄλλην Ἐμὰθ τὴν Ἐπιφάνειαν. Οὕτω γὰρ καὶ μέχρι
p. 121. τοῦ παρόντος τῇ ἐπιχωρίῳ καλεῖται φωνῇ. *Reblatha, vicus est Emesae nunc ita dictae. Ut ita perspicuum sit, illum Emath magnam appellare Emesam, aliam autem Emath Epiphaniam. Sic enim usque in hunc diem patrio sermone appellatur.* Josephus quoque *Ant. I. 7.* Ἀμάθην etiamnum suis temporibus ita ab indigenis nuncupari scribit, verum a Macedonibus Ἐπιφάνειαν. Sed vix credo, locum adeo remotum a finibus terrae Israëliticae per Chamath intelligi. Cyrillus, *comm. in Amos p. 312.* Φασὶ δὲ τὴν μὲν Ἀιμὰθ τὴν πλατείαν

πλατείαν ταύτην εἶναι τὴν νῦν Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ μείω καὶ στενότεραν τὴν γειτονά τε καὶ ὅμορον Ἐπιφάνειαν Ἀντιόχου τοῦ ἐπίκλην Ἐπιφανοῦς τὴν μὲν Ἀντιόχειαν, Ἐπιφάνειαν δὲ τὴν ἑτέραν εἰς δόξαν ἰδίαν ὠνομακότος. *Ferunt Emath majorem esse Antiochiam, minorem & angustiorem ei vicinam & conterminam Epiphaniam: Antiochus autem Epiphanes illam quidem Antiochiam, hanc Epiphaniam, ad gloriam suam nuncupavit.* Procopius Gazaeus, in *comm. ad lib. II. Reg.* Βασιλεὺς Ἡμάθ. Ἀκύλας τὴν Ἐπιφάνειαν τῆς Συρίας. *Rex Emath. Aquilas exponit Epiphaniam, urbem Syriae.* Meursius haec appellative reddidit, *Aquila exponit apparitionem vel adventum Syriae.* Sed innui urbem Ἐπιφάνειαν ex aliorum scriptorum testimoniis, quae mox exhibuimus, clarum est.

E quidem mihi non persuadeo, per חמת *Chamath* his in locis, quibus agitur de finibus terrae septentrionalibus, aut Antiochiam aut Epiphaniam indicari, sed alium locum vel in ipsis finibus terrae Israëliticae, aut certe non longule inde situm. Namque ita illa verba, *qua itur versus*, usurpantur in descriptione finium Palaestinae australium *Gen. 10. 19 qua itur Geraram, & qua itur Sodomam & Gomorrham.* Sic *1. Reg. 18. 46. ex Carmel, qua itur Jizreel.* Nimis remota est utraque urbs a finibus illius terrae: quod subjecta tabella clare docebit, in qua urbium Syriacarum intervalla per numeros milliarium Romanorum adscriptos ex Itinerario, quod Antonini vulgo dicitur, distincta indicantur. p. 122.

	* *Antiochia*	*Chalcis*
	1	1
	25	20
	1	1
	Plantanos	*Arra*
	1	1
	24	20
	1	1
	Catela	*Cappareae*
	1	1
	16	16
Occasus	1	1 Ortus
	Laodicea	* *Epiphania*
	1	1
	18	16
	1	1
	Gabala	*Arethusa*
	1	1
	24	16
	1	1
	Balanea	*Emesa*
	1	1
	24	18
	1	1

Antara-

	Antaradus	*Laodicea ad Libanum*
	1	1
	32	32
	1	1
	Arcae	*Conna*
	1	1
	18	32
	1	1
Occasus	*Tripolis*	*Heliopolis* Ortus
	1	1
	36	38
	1	1
	Biblus	*Abila*
	1	1
	21	18
	1	1
	Berytus	*Damascus*
	1	
	30	
	1	
	Sidon.	

p. 123. Tabella ista, quae legenti est ad sinistram, initium capiens ab Antiochia, & finem in Sidone, ostendet, quantum Antiochia absit a terminis terrae Israëliticae, in quibus Sidon erat. Altera tabella, a Chalcide ducta Damascum usque, docebit, quantum & Emesa, habita pro חמת, uti & Epiphania, a Palaestina abfuerint.

Deinde est in finibus Palaestinae septentrionalibus צדד *Zedad* & זפרון *Ziphron*, & חצר עינן *Chatzar Enan*, & *campus*, vel *terra*, *Mizpe*, ad radices montis Chermon, *Jos. 11. 3. 8.* Incertum est, quo intervallo haec disponi debeant. Hieronymus *in Comm. ad Ezech.* scribit: *Zephrona urbem hodie Zephyrium oppidum Ciliciae vocant.* Sed id nimis longe a Palaestina abest. Certiora forsitan erunt, quae ex collatione urbium in finibus Aser & Naphtali, quas tribus notum est omnium maxime septentrionem versus sitas fuisse, possemus conjicere. Nimirum *Chamath* esse idem cum חמת *Chammath* tribus Naphtali. *Ziphron*, Ἐφρωνὰ & Ζεφρωνὰ Graecis, non convenit cum ulla urbium in portione duarum illarum tribuum sitarum magis, quam עברון Ἐβρὼν, in tribu Aser *Jos. 19. 28.* & Ἰαριὼν (aut Ἰερὼν & Ἐρὼν uti alii codices habent) יראון in tribu Naphtali. *Chatzar Enan* videtur חצור עין πηγὴν Ἀσὼρ urbem Nephtaliticam indicare, si vocum situm invertas. *Rechob* urbs Aseritica fuit *Jos. 19. 28.* sed etiamsi haec vera essent, non multum inde juvaremur in vero situ indagando.

Quod

Quod ad terminos Palaestinae attinet descriptos *Gen. 10. 19.* est observatu dignum, Pentateuchum Hebraeo-Samaritanum, non nisi duos tresve extremos memorare, uti fluvium Aegypti & Euphraten vel mare magnum, licet in Codice Hebraeo plurimorum aliorum locorum in finibus sitorum fiat mentio. Contextus Hebraeus ita habet. *Et termini Canaan sunt a Sidone Geraram usque Gazam, qua itur Sodomam, Gomorram, Adamam & Tzeboim usque ad Lescha.* Samaritanus hoc comma ita exhibet ויהי גביל הכנעני מנהר מצרים עד הנהר הגדול נהר פרת ועד הים האחרון *Et fuit terminus Chananaeorum a fluvio Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem & usque ad mare posterius*, i. e. occidentale. Vides insignem differentiam, quae inter Hebraeum, & Samaritanum codicem intercedit.

CAPUT XXVI. p. 124.

DE TERMINIS, QUIBUS PALAESTINA DESCRIBITUR AB ALIIS SCRIPTORIBUS.

Termini Palaestinae pro ratione temporum diversi. Hieronymi sententia de terminis terrae promissae. Ziphron *num Zephyrium Ciliciae. Judaei non acceperunt omnem terram promissam, sed culpa sua. Theodoreti verba huc facientia. Ambrosii opinio totum orbem terrarum Israëlitis promissum. Josephi descriptio Palaestinae & terminorum ejus sua aetate. Termini terrae Israëliticae, stante Templo secundo, ex scriptis Talmudicis eruti.*

Scriptores profani variis modis terminos terrae Israëliticae describunt. Pro ratione enim temporis, quo vixerunt, latius aut minus late terra a Judaeis possessa patuit: atque aliae regiones iis ademtae, aliae adjectae sunt, praecipue stante Templo secundo. Et inter illos, qui terminos terrae Israëlitis a Deo adsignatae, uti in sacro codice constituuntur, observationibus quibusdam illustrare tentarunt, nonnulli sunt, qui putaverint, per Hebraea nomina locorum adsignificari urbes montesque, quos nos quidem longissime remotos a Palaestina arbitramur. Videamus primo, quid Hieronymus, qui ipse diu in Palaestina vixit, uti cognitissimum est, de terminis terrae Israëlitis a Deo promissae, quid Theodoretus, & Ambrosius scriptum reliquerint: dein, quomodo terras Judaïcae ditionis sub imperio Herodum Josephus describat; denique, quid Talmudici de finibus terrae a Judaeis ex captivitate Babylonica reducibus possessae tradant.

Terminos terrae, uti promissa est *Num. 34. 3.* ita describit Hieronymus in *Epist.* ad Dardanum. *Terram repromissionis dici, quae in Numerorum volumine continetur a meridie maris salinarum per Sina & Cades barne, usque ad torrentem Aegypti, qui juxta Rhinocoruram mari magno influit: & ab occidente*

 ipsum

p. *ipsum mare, quod Palaestinae, Phoenice, Syriae Coele, Ciliciaeque praetenditur: ab*
125. *aquilone Taurum montem & Zephyrium usque Emath, quae appellatur Epiphania Syriae: ad orientem vero per Antiochiam & lacum Cenereth, quae nunc Tiberias appellatur, & Jordanem, qui mari influit Salinarum, quod nunc mortuum dicitur: trans Jordanem autem duarum semis tribuum possessio est, Ruben & Gad & dimidiae tribus Manasse.* Emenda obiter in hoc loco vocem *Sina*, & substitue *Sin*; nec enim Sina huc pertinet, & liquidum est, Sin legendum esse ex *Numer. 34. 4.* Idem in *comm. ad Ezech. 7.* terminos terrae *Numer. 34.* adsignatos describit, sed nimis longe nos ducit per צפרון intelligens *Zephyrium* Ciliciae oppidum, per montem altissimum Taurum; Judaei vero quidam Amanum eo nomine intelligunt, uti ipse notat, & hoc firmatur ex Talmude.

Longius hos extendit Hieronymus ad *cap. 20. Ezech. Inclytam esse terram Judaeae & cunctis terris fertiliorem dubitare non poterit, qui a Rhinocorura usque ad Taurum montem & Euphratem fluvium cunctam consideraverit terram, & urbium potentiam amoenitatemque regionum, Palaestinam videlicet & Phoenicen, Arabiam, Syriam Coelen, Ciliciam & caeteras regiones, quas Israëli, si Dei praecepta servasset, Dominus repromisit: quas quia non accepit, vitium fuit incredulitatis ejus. Nam & in ipsa Palaestina Judaeaque provincia gentes plurimae remanserunt, quae non sunt ejectae. Neque enim sponsor in crimine est, si ille, cui repromittitur, indignum se fecerit sponsione, praesertim quum proponatur optio promittentis:* si, volueritis & audieritis me, quae bona sunt terrae, comedetis. Sin autem nolueritis, gladius devorabit vos.

Ad illustrationem sententiae hujus Hieronymianae faciunt haec, quae leguntur apud Theodoretum quaest. 59. in *Exodum.* Πῶς ἐπαγγειλάμενος ὁ θεὸς μέχρι τοῦ Εὐφράτου τοῦ ποταμοῦ παραδώσειν αὐτοῖς τὴν γῆν, οὐκ ἐπλήρωσε τὴν ὑπόσχεσιν. *Quam ob rem factum sit Deum, qui promiserat se daturum iis terram usque ad Euphraten,* (Deut. 1. 7.) *promissis non steterit.* Διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου τοῦτο σαφέστερον πεποίηκεν ὁ θεός. Πέρας γάρ φησι λαλήσω ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλείαν, τοῦ οἰκοδομεῖν καὶ καταφυτεύειν· καὶ ἔσται ἐὰν
p. σραφὲν τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ποιήσῃ πονηρὰ, ΟΥ ΜΗ ΕΠΑΓΑΓΩ ΕΠ' ΑΥΤΩΙ
126. ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΑΓΑΘΑ ΟΣΑ ΕΛΑΛΗΣΑ, καὶ τὰ ἑξῆς. Εἰσήγαγε τοίνυν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἣν ἐπηγγείλατο γῆν. Ἐπειδὴ δὲ φυλάξαι τὸν θεῖον οὐκ ἠθελήθησαν νόμον, οὐ πᾶσαν αὐτοῖς παρέδωκεν, ἀλλ' ἔιασε τινὰς διηνεκῶς αὐτοῖς πολεμοῦντας, ἵνα πολεμούμενοι τὴν θείαν αἰτῶσι βοήθειαν, καὶ τοῦτο διαφερόντως ἡ τῶν Κριτῶν ἱςορία διδάσκει. Δαβὶδ μέν τοι τῷ βασιλεῖ καὶ τούτους ὑπέταξε. καὶ γὰρ οἱ ἀλλόφυλοι Φόρους ἐδίδοσαν· καὶ Συρία Δαμασκοῦ, καὶ Συρία Σοβᾶ, καὶ Σολομῶν δὲ ἕως ηὐσέβει, ταύτην εἶχε τὴν δυναςείαν· ἀποκλίνας δὲ εἰς ἀσέβειαν, τῆς ἐξουσίας ἐξέπεσε, καὶ τοῦτοις δὲ δώσειν ἐπηγγείλατο, τοὺς ἐντολὰς καὶ τὸν νόμον φυλάττουσιν. *Manifestum magis hoc fecit Deus per Jeremiam* (Jerem. 18. 9.) ad summam enim, ait, loquar super gentem & regnum ad aedificandum & plantandum: & erit si conversa gens illa fecerit mala, NON APPORTABO EI CUNCTA BONA, QUAE LOCUTUS SUM, &c. *Intro-*

troduxit igitur illos Deus in terram promissam. Posteaquam vero noluerunt servare legem Divinam, non praestitit iis universam, sed quosdam reliquit, qui cum illis assidue pugnarent, ut oppugnati divinum auxilium peterent: & hoc diserte narrat historia Judicum. Hos tamen subjecit Davidi regi: & Philistaei tributum solverunt, & Syria Damascena, & Syria Soba. Salomon quoque, quamdiu pie vixit, eo imperio potitus est, ubi vero declinavit ad impietatem, privatus est imperio. His denique se daturum promisit, qui praecepta & legem observarent. Eandem quaestionem discutit *quaest. 2.* in Josuam, & *quaest. 7.* in *lib.* Judicum, dicitque, Deum non promisisse iis eam terram ἁπλῶς, sed hac conditione, si servarent mandata sua, & *Jud. 2.* Deum eos monere, se non expulsurum porro coram iis Cananaeos, quos se expulsurum dixerat, quia voci Dei non obtemperaverant, & quae plura illic legi queunt; nam longiora sunt, quam ut hic inseri debeant: quibuscum confer dicta superius *cap. IX.*

At nemo est, qui terminos terrae Abrahamo & semini ejus promissae longius extendat quam Ambrosius, qui *lib. II.* de Abrahamo Patriarcha *cap. 7.* ex his Dei verbis, *Respice oculis & vide a loco, in quo nunc es, ad Africum & aquilonem & orientem & mare, quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam & semini tuo,* colligit universum terrarum orbem hac de- p.
scriptione indicari. Audiamus ipsum. *Hinc tanquam a fonte hauserunt* 127.
Stoici philosophi dogmatis sententiam, omnia sapientis esse: oriens enim & occidens septentrio & meridies portiones sunt universitatis. His enim totus mundus includitur. Haec cum promisit Deus daturum se Abrahae, quid aliud declarat, nisi sapienti & fideli praesto omnia deesse nihil. Et mox. *In possessionem tibi dabo mundum, quem Deum ante credebas. Perambula terram, in longitudinem & latitudinem ejus. Utique intra momentum terram istam Persarum inclusam imperiis ab Indiae quoque litoribus ad Herculis, ut ajunt, columnas vel Britanniae extrema confinia non potuit perambulare.*

Josephus terras ditionis Judaïcae sui temporis describit luculenter *lib. III. de bell. cap. 2.* primum quidem utramque Galilaeam, unde liquet, quos terrae Israëliticae terminos tribuat a septentrione; deinde Peraeam, unde discimus, quinam fuerint termini ad ortum; tum Samariam & Judaeam, qua ratione fines terrae australes innotescunt. Galilaeae descriptionem his verbis complectitur. Δύο δ' οὖσας τὰς Γαλιλαίας, τήν τε ἄνω, καὶ τὴν κάτω προσαγορευομένην, περιέχει μὲν ἡ Φοινίκη καὶ Συρία· διορίζει δὲ ἀπὸ μὲν δύσεως ἡλίου Πτολεμαΐς, τοῖς τῆς χώρας τέρμασι, καὶ Κάρμηλος τὸ πάλαι μὲν Γαλιλαίων, νῦν δὲ Τυρίων ὄρος· ὦ προσέχει Γάβα πόλις ἱππέων, ἄτως ἀγορευομένη, διὰ τὸ τοὺς ὑφ' Ἡρώδου τοῦ βασιλέως ἀπολυομένους ἱππεῖς ἐν αὐτῇ κατοικεῖν· ἀπὸ δὲ μεσημβρίας, Σαμαρίς τε, καὶ Σκυθόπολις μέχρι τῶν Ἰορδάνου ῥείθρων· πρὸς ἕω δὲ Ἱππηνή τε, καὶ Γαδαρὶς ἀποτέμνεται. καὶ ἡ Γαυλανῖτις αὕτη, καὶ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας οἱ ὅροι. Τὰ προσάρκτια δὲ αὐτῆς Τύρῳ τε καὶ Τυρίων χώρᾳ περατοῦται· καὶ τῆς μὲν κάτω καλουμένης Γαλιλαίας, ἀπὸ Τιβεριάδος μέχρι Χαβολῶν ἧς, ἐν τοῖς ταραλίοις Πτολεμαΐς

γείτων τὸ μῆκος ἐκτείνεται· πλατύνεται δὲ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κειμένης κώμης, Ξαλωθ καλεῖται, μέχρι Βηρσάβης, ἣ καὶ τῆς ἄνω Γαλιλαίας εἰς εὖρος ἀρχὴ μέχρι Βακὰ κώμης, αὕτη δὲ τὴν τῶν Τυρίων γῆν ὁρίζει· μηκύνεται δὲ μέχρι Μηρὼθ ἀπὸ Θελλᾶ κώμης Ἰορδάνε γείτονος· τηλικαῦται δὲ οὖσαι τὸ μέγεθος, καὶ τοσαῦτοις ἔθεσιν ἀλλοφύλοις κεκυκλωμέναι, πρὸς πᾶσαν ἀεὶ πολέμε πεῖραν ἀντέσχον, μάχιμοί τε γὰρ ἐκ νηπίων καὶ πολλοὶ πάντοτε Γαλιλαῖοι,
p. καὶ ἔτε δειλία ποτὲ τὰς ἄνδρας, ἔτε λειπανδρία τὴν χώραν κατέσχεν· ἐπειδὴ
128. πίων τε πᾶσα καὶ ἔυβοτος, καὶ δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος, ὡς ὑπὸ τῆς εὐπαθείας προσκαλέσασθαι, καὶ τὸν ἥκιςα γῆς φιλόπονον· προσησκήθη γᾶν ὑπὸ τῶν οἰκητόρων πᾶσα, καὶ μέρος αὐτῆς ἀδὲν ἀργόν· ἀλλὰ καὶ πόλεις πυκναὶ, καὶ τὸ τῶν κώμων πλῆθος, πανταχᾶ πολυάνθρωπον διὰ τὴν εὐθηνίαν, ὡς τὴν ἐλαχίςην ὑπὲρ πεντακισχιλίας πρὸς τοῖς μυρίοις ἔχειν οἰκήτορας καθόλε δὲ εἰ καὶ τῷ μεγέθει τὶς ἐλαττώσειε τῆς Περαίας τὴν Γαλιλαίαν, προέλοιτο δ' ἂν τῇ δυνάμει· ἡ μὲν γὰρ ἐνεργὸς ὅλη, καὶ συνεχῆς ἐςι καρποφόρος. Vetus interpres. *Duae sunt autem Galilaeae, quae superior & inferior appellantur, easque Phoenice & Syria cingunt. Discernit vero ab Occidente Ptolemais territorii sui finibus, & quondam Galilaeorum, nunc autem Tyricorum, mons Carmelus: cui conjuncta est Gaba civitas equitum, quae sic appellatur, eo quod equites ab Herode rege dimissi coloni eo deducebantur. A meridie autem Samaritis & Scythopolis usque ad flumen Jordanem. Ab Orientem vero Hippene & Gadaris, sed & Gaulanitis definit, qui etiam regni Aegrippae fines sunt. Septentrionalis autem ejus tractus Tyro, itemque Tyricorum finibus terminatur. Inferioris quidem Galilaeae longitudo à Tiberiade usque ad Zabulon, cui vicina est in locis maritimis Ptolemais, protenditur. Latitudine autet patet a vico Xaloth, qui in magno campo situs est, usque ad Bersaben: unde etiam superioris Galilaeae latitudo incipit neque ad Baca vicum, qui terram dirimit Tyriorum. Longitudo vero ejus a Thella vico Jordani proximo usque ad Meroth extenditur. Sed cum tantae sint utraeque magnitudine, tantisque gentibus alienigenis cinctae, semper tamen omnibus belli periculis restiterunt, nam & pugnaces sunt ab infantia Galilaei & omni tempore plurimi, neque aut formido unquam viros, aut eorum penuria regiones illas occupavit: quoniam totae opimae ac fertiles sunt, omniumque generum arboribus consitae, ut etiam minime agriculturae studiosos ubertate sua provocent, denique excultae sunt ab incolis totae, nec pars ulla est earum otiosa: quin & civitates ibi crebrae sunt, & ubique multitudo vicorum propter opulentiam populosa, ut qui sit minimus, supra quindecim millia colonorum habeat: prorsus, ut etiam si quis magnitudine minorem Galilaeam dixerit, quam trans*
p. *fluvium regionem, viribus tamen eam praetulerit: haec enim universa colitur,*
129. *tota fructuum ferax: at illa quae trans flumen est, licet multo major sit, pleraque tamen aspera atque deserta est, & nutriendis fructibus mansuetis inhabilis.*

In hac descriptione Galilaeae duo emendavi quae in vulgatis codicibus aliter leguntur. Ζαβελὼν, ῆς substitui pro Χαβελώνης. Scriptura vulgata & distinctio aptum sensum non fundit, Καὶ τῆς μὲν κάτω Χαβελώνης. Ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαῖς γείτων τὸ μῆκος ἐκτείνεται. Haec non cohaerent. Zabulon autem illa vicina Ptolemaïdi urbs est, de qua Jose-

Josephus *lib. 11. de bello, cap. 22.* Ἀναλαβὼν δὲ μέρος τῆς δυνάμεως Κέστιος ὥρμησεν ἐπὶ πόλιν καρτεραὶν τῆς Γαλιλαίας Ζαβελὼν, ἣ καλεῖται ἀνδρῶν διορίζει δὲ ἀπὸ τᾶ ἔθνες τὴν Πτολεμαΐδα. *Cum abducta exercitus parte Cestius in validissimam Galilaeae civitatem contendit Zabulon, quae appellatur virorum, & a Judaeorum finibus Ptolemaida discernit.* Videtur interpres τῶν Ἰεδαίων legisse. Ibidem notat oppidum hoc domos habuisse θαυμαςᾶ κάλλες *admirabili pulchritudine, ὁμοίως ταῖς ἐν Τύρῳ Σιδῶνι καὶ Βηρυτῷ δεδομημένας, & simili modo, quo Tyriae, Sidoniae, & Berytiae erant, exstructas.* Alterum, quod in verbis Josephi mox exhibitis mutavi, est Γάβα pro Γάμαλα. Rufinus ita legit: & Gabam in confiniis Ptolemaidis sitam fuisse docet nos Josephus, *in vita sua pag. 1007.* Βασαρὰν πόλιν ἐν μεθορίοις τῆς Πτολεμαΐδος κειμένην εἴκοσι δ' ἀπέχεσαν ςάδια τῆς Γαβᾶς. *Basaram urbem in confiniis Ptolemaidis sitam, remotam vero a Gaba viginti stadia.* Idem confirmatur ex eodem *lib. 11. de bello, cap. 19.* ubi post Cydissum sive Cadesch Tyriorum & Ptolemaïda Gaba memoratur, Ἐχώρεν ἐπὶ Κέδασαν τὴν Τυ- p.
ρίων καὶ Πτολεμαΐδα, Γάβαν τε καὶ Καισάρειαν. Ἀντέσχε δὲ οὐδὲ Σεβαςὴ ταῖς 130.
ὁρμαῖς αὐτῶν. *Profecti sunt ad Cedasam Tyriorum & Ptolemaida, Gabam quoque & Caesaream. Nec Sebaste incursui eorum obstitit.* Ex his clarum esse videtur, Gabam fuisse sitam in via, quae ducit a Ptolemaïde Sebasten ad ortum Ptolemaïdis. Plura de aliis locis a Josepho hic memoratis, *Bersabe, Baca, Thella,* reliquisque notabuntur libro tertio, quo de urbibus & vicis Palaestinae data opera agemus.

Reliqua ad Palaestinae & terminorum ejus descriptionem facientia his verbis prosequitur Josephus. Ἡ Περαία δὲ, πολὺ μείζων, ἔρημος δὲ καὶ τραχεῖα τὸ πλεὸν πρός τε καρπῶν ἡμερῶν αὔξησιν ἀγριωτέρα· τόγεμην μαλθακὸν ταύτης, καὶ τὸ πάμφορον, καὶ τὰ πεδία δένδρεσι κατάφυτα ποικίλοις, τὸ πλεῖςον δὲ, εἰς ἐλαίαν τε καὶ ἄμπελον καὶ φοινικῶνας ἤσκηται, διαρδομένη χειμάῤῥοις τὲ τοῖς ἀπὸ τῶν ὀρῶν, καὶ πηγαῖς ἀενναόις ἄλις, εἴποτε ἐκεῖνοι Σειρίῳ φθίνοιεν· μῆκος μὲν ἂν αὐτῆς ἀπὸ Μαχαιρεᾶντος εἰς Πέλλαν, εὖρος δὲ ἀπὸ Φιλαδελφείας μέχρις Ἰορδάνε· καὶ Πέλλη μὲν ἣ προειρήκαμεν τὰ πρὸς ἄρκτον ὁρίζεται, τὰ πρὸς ἑσπέραν δὲ Ἰορδάνη, μεσημβρινὸν δὲ αὐτῆς πέρας ἡ Μωαβῖτις, καὶ πρὸς ἀνατολὴν Ἀραβίᾳ τε, καὶ Σιμωνίτιδι· πρὸς δὲ, Φιλαδελφηνῇ, καὶ Γεράσοις ἀποτέμνεται. *Peraea sane mollities & ingenium fructuosum, campos habet cum variis arboribus consitos, tum maxime olivetis ac vineis & palmetis excultos: irrigatur autem abunde montanis torrentibus, & fontibus aquae perennis, quoties illi Sirio aestuante defecerint. Et longitudo quidem ejus est a Machaerunte in Pellam: latitudo vero a Philadelphia usque ad Jordanem. Et Pella quidem, quam supra diximus, Septentrionalis ejus est tractus: occiduus vero Jordanes: meridianum autem Moabitis regio terminat, ab Oriente autem Arabia & Silbonitide, nec non & Philadelphia,* (mallem *Philadelphine*) *itemque Gerasis clauditur.*

Pro Γεράροις substitui Γεράσοις: ita Rufinus legit, & codex manuscriptus Academiae Lipsiensis: & tum loci situs id suadet, tum verba Josephi, *lib. 11. de bello, cap. 19.* ubi eadem loca junguntur Φιλαδέλφεια, Γεβω-

Γεβωνῖτις, Γέρασα & Πέλλα. Verum Γεβωνῖτις illic est, quod Σιλβωνῖτις nic, uti Ruhnus legit & codex MS.us Academiae Lipsiensis. Regio dicta erit ab oppido Silbon Silbonitis, uti Ἐσσεβωνῖτις apud Josephum *Antiq. XII. 5.* ab Ἐσσεβὼν sive Cheschbon. Philadelphia porro ubi sita fuerit, al quo modo colligitur ex eo, quod Eusebius scribat in Onomastico, Jazer abesse 10. milliaria a Philadelphia & 15. a Cheschbone. Cheschbon autem ipsa 20. milliaria aberat a Jordane. Ergo latitudo Peraeae ab ortu versus occasum major non fuit quam 45. milliarium Romanorum.

Audiamus porro Josephum reliquas Palaestinae partes & terminos earum describentem *lib. III de bello cap. 2.* Ἡ δὲ Σαμαρεῖτις χώρα, μέση
p. μὲν τῆς Ἰουδαίας ἐστὶ, καὶ τῆς Γαλιλαίας· ἀρχομένη γὰρ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ μεγάλῳ
131. πεδίῳ κειμένης Γεναίας ὄνομα κώμης, ἐπιλήγει τῆς Ἀκραβατηνῶν τοπαρχίας· φύσιν δὲ τῆς Ἰουδαίας κατ' οὐδὲν διάφορος· ἄμφω τε γὰρ ὀρειναὶ καὶ πεδιάδες, εἰς τε γεωργίαν μαλθακαὶ, καὶ πολύφοροι, καταδένδροί τε, καὶ ὀπώρας ὀρεινῆς καὶ ἡμέρου μεστοί. Προσαρδεύεσθαι γὰν οὐδαμῶ μὲν φύσει δαψιλὲς, ὕονται δὲ τὸ πλέον γλυκὺ δὲ ὕαμα πᾶν διαφόρος ἐν αὐταῖς, καὶ διὰ πλήθος πάσας ἀγαθῆς, τὰ κτήνη πλέον, ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα· μέγιστον γε μὴν τεκμήριον ἀρετῆς καὶ εὐθηνίας, τὸ πληθύειν ἀνδρῶν ἑκατέρων· μεθόριος δὲ αὐτῶν ἡ Ἀνεὰθ Βορκέως προσαγορευομένη κώμη, πέρας αὕτη τῆς Ἰουδαίας, τὸ πρὸς Βορέαν· τὰ νότια δὲ αὐτῆς ἐπὶ μῆκος μετρουμένης ἀρίζει, προσκυροῦσα τοῖς Ἀράβων ὅροις, κώμην καλοῦσιν αὐτὴν Ἰαρδὰν οἱ τῆδε Ἰουδαῖοι· εὖρος γε μὴν ἀπὸ Ἰορδάνου ποταμοῦ μέχρις Ἰόππης ἀναπέπταται· μεσαιτάτη δὲ αὐτῆς πόλις τὰ Ἱεροσόλυμα κεῖται· παρὸ καὶ τινες ἐκ ἀσκόπως ὀμφαλὸν τὸ ἄστυ τῆς χώρας ἐκάλεσαν. Ἀφήρηται δὲ οὐδὲ τῶν ἐκ θαλάσσης περιπνῶν ἡ Ἰουδαῖα, τοῖς παραλίοις κατατείνουσα μέχρι Πτολεμαΐδος. Μερίζεται δὲ εἰς ἕνδεκα κληρουχίας, ὧν ἄρχει μὲν ὡς βασίλειον τὰ Ἱεροσόλυμα, προανίσχουσα τῆς περιοίκου πάσης, ὥσπερ ἡ κεφαλὴ σώματος, αἱ λοιπαὶ δὲ μετ' αὐτὴν διήρηνται τὰς τοπαρχίας. Τόφνα δευτέρα, καὶ μετ' αὐτὴν Ἀκραβατταὶ, Θαμνὰ πρὸς ταύταις, καὶ Λυδδὰ, καὶ Ἀμαῦς, καὶ Πέλλη, καὶ Ἰδουμαία, καὶ Ἐγγαδαὶ, καὶ Ἡρώδειον, καὶ Ἱεριχοῦς, μεθ' ἃ Ἰάμνια, καὶ Ἰόππη τῶν περιοίκων ἀφῆλται. Κάπὶ ταύτης, ἥτε Γαμαλιτικὴ, καὶ Γαυλανῖτις, Βαταναία τε καὶ Τραχωνῖτις, αἳ καὶ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας εἰσὶ μοῖραι· ἀρχομένη δὲ ἀπὸ Λίβανου ὄρους καὶ τῶν Ἰορδάνου πηγῶν ἡ χώρα, μέχρι τῆς Τιβεριάδος λίμνης εὐρύνεται· ἀπὸ δὲ κώμης καλουμένης Ἀρφᾶς, μέχρις Ἰουλιάδος ἐκτείνεται τὸ μῆκος· οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν μιγάδες Ἰουδαῖοι τε καὶ Σύροι. *Samariensis autem regio inter Judaeam quidem & Galilaeam sita est: incipiens enim a vico in planicie posito, cui nomen est Gincea, in Acrabatenam desinit toparchiam: sed natura nihil a Judaea discrepat, nam utraeque montosae sunt & campestres, agrosque colendo molles atque optimae, nec non & arboribus plenae: pomisque tam sylvestribus quam mansuetis abundant, eo quod natura sunt aridae, imbriumque satis habent: dulces autem per eas supra modum aquae sunt, bonique graminis copia; praeter alias earum pecora lactis abundant. Quodque maximum virtutis atque opulentiae*
p. *specimen est, utraque viris referta est. Harum confinium est Anuath vicus,*
132. *qui etiam Borceos appellatur. Judaeae limes a Septentrione. Meridiana vero*

pars

pars ejus, si in longitudinem metiare, adjacenti vico Arabam finibus terminatur, cui nomen est Jarda. Latitudo sane a Jordane flumine usque ad Joppem explicatur. Media vero ejus est Hierosolyma: unde quidam non sine ratione umbilicum ejus terrae eam urbem vocaverunt. Sed nec marinis quidem Judaea deliciis caret, ad Ptolemaidem usque locis extenta maritimis. In undecim autem sortes divisa est: quarum prima est tanquam regia Hierosolyma, prae caeteris inter omnes accolas eminens, velut caput in corpore: aliis vero post hanc toparchiae sunt distributae. Gophna est secunda, & post eam Acrabata, ad hoc Tamna, & Lydda, itemque Ammaus, & Pella, & Idumaea, & Engadda, & Herodium, & Hierichus: deinde Jamnia & Joppe finitimis praesunt. Et praeter has Gamalitica, & Gaulanitis, & Batanaea, & Trachonitis: quae etiam regni Agrippae partes sunt. Eadem vero terra incipiens a monte Libano & fontibus Jordanis, usque ad Tiberiadi proximum lacum latitudine panditur; a vico autem, qui appellatur Arphas, (mallem Arpha) ad Juliada oppidum longitudine tendit: habitatur ab incolis Judaeis Syrisque permixtis.

Accedamus nunc ad testimonia Talmudicorum de finibus terrae Israëliticae, stante templo secundo, quando nimirum non iisdem se finibus continuit possessio Judaeorum, & variorum regum populorumque potestati subjecta gens, modo has, modo illas, cedere victoribus urbes debuit. Magna portio regionis cis Jordanem iis a condito Templo secundo usque ad ejus excidium defuit, per Samaritanos occupata. Phoenices quoque oram litoralem ab Aco (cujus pars extra terram Israëliticam censetur a Talmudicis) septentrionem versus tenuerunt & Galilaeam ab ea parte arctarunt. In ipsa Galilaea urbes aliquae gentibus cesserant, uti & in Peraea adsitisque ei regionibus trans Jordanem, vel mixtim a Judaeis & gentibus habitabantur. Ab Austro Idumaei aliique irrumpentes magnam portionem Judaeae sibi vindicarunt. Vicinus Lyddae vicus Caphar Lodim ipse extra terram Israëliticam fuisse censetur, in initio *Cod. Gittim.* Quae spatia, quum pro ratione temporum diverso modo aucta atque imminuta fuerint, nec ob defectum monu- p.
mentorum veterum ea accurate definiri posse existimem, id a me fru- 133.
stra quis exspectet. Notabitur tamen suis locis, quum de singulis urbibus agetur, si quid ex Josepho, Chasmonaeorum libris, aliisve deprehendi queat, quo edocemur, quando Judaeis ademtae, quando redditae sint, uti de Chesbone, Medeba, Pella aliisque Josephus *Antiquitat. 13. 23.* narrat. Meretur quoque insigne testimonium doctorum Talmudicorum in Gemara Hierosolymitana Scheviith *fol. 36. col. 3.* omnino hic adscribi (quod & Ligtfootus exhibet *cap. 11.* centuriae chorographicae Horis in Matthaeum praemissae) in quo fines terrae, quam occuparunt Judaei reduces facti Babylone his verbis describuntur, תחומי ארץ ישראל כל שהחזיקו עולי בבל מגדל שיד ושיג' (ושינ' Ligtf.) דרור ושורא דעכו וקציריא דגלילא וכברתה ובית זניתה וקובעיא ומילתה דכיר ובוריי רבתא תפנים וסיפיה ומחרתא דייתיר וממציא דאבתתא וראש מי געתון וגעתון

וגערתון עצמה מי ספר ומרחשת ומגדל חרוב ואולם רבתא ונוקבתא דעיון
ותוקרת ברכה רבא ובר סנגדא ותרנגולא עילאה דלמעלה מן קיסרין
ותרכונא דמתחם לבוצרה ומלח דזרכאיי וגמרים ובית סכל וקנת ורפיח
דחגרא ודרך הגדולה ההולכת למדבר חשבון ויבקא ונחלא דזרד
ויגר שהדותא רקם דגועה וגניא דאשקלון (Ligtf. דזרד) Notandum, fines heic ita circumduci, ut ab Oceano fiat initium circa urbem Aco, & deinde per plurima loca Galilaeae, (incertum fuerintne urbes, vici, aut regiones, quum & fluvii & viae & tractus recenseantur) pleraque incognita, usque ad Tarnegola supra Paneada sitam, & inde porro per Trachonitin & Peraeam usque ad Rekam (i. e. Petram) & Ascalona duci. Quaedam ex his nota sunt, uti Aco, Ijon, Tarnegola, Bozra, Canatha, via ducens ad desertum Chesbonis, Jaboc amnis, Zared, Petra testimonii (*Gen. 31. 47.*) Rekam, & γωνία Ascalonis. קצריא דגלילא *Caesarea* non est (nam illam mox קיסרין nuncupat) sed קצירה
p. (uti alias scribitur) vel קצרה של ציפורין, *Gemar. Hier. Nedarim fol. 38.*
134. *col. 4.* id est, *Kezera, Tzipporiensium*, hinc dicta דגלילא *Galilaïca.* מגדל חרוב videtur esse eadem cum חרוב in *Gemara Hierosolymitana Demai fol. 22. cap. 4.* quae statim promemus. Reliqua incerta fere sunt, & de multis ambigi potest (ne de suspicione erroris librariorum loquamur) sintne nomina propria locorum, an vero communia (nulla enim sunt propria rerum nomina, quae non fuerint communia) adeoque fatendum de iis, veteri formula, non liquere. Dabunt tamen illa conjecturis locum, ubi urbis vicive nomen haud multum diversum invenerimus.

Addamus & alterum locum ex Gemara Hierosolymitana Demai, *fol. 22. columna 4.* ubi urbes quaedam in finibus terrae Israëliticae sitae recensentur, primo quidem prohibitae respectu decimarum, deinde permissae. Verba haec sunt אילו עיירות אסורות בתחומים צור
שצת וכצת ופי מצובה וחנותה עלייתה וחנותה תחתיה וכיר ברויא וראש
מיא ואמין: אמר ר' מנא הדא דאת אמר בראשונה: אבל עכשיו יש
סיסיתה עינוש ועין תרע ורם ברין ועיון ויעדוש וכפר וחרוב ונוב וחספיה
וכפר צמח. Mox urbes permissae sequuntur, אילו עיירות שהן מותרות
בתחום נבי צור וציר וגשמיי וזוויין ויגדי חמס ודבב חרבתיה וכרכה דבר
הזרג חר טעין צור: דצימוקין עאל לטברייא videtur esse locus Τύρος dictus in confiniis Arabiae & Peraeae, quem Hyrcanus munivit, teste Josepho *Antiquit. XII. 5.* חנותה *Canotha* esse videtur, quae hic duplex superior & inferior. Susitham esse Hippon non est improbabilis Ligtfooti conjectura. חספיה vide an non sit Χασφὶν *2. Macc. 12. 17.*

CAP.

CAPUT XXVII.

p. 135.

DE PARTITIONE TERRAE ISRAELITICAE FACTA INTER POSTEROS CANAAN, ANTE ADVENTUM ISRAËLITARUM.

Primi incolae terrae Israëliticae qui. Septem populi primarii. Quare aliquando decem, aliquando quinque aut sex modo, recenseantur. Filii Canaanis undecim. Arvadaei num Aradii. Chittaeorum sedes quae. Girgaschaei num iidem, qui Γεργασηνοί. *Emoraei & cis & trans Jordanem. Cananaeorum sedes quae. Perizzaei qui. Chivvaei* Gen. 15. 19. *in contextu Hebraeo non memorati, sed in codicibus Graecis nomine* Ἐυαίων. *Jebusaei circa Hierosolymam quaerendi. Kenaei, Kenizzaei, Cadmonaei & Rephaei ubi.* Γεφυραῖοι *in Boeotia qui.*

A Conspectu terminorum Palaestinae ad partitiones ejus, quae variis temporibus factae sunt diverso modo, progredimur. Primo quidem videbimus, qua ratione haec regio distributa fuerit a posteris Canaan, antequam ab Israëlitis occuparetur. Dein quomodo inter tribus duodecim Israëliticas universa fuerit distributa. Tum quo pacto Salomon illam in partes duodecim secreverit. Postea in quas partes, stante Templo secundo, & deinceps divisa fuerit.

Septem gentes inhabitasse terram Canaan dicuntur ante adventum Israëlitarum *Deut. 7. 1. Jos. 3. 10. Act. 13. 16.* & alibi, 1. Chittaei. 2. Girgasaei. 3. Emoraei. 4. Cananaei. 5. Perizzaei. 6. Chivvaei. 7. Jebusaei. Hi omnes dicuntur pugnasse contra Israëlitas, quum duce Josua Jordanem trajecissent *Jos. 24. 11.* (ubi Jerichuntini iis accensentur) quod non ita debet intelligi, ac si nullae gentes ex his, aut nulla portio harum gentium, in regione trans Jordanem fuissent; nam eodem capite, commate 8. dictum fuerat: *adduxi vos in terram Emoraeorum habitantium in regione trans Jordanem*, quo nomine gentes duas praeerant
Sichon & Og intelligi, clarum est ex eo, quod eodem capite commate p. 136.
12. dicatur, *expulsas esse gentes* cis Jordanem habitantes, *uti duos Reges Emoraeos:* quos Sichonem & Ogum esse liquere existimo. Nonnunquam decem gentes recensentur, uti *Gen. 15. 19. & seqq.* 1. Kenaei. 2. Kenizzaei. 3. Cadmonaei. 4. Chitthaei. 5. Pherizzaei. 6. Rephaim. 7. Emorhaei. 8. Cananaei. 9. Gergesaei. 10. Jebusaei. Nimirum illic non tantum incolae terrae Canaan, sed & Libani & regionum aliarum ad Euphraten usque numerantur. Chivvaei hic non memorantur (qui tamen adduntur in versione Graeca loco nono καὶ τὸς Χαναναίους καὶ τὸς Ἐυαίους καὶ τὸς Γεργεσαίους, & in contextu Pentateuchi Hebraeo-Samaritani, atque in versione Samaritana, ויר החוי) & adduntur Kenaei, Kenizzaei, Cadmonaei & Rephaim. Alibi quinque tantum aut sex gentes recensentur, vid. *Exod. 3. 8.* & *13. 5.* & *23. 23.* cujus rei variae

riae causae probabiles, nulla certa, dari possunt; nimirum praecipuas nominari, neglectis reliquis, quae aut nullo numero postea censitae fuerint, aut deletae ab aliis, absorptaeve vel latentes sub peregrino nomine, aut in alias regiones migraverint.

Eo autem loco, quo prima posterorum Canaanis & regionis ab iis inhabitatae fit mentio, id est, *Gen. 10. 15.* recensentur hi filii Canaanis.

I. צידן *Tzidon.*	VII. הערקי *Arcki.*
II. חת *Cheth.*	VIII. הסיני *Sini.*
III. האמרי *Emori.*	IX. הארודי *Arvadi.*
IV. היבוסי *Jebusi.*	X. הצמרי *Tzemari.*
V. הגרגשי *Girgaschi.*	XI. החמתי *Chamathi.*
VI. החוי *Chivi.*	

Sedes horum describitur *commate 19.* ויהי גבול הכנעני מצידן וגו׳ Erat terminus Cananaeorum a Sidone, qua itur Geraram, usque Gazam, qua itur Sodomam & Gomorram usque ad Lascham.

p. 337. Ex his certum est, primas sedes posterorum Canaanis inter Sidonem & Gazam compingendas, nec ultra Sidonem versus septentrionem procurrendum esse aut ultra Gazam versus meridiem. Nec dicendum est, quum haec nomina explicantur, *Arvad* esse incolas Aradi aut Antaradi (quemadmodum in Targum Hierosolymitano hoc loco, *Gen. 10.* pro הארודי legitur אנטרדאי & Graeci interpretes habent Ἀράδιον. Josephus *Antiq. V. 1.* Ἀρουδαῖος Ἄρουδον τὴν νῆσον ἔσχεν *Arudaeus insulam Aradum occupavit*) Arci esse Arcitas ad Libanum, &c. quum ita extra terminos in sacro Codice constitutos promoveantur. At hoc dici potest, Arvadaeos pristinam sedem mutasse, quae intra Sidonem & Gazam fuit, eamque postea fixisse eo loco, quo Aradus fuit: atque ita de ceteris, quorum plurimi a Josua pulsi alio se receperunt. Fixum itaque hoc ratumque maneat, terram Canaan vere inter Sidonem & Gazam, urbes in extremis terrae finibus hinc & inde sitas, collocari debere: & videamus, quid de sedibus singularum harum gentium ex sacro Codice elicere possimus.

Chittaei, החתי, Χετταῖοι videntur olim circa Chebronem sedes suas habuisse, quod Abrahamus legatur se Chebrone incurvasse coram populo ejus regionis, scilicet filiis Cheth, & emisse a filiis Cheth agrum Macpelae *Gen. 23. 7. & 20.* Erat autem Cheth filius Canaanis *Gen. 10. 15.* Chittaei dicuntur *Num. 13. 29.* una cum Jebusaeis & Emoraeis habitasse in tractu montano: quos itaque ὑπερακρίας appellare possumus, uti Athenienſium quosdam dictos esse refert Dionysius Halicarnass. *Antiquit. Rom. lib. I. pag. 11.* Sed *Jos. 1. 4.* dici videtur terram Chittaeorum se exten-

extendere longius: illic enim possessio Israëlitarum dicitur futura *a deserto & Libano usque ad Euphratem,* כל ארץ החתים *omnis regio Chittaeorum, & usque ad mare magnum ad occidentem.* Et *Jud. 1. 26.* indicari videtur non extendere se horum regionem usque ad Bethel, nam dicitur aliquis Bethele profectus in terram Chittaeorum: sed R. David Kimchi monet אינו החתים משבע אומות *non esse hos Chittaeos ex septem populis Cananaeis.* Nimirum nomen Chittaeorum aliis quoque gentibus datur: nam devictis Chittaeis a Salomone *1. Reg. 9. 20.* memorantur reges Chittaeorum *2. Reg. 7. 6. 1. Reg. 10. 29.*

Girgaschaei, הגרגשי, Γεργεσαῖοι, dicti a filio Canaanis *Gen. 10. 16.* p. 138. Habitasse illos in regione cis Jordanem, ubi Jebusaei & Cananaei habitabant, liquet ex *Jos. 24. 11.* ubi dicuntur Jerichuntini, Emoraei ... & Girgaschaei Israëlitas oppugnasse postquam duce Josua Jordanem trajecissent. Sententia statuens eos quoque in regione trans Jordanem sedes habuisse, quia regio Γεργεσηνῶν ibi collocatur in N. T. debili fundamento nititur. Horum non fit mentio *Deut. 20. 17.* sic ut gentes ab Israëlitis delendae sex tantum illic numerentur in codicibus Hebraeis, Chittaei, Emoraei, Cananaei, Perizzaei, Chivvaei, Jebusaei. Sed adduntur in versione Graeca Γεργεσαῖοι & in contextu Hebraeo Samaritano וחגרגשי: in versione Samaritana illic lacuna est.

Emoraei, האמרי, Ἀμορραῖοι. Habitabant olim in Chatzatzon Tamar, (ea est Engaddi) *Gen. 14. 7.* & circa Chebronem, *ibid. commate 13.* & vallem Escol. *Deuter. 1. 19. 24.* Jacobus etiam *Gen. 48. 22.* testatur, se agrum vicinum urbi Sichem eripuisse Emoraeo. *Num. 13. 29.* exploratores missi ad lustrandam terram referunt Chittaeos Jebusaeos & Emoraeos habitare in tractu montano. Gibeonitae *2. Sam. 21. 2.* dicuntur esse ex reliquiis Emoraeorum. Habitasse tamen quoque Emoraeos trans Jordanem ad septentrionem Arnonis perspicuum est ex *Num. 21. 13.* ubi Arnon terminus esse legitur inter Moabitas & Emoraeos; quodque Sichon Rex Emoraeorum possederit omnia ab Arnon ad Jabbokum. *Num. 21. 24.* Imo ultro Jabbokum in portione Menassitarum habitarunt Emoraei *Num. 32. 39.* quare non Sichon tantum, sed & Og Rex Basan appellatur Rex Emorraeorum *Jos. 9. 10.* Saepius hoc nomen ita legitur, ut perlate pateat, & vel omnes vel plurimos incolas terrae ab Israëlitis possessae complectatur. Quum Deus eam Abrahamo promisit *Gen. 15. 16.* quarta demum aetate posteros Abrahami eam occupaturos dixit, quod iniquitas Emoraeorum (nullius alterius gentis mentione facta) ad justum cumulum necdum pervenisset. Quamvis eodem capite, *commate 21.* ut una tantum gens ex decem expellendis commemoretur. Josephus hos Ἀμορραίους vocat, & eorum regionem scribit esse peninsulam, cujus latus occidentale Jordanes facit, Arnon meridionale, Jabacchus p. septentrionale. *Antiquit. IV. 5.* Alibi Ἀμορία & septima pars Cananaeae 139. appellatur *Antiq. V. 1.* & Ἀμορραία ibidem. Datam illam fuisse tribubus

duabus & dimidiae scribit *Antiq. IV. 7.* & *Antiq. V. 9.* regem Ammonitarum contendisse Amoraeam pertinuisse ad ditionem majorum suorum.

Cananaei, הכנעני Χαναναῖοι. Vox haec non notat omnes posteros Canaanis, nam ita Jebusaeos & Chittaeos & alios complecti deberet, a quibus distinguitur, sed pro gente singulari usurpatur, quae cur inter posteros Canaanis sola nomen Cananaeorum gesserit, quis dicet? Area hic patet latissima in conjecturas, quibus non delectamur. Ex sacris literis hoc liquet, exploratores, qui terram Canaan perlustraverant retulisse Cananaeos habitare ad mare & ad ripam Jordanis *Num. 13. 29.* quod *Jos. 11. 3.* dicitur ad orientem & occidentem, videlicet terrae Canaan: montana enim incolebant Emorhaei, Chittaei, Perizzaei, & Jebusaei, & hinc & inde versus mare & Jordanem ad occidentalem & orientalem plagam Cananaei habitabant.

Perizzaei, הפרזי, Φερεζαῖοι videntur incoluisse loca vicina Betheli; nam Abraham inter Bethel & Ai tentoria habuit *Gen. 13. 1.* & dicitur, Cananaeus & Perizzaeus in illa regione habitasse, *commate 7. Jos. 11. 3.* Emorhaei, Chittaei, Perizzaei ac Jebusaei in montanis habitasse dicuntur. *Num. 13. 29.* Perizzaei omittuntur. Circa urbem Sichem habuisse eos sedes suas colligitur ex *Gen. 34. 30.* ubi Jacob conqueritur Simeonem & Levi caede in urbe Sichem patrata fecisse, ut sorderet incolis illius regionis Cananaeis & Perizzaeis. Extenderunt iidem se ad septentrionem ultra portionem tribuum Ephraim & dimidiae Manassis: nam quum illae accepissent regionem sorte distributam a Josua, & conquererentur de angustia hujus regionis, Josua jussit, ut in terras Perizzaeorum & Rephaeorum pergerent, & ex responsione illorum, currus ferratos esse incolis Bethschean, & convallis Jizraël, videtur liquere eo usque se extendisse ditionem Perizzaeorum. Fuere etiam Perizzaei in portione Judae, nam in Bezec caesi fuere a tribubus Juda & Simeon *Jud. 1. 4. 5.*

p. 140. Chivvaei, החוי, Ἐυαῖοι. Habitabant prope Chermonem ad fines boreales terrae Canaan. *Jos. 11. 3.* Ibidem *commate 19.* Chivvaei habitantes Gibeone memorantur, confer *Jos. 9. 7.* In *Jud 3. 3.* Chivvaei dicuntur montem Libanum inhabitasse. *2. Sam. 24. 7.* legitur Joabus a Sidone venisse ad arcem Tzor & omnes urbes Chivvaeorum Cananaeorumque, denique ad Beerscheba. Mirum, horum nullam mentionem fieri *Gen. 15. 19.* ubi decem numero gentes Cananaeae recensentur; unde nonnulli suspicati sunt, eas Cadmonaeos olim dictos. R. Dosthai nomine R. Samuelis filii Nachman dixit *in Bereschit rabba, fol. 266. fac. 2.* שאינו מזכיר כאן החוי לפיכך חוא מביא רפאים תחתיהם *quia non memorantur Chivvaei locum eorum occuparunt Rephaei.* In versione tamen Graeca legitur illic nomen eorum, & interponuntur inter Cananaeos & Gergaschaeos: καὶ τὲς Χαναναίες, καὶ τὲς Ἐυαίες, καὶ τὲς Γεργεσαίες.

Ita

Ita & in Samaritano. Hi non sunt iidem cum עויים *Avvim Deut. 2. 23. Jos. 13. 3.* sitis in finibus terrae Israëliticae australibus circa Gazam, quos sedibus suis moverunt Caphtoraei. Nomen hoc ipsis datum fuisse ab עיא, quod dialecto Galilaeorum serpentem notat, tradunt Judaei.

Jebusaei, היבסי, Ἰεβεσαῖοι. Montana incoluerunt: *Jos. 11. 3.* Non sinit sedes hujus populi ignorari urbs Jerusalem olim Jebus dicta & usque ad Davidis tempora ab iis occupata.

Kenaei, הקיני, Κεναῖοι. Pro hoc nomine Chaldaeus Interpres *Gen. 15.* & *Num. 24. 21.* habet שלמאי & וית שלמאה *& Schalmaeos.* Creduntur ita dicti quasi pacifici, quod hostes Israëlis non fuerint. In versione Pentateuchi Samaritana etiam ante Kenaeos legitur שלמאה jungiturque commate praecedenti cum nomine נהר fluvii sc. Euphratis, sed male. *1. Chron. 2. 55.* קֵינִים invenitur in MStis quibusdam pro קִינִים quod codices editi habent. Credidi aliquando *Samaraeos* scriptum pro his *Salamaeis* apud Josephum, sed postea placuit magis Samaraeos poni pro Amoraeis: vide Josephum *Ant. I. 7.* ubi in codd. vulgatis horum sex tantum fit mentio, Ἐυαίε, Χετταίε, Ἰεβεσαίε, Ἐυδαίε, Σειναίε, Σαμαραίε. Vetus interpres addidit Gergesaeos. Verum pro Samaraeis Amoraei substituendi videntur, quandoquidem ipse Josephus *Antiquit. V. 1.* regionem Emoraeorum, Ἀμορίαν, esse septimam partem terrae Canaan scribit, p. innuens, unum hunc esse e septem populis priscis Cananaeae incolis: 141. adeoque non videtur, eos potuisse omittere in censu populorum septem *Ant. I. 7.* quod fecisset, nisi sub nomine Σαμαραίων laterent. Quamvis dici possit Σαμαραίες poni pro הצמרי *Gen. 10. 18.* Τὸν Σαμαραῖον Graecis Interpretibus, & Ἀμοραίες excidisse, quos nupera editio Oxoniensis loco suo inseruit: & certe inseri aliquis populus debet, ut numerus 7. inde exsurget; sex enim tantum in ante editis codd. recensentur aut 5. verius, si Ἐυδαίες tollas, quos tollendos probabile est: nulli enim sunt, quibus id tribui possit.

Kenizzaei, הקנזי, Graecis sunt Κενεζαῖοι.

Cadmonaei, הקדמני, Κεδμωναῖοι. In Targum Hierosolymitano *Gen. 15.* כל בני מדינחא *omnes filii Orientis.* קדם est *oriens.*

Rephaei, רפאים, οἱ Ῥαφαίμ. Pro quo *Gen. 15. 20.* Samaritana versio habet וית חסאה sed contextus ipse רפאים & *Deut. 3. 13.* אסאיבא, i. e. medicorum, exprimens רפא. Dicuntur גבראי Chaldaeo, Γεβαραῖοι, quod *viros fortes* notat, uti & vox affinis Γεβερὰ גבורא *fortitudinem virtutem.* Hinc suspicor, & nomen & genus defluxisse τῶν Γεφυραίων, qui cum Cadmo ex Phoenice in Graeciam venerunt, primo quidem Boeotice, deinde Athenarum, facti incolae, teste Herodoto *lib. V. cap. 5.* ubi Gephyraeis illis tribuit literarum translationem in Graeciam, οἱ δὲ Φοίνικες

ἔτο,

ἔτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, τῶν ἔσαν οἱ Γεφυραῖοι, ἄλλά τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τὰς Ἕλληνας καὶ δὴ καὶ γράμματα, ἐκ ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέει. *Phoenices illi, qui cum Cadmo advenerunt, inter quos Gephyraei fuerunt, hanc regionem incolentes, cum multas alias doctrinas tum literas in Graeciam introduxere, quae antea apud Graecos non fuerunt, ut mihi quidem videtur.* Tempore Abrahami erant circa Asteroth Carniam. *Genes. 14. 5.* Videntur etiam cis Jordanem fuisse e regione Asteroth Carniam *Jos. 17. 15.*

p. 142.

CAPUT XXVIII.

DE PARTITIONE TERRAE ISRAELITICAE FACTA INTER TRIBUS DUODECIM.

Termini regionis Juda. Urbes ei assignatae in plaga australi numero 29. Quomodo una ab altera distinguenda sit, ut hunc numerum efficiant. Graeci interpretes collati. Incertitudo nominum & situs harum urbium. Undecim urbes memoratae ab Interpretibus Graecis, quae non leguntur in codicibus Hebraeis. Termini & urbes tribus Simeon. Series urbium Simeoniticarum triplex ex sacro codice petita, collata inter se & cum versione Graeca. Termini & urbes tribuum Dan, Benjamin, Ephraim, dimidiae Menasse, Fissascar, Ascher, Zebulon & Nephtali. Urbes trans Jordanicae. Urbes Leviticae & Sacerdotales. Hieronymi verba de portionibus tribuum duodecim.

SUccedit divisio terrae Israëliticae in portiones duodecim, tribubus totidem adsignatas, pro numero filiorum Jacobi, qui duodecim erant, e quibus tamen Levi nullam regionem singularem obtinuit nec Josephus. In hujus locum subierunt Menasse & Ephraim filii Josephi, sic ut inter duodecim tribus tota regio fuerit distributa, ita ut cis Jordanem novem tribus & dimidia, trans Jordanem duae cum dimidia, sedes suas habuerint. Cis Jordanem prima fuit tribus Juda, cujus termini describuntur *Jos. 15. 1-4.* Ab austro habebat haec tribus regionem Edom, & desertum Tzin, ita ut ab extremitate australi Lacus Asphaltitis terminus tenderet ad austrum adscensus Acrabbim, per Tzinna, & ad austrum per Cadesch barnea, per Chetzron, versus Addar, Carca, & Azmon ad fluvium Aegypti sive Rhinocolurorum & mare magnum. Ad orientem habebat Lacum Asphaltiten ab extremitate ejus australi usque ad extremitatem borealem, qua Jordanes in eum illabitur. Terminus autem borealis ab extremitate boreali lacus Asphaltitis tenditur per Beth chogla & per, aut juxta, varia loca, inter quae
p. 143. Kirjatjearim, Bethschemesch, Timna, Ekron, Jabneel, usque ad mare. Ex his manifestum est, terminum hujus tribus occidentalem fuisse ipsum mare magnum: quod etiam traditur *Jos. 15. 13.*

Urbes

Urbes in regione hujus tribus ſitae recenſentur *Joſ. 15. 21.* de quibus ſigillatim hic non agemus, quia totum librum tertium iſti diſquiſitioni deſtinavimus. Series urbium ita ſolet dari ex *Joſ. 15. 22.* &c.

Urbes Judae, vicinae Edomaeis, in tractu auſtrali,

1. *Cabtzeel.*	14. *Kerioth.*	27. *Atzem.*
2. *Eder.*	15. *Chetzron.*	28. *Eltolad.*
3. *Jagur.*	16. *Amam.*	29. *Keſil.*
4. *Kina.*	17. *Schema.*	30. *Chorma.*
5. *Dimona.*	18. *Molada.*	31. *Tziklag.*
6. *Adada.*	19. *Chatzar gadda.*	32. *Madmanna.*
7. *Kedes.*	20. *Cheſchmon.*	33. *Sanſanna.*
8. *Chatzor.*	21. *Beth palet.*	34. *Lebhaoth.*
9. *Jitnan.*	22. *Chatzar ſchual.*	35. *Schilchim.*
10. *Ziph.*	23. *Beer ſcheba.*	36. *Ain.*
11. *Telem.*	24. *Bizjoteja.*	37. *Rimmon.*
12. *Bealoth.*	25. *Baala.*	
13. *Chatzor nova.*	26. *Ijim.*	

Dicuntur quidem *Joſ. 15. 31.* hae urbes eſſe numero 29. ſic ut quaedam ex his, quae duae urbes nobis videntur, habendae ſint pro una, ſed quae illae ſint, divinare vix licet. Et tamen notatu dignum, interpretes Graecos ita vel legiſſe vel reddidiſſe nomina harum urbium, ut numerum huic 29. proximum (30.) efficiant. Recenſent illas hoc ordine: reliquas vel omittunt, vel pro nominibus communibus habent, uti *Kerioth*, *Bizjoteja*, πόλις, ἐπαύλεις αὐτῶν, &c.

Comm. 21.	Καβαισελεὴλ	*Comm.* 25.	Ἀσερὼν		Ἀσὸμ
	Ἀρὰ	*Comm.* 26.	Σὴν	*Comm.* 30.	Ἐλεωυδὰδ
	Ἀσὼρ		Σαλμαὰ		Βαιθὴλ
Comm. 22.	Ἰκὰμ		Μωλαδᾶ		Ἑρμᾶ
	Ῥεγμὰ	*Comm.* 27.	Σερὶ	*Comm.* 31.	Σικελὰκ
	Ἀρεὴλ		Βαιφαλὰθ		Μαχαρὶμ
Comm. 23.	Κάδης	*Comm.* 28.	Χαλασεωλὰ		Σεθεννὰκ
	Ἀσοριωναὶν		Βηρσαβεὲ	*Comm.* 32.	Λαβὼς
	Μαινὰμ	*Comm.* 29.	Βαλὰ		Σαλὴ
Comm. 24.	Βελμαιὰν		Βακὼκ		Ἐρωμὼθ

p. 144.

Si hos ſequamur, conferamuſque ea cum codicibus Hebraeis, nomina harum urbium haec erunt:

1. *Cabtzeel.*	7. *Kedes.*	13. *Schema.*
2. *Eder.*	8. *Chatzor Jitnan.*	14. *Molada.*
3. *Jagur.*	9. *Bealoth.*	15. *Chatzar jadda.*
4. *Kina.*	10. *Telem.*	16. *Beth palet.*
5. *Dimona.*	11. *Chetzron.*	17. *Chatzarſchual.*
6. *Adada.*	12. *Amam.*	18. *Beerſcheba.*

19. Baala.	*23. Kesil.*	*27. Sansanna.*
20. Ijim.	*24. Chorma.*	*28. Lebhaoth.*
21. Atzem.	*25. Tziklag.*	*29. Schilchim.*
22. Eltolad.	*26. Madmanna.*	*30. Rimmon.*

Quod si una ex his cum altera jungatur, ut unius urbis nomen efficiat, numerus urbium 29. (uti *Jos. 15. 31.* scribitur) inde exsurgeret. Certe mihi persuasum est, debere ex serie urbium modo data 29. effici; & frustra dici 29. urbes esse nobiliores, alias minus nobiles. Id in sacro codice non legitur. Nec favet iis, quod dicatur esse 29. ערים *urbes* וחצריהם *& vicos earum*, ac si חצרים hic quoque praeter ערים essent recensitae. Id falsum est. Vide *Jos. 19. 6. Ain, Rimmon, Eter, Ascham, urbes* ערים *quatuor*, וחצריהם *& vici earum.* Nulli hic vici sigillatim nominantur: atque ita passim. Fateor, vix fieri posse hodie, ut accurate urbium harum 29. nomina ex serie modo data eruantur, tum propter diversam scriptionem, qua multa nomina ex his scribuntur in ipsis sacris literis (quod ostendemus, quando de urbibus tribus Simeon, quae ex urbibus Judae hac serie enumeratis desumtae sunt, agemus) tum quod quarundam non nisi semel, hoc nimirum loco, fiat mentio. Praestat itaque, nonnulla incerta & ignota nobis confiteri, quam ea pro certis lectori obtrudere. Aliquid tamen lucis conabimur inferre huic argumento, quum libro tertio de singulis urbibus Palaestinae, atque adeo de hisce, agemus. p. 145.

Ad solvendum hunc nodum, id est, conficiendam seriem urbium 29. ex nominibus exhibitis, videntur ante omnia urbes Simeoniticae, quarum certus numerus est, inde separandae: dein videndum, quot & quae supersint. *Jos. 19. 6.* recensentur urbes tredecim, *Beerscheba, Scheba, Molada* &c. usque ad *Scharuchen.* Has ego, instituta collatione cum *Jos. 19. & seqq.* ac *1. Chron. 4. 28.* putem, esse easdem cum his, uti in serie nostra modo data leguntur.

Beerscheba.	*Kesil.*
Schema.	*Chorma.*
Molada.	*Tziklag.*
Chatzar schual.	*Madmanna.*
Baala.	*Sansanna.*
Atzem.	*Lebhaoth.*
Eltolad.	*Schilchim.*

Ita tamen, ut una urbs ex his jungi debeat cum altera (*Schilchim*, uti puto: quod eandem urbem non pro nomine proprio habuerint Graeci *Jos. 19.*) quod sacer scriptor diserte tredecim has esse scribat. Praeterea *Jos. 19. 7.* Simeoni tribuuntur *Ain, Rimmon, Eter & Aschan, urbes quatuor.* Eo numero esse dicuntur ibidem. Eter & Aschan non pertinent

nent ad seriem urbium harum 29. Judae, sed ad aliam seriem, *Jos. 15. 24.* Sed Ain & Rimmon, urbes duae, comprehenduntur in serie urbium 29. Sunt ergo urbes quindecim in hac serie, de quibus certo constat, esse nomina urbium & quidem tot numero. Restat ergo, ut reliqua nomina nobis exhibeant urbes quatuordecim, ut tum ex iis, tum ex quindecim aliis nascatur numerus urbium viginti & novem. Reliqua autem sunt.

Cabtzeel.	*Telem.*
Eder.	*Bealoth.*
Jagur.	*Chatzor nova.*
Kina.	*Kerioth Chetzronis.*
Dimona.	*Amam.*
Adada.	*Chatzar gadda.*
Kedesch.	*Cheschmon.*
Chatzor.	*Beth palet.*
Jitnan.	*Ijim.*
Ziph.	

p. 146.

Quinque sunt superfluae, id est, debent addi aliis nominibus: sed quibus incertum est. Video *Vav* praeponi omnibus his, exceptis *Ziph*, & *Amam.* Video זיף וטלם ita jungi, uti אמם ושמע & בערה ועיים, sic ut prius nomen copulam non habeat, sed posterius. Praeterea deprehendo בעלה *Bala* quidem memorari aut ברהה *1. Chron. 4. 29.* & *Jos. 19. 3.* sed עיים, quod *Jos. 15. 25.* cum ea jungitur, omitti: sic, ut credi possit, illud בערה ועיים fuisse nomen unius urbis. Denique Graecos interpretes *Chatzor Jitnan* pro una urbe habuisse animadverto. Sed ex his omnibus necdum certo colligi potest, quaenam illa sint singularia urbium nomina. Ergo aliam praeterea ineamus viam, ut quantum quidem fieri possit, ad verum proxime accedamus. Examinabimus, an non ex aliis sacri codicis locis liqueat, aliquas urbes ex hisce quatuordecim hoc nomen tulisse. *Kabtzeel*, urbis nomen est *2. Sam. 23. 20. 1. Chron. 11. 22. Eder* non nisi hoc loco in codice sacro memoratur, atque ita *Jagur*, & *Kina*, & *Dimona*, & *Adada. Kedesch*, si sit eadem cum *Kadesch* in finibus terrae Israëliticae, nomen est urbis singularis. *Chatzor*, posset uti *Jos. 11. 1.* esse nomen urbis non addita voce sequenti Jitnan. *Jitnan* nonnisi semel, heic nimirum, legitur. *Ziph* nomen loci est etiam alibi memorati: sed incertum est, sitne idem cum hac urbe. *Telem* est, uti nomen urbis, ἅπαξ λεγόμενον, uti & *Bealoth*, & *Chatzar nova*, & *Kerioth*, nisi quod Kerioth quaedam memoratur Moabitica *Jerem. 48. 24.* *Chetzron Jos. 15. 3.* locatur in ipsis finibus Judae australibus. *Amam* est ἅπαξ λεγόμενον & *Chatzar Gadda*, & *Cheschmon. Bethpalet* nonnisi hic & *Nehem. 11. 26.* legitur. *Ijim* nonnisi hoc loco. p. 147.

Ex his clarum eſt, quam incerta ſint ipſa urbium harum nomina. Quod ſi nomina incerta ſint, quam incertus erit ſitus? Scimus hoc, fateor, in portione tribus Judae has urbes ſitas fuiſſe & in parte quidem auſtrali: ſed quibus intervallis una ab altera abfuerit, & an haec illa orientalior, auſtraliorve, quis mortalium affirmare poterit? Quo magis mirandum eſt, iſta fiducia quoſdam fuiſſe, ut in mappis geographicis auſi fuerint, urbes illas collocare & certis intervallis diſponere, de quibus nihil omnino ipſi ſciunt, niſi quod in auſtrali parte tribus Judae fuerint ſitae. Mallem ego vacuas nominibus illarum urbium mappas edere, quam faciem regionum imaginariam depingere. Et inveniunt nihilo minus ſcriptores iſtiuſmodi lectores ſibi haud multum diſſimiles, qui illas mappas pro optimis habent, in quibus plurima urbium & locorum nomina inveniunt, & iſtas jejunas eſſe mappas exiſtimant, in quibus multa loca fruſtra quaeruntur, quae in Joſua & alibi legimus. Verum, dicet aliquis, quamvis locus urbis certus non ſit, ex conjectura probabili illic a viris doctis collocatur. At quae (malum!) haec conjectura eſt, quando nihil omnino de urbe ſcitur, niſi in auſtrali parte terrae Judae ſitam fuiſſe, eam certo loco diſponere? Num eſt magis probabile, eam illic, quam decem aut viginti milliaribus inde, collocandam eſſe? Unde hoc liquet? Profecto ea ratione poſſunt per jactum ſortium aeque accurate ac per illas conjecturas urbes in mappis diſponi. Sed redeamus in viam.

Urbes ſitae in campeſtribus, בשפלה, ἐν τῇ Πεδινῇ.

1. *Eſtaol.*	9. *Adullam.*
2. *Tzora.*	10. *Schoco.*
3. *Aſchna.*	11. *Azeka.*
4. *Zanoach.*	12. *Schaaraim.*
5. *En gannin.*	13. *Adithaim.*
6. *Tappuach.*	14. *Haggedera.*
7. *Haenam.*	15. *Gederothaim.*
8. *Jarmuth.*	

p. 148. Hae dicuntur *Joſ. 15. 36.* eſſe numero quatuordecim: ſic ut una ex his cum alia jungenda videatur. Vulgo ultimam וגדרותים dicunt eſſe eandem cum praecedenti, ſed quo fundamento illud *Vav* hic velint intelligendum per *id eſt*, quum antea ubique ſignificet *et*, ignoro. Interpretes Graeci in hac ſerie omittunt duas ultimas Gedera & Gederothaim, & commate 35. inter Adullam & Schoco interſerunt urbem Μεμβρὰ, ita ut tamen numerus quatuordecim efficiat.

His recenſitis aliae urbes 16. tribus Juda hoc ordine junctae numerantur *Joſ. 15. 37.*

Tzenan

Tzenan.	*Eglon.*
Chadaſcha.	*Cabbon.*
Migdal Gad.	*Lachmas.*
Dilan.	*Kitlis.*
Hammitzpe.	*Gederoth.*
Jokteel.	*Bethdagon.*
Lakis.	*Naama.*
Botzkath.	*Makkeda.*

Haec ſeries numero ſatisfacit, ſed illa, quam exhibent interpretes Graeci, omiſit *Lachis*, adeoque non niſi quindecim profert.

Deinde novem urbes ſequuntur *Joſ. 15. 42.*

Libna.	*Netzib.*
Eter.	*Keila.*
Aſchan.	*Aczib.*
Jiphtah.	*Mareſcha*
Aſchna.	

Jiphtach omiſerunt Graeci; addiderunt autem duas *commate 44*, Κεζὶβ & Ἀιλὼμ, ubi habent Κειλὰμ καὶ Ἀκιεζὶ καὶ Κεζὶβ καὶ Βαθησὰρ καὶ Ἀιλὼμ, & numerum δέκα eſſe dicunt, quum in Hebraeo novem tantum eſſe legatur.

Tum adduntur *Joſ. 15. 45.* *Ekron* & urbes juxta *Aſchdod*, *Aſchdod* ipſa, & *Azza*, ea eſt *Gaza*. Porro commemorantur urbes montanae. p. 149.

Urbes undecim ſitae in regione montana:

Schamir.	*Eſtemo.*
Jattir.	*Anim.*
Soco.	*Goſchen.*
Dana.	*Cholon.*
Kirjath ſanna.	*Gilo.*
Anabh.	

Apud interpretes Graecos corrupte legitur Ἔς καὶ Μὰν pro Ἐσθεμὼ, & inſeritur Χαννὰ inter Cholon & Gilo: quumque ipſi undecim urbes illas eſſe ſcribant, clarum eſt, codices corruptos eſſe: tredecim enim forent, non undecim. Praeterea pro *Schamir* legunt Σαφεὶρ, cujus etiam Euſebius in Onomaſtico meminit. Vide de *Schaphir* infra, *libro III.*

Poſt has ſequuntur hae novem, *Joſ. 15. 52.*

Arabh.	*Apheca.*
Duma.	*Chumta.*
Eſchan.	*Chebron.*
Janum.	*Tzior.*
Beth tappuach.	

Porro

Porro hae decem *Jos. 15. 54.*

Maon.	*Jokdeam.*
Carmel.	*Zanoach.*
Ziph.	*Hakkain.*
Juta.	*Gibea.*
Jitzreel.	*Timna.*

Quas etiam interpretes Graeci agnoscunt, si pro Καὶ, *commate* 57, legas Καὶν, & reliqua corrigas: quod collato contextu Hebraeo ab unoquoque nullo negotio fieri potest.

p. 150. His adduntur urbes sex *Jos. 15. 58.*

Chalchul.	*Maarath.*
Bethtzur.	*Beth anoth.*
Gedor.	*Eltekon.*

Et mox urbes duae *Kirjathjearim* & *Harabba.* Sed in versione Graeca inseruntur inter Eltekon & Kirjathjearim undecim urbes. Ita enim legitur, Θεκὼ καὶ Ἐφραθὰ (αὕτη ἐστὶ Βαιθλεέμ) καὶ Φαγὼρ καὶ Ἀιτὰν καὶ Κελὸν καὶ Ταγὰμ καὶ Θωῆς καὶ Καρὲμ καὶ Γαλὲμ καὶ Βεθὴρ καὶ Μανοχὼ, πόλεις ἕνδεκα καὶ αἱ κώμαι αὐτῶν. Oxoniensis codex ita legit; Θεκωὲ καὶ Ἐφραθὰ, αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ, καὶ Φογὸρ καὶ Ἐτὰμ καὶ Κολὰμ καὶ Ταναὰχ καὶ Γορὶς καὶ Καρὲμ καὶ Γαλαεὶμ καὶ Βηθὴρ καὶ Μανὰχ, πόλεις ἕνδεκα &c. Hieronymus quoque hoc comma legit *in Commentario ad Mich. 5.* Differt ejus lectio tamen in quibusdam ab illa, quae in codicibus Graecis extat: ita enim scribit: *Legimus juxta septuaginta duntaxat Interpretes, in Jesu Nave, ubi tribus Judae urbes & oppida describuntur, inter caetera etiam hoc scriptum*, Thaeco & Ephratha, haec est Bethleem, & Phagor & Aetham & Culon & Tami & Soris & Caraem & Gallim & Baether & Manocho, civitates undecim & viculi earum. Vide plura infra de hoc *commate lib. III.* ad vocem *Bethlechem*, & de singulis his urbibus, eodem in libro, suo loco.

Denique urbes recensentur sex in deserto sitae.

Beth haarabha.	*Hannischan.*
Middin.	*Ir Melach.*
Sechaca.	*En Gedi.*

Interpretes Alexandrini septem esse dicunt, sed corrupta illic sunt omnia, Βαδδαργεὶς pro במדבר, Ἀινὼν pro מדין, πόλεις Σαδῶν pro ἁλῶν, & quae sunt his similia, quibus non immorabimur.

Josephus *Antiq. lib. V. c. 1.* regionem tribus Judae ita describit. Ἡ μὲν Ἰεδα λαχεῖσα πᾶσαν αἱρεῖται τὴν καθύπερθεν Ἰεδαίαν, παρατείνασαν μὲν
p. ἄχρι τῶν Ἱεροσολύμων· τὸ δ' εὖρος ἕως τῆς Σοδομίτιδος λίμνης καθήκεσαν· ἐν δὲ
151. τῷ κλήρῳ τούτῳ πόλεις ἦσαν Ἀσκάλων καὶ Γάζα. *Judae sorte obtigit tota superior Judaea, extendens se usque ad Hierosolymas, cujus latitudo erat usque ad Lacum Sodomiten. In hac regione erant urbes Ascalon & Gaza.*

TRIBUS

TRIBUS SIMEON accepit urbes suas ex portione tribus Judae, quemadmodum legitur *Jos. 19. 1.* Notandum tamen, quum tribus Juda & Benjamin a reliquis decem separatae regnum singulare constituebant, Simeonem sub Juda non contineri, alias decem non fuissent datae Jeroboamo, quod dicitur *1. Reg. 11. 39.* & *2. Chron. 15. 9.* dicuntur ad tribus Judam & Benjamin se adjunxisse הגרים *peregrini*, qui non pertinebant ad ipsas, ex *Ephraim*, *Menasse*, & *Simeon.*

Beerscheba.	*Betul.*
Scheba.	*Chorma.*
Molada.	*Tziklag.*
Chatzar Schual.	*Beth hammarcabhoth.*
Bala.	*Chatzar Susa.*
Atzem.	*Beth Lebhaoth.*
Eltolad.	*Scharuchen.*

Hae autem quatordecim esse videntur, quum *Jos. 19. 6.* disertis verbis tredecim esse legatur. Debet itaque una ex his jungi cum aliqua praecedente. Vulgo dicitur ושבע, significare, ea est *Scheba*, ut referatur ad Beerscheba, quae etiam Scheba nuncupata sit: sed cur Vav huic voci praefixum copulativum non sit, uti in reliquis vocibus, causam nullam video. Praeterea probabile est שבע esse eandem urbem quae שמע appellatur, & ante Molada recensetur *Jos. 15. 26.* quo etiam facit, quod interpretes Graeci *Jos. 19. 2.* pro שבע Σαμαὰ expresserint quasi שמע. Idem ultimam urbem in serie nostra non agnoscunt, sed pro ea habent, quasi legissent שהירון, οἱ ἀγροὶ αὐτῶν atque ita non nisi tredecim urbes recensent. Illam itaque vocem non haberem pro nomine urbis singulari.

Deinde quatuor urbes junguntur, *Jos. 19. 7.* p. 152.

Ain.	*Eter.*
Rimmon.	*Aschan.*

Et Simeoni tributae dicuntur omnes urbes in circuitu harum urbium usque ad Baalath beer. Interpretes Alexandrini Ain hinc tollunt & Thalcha post Rimmon locant, cujus urbis etiam Eusebius in Onomastico meminit.

Omnes hae urbes Simeoniticae licet ex tribu Juda acceptae non fuere supra recensitae in catalogo urbium Juda, sed hae tantum, Beerscheba, Scheba (si eadem est cum Schema, uti nos arbitramur) Molada, Chatzar Schual, Bala, Atzem, Eltolad, Chorma, Tziklag, Lebhaoth, Ain, Rimmon, Eter, & Aschan, omnesque hae, exceptis duabus ultimis, sitae fuere in regione Edomaeis proxima. Supersunt Betul, Beth Hammarcabhoth, Chatzar Susa, & Scharuchen, de quibus haec notari possunt, collato catalogo urbium Judae cum hoc Simeonitico.

tico. Betul hic recenſetur inter Eltolad & Chorma. *Joſ. 15.* inter Eltolad & Chorma legitur כסיל Keſil : & illic כתיל legerunt Graeci, Βαιθὴλ reddentes. Madmanna & בית המרכבות licet multum differant, tamen Graeci interpretes tantum non eodem vocabulo nuncupant, ſi בית addas, nimirum Μααχρὶμ & Βαιθμαχρὲθ. Videntur utroque loco legiſſe vocem eandem. Nota eſt affinitas literarum μ & β in ſcriptura veterum Graecorum, unde & Βεδεθηνὰ in codice Alexandrino pro Madmana *Joſ. 15.* legitur. Chatzar Suſa libenter crederem eſſe eandem cum Sanſanna, (ſic ut, חצר omiſſo, expreſſa ſit aliquo modo poſterior nominis pars סוסה vel סנסנה, Graecis Σεσννὰ, uti quidam codices habent, vel Σεθεννὰκ) & Scharuchen cum Schilchim, ſi urbs ſit, nec potius ſub eo nomine lateat οἱ ἀγροὶ αὐτῶν (quod Graeci habent) vel aliud quid. Atque ita omnes urbes Simeoniticas *Joſ. 19.* recenſitas etiam *Joſ. 15.* invenire eſt. Sed videamus omnium urbium Simeoniticarum nomina aliis quoque locis in ſacro codice memoratarum, & lectionem interpretum Graecorum.

p. 153.

Series urbium ex *Joſ. 19. 1.*	Series ex *1. Chron. 4. 28.*	Series ex *Joſ. 15. 26.*
באר שבע	באר שבע	
שבע	ומולדה	מולדה
מולדה	וחצר שועל	
חצר שועל	בלהה	חצר שועל
באר שבע	עצם	באר שבע
בזיותיה	תולד	בזיותיה
בעלה ועיים	בתואל	בעלה ועיים
עצם	חרמה	עצם
אלתולד	צקלג	אלתולד
בתול	בית מרכבות	כסיל
חרמה	חצר סוסים	חרמה
צקלג	בית בראי	צקלג
בית המרכבות	שערים	ומדמנה
חצר סוסה	עיטם	סנסנה
בית לבאות	עין	לבאות
שרוחן	רמון	שלחים
עין	תכן	עין
רמון	עשן	רמון
עטר		
עשן		

In

In verſione Graeca.

Βηρσαβεὲ	Βηρσαβεὲ	Μωλαδᾶ
Σαμαὰ	Μωλαδᾶ	
Καλαδὰμ	Ἐσερσκὰλ	Χολασεωλᾶ
Ἀρσωλὰ	Βαλαᾶ	Βηρσαβεὲ
Βωλὰ	Ἀισὲμ	
Ἰασὸν	Θωλᾶδ	Βαλᾶ
Ἐρθκλὰ	Βαθκὴλ	Βακὼκ
Βελὰ	Ἑρμὰ	Ἀσὸμ
Ἑρμᾶ	Σικελᾶγ	Ἐλεωυδᾶδ
Σικελᾶκ	Βαιθμαριμὼθ	Βαιθὴλ
Βαιθμαχερὲθ	Ἡμισκσεωσὶν	Ἑρμᾶ
Σαρσκσὶν	Βαρὲ	Σεκελᾶκ
Βαθαρὼθ	Σεωρὶμ	Μαχαρὶμ
Ἐρεμμὼν	Ἀιτὰν	Σεθεννὰκ
Θαλχὰ	Ἦν	Λαβὼς
Ἰεθὲρ	Ῥεμνὼν	Σαλὴ
Ἀσὰν	Θοκκὰ	Ἐρωμὼθ
	Ἀισὰρ	

p. 154.

Regionem hujus tribus ita deſcribit Joſephus *Antiq. V. 1.* Συμεωνὶς δὲ, δευτέρα γὰρ ἦν, ἔλαχε τῆς Ἰδουμαΐας τὴν Αἰγύπτῳ τε καὶ τῇ Ἀραβίᾳ πρόσορον ὖσαν. *Tribus Simeon, erat enim ſecunda, accepit partes Idumaeae Aegypto & Arabiae vicinas.* Idumaeae nempe, uti tempore Joſephi nomen illud accipiebatur.

TRIBUS DAN vicinam habuit tribui Judae regionem, & urbes quaſdam ex illa videtur accepiſſe, uti Tzoram, Eſtaol, Ekron, aliasque, quae inter urbes tribus Judae antea fuere recenſitae. Hae ſunt urbes *Joſ. 19. 41.* iis attributae, e quibus Elteke, Gibbethon, Ajalon & Gathrimon Levitis datae ſnnt. *Joſ. 21. 23.*

Tzora.	*Elteke.*
Eſtaol.	*Gibbethon.*
Ir ſchameſch.	*Baalath.*
Schaalabbin.	*Jehud.*
Ajalon.	*Bene berak.*
Jitla.	*Gath rimmon.*
Elon.	*Me hajarkon.*
Timnatha.	*Harakkon*, cui additur regio מול יפו *ex adverſo Goppes.*
Ekron.	

Graeci ea ſic ſcribunt Σαραὰθ, Ἀσὰ, πόλις Σαμμαὺς, Σαλαμὶν, Ἀμμὼν, Σιλαθὰ, Ἐλὼν, Θαμναθὰ, Ἀκκαρὼν, Ἀλκαθὰ, Βεγεθὼν, Γεβεελὰν, Ἀσὼρ (pro *Jehud* Hebraeorum) Βαναιβακὰ, Γεθριμμὼν. Dein *Me hajarkon* reddunt

reddunt θαλάσσην Ἱεράκων, & *Harakkon* omittunt: iidem notant (quod Hebraei codices illic non habent) in *Ajalon* & *Schaalabbin* permansisse Emoraeos.

Josephus de regione hujus tribus ita scribit *Antiquitat. V. 1.* Δανίται δὲ τῆς κοίλης, ὅσα πρὸς δυόμενον τέτραπται τὸν ἥλιον, λαγχάνουσιν Ἀζώτῳ καὶ Δώροις ὁριζόμενοι. *Danitae quicquid vallis ad occidentem vergit adepti sunt, Azoto & Doris terminati. Horum est Jamnia & Gittha & totus ager, qui ab Accarone pertingit usque ad montem, a quo tribus Juda facit initium.* Κοίλη videtur hic idem esse quod πεδινὴ & שפלה Hebraïce: quamvis alibi ab Aquila & Symmacho עמק reddatur per κοιλὰς, teste Eusebio in Onomastico ad vocem Ἐνεμεκ. Idem Eusebius etiam in Onomastico testatur, שפלה Aquilam πεδινὴν, Symmachum κοιλάδα reddidisse. Σεφηλὰ, ἐν Ἠσαΐᾳ· Ἀκύλα πεδινή. Συμμάχῳ κοιλάς. Ita mox Josephus de tribu Aser, quod κοιλάδα ad mare possederit verum *non siverunt Amoraei Danitas descendere* εἰς τὴν κοιλάδα, *Jos. 19. 48.* Id comma codices Hebraei heic non habent sed *Jud. 1. 34.*

p. 155.

TRIBUS BENJAMIN. Termini tribus Benjamin describuntur *Jos. 18. 11.* ita, ut a Jordane initium fiat, & inde terminus borealis ducatur ad latus Jerichuntis boreale, & inde ad desertum Bethaven, Bethel, Ataroth-haddar, juxta montem, qui est ab austro Bethchoronis inferioris. Hinc terminis tendit meridiem versus, usque ad Kirjathjearim. Hoc est latus occidentale. Inde procedit orientem versus per vallem Hinnom ad latus montis Tzion, & inde Enschemesch, atque ita ad latus boreale Bethchoglae & alia loca usque ad extremitatem borealem Lacus Asphaltitis. Unde liquet, illos falli, qui regionem hujus tribus ad mare usque magnum porrigunt.

Urbes Benjaminiticae hae sunt *Jos. 18. 21.*

Jericho.	*Harama.*
Bethchogla.	*Beeroth.*
Emek Ketzitz.	*Hammitzpe.*
Beth haaraba.	*Haccephira.*
Tzemaraim.	*Hamotza.*
Bethel.	*Rekem.*
Haavvim.	*Jirpeel.*
Happara.	*Tarala.*
Aphra.	*Tzela.*
Cephar haammona.	*Haeleph.*
Haophni.	*Jebusi i. e.*
Gaba.	*Jerusalem.*
His duodecim junguntur	*Gibeath*
14.	*Kirjathjearim.*
Gibeon.	

p. 156.

Quatuor

Quatuor urbes Benjaminiticae Gibeon, Geba, Anathoth & Almon sacerdotibus datae sunt, *Jos. 21. 17.* At quae est *Almon?* In serie modo data non extat. Estne eadem cum Ἀμμωνᾶ vel Μονὶ; sic Graeci reddunt *Kephar Haamona.*

Apud Josephum *Antiq. V. 1.* hoc modo describitur regio tribus Benjamin. Βενιαμῖται δὲ τὴν ἀπὸ Ἰορδάνου ποταμοῦ ἔλαχον ἄχρι θαλάσσης μὲν τὸ μῆκος, τὸ δὲ πλάτος Ἱεροσολύμοις ὁριζομένην καὶ Βεθήλοις (ita lege pro Βεθήλοις) στενότατος δὲ ὁ κλῆρος οὗτος ἦν, διὰ τὴν τῆς γῆς ἀρετήν. Ἱεριχοῦντα γὰρ καὶ τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἔλαβον. *Benjamitae regionem acceperunt quae a Jordane fluvio usque ad mare in longum protenditur. Latitudo ejus ab Hierosolymis est Bethela usque. Erat autem haec sors angustissima, propter agri bonitatem: acceperunt enim Hierosolyma & Jerichunta.*

TRIBUS EPHRAIM. Terminus australis hujus tribus, qui ex parte convenit cum termino boreali Benjaminis, a Jordane tendit per aquas Jerichuntis, Bethelem, Ataroth, confinia Bethchoronis inferioris, & Gezer usque ad mare magnum. Terminus borealis est flumen Kana ad mare magnum. Confer *Jos. 17. 7--10.* & *Jos. 16. 8.* Ubium index non extat. Tantum liquet, *Gezer* in hac regione fuisse, *Sichem*, *Ribtzaim*, & *Bethchoron*, datas Levitis, *Jos. 21. 11.* Josephi testimonium de regione huic tribui sorte data hoc est *Antiq. V. 1.* Ἡ δ' Ἐφραΐμου φυλὴ τὴν ἄχρι Γαδάρων ἀπὸ Ἰορδάνου ποταμοῦ μηκυνομένην ἔλαχεν. Εὖρος δὲ, ὅσον ἀπὸ Βεθήλων εἰς τὸ μέγα τελευταῖον πέδιον. *Tribus Ephraim adepta est regionem a Jordane usque ad Gadara extensam in longum. In latum autem ea protenditur a Bethel usque ad Campum magnum.*

TRIBUS DIMIDIA MENASSE. Terminus hujus australis idem fuit aliqua ex parte cum boreali Ephraim. Ad occidentem habuit mare magnum, ad orientem tribum Jissascar, ad boream tribum Ascher. *Jos. 17. 10.* Adeoque non videtur portio tribus Menassis pertigisse ad Jordanem. Certe sacer codex id non tradit. Contrarium potius inde colligas, quia ad mare usque ab una parte eam extensam fuisse legitur *Jos. 17. 10.* & ad ortum Jissascar fuisse, non Jordanem. Sed sciendum est, ut clarius haec intelligantur, non fuisse Menassitis tributam regionem singularem sorte, & singularem Ephraimitis. Una sorte utrique tribui regio assignata fuit. Vide *Jos. 16. 1.* & illa regio se extendit a Jordane, usque ad mare: sed ex illa regione, *ex medio sortis filiorum Menasse*, Ephraimitae acceperunt urbes suas. *Jos. 16. 9.* fere uti Simeon accepit urbes suas ex portione tribus Juda, quamvis haec sit differentia, quod Simeon sorte urbes suas acceperit, *Jos. 19. 1.* at una sors *Jos. 16. 1.* regionem communem & Ephraimitis & Menassitis dederit. Et hinc est, quod termini dimidiae tribus Menassis sigillatim non describantur. Tantum dicitur *Jos. 17. 7.* fines Menassis fuisse ab Aser usque ad Micmetath (quae in conspectu Sichem est) & illos protendi dextram versus, usque ad Entappuach: & dein ad latus boreale torrentis Kana, qui

p. 157.

qui in mare labitur, esse regionem Menassis, & ad australe latus esse Ephraim. Index urbium hujus tribus non extat. Solum dicitur *Jos. 17. 8. 11.* *Tappuach* urbem in regione tribus Menassis fuisse, sed pertinuisse tamen ad Ephraim, & Menassitas possedisse in regione tribuum Ascher & Jissascar *Betschean*, *Jibleam*, *Dor*, *Endor*, *Taanach*, (quae Levitis data est) & *Megiddo*. Praeterea *Gath Rimmon* urbs erat Menassitarum, data Levitis *Jos. 21. 25.*

Josephus de hac regione ita scribit *Antiq. V. 1.* Τῆς μανασσήτιδος οἱ ἡμίσεις ἀπὸ μὲν Ἰορδάνε μεχρὶ Δώρων πόλεως, πλάτος δὲ ἐπὶ Βηθσάνων, ἣ νῦν Σκυθόπολις καλεῖται. *Dimidia tribus Manasse in longum (extensa fuit) a Jordane usque ad Dora urbem, in latum usque ad Bethsan quae nunc Scythopolis appellatur.* Verum in libro Josuae ad ortum hujus tribus Jissascar ponitur: adeoque non porrecta est usque ad Jordanem: sed quia Menassitae possederunt Scythopolin sive Bethsan (quae tamen in portione Jis-
p. sascar erat) falli potuit Josephus & credidisse, regionem tribui Menasse
158. sorte adsignatam eo usque extensam fuisse: nam ideo & ad Dora usque eam extendit, quae in Ascher sita fuit. Si urbes hujus tribus recensitae fuissent omnes, forsitan certiora possemus expromere.

TRIBUS JISSASCAR. *Jos. 19. 17.* describitur regio tribui Jissascar data, se extendens a Jordane, usque ad portionem tribus Menassis borealem & maritimam: non tamen pertigit ad ipsum mare, nam alias Aser non contigisset Menasse ab austro, quod legitur *Jos. 17. 10.* Sedecim hae civitates ei assignantur.

Jitzreela.	*Abetz.*
Haccesuloth.	*Remeth.*
Schunem.	*Engannim.*
Chapharaim.	*En chadda.*
Schion.	*Beth patztzetz.*
Anacharath.	*Tabor.*
Harabbith.	*Schachazima.*
Kischjon.	*Beth schemesch.*

Graeci interpretes inserunt urbem Δαβιρὼν (forte eandem cum Dobrath *Jos. 21. 28.*) *commate* 20. ante Kischjon, & Ῥεηρὼθ inter Schion & Anacharath: & *comma* 21. ita dant Ῥεμμὰς καὶ Ἰεὼν καὶ Τομμὰν καὶ Ἀιμαρὲκ καὶ Βηρσαφής pro eo, quod in Hebraeis codicibus legitur Remeth Engannim, En chadda & Bethpatztzetz. *Commate* 22. pro שחצימה legisse videntur שלם ימה reddentes Σαλὶμ κατὰ θάλασσαν. Quatuor urbes tribus Jissascar, Kisjon, Dobrath, Jarmuth, & Engannim Levitis datae leguntur *Jos. 21. 28.* Josephus ita hanc regionem describit *Antiq. V. 1.* Μετὰ τούτους Ἰσάχαρις, Καρμηλόν τε ὄρος καὶ τὸν ποταμὸν τοῦ μήκους ποιησαμένη τέρμονα, τὸ δὲ Ἰταβύριον ὄρος τοῦ πλάτους. *Post hos (Menassitas) Isacharis*

Isacharis regio terminos habens longitudinis montem Carmelum ab una, fluvium, (Jordanem) ab altera parte, latitudinis vero montem Itabyrium.

TRIBUS ASCHER. Ad austrum habuit haec tribus regionem tribus Menassis, *Jos. 17. 10.* ad boream fines terrae Israëliticae, ad occidentem mare magnum, ad orientem tribum Zebulon, & Naphtali. *Jos. 19. 34.* Urbes ejus 22. recensentur. *Jos. 19. 24.*

Chelkath.	*Nejel.*	p.
Chali.	*Rechob.*	159.
Beten.	*Chammon.*	
Acschaph.	*Kana.*	
Alammelech.	*Tzidon.*	
Amad.	*Harama.*	
Mischal.	*Mibtzar Tzor.*	
Bethdagon	*Chosa.*	
Zebulon.	*Acziph.*	
Beth haemek.	*Umma.*	
Cabul.	*Aphec.*	
Ebron.	*Rechob.*	

Oportet, ut numerus constet, aliquas ex his urbes non fuisse, sed locorum nomina, aut jungendas cum praecedenti, vel urbes alterius tribus in confiniis sitas.

Misal, *Abdon*, *Chelkath*, *Rechob*, quatuor urbes Asseritarum datae fuere Levitis, *Jos. 21. 30.* *Abdon* non est in serie exhibita: sed latere videtur in *Ebron*. Nullum est nomen urbis, quicum melius convenit. Pro *Acschap* Graeci habent Κεὰφ vel Καιψά, ac si urbem *Caipha* innuere voluissent. *Zebulon* est urbs, de qua vide *p. 129.*

Josephus ita describit hanc regionem *Antiquit. V. 1.* Τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ Καρμήλου κοιλάδα προσαγορευομένην διὰ τὸ καὶ τοιαύτην εἶναι, Ἀσηρῖται φέρονται πᾶσαν τὴν ἐπὶ Σιδῶνος τετραμμένην. Ἄρκη δὲ πόλις ὑπῆρχεν αὐτῶν ἐν τῇ μεσίδι, ἣ καὶ Ἀκτιπτός. *Asseritae obtinuerunt regionem post Carmelum sitam quae convallis dicitur & est, omnem videlicet quae Sidoni obversa est. Horum est Arce quae & Actipus dicitur.*

TRIBUS ZEBULUN. Ad occasum non putarem, hanc usque ad mare extensam, ob illa, quae leguntur *Jos. 17. 10.* & *19. 26.* ad orientem fuit mare Gennesareth & pars Jordanis *Matth. 4. 13.* ad boream Naphtali. *Jos. 19. 34.* ad austrum Jissascar. Thabor erat in confiniis *Jos. 19. 12. 22.*

Urbes ejus duodecim fuerunt *Jos. 19. 15.*

Sarid.	*Gath hachepher.*	
Dabbascheth.	*Rimmon.*	
Dobrath.	*Channathon.*	p.
Japhia.	*Kattath.*	160.

 Naba-

Nahalal.	*Jidala.*
Schimron.	*Bethlechem.*

Reliquorum locorum in confiniis sitorum nomina omisi, ut numerus duodecim urbium constaret. Quamvis forsitan aliqua omisi, quae inserenda fuerant, & inserui omittenda: quod tamen incertum videtur.

Jokneam, *Carta*, *Dimna* & *Nachalal* quatuor urbes Levitis datae leguntur *Jos. 21. 34. Jokneam Jos. 19. 11.* memoratur.

Josephi descriptio regionis Zabuloniticae his verbis continetur *Ant. V. 1.* Ζαβελωνῖται δὲ τὴν μέχρι Γεννησαρίτιδος καθήκουσαν δε περὶ Κάρμηλον καὶ θάλασσαν ἔλαχον. *Zabulonitae regionem, quae a Lacu Gennesarite usque ad Carmelum & mare extenditur, adepti sunt.*

TRIBUS NAPHTALI. Regio hujus tribus habuit ad occidentem tribum Ascher *Jos. 19. 27.* ad austrum tribum Zebulon, ad ortum partem maris Gennesareth & Jordanis, nam Capernaum sita erat in finibus Zebulon & Naphtali. *Matth. 4. 13.* Confer *Jos. 19. 33.* Ad boream habuit fines ultimos terrae Israëliticae. Urbes ejus 19. sunt *Jos. 19. 38.*

Hatziziddim.	*Kedesch.*
Tzer.	*Edrei.*
Chammath.	*En chatzor.*
Rakkath.	*Jiron.*
Kinnereth.	*Migdal el.*
Adama.	*Charem.*
Harama.	*Beth anath.*
Chatzor.	*Beth schamesch.*

Quum autem huic seriei tres urbes desint, videntur illae ex urbibus sitis in finibus hujus tribus *Jos. 19. 33.* adjiciendae, quales Lakkum, Chukkok, Cheleph. Kedesch, Chammathdor & Cartan, tres urbes Naphtaliticae, datae leguntur Levitis, *Jos. 21. 32.*

p. 161. Quamvis apud Graecos Interpretes non legatur 19. urbes esse, si quis tamen urbes ipsas, quas memorant, numeret, deprehendet, eas tot esse. Commate 33. recensent sex, & reliquas *comm. 35. & seqq.* sunt autem hae, quas contulimus cum nominibus Hebraeis.

Μαλὲφ מחלף	Ἰάβνη יבנאל
Μηλὼν מארון	Τύρος צר
Βεσανανὶμ בצענים	Ὠμαθαδακὲ חמת רקת
Ἀρμαὶ ארמי	Κενερὲθ כנרת
Νακὲβ הנקב	Ἀδαμὶ ארמה

Ῥαμὰ

Ῥαμὰ הרמה	Ἰαριὼν יראון
Ἀσὼρ חצור	Μεγαλαρὶμ מגדל אלחרם
Κέδες קדש	Βηθανὰθ בית ענת
Ἐδραεὶ ארדעי	Βηθσαμὶς בית שמש
Πηγὴ Ἀσὼρ עין חצור	

Nota ἐν παρόδῳ, Hieronymum & alios credidisse, *Kinnereth* eandem urbem fuisse cum ea, quae *Tiberias* postea dicta fuit. Et tamen *Kinnereth* fuit urbs sita in portione tribus Nephtali, *Jos. 19. 35.* termini autem australes tribus Nephtali initium capiunt a Capernaum. vide *Matth. 4. 13.* nam Capernaum sita fuit in confiniis Zebulonis & Naphtali. Naphtali erat ad boream, & Zebulon ad austrum. Quum itaque Tiberias fuerit multo australior, urbe Capernaum, & ad austrum Capernaumi non fuerit regio tribus Naphtali sed Zabulon, Kinnereth autem urbs fuerit tribus Naphtali, non fuit illa eadem cum Tiberiade.

Apud Josephum hi limites assignantur tribui Naphtali, *Ant. V. 1.* Egerat ante de tribu Aser, regionem ad mare a Carmelo ad Sidona complexa, Τὰ δὲ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τετραμμένα μέχρι Δαμασκῆ πόλεως, καὶ τῆς Γαλιλαίας τὰ καθύπερθεν Νεφθαλῖται παρέλαβον ἕως τῆ Λιβάνε ὄρες καὶ τῶν Ἰορδάνε πηγῶν αἱ τὴν ὁρμὴν ἐκ τῆ ὄρες ἔχουσιν, ἐκ τῆ καθήκοντος τοῖς ὄροις κατὰ βόρεια πόλεως Ἀρκῆς παροικούσης. *Quae vero ad ortum spectant, usque Damascum urbem, & superior Galilaea Nephthalitis obtigerunt usque ad Libanum montem & fontes Jordanis, qui ex hoc monte oriuntur, qua fines sunt Arces, urbis versus septentrionem sitae.* Quod Damascum hic commemoret, puto p. 162. ἀπροσδιόνυσον. Scripsisse suspicor Josephum, μέχρι Δὰν πόλεως.

Quid censeri debeat de verbis *Jos. 19. 34.* ubi dicitur regio hujus tribus incidere in Judam ad ortum, superius inquisivimus *p. 32.* Nota in versione Graeca uti nunc est, non legi illic *Juda*, sed tantum *Jordanem esse ad ortum*, videri tamen olim lectum fuisse. Certe Eusebius in *Onomastico ad vocem* Ἐικόὰ (ita enim legendum est pro Ἐικοή) haec habet, Συνάπτει τῷ Ζαβελὼν ἀπὸ τῆ νότε καὶ τῷ Ἀσὴρ κατὰ θάλασσαν καὶ τῷ Ἰέδα ἐξ ἀνατολῶν, quae petita esse ex *Jos. 19. 34.* nemo non videt.

TRIBUS RUBEN. Totam regionem, quae trans Jordanem, sive ad orientem illius fluvii erat, cessisse tribubus Ruben, Gad & dimidiae Menassis certum est, ex *Jos. 13.* Inter has prima fuit ab australi parte tribus Ruben, quae uti & reliquae tribus Jordanem habuit ad occasum & terras Gentium ad ortum, ad austrum vero fluvium Arnon, ad boream tribum Gad.

Urbes hujus tribus nominatim recensentur hae *Jos. 13. 16. &c.*

Medaba.	*Bamoth baal.*
Cheschbon.	*Beth baal meon.*
Dibon.	*Jahetza.*

Kede-

Kedemoth.	*Tzereth schachar.*
Mephaath.	*Beth peor.*
Kirjathaim.	*Aschdoth Pisga.*
Sibma.	*Beth Jeschimoth.*

Betzer, Jahza, Kedemoth & *Mephaath* hinc datae sunt Levitis. *Num. 32. 37.* leguntur Rubenitae occupasse & incoluisse has urbes *Cheschbon, Eleale, Kirjathaim, Nebo, Baal meon, & Sibma.*

TRIBUS GAD se extendit a finibus tribus Ruben non longe a Cheschbon usque ad fluvium Jabbok & extremitatem maris Kinnereth *Jos. 13. 27.* & *26.* & a Machanaim (quae urbs fuit in confiniis tribus Gad & dimidiae tribus Menasse, *Jos. 13. 30.*) se extendit usque ad Debir. Ita Hebraei codices. Graeci pro Debir Δαιβὼν habent: quae est urbs tribus Ruben *Dibon*: quam ipsi Δαιβὼν vocant *Jos. 13. 17.* sed a Gaditis inhabitata legitur *Num. 32. 34.*

p. 163.

Urbes ejus fuere inter alias

Jaezer.	*Bethharam.*
Ramath hammitzpe.	*Bethnimra.*
Betonim.	*Succoth.*
Machanaim.	*Saphon.*

Ramoth, Machanaim, Cheshon & *Jaezer* Levitis ex hac regione datae leguntur *Jos. 21. 38.* Verum *Cheshon* sita fuit in portione tribus Ruben, uti mox vidimus: at in confiniis tribuum Ruben & Gad, uti colligere licet ex *Jos. 13. 26.* Ῥαμὼθ exhibent codices quidam Graeci pro *Ramath.* Et videtur sane *Ramath* & *Ramoth* nomen esse urbis ejusdem. *Num. 32. 24.* hae urbes a Gaditis leguntur inhabitate, *Dibon, Ataroth, Aroër, Atroth Sophan, Jaezer, Jogbeha, Bethnimra & Bethharan.* Pro *Atroth Sophan* Graeci habent Σοφὰρ, & pro *Bethnimra* Ναμρὰμ.

DIMIDIA TRIBUS MENASSE se extendit a Machanaim, sita in confinis Gadis & hujus tribus, usque ad extremos terrae Israëliticae fines boream versus complexa plurimas urbes, inter quas *Astaroth, Edrei,* (quae urbes primariae Ogi Regis Basan fuerant, *Deut. 1. 4.*) sexaginta urbes Jair, aliaeque. Vide *Jos. 13. 30. Golan* & *Beesthera* Levitis ex hac regione datae sunt: quarum illa Gaulanitidi regioni nomen dedit, haec *Bostra* nuncupata fuit postea.

Quandoquidem urbes Sacerdotes & Leviticae ex regionibus reliquarum tribuum datae sunt non videtur ab hoc loco alienum, dare seriem duplicem earundem urbium, alteram ex libro Josuae, alteram e Chronicis, petitam. Ubi non modo docebimur, ad quas tribus hae urbes illic referantur, verum etiam, quomodo earum nomina diversa ratione scribantur, ut ita lector alteram seriem ex altera illustrare queat.

Urbes

Urbes Sacerdotales *1. Chron. 7.* p. 164.

ex Juda & Simeon.	*In versione Graeca.*
חברון	Χεβρὼν
לבנה	Λοβνὰ
יתר	Σελνὰ, *al.* Νηλὼμ & Ἀλὼμ natum ex חילן.
אשתמע	Ἐσθαμὼ
חילן	Ἰεθὰρ
דביר	Δαβὶρ
עשן	Ἀσὰν
בית שמש	Βαιθσαμὺς

Ex Benjamin.

גבע	Γαβαὶ
עלמת	Γαλεμὰθ
ענתות	Ἀναθὼθ

Leviticae ex Ephraim.

שכם	Συχὲμ
גזר	Γαζὲρ
יקמעם	Ἰεκμαὰν
בית חורון	Βαιθωρὼν
אילן	Ἀιλὼν
גת רמון	Γεθρεμμὼν

Ex dimidia Menasse.

ענר	Ἀνὰρ
בלעם	Ἰεμβλαὰν

Ex altera dimidia Menasse.

גולן	Γωλὰν
עשתרות	Ἀσηρὼθ

Ex Jissascar.

קדש	Κέδες
דברת	Δεβερὲ
	Δαβὼρ
ראמות	Ῥαμὼθ
ענם	Αἰνὰν

Ex Ascher.

משל	Μασὰλ

p. 165.

עברון

עברון	Ἀβδὼν
חוקק	Ἀκὰκ
רחב	Ῥοὼβ

Ex Naphtali.

קדש	Κέδες
חמון	Χαμὼθ
קריתים	Καριαθαὶμ

Ex Zebulon.

רמונו	Ῥεμμὼν
תבור	Θαβὼρ

Ex Ruben.

בצר	Βοσὸρ
יחצה	Ἰασὰ
קדמות	Καδμὼθ
מיפעת	Μαεφλὰ

Ex Gad.

דאמות בגלעד	Ῥαμμὼθ
מחנים	Μαὰναὶμ
חשבון	Ἐσεβὼν
יעזר	Ἰασὴρ.

Urbes Sacerdotales *Jos. 21. 13.*

Ex Juda & Simeon.	*In versione Graeca.*
חברון	Χεβρὼν
לבנה	Λεμνά, deest in quibusdam.
יתיר	Ἀιλὼμ
אשתמע	Τεμὰ
חלן	Γελλὰ
דבר	Δαβὶρ
עין	Ἀσὰ
יטה	Τανὶ
בית שמש	Βαιθσαμὺς

Ex Benjamin.

גבעון	Γαβαὼν
גבע	Γαθὲθ
ענתות	Ἀναθὼθ
עלמון	Γάμωα

Leviticae ex Ephraim.

שכם	Συχὲμ
	Γάζαρα
קבצים	Καβσαεὶμ, in quibusdam deest.
בית חרון	Βαιθωρὼν

Ex Dan.

אלתקא	Ἐλκωθαὶμ
גבתון	Γεθεδὰν
אילון	Ἀιλὼν
גת רמון	Γεδερεμμὼν

Ex dimidia Menasse.

תענך	Τανὰχ
גת רמון	Ἰεβαθὰ

Ex altera dimidia Menasse.

גלון	Γαυλὼν
בעשתרת	Βοσορὰ

Ex Jissascar.

קשיון	Κισὼν
דברת	Δεββρὰ
ירמות	Ῥεμμὰθ
עין גנים	Πηγὴ γραμμάτων

Ex Ascher.

משאל	Βασελλὰ
עבדון	Δαββὼν
חלקת	Χελκὰτ
רחב	Ῥοὰβ

Ex Naphtali.

קדש	Κάδης
חמת דאר	Νεμμὰθ
קרתן	Θεμμὼν

Ex Zebulon.

יקנעם	Μαὰν
קרתה	Κάδης
רמנה	Σελλὰ
נהלל	

Ex Gad.

רמת בגלעד	Ῥαμὼθ
מחנים	Καμὶν, al. Μανακὶμ.
חשבון	Ἐσεβὼν
יעזר	Ἰαζὴρ

Notant Judaei in quibusdam codicibus *Jos. 21.* inseri duo commata ante recensionem urbium in Gad, de urbibus Ruben. Sunt autem haec, uti extant in MS. codice Regis Galliarum, *num. 7.* וממטה ראובן את עיר מקלט הרצח את בצר במדבר ואת מגרשיה וארת יהצה וארת מגרשיה את קדמות ואת מגרשיה ואת מיפעת וארת מגרשיה ערים ארבע *& ex tribu Ruben urbem refugii Bezer in solitudine & villas ejus, Jahza & villas ejus, Kedemoth & villas ejus, Mephaath & villas ejus, urbes quatuor.* Ad numerum urbium 12. datarum filiis Merari & memoratarum *Jos. 21. 40.* complendum hae quatuor requiruntur necessario; caeteroquin octo tantum sunt. Graeci habent similiter, Καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου τοῦ κατὰ Ἰεριχὼ ἐκ τῆς φυλῆς Ῥουβὴν, τὴν πόλιν τὸ φυγαδευτήριον τοῦ φονεύσαντος τὴν Βοσὸρ ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὴν Μισώρ (videtur τῆς Μισώρ legendum, ut in aliis codd. est, & *Jos. 20. 8.* describitur) καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς καὶ τὴν Ἰαζήρ (male, pro Ἰααζά mox in Gad est Ἰαζήρ) καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν Δεκμὼν, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν Μαφὰ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, πόλεις τέσσαρες.

p. 168. Coronidis loco sententiam Hieronymi, qui ipse, uti cognitissimum est, incola Palaestinae fuit, de partitione hujus terrae, inter tribus Israëliticas facta, adscribemus ex commentario ejus in *Ezechiel. cap. XLVIII. In priori divisione terrarum trans Jordanem per Moysen duabus tribubus Ruben & Gad & dimidiae tribui Manasse terra divisa est: intra Jordanem autem per Josue filium Nun & Eleazar filium Aaron Judas possedit ab Austro, & Ephraim & Manasse tribus dimidia ab Aquilone. Postea vero de Silo missis exploratoribus per singulas tribus, & descriptione terrae allata ad Josue & Eleazar,* Benjamin *juxta Judam ab Austro & juxta Ephraim & dimidiam tribum Manasse accepit possessionem. Secunda tribus* Simeon *haereditatem accepit in tribu Juda, ut impleretur, quod scriptum est de Levi & Simeon: dividam eos in Jacob & dispergam eos in Israël. Tertia* Zabulon *Galilaeam accepit, in qua est mons Thabor. Quarta* Isachar, *ubi est Jezrahel usque ad Jordanem. Quinta* Aser *usque ad montem Carmelum, qui imminet mari magno, Tyrumque & Sidonem. Sexta* Nephtali *in Galilaea usque ad Jordanem, ubi Tiberias, quae olim appellabatur Chenereth. Septima* Dan *usque Joppem, ubi sunt turres Ailon & Selebi* (שעלבין ואילון Jos. 19. 42.) *& Emaus, quae nunc appellatur Nicopolis: licet postea legerimus, quod coeperint sibi transcensis aliis tribubus urbem Lezem in tribu Dan, quae hodie appellatur Paneas.*

Pro *Emaus* in contextu Hebraeo est עיר שמש *Ir Schamesch.* Graeci pro eo habent πόλεις (al. codd. πόλις) Σαμμαὺς, & hinc natum Ἀμμαὺς, quia

quia Sigma initiale frequenter in veteribus codicibus Graecis adest, ubi adesse non debet, & contra. Quid si pro *turres* legamus *urbes*, vel *urbes tres?* sed sine auctoritate codicum nihil muto.

Atque ita quidem vidimus, qua ratione partiti fuerint Israëlitae universam regionem ipsis adsignatam. Nolim tamen lectores in his acquiescere, quae hoc capite scripsimus: multo enim plura dicenda habemus de urbibus illis, quas recensuimus: quod libro tertio fiet, quum κατὰ στοιχεῖον de unaquaque urbe & vico Palaestinae agemus. Ab urbium autem situ dependet notitia limitum singularum tribuum, qui constitui certo nequeunt, nisi de situ urbium, per quas transeunt, constet.

CAPUT XXIX. p. 169.

DE PARTITIONE TERRAE ISRAELITICAE SALOMONAEA.

Rex Salomon divisit terram Israëliticam in partes duodecim. Codex sacer collatus cum Josepho. Makatz *Graecis* Machmas. Μαχμὰς *quibusdam habitum nomen proprium. Taanach & Megiddo in magno campo sitae, in portione tribus Jissascar: nec tamen iis praeerat Josaphat, cujus erat regio decima Jissascar: quae sit causa, disquiritur. Urbes Jair a Baschan aliquando distinctae.*

NEgligitur vulgo ab iis, qui de partitione terrae Israëliticae agunt illa, quam Salomon fecit, licet lucem magnam geographiae sacrae foeneretur. Fateor, eam tantum spectavisse ad alimenta aulae: veruntamen quum varia loca, aliunde non satis nota, hic commemorentur, & ex iis quibuscum conjunguntur nonnulla doceamur de vero eorum situ, videtur illa nequaquam a nobis praetermittenda. Legitur *1. Reg. 4. 7. & seqq.*

REGIO PRIMA est, cui praeerat filius Chur.

הר אפרים *Montana Ephraim.* Josephus, *Antiq. VIII. 2.* τῆς Ἐφραΐμου κληρουχίας Οὖρης· *Ephraimi sortis Ures, ἡγεμὼν ἦν.* Nota non montana tantum, sed totam Ephraimitin sorte illi tribui assignatam a Josepho hic dici, pro eo, quod sola montana Sacer Codex commemoret.

REGIO SECUNDA est, cui praeerat filius Deker.

מקץ שעלבים ובית שמש ואילון בית חנן *Makatz, Schalbim, Bethschemesch, & Elon Beth chanan.* Pro *Makatz*, quae vox non nisi hoc loco in sacro codice legitur, quaedam exempla interpretum Graecorum habent nomen notius Μαχμὰς & Μαχεμὰτ, quod indicat urbem *Michmas*, non longe sitam ab illis quibuscum recensetur. Eusebius tamen legit hoc loco Μακὲς, quod & codices quidam Graeci habent, scribens in Onomastico,

p. 170. maſtico, Μακὲς, πόλις ἄρχοντος Σαλομῶνος. Hieronymus. *Maces, urbs unius principum Salomonis.* Porro pro *Elon* Αἰαλὼμ habent, & inter Elon & Bethchanan interſerunt voculam ἕως, *uſque ad* Bethchanan. *Schalbin, Beth ſchemeſch* & *Elon* urbes ſunt tribus Dan, de quibus vide ſupra *pag. 154.* Joſephus, *Ant. VIII. 2.* Ἐπὶ δὲ τῆς Βιθιέμες τοπαρχίας ἦν Δακῆρος (ita legendum pro eo, quod male nunc extat ὁ κλῆρος) *Toparchiae Bithjemes praefectus erat Dacerus.* Interpres vetus Latinus hic plane a via aberrat.

REGIO TERTIA eſt, cui praeerat filius Cheſed.

ארבות שכה וכל ארץ חפר *Arubboth, Soco, & omnis regio Chepher.* Nihil in Joſepho eſt, quod his reſpondeat.

REGIO QUARTA eſt, cui praeerat filius Abinadab.

כל נפת דאר *Omnis regio Dor.* Joſephus, *Ant. VIII. 2.* Τὴν δὲ τῶν Δώρων καὶ τὴν παράλιαν Ἀβιανάδαβος εἶχεν ὑπ' αὐτῷ γεγαμηκὼς τὴν Σαλομῶνος θυγατέρα. *Regionem urbis Dororum & maritimam oram ſibi ſubjectam habuit Abinadab gener Salomonis.*

REGIO QUINTA eſt, cui praeerat Bana filius Achilud.

תענך ומגדו וכל בית שאן אשר אצל צרתנה מתחת ליזרעאל מבית שאן עד אבל מחולה עד מעבר ליקמעם *Taanach & Megiddo & omnis Bethſchean, quae vicina eſt Zartanae infra Jizreel, a Bethſchean uſque ad Abel Mechola uſque e regione Jokmeam.* Illud מעבר Interpretes Alexandrini retinent, Μαεβὲρ, & inſeruit Onomaſtico Euſebius uti nomen loci proprium, legens Μεεβρὰ monenſque, Aquilam id reddidiſſe ἀπὸ πέραν, Symmachum ἐξ ἐναντίας. Joſephus, *Antiq. VIII. 2.* Τὸ δὲ μέγα Πέδιον ἦν ὑπὸ Βαναίᾳ τῷ Ἀχίλε παιδὶ, προσυπῆρχε δὲ καὶ τῆς ἄχρι Ἰορδάνε πάσης. *Magnus Campus ſuberat Banaiae filio Achili. Praeerat quoque regioni omni uſque ad Jordanem.* Nota hic magnum Campum dici regionem, in qua Taanach & Megiddo, diverſum omnino a magno Campo, quem Jordanes medium ſecat, nam illius partes ad alios praefectos ſpectabant, uti *Benjamin* & *Jiſſaſcar*, (quae ad Jordanem uſque pertingebant, uti antivicimus *p. 155.* & *158.*) & ſuberant praefectis decimo atque undecimo loco numerandis.

p. 171.

REGIO SEXTA eſt, cui praeerat filius Gebher.

רמות גלעד חות יאיר חבל ארגוב אשר בבשן ששים ערים גדולות וגו׳ *Ramoth in Gilead, urbes Jair, tractus Argob, qui in Baſchan eſt, 60. urbes magnae &c.* Joſephus, *Ant. VIII. 2.* Τὴν δὲ Γαλααδίτιν καὶ Γαυλωνῖτιν ἕως τοῦ Λιβάνε ὄρους καὶ πόλεις ἑξήκοντα μεγάλας καὶ ὀχυρωτάτας ἔχων ὑφ' αὐτὸν Γαβαρὶς διεῖχεν. *Galaaditin & Gaulonitin uſque ad Libanum & 60. urbes magnas validaſque Gabaris ſibi ſubjectas habuit.* Sed quid tum fiet de regione duodecima?

REGIO

REGIO SEPTIMA eſt cui, praeerat Achinadab filius Iddo.

מחנימה *Machanaima.* Joſephus *Ant. VIII.* longe aliter hanc regionem deſcribit. Ἀχινάδαβος δὲ τῆς Γαλιλαίας ὅλης ἄχρι Σιδῶνος ἐπετρόπευε. *Achinadab Galilaeae univerſae Sidonem uſque praefectus fuit.* Haec magis convenirent ſequenti, cui tribus Naphtali contigit, maxime quum oram maritimam Banacatae adſcribat.

REGIO OCTAVA eſt, cui praeerat filius Achimatzi.

נפתלי *Naphtali.* Huic nihil reſpondet apud Joſephum.

REGIO NONA eſt, cui praeerat Baana filius Chuſchai.

אשר ועלות *Aſcher & Aloth.* Quidam vocem ultimam vertunt *loca ſuperiora.* Joſephus *Ant. VIII. 2.* Τὴν περὶ Ἄρκην παράλιαν εἶχε Βανακάτης. *Regionem maritimam circa Arcen Banacates habuit.* Haec eſt Arce, quae & Ἀκιπὲς ei dicitur, in regione Aſcher.

REGIO DECIMA eſt, cui praeerat Joſaphat filius Paruach.

יששכר *Jiſſaſcar.* Quomodo hoc convenit cum locis regioni quintae aſſignatis, Bethſchean, Taanach & Megiddo, quae in Jiſſaſcaritide ſita fuerunt? Nempe illa poſſidebantur a dimidia tribu Manaſſe, licet in portione tribus Jiſſaſcar eſſent. *Joſ. 17. 11.* Joſephus *Antiquit. VIII. 2.* Σαφάτης δὲ Ἰταβύριον ὄρος καὶ Κάρμηλον καὶ τὴν Γαλιλαίαν ἄχρι τοῦ ποταμοῦ Ἰορδάνε χώραν ἐπὶ δὲ τούτων πάσαν ἐπετέτραπτο. *Saphates montem Itabyrium, & Carmelum, & Galilaeae regionem omnem uſque ad Jordanem nactus eſt.*

p. 172.

REGIO UNDECIMA eſt, cui praeerat Schimei filius Ela.

בנימן *Benjamin.* Joſephus *Antiq. VIII. 2.* Σαβεὴς (leg. Σεμεὴς. Nihil eſt frequentius in veteribus membranis, quam literas β & μ permutari, quia figura utriuſque tantum non eadem erat, accedens ad hanc μ) τῆς Βενιαμίτιδος κληρεχίαν ἐγκεχειρισμένος. *Subees Benjamiticae tribus ſortem adeptus eſt.*

REGIO DUODECIMA eſt, cui praeerat Geber filius Uri.

ארץ גלעד ארץ סיחון מלך האמרי ועוג מלך הבשן *Terra Gilead, regio Sichonis Regis Emoraeorum & Og Regis Baſchan.* Joſephus *Ant. VIII. 2.* Γαβάρης (lege Γαβάρης) εἶχε τὴν πέραν τοῦ Ἰορδάνε χώραν. *Gabares habuit regionem trans Jordanem.* Verum in regione ſexta erant 60. urbes בבשן *in Baſchan.* Illae certe ad hanc regionem duodecimam non pertinuerunt. Poſſet illud בבשן *reddi apud* vel *juxta Baſchan.*

CAP.

CAPUT XXX.

DE PARTITIONE TERRAE ISRAËLITICAE IN TETRARCHIAS ET TOPARCHIAS.

Tetrarchiarum nomen etiam alibi usurpatum. Non semper notat quartam partem regionis. Primi tetrarchae inter Judaeos duo. Historia brevis continuatarum atque interruptarum tetrarchiarum. Tabula genealogica gentis Herodiadum. Index Plinianus decem toparchiarum in Judaea. Josephus κληρεχίας undecim recenset, & quas.

p. 173. RAtio instituti nostri atque ordo postulat, ut partes, in quas, stante templo secundo, & post excidium ejus, terra Israëlitarum tributa fuit, Judaeam nempe, Samariam, Galilaeam, Peraeam, & quae sunt aliae minores, uti Acrabattene, Gophnitica, Daromas &c. lustremus. Verum quandoquidem continua serie omnes eas exponere constituimus, ne illam interrumpere cogamur, ob partitionem terrae in tetrarchias & toparchias, quam Josephus & Plinius memorant, & de qua pauca modo habemus dicenda, visum est hoc capite de illis agere.

Eo tempore, quo gens Herodum rei Judaïcae praefuit, in tetrarchias (quod nomen Galatia, Thessalia, & alibi usurpatum quoque legitur) divisa fuit terra Judaeorum. Quo nomine non intelligi semper quartas regionum partes, (quamvis & hoc sensu Palaestina in Judaeam, Samariam, Galilaeam, & Peraeam, aut in locum Samariae substituta Gaulonitide, dividi potuerit) sed latius id patere jam ante a viris doctis monitum est. Primi tetrarchae fuere duo (evidens argumentum non fuisse quatuor, qui tetrarchiis praeessent, aut tetrarchias nuncupatas, quasi portiones quartas) Phasaëlus filius Antipatri, & frater ejus Herodes, postea creatus Rex Judaeorum. Collata est in illos haec dignitas ab Antonino, quemadmodum legere est apud Josephum *Antiquit. XIV. 23.* Phasaëlo deinde a Parthis capto & occiso, Herodes Judaea cedere coactus & Romam profectus a Senatu Romano, favore potissimum Antonini, regis titulum consecutus est. Quum autem Antoninus ab Octaviano Caesare superatus esset ad Actium, & Herodes se imperio excidisse crederet, quippe Antonini partibus addictus, praeter spem in fastigio regio confirmatus est a Caesare, & postea fratri suo Pherorae tetrarchiam ab eodem impetravit. Vide *Joseph. Ant. l. XV. 13.* Ipse autem primum quidem non habuit in animo, filiorum suorum quosdam tetrarchas constituere post mortem suam, sed Antipatrum filium ex Doride post obitum suum regnaturum dixerat, deinde Alexandrum & p. Aristobulum natos ex Mariamme Alexandri filia, nepte Hircani. Vide 174. *Antiq. XVI. 8.* Postea strangulatis jussu parentis Alexandro & Aristobulo testamento Antipatrum regem declaravit, aut si hic prius e vita disce-

GENEALOGIA HERODUM.

Antipas.

Josephus *duxit Salomen sororem Herodis M.*

Josephus *duxit Olympiadem.*

Mariamne.

Phasaëlus *tetrarcha*

Phasaëlus *cui nupsit Salampso.*

Antipater. Herodes. Alexander. Alexandra *nupsit Tinnio Rufo.* Cypros *nupsit Agrippæ.*

Antipater *dant Cypro.*

Cephalio.

Herodes Magnus *Rex Judæorum.*

Josephus *necatus ab Antigono.*

Pheroras *tetrarcha duxit sororem uxoris Herodis M.*

Salome *nupsit Josepho deinde Costobaro et Alexiæ.*

Pheroras *duxit Cypron Mariamnes filiam.*

filius. filius. filia. filia.

Berenice *nupta Aristobulo dein avunculo Antipatri, Theudioni fratri Doridis.*

filius. filia *nupta Callaeæ filio matris mariti Salomes.*

Antipater *duxit Cypron.*

Callaeas.

Cypros *nupta Alexæ Selcio.*

Cypros.

ex Doride **Antipater** *duxit filiam Antigoni Regis Judæorum & filiam Aristobuli fratris Mariamnes.*

filius. *duxit filiam Pherorae.* filia. filia. filia.

Tigranes *Rex Armenorum.*

ex Mariamne Alexandri filia **Alexander** *duxit Glaphyram filiam Regis Cappadocum.*

Alexander.

Tigranes *Rex Armenis datus a Nerone.*

Alexander *duxit Antiochi Regis Comagenorum filiam.*

ex Mariamne Alexandri filia **Aristobulus** *duxit Berenicen fil. Salomes.*

Herodes *Rex Chalcidis duxit Mariamnen fil. Olympiadis dein Berenicen.*

Aristobulus *duxit Salomen viduam Philippi, Armeniæ minori præfectus.*

Herodes. Agrippa. Aristobulus.

ex Mariamne Alexandri filia **Herodes** *Roma in studiis mortuus.*

Agrippa *Rex Judæorum duxit Cypron fil. Salampsus.*

Drusus.

Berenicianus. Hyrcanus.

Aristobulus *duxit Jotapen filiam Regis Emisenorum.*

Jotape

ex Mariamne Alexandri filia **Salampso** *nupsit Phasaelo desponsata antea Pherorae.*

Herodias *nupta Herodi filio Herodis M. ex Mariamne filia Simonis dein Herodi Antipae.*

Agrippa *Tetrarcha & postea Rex.*

Berenice *Marco nupta, post Herodi Regi Chalcidis patruo suo dein Polemoni Regi Ciliciæ.*

ex Mariamne Alexandri filia **Cypros** *nupta Antipatro filio Salomes.*

Mariamne *nupta Antipatro patruo suo.*

Mariamne *nupta Archelao fil. Chelciæ dein Demetrio Arabarchæ*

Berenice. Agrippinus.

Drusilla *nupta Azizo Regi Emisenorum dein Felici Procuratori Judeæ.*

Agrippa *periit cum uxore in incendio Vesuvii.*

ex Mariamne *Pont. Sim. fil.* **Herodes** *duxit Herodias filam.*

Salome *nupsit Philippo dein Aristobulo filio Herodis Regis Chalcidis.*

ex Malthace **Archelaus** *Ethnarcha duxit Mariamnen & deinde Glaphyram.*

ex Malthace **Olympias** *nupsit Josepho patrueli Herodis M.*

ex Cleopatra **Herodes.**

ex Cleopatra **Philippus** *Tetrarcha duxit Salomen filiam Herodis & Herodiadis.*

ex Malthace **Antipas** *Tetrarcha duxit Aretæ Regis filiam & deinde Herodiadem uxorem fratris sui Herodis.*

ex Pallade **Phasaëlus.**

ex Phædra **Roxane** *nupta filio Pherorae.*

ex Elpide **Salome** *nupta filio Pherorae.*

P.C. Puschner sc.

discederet, Herodem, qui ex Mariamne filia Simonis Pontificis ei natus erat. Vide *Antiquit. XVII. 4.* Deinde Antipatro iratus Regem Antipam scripsit, praeteritis Archelao & Philippo, natu majoribus, quos Antipater ei suspectos reddiderat. *lib. 1. de bell. cap. 20.* sed mutatis voluntatis ultimae tabulis ita inter filios regni sui partes divisit, ut rex esset Judaeorum Archelaus ei successurus, Antipas tetrarcha Galilaeae ac Peraeae, Philippus tetrarcha Trachonitidis, Gaulonitidis, Batanaeae & Paneadis. Vid. *Antiq. XVII. 10.* Deinde, mortuo Herode & ortis in Judaea turbis, Caesar non Regem Archelaum, sed Ethnarcham esse voluit, regnum pollicitus quam primum se tali honore dignum redderet, tributa illi dimidia parte regni Herodis, i. e. Judaea, Idumaea, & Samaria; alteram partem dimidiam ita divisit inter Philippum & Herodem Antipam, ut illius esset Batanaea, Trachonitis, & Auranitis cum parte domus Zenodori, hujus Galilaea & Peraea, *Ant. XVII. 13. Luc. 3. 1.* Archelaus autem decimo sui Principatus anno ob tyrannidem invisus Judaeis a Caesare Viennam in exilium pellitur, & regione ejus Syriae attributa, Quirinus eo missus est, cumque eo Coponius, qui res Judaicas administraret. Vid. *Antiq. XVIII. 1.* Cui successerunt M. Ambivius, Annius Rufus, Valerius Gratus, Pontius Pilatus, & alii, quorum agmen claudit Gessius Florus. Philippo postea anno imperii Tiberii 20. sine liberis mortuo, tetrarchia ejus Syriae fuit attributa. Vid. *Antiq. XVIII. 6.* adeoque solus Antipas tetrarcha erat. Interim Agrippa filius Aristobuli Romae a Cajo Caesare Rex salutatur & donatur tetrarchia Philippi, cui Lysaniae tetrarchia adjicitur: quod quum indigne ferret Herodias nupta Herodi Antipae, tetrarchae Galilaeae & Peraeae, & una cum marito Romam profecta de hac ipsa re conquereretur, & se & maritum tetrarchia ac bonis omnibus exuit: ipsisque in exilium pulsis, Herodis Antipae tetrarchia regno Agrippae adjungitur. Vide *Antiquit. XVIII. 9.* In epistola ad Cajum (quam Philo in legatione ad Cajum habet) ipse Agrippa fatetur, Cajum se regno donasse & mox addidisse partem majorem alteram, τὴν Τραχωνῖτιν λεγομένην καὶ τὴν Γαλιλαίαν. Claudius deinceps Imperator Judaeam & Samariam adjecit regno Agrippae, ut ita universam regionem Herodis Magni avi sui possideret per ultimum vitae suae triennium. Vide *Antiq. XIX. 4. & 7.* Hujus Agrippae filius Agrippa annum agebat septimum & decimum, patre ex hac vita decedente, cui quum regni paterni administrationem credere tutum non videretur, Judaea per Cuspium Fadum procuratorem administrata est: donec Herode, rege Chalcidis, qui potestatem in Templum & sacrum aerarium, jusque eligendorum Pontificum a Caesare acceperat (vid. *Antiq. XX. 1.*) defuncto, illius principatum junior Agrippa adeptus est. Vide *Antiq. XX. 3.* & *de bell. 11. 11.* cui Claudius postea Chalcidem abstulit, sed ejus loco tetrarchiam Philippi, Batanaeam, Trachonitin, & Abilenen Lysaniae tetrarchiam donavit. Quibus Nero partem Galilaeae, in qua Tiberias & Taricheae sitae

p. 175.

tae erant, & in Peraea Juliadem cum vicis ejus 14. addidit *Antiq.* XX. 5. & *de bell.* II. 12. Titulus quoque regis ei datur a Josepho *Antiq.* XX. 8. & in sacris literis *Act.* 25. 13. Hic excidio urbis & reipublicae Judaïcae supervixit, nec (ut quidam scribunt, Josephi verbis *l.* II. *de bell. c.* 11. male intellectis decepti) regnum suum Neroni reliquit, post quem diu in vivis fuit: hunc tertio anno imperii Trajani mortuum refert Photius, adeoque post eum tetrarchiarum in Palaestina nulla est mentio.

Ut autem accuratius intelligatur, quinam illi fuerint tum tetrarchae, tum alii, quos modo commemoravimus, inserere libuit hoc loco tabulam genealogicam gentis Herodiadum, ex Josepho contextam, quae non modo ad intellectum aliarum rerum in descriptione urbium vicorumque Palaestinae occurrentium, sed historiarum Novi Testamenti & Josephi, utilis esse potest. Hanc ego tabellam genealogicam in aes inscriptam ad Franciscum Burmannum misi, virum acri ingenio atque eruditione praeclara, quod eum in lectione Josephi studiose multumque prae aliis volutatum scirem, & incredibili cura atque diligentia versari solere in illustrandis atque examinandis veteris aevi monumentis compertum haberem, ut, si qua minus recte a me constituta
p. 176. essent, indicaret. Et profecto viri doctrina atque humanitas mihi profuerunt in constituenda serie liberorum Pherorae, fratris Herodis magni, & Salomes, sororis ejus. Quod si data opera historiam gentis Herodianae illustrare constituissem, locos ipsos ex Josepho addidissem, e quibus haec collegi: potuissem quoque distinctius notare, quibus maritis singuli liberi debeantur, veluti quum Mariamne filiae Agrippae tribuo liberos duos Berenicen & Agrippinum, incertum linquo, quoniam & Julio Archelao & dein Demetrio nupta fuit, sintne illi liberi nati ex alterutro vel utroque marito: est autem nata Berenice ex Julio Archelao, Agrippinus ex Demetrio, teste Josepho *Antiq. l.* XX. *c.* 5.

Divisionem Judaeae in Toparchias Plinius & Josephus commemorant. Plinius decem recenset, hoc ordine, *lib.* V. *cap.* 14.

1. *Hierichuntem.*
2. *Emmaum.*
3. *Lyddam.*
4. *Joppicam.*
5. *Acrabatenam.*
6. *Gophniticam.*
7. *Thamniticam.*
8. *Bethleptephenen.*
9. *Orinen, in qua fuere Hierosolyma.*
10. *Herodium, cum oppido illustri, ejusdem nominis.*

A Josepho *l.* III. *de bell. c.* 4. undecim πληρωχίαι Judaeae numerantur, ita ut Hierosolyma iis velut regia praesit, reliquae in τοπαρχίας distributae sint.

WBP
Opole

1. Ἱεροσόλυμα
2. Γόφνα
3. Ἀκραβαττά
4. Θάμνα
5. Λύδδα
6. Ἀμμαὺς
7. Πέλλη
8. Ἰδουμαία
9. Ἐγγαδαὶ
10. Ἡρώδειον
11. Ἰεριχῶς

Deinde addit Jamniam & Joppen praeesse finitimis. Sed hae Toparchiarum nomine non veniunt. At quid huc Pella pertinet? Puto nociorem vocem pro ignotiori substitutam, id est Pellam pro *Bethleptepha*: ipse enim Josephus *lib. V. de bell. cap. 4.* memorat τὴν Βεθλεπτηφῶν τοπαρχίαν. Num credibile est, eum hanc omisisse *libro III.* ubi omnes toparchias recenset? Sed nomen ignotius hoc loco transiit in notius, uti apud Plinium *Betholene Tephene* pro *Bethleptephene* olim legebatur. Deinde est Ἰδουμαία, eadem maxima ex parte, quae Orine Ὀρεινὴ Plinio dicitur, montana Judaeae, in qua Chebron aliaeque urbes. p. 177.

CAPUT XXXI.

DE PARTIBUS MAJORIBUS TERRAE CIS JORDANEM, JUDAEA, SAMARIA, ET GALILAEA.

Judaeae limites & situs. Tres toparchiae vel νόμοι Judaeae additi, Apherema, Lydda, & Ramathaim. *Ex Samaritide hae regiones adscitae. Loci aliquot Josephi tentati. Quatuor νόμοι Judaeae. Samaritis an portio terrae Israëliticae censita, quando Samaritani illam incoluerunt. Descriptio Samariae ex Josepho. Galilaeae nomen ubi in Veteri Instrumento lectum. Galilaea gentium an nomen Galilaeae universae conveniat, an parti solum.* גלילות פלשתים *quid. Galilaea omnis fuit ad occasum Jordanis. Ex eo quod Judas dicatur Galilaeus, idemque Gaulonites, non efficitur, Galilaeam trans Jordanem in Gaulonitide fuisse. Bethzaida oppidum Galilaeae diversum a Bethzaida in Gaulonitide. Loci aliquot Josephi, in quibus de Galilaea agitur notati. Galilaeae nomen an praecipue Galilaeam superiorem notet. Galilaeae duae, superior & inferior. Christiani Galilaei dicti gentibus & Judaeis.*

STante templo secundo, terra Israëlitarum dividi coepit cis Jordanem in Judaeam, Samariam, & Galilaeam. Trans Jordanem erat Peraea, Gaulonitis, & Batanaea. Praeterea in scriptis Josephi, Eusebii, & aliorum regiones quaedam minores commemorantur, veluti Gophnitica, Acrabattene, Daromas, Geraritica, Sephela, Saronas & aliae, de quarum singulis aliqua notanda sunt. Ne dicamus & Judaeam & Galilaeam & Peraeam divisas fuisse in montanam, campestrem, p. 178.

ſtrem, & vallem: quae accuratius expendemus, ubi de montibus Palaeſtinae & campis tractabimus.

Antea, *capite ſexto*, de JUDAEA actum eſt, quatenus eo nomine omnis regio inter Iſraëlitas diſtributa intelligitur: nunc de illa agendum eſt, quatenus tertiam partem terrae Iſraëliticae cis Jordanem conſtituit, quae in Judaeam, Samariam, & Galilaeam diviſa eſt. Hujus limites ita deſcribit Joſephus *lib. III. de bell. cap. 2.* ubi & Galilaeam & alias regionis Iſraëliticae partes recenſet, ut a ſeptentrione ſit vicus Anouath, ab occaſu Joppe, ab ortu Jordanes, ab auſtro fines Arabum, & *τοῖς παραλίος*, tractu maritimo, ſe extenderit uſque ad Ptolemaidem: Unde colligitur, Samariam ad mare ſe non extendiſſe. Ibidem Judaeae toparchias recenſet, quas ſuperius *pag. 176.* videre eſt.

Judaeae adjungere videtur Joſephus tres toparchias, Σαμάρειαν, Γαλιλαίαν καὶ Περαίαν, *Ant. XIII. 5.* Appellantur illic *ἐν τῇ Ἰεδαίᾳ προσκείμεναι*, & eodem capite *προκειμένοι ἐν τῇ Ἰεδαίᾳ νόμοι. 1. Macc. 10. 30. τρεῖς νόμοι προςιθέμενοι αὐτῇ* ſc. *γῇ Ἰέδα.* Ibidem *commate 38.* haec leguntur, *καὶ τὰς τρεῖς νόμας προστεθέντας τῇ Ἰεδαίᾳ ἀπὸ τῆς χώρας Σαμαρείας προστεθήτω τῇ Ἰεδαίᾳ πρὸς τὸ λογισθῆναι τὰ γενέσθαι ὑφ' ἕνα, τὰ μὴ ὑπακέσαι ἄλλης ἐξουσίας, ἀλλ' ἢ τὰ Ἀρχιερέως. Ant. XIII. 8.* mentio fit *Ἰεδαίας ἁπάσης καὶ τῶν τριῶν τοπαρχιῶν, Σαμαρείας, καὶ Ἰόππης, καὶ Γαλιλαίας.* Non eſt hic cogitandum, per tres toparchias intelligi tres illas regiones terrae Iſraëliticae, Samariam, Galilaeam, & Peraeam, quae cum Judaea eam conſtituunt, ſed tres regiones, quae ademptae ſunt Samaritanis & additae Judaeae; ideo appellantur *προστιθέμενοι* & quidem *ἀπὸ τῆς Σαμαρείας*; ſuntque *Ἀφαίρεμα*, *Λύδδα* & *Ῥαμαθέμ.* Vide *1. Macc. 11. 34.* Si enim Samaria, Galilaea, & Peraea intelligi per eas deberent, quomodo *1. Macc. 10. 30.* Peraea omittitur? & *comm. 38.* e Samaria dicuntur adjectae? Quomodo *Ἰόππη Ant. XIII. 8.* inſeritur pro Peraea? Eſt itaque medicina faciendа omnibus his locis, & particula *καὶ* inſerenda, vel diſtinctio obſervanda. Ita *Ant. XIII. 5. τριῶν τοπαρχιῶν ἐν τῇ Ἰεδαίᾳ προσκειμένων καὶ Σαμαρείας* &c. *1. Macc. 10. 30.* ita lege *ἀπὸ τῆς γῆς Ἰεδὰ, καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν νόμων τῶν προςιθεμένων αὐτῇ* (hic tolle diſtinctionem) *ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ Γαλιλαίας.* In Joſepho quoque *Antiquit. XIII. 8.* lege *καὶ τῶν τριῶν τοπαρχιῶν καὶ Σαμαρείας* &c. Hoc modo plana ſunt omnia: nec ſinunt nos de veritate hujus conjecturae dubitare aperta verba *1. Macc. 11. 34. Ὅρια τῆς Ἰεδαίας, καὶ τὰς τρεῖς νόμας Ἀφαίρεμα καὶ Λύδδαν καὶ Ῥαμαθὲμ, αἵτινες προσετέθησαν τῇ Ἰεδαίᾳ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος.* Et Joſephi *Ant. XIII. 8. Καὶ τὰς τρεῖς νόμας Ἀφερεμὰ καὶ Λύδδα καὶ Ῥαμαθὰ, οἱ τῇ Ἰεδαίᾳ προσετέθησαν ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος. Ant. XIII. 9.* quatuor *νόμοι* adjecti Judaeae dicuntur *τῶν τεσσάρων νόμων, οἱ τὴν χώραν, τῶν Ἰεδαίων προσετέθησαν. 1. Macc. 11. 57. Conſtitui te ἐπὶ τῶν τεσσάρων νόμων.* Sed hic Judaea poſſet dici comprehenſa numero quatuor: quamvis non ſit credibile, partes adeo inaequales eodem nomine venire, quum regio Lyddae & Ramathae exigua fuerit reſpectu Judaeae. Nec ita ſatis ſit Joſepho ſcribenti, quatuor illos *νόμας* eſſe Judaeae adjectos. Ergo Judaea una ex iis eſſe non poteſt. Hoc tamen videtur dicendum, vel credi debet, vocem *Ἰεδαίας* excidiſſe *1. Macc. 11. 57.* & revera quatuor toparchias eo tempore Judaeae adjectas fuiſſe, quum antea tantum tres fuerint.

p. 179.

SAMARIAE regio portio fuit una e tribus terrae cis Jordanem ſitae, & quamvis incolae illius, ſtante templo ſecundo, ſacris eſſent addicti longe diverſis a Judaicis, nihilominus non uti terrae gentium reliquae immunda fuit reputata, ſed & terra, & domus, & viae, & aquarum receptacula munda habebantur. Solebant tamen Judaei de terra ſua loquentes Samariam omittere, & ſolas Judaeam, & Galilaeam, & Peraeam appellare שלושה ארצות *tres regiones*, terrae nimirum Iſraëliticae. Vide *Gemaram Sanhedrin. 11. 2.*

Samariam ab urbe dictam eſſe regionem notiſſimum eſt. *Σαμαρεῖτις* vulgo a Joſepho dicitur, uti & *1. Macc. 10. 30.* ne ambiguum ſit urbs an regio intelligatur, *Ant. XII. 1.* & *Χώρα Σαμαρέων Antiquit. XX. 1.* *Σαμαρὶς, de bell. III. 2.* aliquando tamen etiam *Σαμάρεια*, ut *in vita pag. 1019.* Ita deſcribit hanc regionem *lib. III. de bell. cap. 2.* media ſita eſt inter Judaeam & Galilaeam; incipit a vico Ginaea ſito in Campo magno (Rufinus non legit *μεγάλῳ*, nil tamen vetat, quin legatur) & extenditur uſque ad toparchiam Acrabattenam: vicus *Ἀνεὰθ Βορκέως προσαγορευόμενη* eſt terminus Samariae ad auſtrum. Natura ſoli Samariae & Judae non multum diſcrepat. Utraque montes & campos habet, agros, arbores, copiam lactis &c. *Lib. XX. Ant. 4.* & *in vita pag. 1019.* obſervat, conſueviſſe Galilaeos feſtorum dierum celebrandorum gratia Hieroſolymas petentes tranſire per Samaritin. Idem dicitur *Joh. 4. 4.* p. 180.

GALILAEAE nomen in Veteri Inſtrumento legitur *Joſ. 20. 7.* & *1. Chron. 6. 76.* ubi commemoratur urbs קדש בגליל בהר נפתלי *Kedeſch in Galilaea in montanis Naphtali.* Et *1. Reg. 9. 11.* ubi Salomo Regi Tyriorum dediſſe legitur urbes 20. בארץ הגליל in terra Galilaea. הגלילה appellatur *2. Reg. 15. 29.* & *Jeſ. 8. ult.* גליל הגוים *Galilaea gentium*, de quo nomine ambigitur, conveniatne Galilaeae univerſae, quae gentes habuit ab occaſu & ſeptentrione, an vero illi regioni, quae poſt factam diviſionem Galilaearum ſuperior dicta eſt & Sidoniis erat vicinior. Num vero per גלילות הפלשתים *Joſ. 13. 2.* debeant intelligi, *Galilaea, & regio Philiſtaeorum*, quamvis ita viſum fuerit vulgato interpreti, reddenti, *Galilaea, Philiſthiim*, jure dubitatur. Certe aliud eſt הגליל, quo nomine Galilaea paſſim venit, aliud גלילות, inprimis quum ſequens vox הפלשתים, & quaecunque adduntur, non hoc tantum *com. 2.* ſed ſequente doceant, agi de terris auſtralibus Canaaneae, non ſeptentrionalibus, qualis erat Galilaea. Quid? quod *cap. 12.* in cenſu regum devictorum urbes Galilaeae, quibus illi praefuerunt, legantur, ſic ut tota Galilaea reſtare capienda dici non poſſe videatur.

In Novo Teſtamento crebra magis Galilaeae eſt mentio, quoniam, ſtante Templo ſecundo, turbatis terminis ſingularum tribuum, tota terra Iſraëlitica cis Jordanem trifariam diviſa eſt in Judaeam, Samariam, p. & Galilaeam. Univerſa Galilaea erat cis Jordanem: id liquet Joſe- 181. pho (vid. ſupra *p. 128.*) & *Luc. 8. 26.* ubi navigaſſe dicuntur ad regionem Geraſenorum, quae erat contra Galilaeam. Sic, ut mirer, viros quoſdam eruditos exiſtimaſſe, etiam aliquas illarum urbium, quae trans Jordanem erant, potuiſſe Galilaïcas dici, quod nempe Judas idem Galilaeus *Act. 5. 37.* dicatur, & aliis Gaulonites; quodque Bethzaida, Galilaeae oppidum in ſacro codice dictum, trans Jordanem a Joſepho collocetur. Neutra difficultas tanti eſt, ut integras regiones loco moveamus. Judae enim quidni nomen duplex, imo triplex, ab urbe natali, a loco educationis, & habitationis dari poteſt? Et ipſe Joſephus, qui ſollicite Galilaeam & Gaulanitin diſtinguit, eum Galilaeum appellat *Ant. XX. 3.* Gaulanitin *Ant. XVIII. 1.* & urbs Gamala patria Judae erat urbs Gaulanitidis. Vid. Joſ. *Ant. XVIII. 1.* Erat autem Gaulanitis ad ortum Galilaeae, *l. III. de bell. c. 2.* Bethzaida porro Joſephi non eſt eadem cum illa, quam ſcriptores ſacri commemorant, quod poſtea oſtendemus. Certum itaque & ratum fit, Galilaeam omnem ad occaſum Jordanis fuiſſe. Judaei quoque Galilaeam a regione trans Jordanem ſemper diſtinguunt. In *Gem. Menachoth c. 9.* ubi de oleo diſputatur, primae dantur Tekoae, ſecundae רגב בעבר הירדן *Ragabae trans Jordanem*, tertiae גוש חלב בגליל *Guſch chalab in Galilaea.* Sed quid plura congregam? Qui contra ſentit, auctores veteres proferat, qui Galilaeae uliam omnino partem trans Jordanem locarunt.

Galilaeae aliquoties meminit Joſephus. *Ant. V. 1.* ſcribit, Galilaeam ſuperiorem eſſe partim in Nephtalitide. Et *Ant. VIII. 2.* Salomonem regi Tyriorum dediſſe 20. oppida Galilaeae non longe a Tyro diſſita. *Lib. II. de bell. cap. 3.* Ptolemaidem a Galilaea ſejungit dicens ἡ Γαλιλαία γειτνιῶσα τῇ Πτολεμαΐδι. Capite 25. ejuſdem libri urbes quaedam Galilaeae a Joſepho munitae recenſentur, Jotapata, Berſabe, Selamin, Pereccho, Japha, Sigo, Tarichaeae & Tiberias. In ſuperiore autem Galilaea munivit Petram Ἀχαβάρων, & Seph, & Jamnith & Mero. Hic locus omnino conferendus eſt cum alio parallelo. Videamus ipſa nomina p. Graeca. *Bell. 11. 25.* legitur muniviſſe Ἰωτάπατα καὶ Βηρσαβεὲ, καὶ Σελα- 182. μὶν, ἔτι δὲ καὶ Περεκχὼ, καὶ Ἰαφὰ, καὶ Σιγὼ, τότε Ιταβύριον ὄρος. Πρὸς δὲ τούτοις τὰ περὶ Γεννησαρ τὴν λίμνην σπηλαῖα .... In ſuperiore Galilaea τὴν Ἀχαβάρων πέτραν, καὶ Σὲφ, καὶ Ἰαμνὶθ καὶ Μηρώ. In Gaulanitide Σελεύκειαν τε καὶ Σωγάνην καὶ Γάμαλαν. In *vita* autem *pag. 1013.* eandem rem narrans ſcribit, ſe Seleuciae & Σωγαννὶ addidiſſe moenia (hae ſunt Gaulanitidis) & in ſuperiore Galilaea ab eo vici muniti ſunt Ἰαμνιὰ, Ἀμήρυθα, Χαράβη, (hae puto eadem ſunt cum Jamnith, Mero, & petra Achabarum, ſic ut legendum videatur Ἰαμνὶθ, Μηρώθ, Ἀχαβάρη. In Galilaea (*inferiore:* id enim addendum puto) urbes has munivit Ταριχέας, Τιβεριάδα, Σεπφωρίν, vicos

vicos autem Ἀρβήλων σπήλαιον (illa una erit ex iis ſpeluncis, quas proximas eſſe lacui Tiberiadis dixit) Βηρσοβὲ, Σελάμην, Ἰωτάπατα, Καφαρὰθ (haec & duae ſequentes voces corruptae videntur) Κωμωσῶγαν, Ναίπαφα, καὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος. Ultima puto eſſe Καφαρακχὼ (כפר עכו) καὶ Σιγὼ καὶ Ἰαφὰ καὶ τὸ Ἰταβύριον ὄρος.

Galilaeae nomine videtur Joſephus *Ant. XIII. 2.* κατ' ἐξοχὴν intelligere Galilaeam ſuperiorem. Ita ſcribit, Ἀχιναδάβος δὲ τῆς Γαλιλαίας ὅλης ἄχρι Σιδῶνος ἐπετρόπευε, *Achinadabus toti Galilaeae uſque ad Sidonem praefuit.* Nota Sidonem Galilaeae terminum. Et mox Saphato partem Galilaeae tribuit, ergo ὅλην non habuit Achinadabus, niſi per ὅλην Γαλιλαίαν tota ſuperior intelligatur. Σαφάτης δὲ (eum Joſaphatum ſacer ſcriptor nuncupat) τὸ Ἰταβύριον ὄρος καὶ Κάρμηλον καὶ τὴν Γαλιλαίαν ἄχρι τοῦ ποταμοῦ Ἰορδάνου. *Saphatus autem monti Itabyrio & Carmelo & Galilaeae uſque ad Jordanem praefuit.* Hanc regionem Iſſaſcar Sacrae tabulae appellant *1. Reg. 4. 17.* Sunt etiam, qui putent *Joh. 4. 43.* ubi Chriſtus profectus dicitur in Galilaeam, quia propheta ἐν τῇ πατρίδι αὐτοῦ *in patria ſua* honorari non ſolet, Galilaeae nomen accipiendum pro Galilaea ſuperiore, quum Galilaea inferior, in qua Nazareth eſſet, Chriſti patria. Sed malim, ſolam urbem Nazareth per πατρίδα Chriſti intelligere, uti *Luc. 4. 23.* ad quam Chriſtus eo tempore non acceſſerit, in Galilaeam tendens, ulterius nimirum, quum Nazareth in extremis Galilaeae partibus eſſet ſita verſus auſtrum.

Libro tertio de *bell. cap. 2.* ita deſcribit Joſephus Galilaeam: duae p. ſunt Galilaeae, & terminantur ad occaſum territorio Ptolemaïdis & 183. Carmelo; ad meridiem Samaritide & Scythopoli; ad orientem Hippene, Gadaride, & Gaulonitide. Inferioris Galilaeae longitudo eſt a Tiberiade uſque ad Zabulon (ita legit Rufinus: eſt ea urbs Galilaeae) cui vicina eſt Ptolemaïs; latitudo a vico Xaloth, ſito in magno Campo, uſque ad Berſaben, unde etiam initium capit latitudo Galilaeae ſuperioris, uſque ad vicum Baca, qui terram Tyriorum dirimit. Longitudo autem ejus (ſc. Galilaeae ſuperioris) a Thella vico Jordani proximo uſque ad Meroth extenditur. Idem *lib. III. de bello, cap. 2.* totam Galilaeam cultam eſſe ſcribit & fertilem. *In vita ſua*, Galilaeae metropolin olim Tiberiada fuiſſe tradit, poſtea Sepphorin: eidemque *in vita pag. 1008.* Tiberias, Sepphoris, & Gabara appellantur tres urbes praecipuae Galilaeae. In eodem libro *pag. 1017.* in Galilaea tradit eſſe 404. urbes & vicos, & *p. 1019.* a Galilaea Hieroſolymas triduí ſpatio perveniri per Samariam poſſe.

Galilaeas duas fuiſſe ſuperiorem & inferiorem mox ex Joſepho notavimus. Superior erat, quae ſycomoros non producebat, inferior quae omnino. Ita Judaei. Cyrillus *contra Julianum lib. II.* Εἰσὶ γὰρ Γαλιλαῖαι δύο, ὧν ἡ μὲν μία κατὰ τὴν Ἰεδαίαν ἡ δὲ μὴν ἑτέρα ταῖς Φοινίκων πόλεσιν ὁμορός τε καὶ γείτων. *Sunt enim Galilaeae duae quarum una in Judaea* (vel

(vel *apud Judaeam*) *est*, *altera vero urbibus Phoenicum contermina & vicina est.* Eusebius in Onomastico. Γαλιλαία· δύο εἰσὶ Γαλιλαῖαι· ὧν ἡ μὲν Γαλιλαία ἐθνῶν εἴρηται ἐν ὁρίοις Τυρίων παρακειμένη, ἔνθα ἔδωκε Σολομὼν τῷ Χιραὶμ (ita leg. pro Χιρὰϛ) κὲ πόλεις κλήρε Νεφθαλείμ. Δευτέρα δέ ἐςιν ἀμφὶ τὴν Τιϛεριάδα, καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ λίμνην κλήρε Ζαϛελών. Hieronymus. *Galilaea. Duae sunt Galilaeae, ex quibus una Galilaea gentium vocatur vicina Tyriorum finibus, ubi & Salomon viginti quinque civitates donavit Hiram Regi Tyri in sorte tribus Nephtalim. Altera Galilaea dicitur circa Tiberiadem & stagnum Genesareth in tribu Zabulon.* Idem tamen Capharnaum collocat in Galilaea gentium his verbis, quae mihi videntur contraria antece-
p. 184. dentibus, in quibus Galilaeam circa stagnum Genesareth diversam facit a Galilaea gentium, Καφαρναὰμ παρὰ τὴν Γενησὰρ τὴν λίμνην. Ἐις ἔτι νῦν ἐςι κώμη ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν ἐν ὁρίοις Ζαϛελὼν καὶ Νεφθαλείμ. Quae Hieronymus ita vertit: *Capharnaum juxta stagnum Genesareth usque hodie oppidum in Galilaea gentium situm in finibus Zabulon & Nephthalim.* Alibi rectius, scilicet ad vocem Βηθσαιδὰ, scribit oppidum esse situm ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, τῇ πρὸς τῇ Γεννησὰρ τῇ λίμνῃ, *in Galilaea, quae est ad Lacum Gennesar.* Et de Cades Nephtalitica ad vocem Ἐρεμίνθα ..., ἣ ἔςιν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τῶν ἐθνῶν Κάδες κλήρε Νεφθαλεὶμ, πόλις ἱερατικὴ τὸ πρίν. *Est in Galilaea gentium Cades, tribus Nephtali, urbs sacerdotalis olim.* Haec leguntur loco non suo. Quid enim haec ad vocem Ἐρεμίνθα faciunt? An vero Galilaea universa dicatur Galilaea gentium Γαλιλαία ἀλλοφύλων, *1. Macc. 5. 15.* a gentibus vicinis, an pars ejus, ambigitur. Mihi quidem prior sententia magis arridet.

Clarum nomen adepta est Galilaea, postquam servator noster, a loco educationis Nazareth, Galilaei nomine dictus est, & Christiani ipsi Galilaei a gentibus & Judaeis nuncupati. Vid. *Act. 2. 7.* Ita Arrianus *lib. IV.* dissertationum Epicteti *c. 7.* Εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναται τίς ἄτω διατεθῆναι πρὸς ταῦτα ἢ ὑπὸ ἔθεος οἱ Γαλιλαῖοι, *Affici porro quispiam sic potest (ut mortem intrepide subeat) per insaniam & consuetudinem quandam uti Galilaei.* Idem Marcus Antoninus in iis reprehendit, & Χρισιανὲς nuncupat *lib. IX.* Μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν ὡς Χρισιανοὶ, *non per meram obstinationem veluti Christiani.* Julianus item Galilaeos illos vocat in epistola ad Porphyrium ἐν ἐλάχιςα δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων πολλὰ καὶ παντόδαπα βιβλία, *non pauca sunt inter illa & diversa Galilaeorum scripta.* Vide Suidam ad vocem Ἐπιςολὴ &c.

p. 185.

CAPUT XXXII.

DE PARTIBUS MINORIBUS, IN QUAS DIVISA FUIT TERRA CIS JORDANEM, DAROMA, GERARITICA, SEPHELA, SARONA, ALIISQUE.

Daromas *regio in australi parte Judaeae.* דרום & נגב *Judaeis dicta. Ab Eleutheropoli meridiem versus extensa ad 17. milliaria Romana. Nec tamen*

men ab ipsa Eleutheropoli cepit initium. Daromas interior. Regio Geraritica *proxima Daromae. In ea fuit Bersabe.* Sephela *regio quae.* שפלה, πέδιον. Saronas *duplex. Vinum Saroniticum. Modus aquae vino mixtae.* Δρυμὰ *nomen datum Sarone Strabonis & Josephi verba expensa.* Δρυμὸς *quid. Hesychii, Euripidis, Athenaei, Suidae, Dionysii Halicarnassensis, Pausaniae atque aliorum loci, in quibus vox* Δρυμὰ *usurpatur. Graeci Interpretes* Δρυμὸν *pro* יער *adhibent. Quamobrem* Saron *per* Δρυμὸν *reddiderint.* Saron *quercus Graecis veteribus.* Δρυμὸς *a quercubus dictus.* Thamnitica *regio quae.* Gophnitica. Acrabattene. *An in Samaritide collocanda. Regio Gennesaritis ubi & unde dicta.*

INter regiones terrae cisjordanicae celebris est DAROMAS. Δαρωμᾶς, uti Σαρωνᾶς (vide Eusebium in Onom. ad vocem Σαρὼν) & *Arnonas* (vide Hieronymum ad vocem Ἀρνὼν) dicitur in casu recto, quo tamen aut Eusebius aut Hieronymus nunquam utitur, sed ἐν τῷ Δαρωμᾷ *in Daroma* frequenter legitur apud eosdem *in Onomastico*, quo notatur regio australis, דרום Hebraïce. Ita etiam Hieronymus in *Onom.* ad vocem *Duma. In tribu Juda, vicus grandis in Daroma, hoc est, ad australem plagam.* Symmachus vertit דרום *Ezech. 21. 1.* per Λίβα. Ita testatur Eusebius, *in Onomastico*: Δαρὼμ, Σύμμαχος, εἰς Λίβα. ἐν Ἰεζεχιήλ. Videtur autem jam olim hic tractus australis, licet alio nomine, נגב p. 186.
Negeb, dictus esse, quod *austrum* notat *Deut. 34. 3.* ubi Onkelos את דנגב ואת הככר ויית דרומא ויית מישרא, habet pro Hebraeis. Et Arabs والدروم والمرج. Graeci τὴν ἔρημον. Nisi forte scripserint τὸν Δαρωμᾶν, quamvis & ἔρημος fuerit in Daroma. Vide *p. 187.* Ita memoratur *Ramoth Negeb*, urbs in Simeon *1. Sam. 30. 27.* vel *Ramath Negeb. Jos. 19. 8.* Atque ita Amalecitae leguntur *1. Sam. 30. 1.* irrupisse אל נגב *in australem regionem & Tziklag.* Et torrentes בנגב *in regione australi, Psalm. 126. 4.* Ita *1. Macc. 5. 65.* eadem regio γῆ πρὸς νότον appellatur, in qua sita dicitur Chebron a filiis Esau inhabitata.

Extendit se ab Eleutheropoli meridiem versus ad 16. minimum milliaria: nam Hieron. observat ad vocem Eremmon, esse *vicum Judaeorum in decimo sexto ab Eleutheropoli milliario contra meridiem in Daroma.* Imo ad 17. Nam Eusebius in *Onomast.* ad vocem Δᾶμα scribit, esse in Daroma, 17. milliaribus ab Eleutheropoli. Nec tamen ab ipsa Eleutheropoli cepisse videtur initium, quum Eusebius ad vocem Λάχης scribat, distare eam Eleutheropoli 7. milliaribus versus meridiem ἀπιόντων εἰς τὸν Δαρωμᾶν, *euntibus Daromam.* Ergo illic nondum erat Daromas: hoc enim ita capiendum videtur ut ἀπιόντων εἰς Νικόπολιν, Ἀιλίαν & quae sunt ejusdem commatis, id est, *euntibus Nicopolin, Aeliam.*

Pars Daromae pertinebat ad regionem Eleutheropolitanam. Eusebius in *Onom.* ad vocem Ἐσθεμὰ ... ἐν τῷ Δαρωμᾷ ὁρίᾳ Ἐλευθεροπόλεως.

Hier. *in Daroma, qui locus ad Eleutheropoleos pertinet regionem.* Nota ὅριον, uti apud alios auctores Graecos non modo fines ipsos, sed regionem universam significare. An vero omnis Daromas ad regionem Eleutheropolitanam pertinuit? Certe loca Terebintho vicina, uti Gadora, pertinebant ad regionem urbis Aeliensis. Vide Eusebium ad vocem Γάδειρα. Et tamen ulteriora orientem versus Eleutheropolitanae regioni adscribuntur, uti Hieronymus ad vocem *Ziph* scribit, esse illam in finibus Eleutheropoleos & in octavo milliario Chebron versus orientem. Atqui Chebron & Terebinthus distant duobus tantum milliaribus: oportet ergo, uti nunc quoque videmus fieri, regionem unam alteram in-
p. 187. tercursare & cingere, nec recta terminos protendi.

Meminit idem & interioris Daromae, ἐν τῷ ἐσωτέρῳ Δαρωμᾶ ad vocem Ἐθέρ. & ad vocem Ἰεθὲρ, ἐν τῷ ἔσω Δαρωμᾶ, id est, uti ibidem dicit, viginti milliaribus ab Eleutheropoli prope Malatham. Judaei distinguunt ארעתא & דרומא עילאה *Daromam superiorem & inferiorem.* Et ad vocem Γαδδὰ extremos terminos Daromae commemorat, κώμη ... ἐςιν ἐν ἐσχάτοις τῆς Δαρωμᾶ, quod Hieronymus ita vertit & explicat, *est villa in extremis finibus Daromae contra orientem imminens mari mortuo.* Quod ex ipso Eusebio confirmatur scribente ad vocem Μανὼν vel Maon, esse ἔρημον ἐν ἀνατολαῖς τῆς Δαρωμᾶ. Hieron. *contra solis ortum Daromae.* Nempe Maon desertum non longe erat ab mari mortuo.

Ad occasum & meridiem se extendit Daromas ad regionem GERARITICAM, uti colligere licet ex Eusebio ad vocem Γέραρα scribente, Gerariticam sitam ὑπὲρ τὸν Δαρωμᾶν *supra Daromam*, eamque ab Eleutheropoli abfuisse 25. milliaribus, meridiem versus. Proxima itaque Daromae fuit regio Geraritica, cujus Eusebius meminit in *Onom.* Inde liquet Bersabee fuisse in Geraritica. Ita scribit ad voces Φρέαρ ὁρκισμᾶ· αὕτη νῦν καλεῖται Βηρσαβεὲ ἐν τῇ Γεραριτικῇ. Et κώμη Βηρδὰν καλουμένη ἐν τῇ Γεραριτικῇ & ibid. ἐν τῇ Γεραριτικῇ ἢ ἐπ' Ἀσκάλωνος. Id confirmant Notitiae veteres, de quibus *c. XXXVI.*

SEPHELAM τὴν πεδινὴν reddunt Graeci *Jos. 9. 1. 10.* ubi opponitur τῇ ὀρεινῇ. Vel τὸ πέδιον *Jos. 12. 8.* vel τὰ ταπεινὰ *Jos. 11. 16.* Notatu dignum est, eos vocem πέδιον adhibere non tantum ut τὸ שפלה exprimant sed & בקעה. Vide *Ezech. 8. 4.* & מישור *Genes. 14. 3.* Quum & מישור & שפלה conjunguntur, Hebraeam vocem Graeci retineant, *2. Chron. 26. 10.* pro בשפלה ובמישור ἐν σεφηλᾷ ἢ ἐν τῇ πεδινῇ. Σεφηλὰ regio erat campestris, שפלה, in qua sita Adida. *1. Macc. 12. 38.* Eusebius etiam meminit in Onomastico. Σεφηλὰ, ἐν Ἡσαΐᾳ. Ἀκύλᾳ, πεδινή. Συμμάχῳ κοιλάς. Καὶ εἰς ἔτι νῦν Σεφηλὰ καλεῖται. Αὕτη ἐςὶ πᾶσα ἡ περὶ τὴν Ἐλευθερόπολιν πεδινὴ χώρα πρὸς βορρᾶν καὶ δυσμάς. Hieronymus. *Sephela, sicut scribit Esaias, pro quo Aquila campestrem, Symmachus vallem interpretantur. Usque hodie omnis regio juxta Eleutheropolim campestris ac plana quae*

quae vergit ad aquilonem & occidentem Sephela dicitur. הנגב והשפלה p. 188.
Zachar. 7. 7. recensentur tanquam regiones Judae maxime inhabitatae.

Est & regio SARONAS sive Δρυμός. Duplex est regio terrae Israëliticae *Saronas* dicta, una tamen notior altera. Discamus id ex Eusebii Onomastico. Σαρών, Ἡσαΐας Ἔλη ἐγένετο ὁ Σαρών. Ἡ ἀπὸ τῆς ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα λίμνην χώρα. Καὶ ἄλλος ἐςὶ Σαρωνὰς ἡ ἀπὸ Καισαρείας εἰς Ἰόππην χώρα. Hieronymus. *Saron, cujus & Esaias meminit dicens, in paludes versus est Saron. Usque in praesentem autem diem regio inter montem Thabor & stagnum Tiberiadis Saronas appellatur. Sed & a Caesarea Palaestinae usque ad oppidum Joppe omnis terra quae cernitur dicitur Saronas.* Vinum Saroniticum יין השרוני celebratur *in Schir Hasschirim Rabba fol. 36. col. 2. in Gem. Schabbath fol. 77. 1.* quod duas aquae partes (מזג שני חלקי מים ואחד יין) ferre poterat. Hic erat vulgaris miscendi modus. Plinius *lib. XXIII. 1. Vulgo satis putant unum vini cyathum duobus aquae misceri.* Graecis commemoratur πῶμα κεκραμένον δύο καὶ τρία, id est, quum duae partes vini & tres aeque sunt, teste Suida. Sed alia erant vina πολυφόρα, quae multum aquae ferre poterant, alia ὀλιγοφόρα. Vide eundem ad vocem πολυφόρας.

Planities haec Saronas שרון appellatur in versione Alexandrina Veteris Instrumenti Δρυμός. Quare per Δρυμὸν, cujus Strabo meminit scribens *lib. XVI.* τούτων δὲ ὁ Κάρμηλος ὑπῆρξε καὶ ὁ Δρυμὸς, *Horum Carmelus est & Drymus*, videntur haec campestria Saronae intelligenda. Josephus etiam Δρυμὸν vocat *lib I. de bell. c. 11.* & Δρυμὰς *Ant. XIV. 24.* & cum Carmelo jungit nec longe inde collocat, ibidem: nempe adjungentibus se Antigono Judaeis Carmelum montem incolentibus spem cepit potiendi parte regionis χώρας μέρος. Δρυμοὶ δὲ τὸ χώριον καλεῖται. Cave credas, sub nomine Δρυμᾶ latere regionem Δαρωμᾶν quae & ipsa Judaeae pars est, sed multo australior: quod liquebit, si Strabonem conferas. Vide quae nos de *Daroma, pag. 185.*

Nonnunquam pro Sarona πέδιον sive *Campum* substitutum video, uti
Jes. 35. a Symmacho ἐυπρέπεια τῆς Καρμήλου καὶ τῆς πεδίου αὐτοὶ ὄψονται τὴν p.
δόξαν Κυρίου. Theodotion ibi retinuit vocem Σαρὼν vertens ὡραιότης τῆς 189.
Καρμήλου καὶ τῆς Σαρὼν αὐτοὶ ὄψονται τὴν δόξαν Κυρίου. Atque ita Aquila, Διαπρέπεια τῆς Καρμήλου καὶ τῆς Σαρὼν αὐτοὶ ὄψονται δόξαν Κυρίου. Debeo haec veterum interpretum fragmenta Eusebio *lib. VI. demonstr. Evang. cap. 21.* Sed videamus & aliorum inter veteres testimonia, ut vim voci Δρυμᾶς subjectam eruamus. Auctor Etymologici magni, Δρυμὸς, ἡ ὕλη, ἀπὸ τῆς δρυός, δρῦς γὰρ ἅπαν δένδρον σημαίνει. *Drymos, sylva, a drys, quod arborem quamvis notat.* Hesychius, Δρυμὸς, δάσος, σύμφυτος τόπος, αὐτοφυὴς, καὶ σύνδενδρος· καὶ χώριον τῆς Ἀττικῆς καὶ Φρέαρ. *Drymus, locus silvosus, consitus, arboribus sponte natis refertus. Est & nomen loci in Attica & arcis,*

arcis. Glossae veteres. Δρυμὸς, *nemus, saltus, condensum, sylva.* Eaedem, *Saltus,* Δρυμός. Et *Nemus,* νάπη, ἄλσος, δρυμὸς, ὕλη ἐν τοῖς ὄρεσι. Ita Δρυμὸς cum ὄρεσι jungitur apud veteres, ut saltem montuosum indicent. Euripides, *Hippolyto vs. 1127.*

> Δρυμός τ' ὄρειος, ὅτι κυνῶν
> Ὠκυπόδων ἐπέβας.
>
> *Saltusque montuosus, quem canibus*
> *Velocibus adscendisti.*

Apud Athenaeum quoque *lib. XIV. cap. 2.* ita junctim legitur δρυμοῖς ὀρείοις. Et eodem libro, *cap. 3.* τὰς ὀρείας δρυμάς. Suidas. Δρυμός, ὁ σύνδενδρος τόπος. & ad vocem Ξύλοχος. σύνδενδρος καὶ ξυλώδης πάγος, δρυμὸς, ὕλη. *Collis arboribus consitus,* δρυμὸς. *sylva.* Ita Dionysius Halicarn. *Antiq. Rom. l. I. pag. 25.* σπηλαῖον δρυμῷ κασίῳ κατηρεφὲς *spelunca denso luco tecta.* Sic quem locum in monte Coelio Romani appellabant *inter duos lucos,* uti ex Livio notum & Trebellio Pollione, Dionysius Halicarnassensis *l. II. Antiquit.* nuncupat μεθόριον δυοῖν δρυμῶν, & *lib. V. Antiq. pag. 290.* ἐκ τοῦ δρυμοῦ παρ' ὃν ἐξρατοπεδεύσαντο φωνή τις ἠκούσθη, pro quibus Livius *lib. II. cap. 7.* habet *ex sylva Arsia ingentem editam vocem.* Ita Sylva Hercynia δρυμοὶ Ἑρκύνιοι dicitur apud Suidam voce Ἑρκύνιοι.

p. Pausanias quoque δρυμὸν vocat χώριον δρυῶν πλήρες *locum arboribus den-*
190. *sum lib. VIII. cap. 11.* ubi Πέλαγος describit, in quo Epaminondas obiit & sepultus est, imposita tumulo columna, & scuto effigiem draconis praeferente, quod majores ejus Sparti ex dentibus draconis Cadmaei ortum ducerent: in quo umbram scutorum sive insignium gentilitiorum, hodie apud nos ita frequentium, est deprehendere.

Graeci interpretes pro יער Δρυμὸν habent *Cant. 2. 3.* ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμοῦ. Et ibi in *commate* primo השרון verterant πέδιον, non δρυμὸν, ut alibi. *Jos. 17. 18.* ὅτι δρυμός ἐςι pro כי יער הוא *Jes. 7. 2.* ἐν δρυμῷ ξύλον עצי יער *Cap. 44. 23.* יער per βουνὸς verterunt. *Mich. 7. 14.* יער בתוך כרמל δρυμὸν ἐν μέσῳ τοῦ Καρμήλου. Ita jungitur Κάρμηλος καὶ δρυμὸς *Jos. 32. 15.* ליער יחשב והכרמל ὁ Χέρμελ εἰς δρυμὸν λογισθήσεται. Et *Jes. 37. 24.* יער כרמלו τοῦ δρυμοῦ. Confer *1. Macc. 4. 38. & 9. 45.* Poterant tamen & campi esse, ubi Δρυμὸς erat. *Ps. 132. 6.* (Graecis 131. 6.) Εὕρομεν αὐτὴν ἐν τοῖς πεδίοις τοῦ δρυμοῦ. In Hebraeo est בשדי יער. Et *Josepho III 14. de bello* Caesarea in Δρυμῷ sita dicitur πεδιὰς καὶ παράλιος. Sic שפלה per Πεδίον & יער per δρυμὸν reddunt: uti *Jes. 32. 19.* quamvis aliqua addant, quae in Hebraeis codicibus non leguntur, liquet tamen voces illas ita reddi. Hebraea sunt וברד וברדת היער ובשפלה תשפל העיר Graeca: Ἡ δὲ χάλαζα ἐὰν κατέβη ἐκ ἐφ' ὑμᾶς ἥξει· ἢ ἔσονται οἱ ἐγοικοῦντες ἐν τοῖς δρυμοῖς πεποιθότες, ὡς οἱ ἐν τῇ πεδινῇ.

Atque

Atque ita quidem abunde demonstravimus, eandem illam regionem, quae Saron in Codice Sacro nominatur Δρυμὸν esse dictam a Strabone & aliis qui Graeci scripserunt: sed originem hujus sententiae nondum explicuimus. Quae ergo ratio esse potuit, quod Saron reddiderint per Δρυμός. Expediet hoc Plinius, cujus verba historiae naturalis *lib. IV. cap. 5.* primam mihi occasionem dederunt hunc nodum solvendi: sunt autem haec: *Portus Caenites sinus Saronicus olim querno nemore redimitus, unde nomen: ita Graecia antiqua appellante quercum.* Quercum Sarona dicebant Graeci. Δρυμὸς a quercubus originem habere credebatur. Nihil ergo videbatur aptius, quam pro Saron Δρυμὸν substituere, vocem notiorem pro ignotiori. Confirmant Plinii testimonium de Saro- p.
ne alii. Hesychius, Σαρωνίδες, πέτραι ἢ αἱ διὰ παλαιότητα κεχηνυῖαι δρύες. 191.
Saronides, saxa, & quercus prae vetustate hiantes. Quasi a σεσηρότα φλοιὸν ἔχειν. Auctor Etymologici magni ad vocem Σαρδάμενος. Σάρμα τὸ χάσμα φασὶν, ἀφ' οὗ καὶ ὁ γέλως Σαρδώνιος, καὶ Σαρωνίδες αἱ κοῖλαι δρύες. *Hiatum nuncupant* Σάρμα, *unde & risus Sardonius dictus est, & Saronides quercus cavae.*

Regio THAMNITICA a Thamna ita dicta est, teste Eusebio ad vocem Ἀδδαρὰ· ἔςι ἄλλη κώμη ὁρίοις Διοσπόλεως περὶ τὴν Θαμνιτικὴν ἅτω καλουμένην χώραν ἀπὸ Θαμνὰ κώμης. Hieron. *Est alia villa in finibus Diospoleos juxta Thamniticam regionem, quae a Thamna villa usque hodie sic vocatur.* Thamna autem sita fuit inter Aeliam & Diospolin. Eusebius ad vocem Ἀινάν. Παρακείμενος τῇ Θαμνᾷ εἰς δεῦρο οἰκουμένῃ μεγίςῃ κώμῃ κειμένῃ μεταξὺ Αἰλίας καὶ Διοσπόλεως. Hieron. *Proximus Tamnae vico grandi, qui situs est inter Aeliam & Diospolin.* Ad vocem Ἀρμαθὲμ σειφὰ (i. e. Ramathaim Tzophim, patria Samuelis: creditur illa esse eadem cum urbe, quae nunc *Rama* dicitur, vicina Lyddae sive Diospoli: sed de his libro tertio agendi locus est) Eusebius notat, *sitam illam prope Diospolin.* Hieronymus addit *in regione Tamnitica.* Extendit autem se haec regio a Diospoli septentrionem versus ad minimum per 15. milliaria, quod ex Eusebio liquet ad vocem Βαιθσαρισὰθ . . . ἐν ὁρίοις Διοσπόλεως ἀπὸ σημείων ἑ τοῖς πρὸς βορᾶν ἐν τῇ Θαμνιτικῇ, Hieron. *in finibus Diospoleos, quindecim ferme ab ea millibus distans contra septentrionem in regione Thamnitica.*

GOPHNITICA regio in tractu montano sita fuit, teste Josepho *lib. V. de bello c. 8.* Regio Gufnensis appellatur Hieronymo ad vocem Adasa scribenti, *miror, quomodo Gufnensem regionem in tribu Juda posuerit, quum perspicuum sit, secundum librum Jesu, in sortem eam tribus Ephraim cecidisse.* Γοφνιτικὴ τοπαρχία Josepho *l. I. de bell. c. 1.* Jungi ab eo solet cum Acrabattene. Gophniticae & Acrabattene praefectus erat Joannes fil. Ananiae. *lib. II. de bell. cap. 25.* Gophniticam & Acrabattenen subjugavit Vespasianus, deinde Bethel & Ephrem oppida, *de bell. V. 8.* Alibi toparchiae hae ipsi appellantur Γοφνὰ & Ἀκραβαττὰ. *de bell. III. 2.*

p. 192. Regio ACRABATTENE erat inter Neapolin & Jerichunta. Eusebius ad vocem Ἀκραββεὶν . . διεστῶσα Νέας πόλεως ἐν ἀνατολαῖς κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ὡς ἐπὶ Ἰεριχὼ διὰ τῆς καλουμένης Ἀκραβαττίνης Hieron. *a Neapoli contra orientem descendentibus ad Jordanem Hiericho per eam, quae appellatur Acrabitene.* Extendit autem se ad duodecim minimum milliaria a Neapoli ortum sive Jordanem versus. Eusebius Ἐδαμία . . . νῦν ἐστι κώμη Ἐδαμὰ ἐν τῇ Ἀκραβατινῇ ὡς ἀπὸ ιβ' σημείων πρὸς ἀνατολὰς τῆς Νέας πόλεως. Hier. *Nunc ostenditur villa Eduma in Acrabattene duodecim ferme millibus distans a Neapoli contra orientalem plagam.* Idem ad vocem Ἰανώ· ἐν τῇ Ἀκραβαττίνῃ, ἀπὸ ιβ' σημείων Νέας πόλεως πρὸς ἀνατολάς Hieron. *in Acrabitena regione in duodecimo lapide Neapoleos contra orientem.* Silo etiam in Acrabattene ei collocatur ad vocem Σηλώ, 10. milliaribus a Neapoli disjuncta.

Josephus meminit Ἀκραβαττίνης *lib. II. de bell. cap. 11.* ubi eam regionem Samariae conterminam facit. Sunt qui putent, eam in Samaritide collocandam, (quod magis cum situ ab Eusebio assignato convenit) sed videtur aliis ad Judaeam referenda, Samaritin tamen contingens. Confer *lib. III. de bell. 2.* ubi scribit de Samaritide: a vico Ginaea (qui terminus est Samaritidis ad Boream) ἐπιλήγει τῆς τῶν Ἀκροβατηνῶν (lege Ἀκραβατηνῶν) τοπαρχίας, *protensa desinit in toparchiam Acrabatenorum.* Idem *lib. II. de bell. c. 25.* jungit uti vicinas Gophniticam & Acrabattinen; scribit enim, utrique praefectum fuisse Johannem filium Ananiae & *lib. V. de bell cap. 8.* Vespasianus Caesarea profectus in montano tractu toparchias Gophniticam & Acrabattenen subjugat: dein tendit ad Bethel & Ephraim. Ex his videtur liquere, in Samaritide statuendam esse Acrabattenen, quae inter Bethel & Caesaream fuit. Verum praeter hanc est Ἀκραβεττινὴ commemorata Josepho, quam inhabitarunt Idumaei. Joseph. *Antiq. XII. 11.* Confer *1. Macc. 5. 3.* Καὶ ἐπολέμει Ἰεδὰς πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἠσαῦ ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ τὴν Ἀκραβαττινήν. Et huc refero, quod *lib. V. de bell. c. 7.* legitur de Simone, quod excursus fecerit in Acrabattenen & usque ad majorem Idumaeam. Haec ab adscensu עקרבים in finibus australibus Palaestinae nomen habere potest. Sed quis hoc ipsum pro certo affirmare ausit?

p. 193. Videtur a *Ganne* & *Saron* planitie inter Tabor & Tiberiada dicta esse. Vel forsitan a γωνία & *Saron*, uti γωνία τῆς Ἀραβίας Sic גניא דאשקלון vel גניחה memorantur in *Gem. Hieros. Schevüth 36. 3.* de quo dubitari posset, licet & *horti Ascalonis* ea voce intelligi queant, an non sit ex γωνία. Sed nolim hoc affirmare. בקעת גנוסר appellatur *in Midrasch Coheleth fol. 107. col. 1.* & *in Midrasch Ruth fol. 50. col. 4.*

CAPUT

CAPUT XXXIII.

DE PARTIBUS TERRAE TRANSJORDANICAE, GILEADITIDE, PERAEA, GAULONITIDE, BATANAEA ET DECAPOLI.

Gileaditis *regio Gerasena dicta Arabibus. Notat quicquid terrarum Israëlitis datum est ad ortum Jordanis. Qua ratione intelligendum sit, regnum Sichonis extensum fuisse* ab Aroër usque ad Gilead. Gilead *aliquando appellatur sola regio occupata a tribu Gad: & Gad dicitur accepisse omnes urbes Gilead. Num dici possit, regionem dimidiae Menassis proprie Gilead fuisse. Josephus quo modo vocem Galaaditidis usurpet. Eusebii, Hieronymi, & Stephani verba de Galaaditide.* Peraea *nomen late patens. Continens Rhodo objecta, regio trans Euphraten, aliaeque hoc nomine dictae. Urbes ad ortum Jordanis quaedam* Batanaeae, *nonnullae* Arabiae, *aliae* Peraeae, *aut* Palaestinae *ab Eusebio & Hieronymo tributae.* עבר הירדן *quid.* Πέραν τοῦ Ἰορδάνου *latius patet, quam* Peraea. *Termini Peraeae.* Silbonitis *quae. Cappelli conjectura non probata. Gabanitae Arabes. Gadara metropolis Peraeae.* Gaulonitis *regio a Golan urbe nuncupata. Sita ad septentrionem Peraeae juxta ripam Jordanis.* Basan *regio data dimidiae tribui Menassis. Error Bocharti collocantis Basanem vel* Βαταναίαν *inter Jabboc & Arnon.* Βαταναία *quae.* Βασανῖτις. *Epiphanii verba illustrata. Eusebii, Cyrilli, Theodoreti atque aliorum sententiae de Basane.* Decapolis *quae. Scythopolis urbs ejus primaria.*

GILEADITIS nuncupatur ארץ גלעד, Arabi ارض الجلعاد *regio Gerasena:* quo nomine saepe intelligitur omnis regio, quae Israëlitis cessit trans Jordanem. Sic tota terra in duas partes dividitur, unam a Dan usque ad Bersabe (i. e. cis Jordanem) alteram, terram Gilead *Jud. 20. 1.* Ita legitur Deus Mosi ostendisse כל הארץ את הגלעד עד דן *omnem terram Gilead usque Dan. Deut. 34. 1.* & *Jos. 22. 9.* Filii Ruben, filii Gad & dimidia tribus Menasse profecti sunt, ut intrarent Gilead, terram possessionis suae. *Num. 32. 29.* legitur: Si transiverint filii Gad & filii Ruben (adde dimidiam tribum Menasse ex *commate 33.* hi enim omittuntur aliquando, ut *Jos. 13. 8.* & *Num. 32.* sed Samaritanus Pentateuchus eos adjecit) vobiscum Jordanem . . . date iis Gilead in possessionem: & ipse Moses *Deut. 3. 13.* dicit, se reliquam partem Gilead (quae nempe erat praeter portiones Rubenitarum & Gaditarum) dedisse dimidiae tribui Menasse. p. 194.

Haec quum pluribus, quam hisce testimoniis sacrarum literarum firmari possint, loci tamen nonnulli iis adversari videntur, uti *Deut. 2. 36.* ubi regnum Sichonis describitur extensum ab Aroër עד הגלעד *usque ad Gilead.* Atqui ipsum hoc regnum erat pars Gilead, & ultra ipsum, septentrionem versus, erat quoque Gilead. Quomodo ergo dicitur

dicitur *usque ad Gilead?* usque ad fines Gilead, (uti simili phrasi Menassitae dicuntur terram possedisse מבשן *a Basan*, quum tamen ipsam Basan possiderent, id est *a finibus Basan*, *1. Chr. 5. 23.*) quandoquidem tunc nihil aliud ex Gileaditide subjugatum erat (reliqua enim pars suberat adhuc imperio Ogi necdum devicti) & quatenus opponitur Basani regioni, quae suo nomine saepe appellatur, uti Ramoth dicitur sita בגלעד *in Gilead*, & Golan בבשן *in Basan*, *Jos. 20. 8.* Quid? quod Betzer e tribu Ruben ibi non in Gilead locetur, sed במדבר במישור *in deserto, in planitie.* Unde suspicari liceret, proprie *Gilead* appellari eam regionem, quae a tribu Gad potissimum occupata est. Confer *1. Sam. 13. 7.* in terram Gad & Gilead, & *2. Sam. 24. 6. venerunt in Aroër ... & per Jazer transiverunt in Gilead.* Huc facit, quod tribui Gad *Jos. 13. 25.* datae legantur כל ערי הגלעד *omnes urbes Gilead:* quod certe dici nequit, si vox Gilead sensu latissimo, quo, quicquid est trans Jordanem, complectitur, accipiatur. p. 195.

Nec tamen dissimulandum est, alio modo isti difficultati obviam iri posse, si dicamus, Gilead aliquando in Sacris literis accipi pro portione dimidiae tribus Menassis trans Jordanem, uti illa distinguitur a regione Rubenis & Gad. Hoc si demonstratum sit, planissima erunt omnia, & aptissime dicetur regnum Sichonis ab Aroër se extendere a Gilead, id est, ad portionem dimidiae tribui Menasse tribuendam. En locum. *Num. 32. 40.* ויתן משה את הגלעד למכיר בן מנשה *Et dedit Moses Gileaditin Maciro filio Menassis.* Antea *commate 34.* legitur, quid Moses dederit Rubenitis & Gaditis. Nulla mentio Gileaditidis, sed regnum Sichonis tantum iis datum dicitur, uti regnum Og Menassitis. Et dein urbes Rubenitarum & Gaditarum recensentur. Denique ea adduntur, *& Gileaditin dedit Maciro* &c. Hinc suspicio nascitur, ac si Gileaditis esset sola portio dimidiae tribus Menassis. Et hoc sensu recte diceretur, regnum Sichonis se extendere, ab Aroër usque ad Gileaditin, regionem videlicet dimidiae tribus Menassis.

Sed, ut verum fatear, haec mihi nequaquam satisfaciunt, quia ex collatione aliorum testimoniorum Sacri Codicis perspicuum est, Gilead, vel latissime sumi pro tota regione trans Jordanem, vel stricte, pro regione tribus Gad, vel saltem parte illius, in qua erat Ramoth, quae בגלעד *in Gilead* esse dicitur. Nequaquam igitur statuendum videtur, regionem dimidiae tribus Menassis etiam proprie Gilead dici. Id nimiam confusionem pareret, si crederetur. Praeterea in hoc ipso capite *Num. 32.* vox Gilead, quum ter legatur, praeterquam hoc *commate 40.* de cujus sensu ambigitur, bis certe ita non potest intelligi, ut solam regionem dimidiae tribus Menassis significet. *Commate 1.* legitur, quum filii Ruben & Gad vidissent terras Jaazer & Gilead aptas pascuis, eos a Mose has terras petiisse. *Commate 29.* Moses jussit, ut Rubenitis & Gaditis daretur Gilead possidenda. Tertius locus, fateor, nobis obesse videtur:

detur: nam ita extat וילכו בני מכיר בן מנשה גלעדה וילכדה *& profecti sunt filii Macir filii Menassis in Gilead & ceperunt eam.* Sed videtur, tantum obesse: revera non obest; e contrario viam sternet ad confirmationem nostrae sententiae. *Profecti sunt in Gilead* non significat, eos ante in Gilead non fuisse, & nihil Gileaditidis ante fuisse occupatum. Contrarium liquet ex antecedentibus, ubi Gilead dicitur Rubenitis & Gaditis data. Sed idem est, quod perrexerunt ulterius in Gilead, uti in Novo Testamento legitur, Christus profectus in Galilaeam a Nazareth, quum jam esset in Galilaea. Ivit nimirum ulterius in interiora Galilaeae. Atque ita, quum *commate 40.* Moses Gileaditin dedisse tribui Menassis legitur, hoc explicandum est ex commate antecedenti: dedit iis Gilead, quam? illam, quam ceperant, illam, de qua ibi agitur: & haec puto, genuina vis est nominis Gilead in illo loco. p. 196.

Utraque significatio Gileaditidis, tum latissima, tum stricta, conjungitur *2. Reg. 10. 33. a Jordane ad ortum tota regio Gilead, Gaditarum, Rubenitarum & Menassitarum, ab Aroër sita ad orientem Arnon, & Gilead & Basan.* Priori loco Gilead significat, quicquid est trans Jordanem, posteriori Gilead interponitur inter Basan & Aroër. Haec verba omnino notatu digna sunt.

Galaditis, Γαλαδῖτις & Γαλαδήνη appellatur a Josepho *Antiq. I. 19.* ubi illam a colle, ubi foedus ictum est, inter Jacobum & Labanem, dicto Γαλάδης, nomen adeptam scribit, & *Antiquit. VIII. 2.* Illam distinguit Josephus a regione possessa a Rubenitis, Gaditis & Menassitis (si recte se habent Graeca) *Antiquit. IX. 8.* & *cap. 11.* legitur τὴν Γαλαδινὴν καὶ τὴν περὶ τὸ Ἰορδάνε χώρων. *1. Macc. 5. 9.* Γαλαάδ, & *commate 20.* Γαλααδῖτις appellatur, & urbes ejus hae recensentur *commate 26. Bozra, Bosor, Chasphor* (al. *Cheschbon*) *Maked, Carnaim*, urbes magnae & munitae. Eusebius & Hieronymus latius extendunt usum nominis Galaad. Eusebius ad vocem Γαλαάδ in Onom. scribit, ita nuncupari montem, ad quem Jacob venit: esse autem situm ad tergum Phoenices & Arabiae, & Libano quidem copulari, extendique per desertum usque ad regionem, in qua Sihon habitavit trans Jordanem (ita lego, duce Hieronymo, χώρας pro Πέτρας) cecidisse autem in sortem tribuum Ruben, Gad, & dimidiae tribus Menasse. Hieronymus ad *Ezech. 47. de medio Galaad, qui mons Libani collibus copulatus cecidit in sortem Ruben & Gad & dimidiae tribus Manasse, & est a tergo Phoenices & Arabiae.* Stephanus in Ἐθνικοῖς hanc regionem vocat Arabiae, quoniam omnis regio ad ortum Jordanis, Arabia nonnunquam dicitur, uti supra notavimus. Γάλαδα, (scribit) χώρα Ἀραβίας, καὶ Γαλαδηνή. Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας Γαλαδῖτιν φησί. *Galada. Regio Arabiae, quae & Galadene. Josephus* lib. IV. Antiquit. Jud. *Galaditin appellat.* p. 197.

Nomen PERAEAE, si vim vocis & originem spectes, regionem trans flumen vel mare significat, adeoque apte pluribus regionibus tribui

bui potest. Polybius, *Historiarum lib. XVII.* ita nuncupat continentem insulae Rhodo oppositam, ὁ τῶν Ῥοδίων ναύαρχος Ἀκεσίμβροτος τῆς μὲν Περαίας ἐκέλευεν ἐκχωρεῖν τὸν Φίλιππον. *Nauarchus Rhodiorum Acesimbrotus jussit Peraea (sive regione insulae objecta) excedere Philippum.* Straboni *lib. XVI.* regio trans Euphratem Peraea appellatur & *lib. X.* τὴν Περαίαν τοῦ Ἀχελῴου memorat, regionem nempe trans Acheloum sitam. Et hoc sensu, quicquid ad ortum Jordanis erat, Peraea dici posset: ac late nonnunquam ea vox patet. Γέρασαν urbem ἐν τῇ Περαίᾳ nuncupat Eusebius ad vocem Ἠγαννὶ, & Arabiae eandem tribuit ad vocem Ἀργόβ, quia regionem ad ortum Jordanis Arabiam vocat. Peraeae inferioris meminit Eusebius, & in ea collocat Amathunta, ad vocem Ἀιθάμ. Λέγεται δὲ καὶ νῦν Ἀμαθοῦς κώμη ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ κατωτέρᾳ Πέλλης διεστῶσα σημείοις κά εἰς νότον. Hieron. *Sed & nunc Amathus villa dicitur trans Jordanem, in vicesimo primo miliario Pellae ad meridiem.*

Sed haud inutile erit, uno conspectu exhibere regiones, quibus Eusebius & Hieronymus in Onomastico singulas urbes ad ortum Jordanis sitas attribuunt.

BATANAEAE.	ARABIAE.	PERAEAE.	PALAESTINAE.
Beesthera.	*Canatha* in	*Ramoth* in Gilead	*Pella.*
Astaroth.	Trachonitide	juxta Jaboc.	
Carnea.	*Medaba.*	*Gerasa.*	
Gaulon.	*Esbus.*		
p. 198. *Gargasi.*	*Gerasa.*		
Neila.	*Areopolis.*		
Selcha.	*Adraa.*		
Tharsila.	*Baalmeon.*		
Narama.			
Nabara.			

In Veteri Instrumento עבר הירדן *trans Jordanem* significat omnem regionem, quae ad ortum Jordanis sita & possessa fuit ab tribubus duabus & dimidia. Vide *Num. 32. 32.* quamvis & regio ad occasum Jordanis & dici possit, & aliquando dicta sit עבר הירדן uti *Jos. 12. 7.* sed tunc additur ים *mare* vel *occasum versus.*

In Novo Instrumento saepe legitur πέραν τοῦ Ἰορδάνου, (uti & in Apocryphis semel *Judith. 1. 8.*) quod significat omnem regionem trans Jordanem, non illam solam, quae Περαία Josepho dicitur. *Matth. 4. 25.* distinguitur Δεκάπολις a Πέραν τοῦ Ἰορδάνου, quamvis plurimae urbes Decapoleos sitae essent trans Jordanem, sic ut videatur Decapolis distingui a Peraea proprie dicta: sed & in Peraea proprie dicta erant quaedam urbes Decapolis: sic ut nec ab ipsa Peraea distingui possit. Verum

rum, uti ibidem legitur καὶ Ἱεροσολύμων καὶ Ἰουδαίας, quamvis Hierosolyma in Judaea fuerit, ita Δεκάπολις memoratur, uti pars insignis terrae trans Jordanem (licet nec ipsa metropolis Decapoleos trans Jordanem esset, nimirum *Scythopolis*) & deinde quod praeter eam recensetur, generali nomine Πέραν τοῦ Ἰορδάνου continetur. Sic quoque *Marc. 3. 7.* dicuntur venisse ad Christum e Galilaea, Judaea, Hierosolymis, Idumaea, finibus Tyri & Sidonis (quae omnia cis Jordanem erant) καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου *& regione trans Jordanem.* An ex sola Peraea? quis credat? ex omni potius tractu trans Jordanem. Hic enim describuntur partes omnes terrae Israëliticae, quas Judaei incolebant.

Περαίας & Πέραν τοῦ Ἰορδάνου & τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου aliquoties meminit Josephus. Describit illam *l. III. de bell. 2.* Maxima ex parte deserta est & inculta (nota hoc, quum olim eam, ob pascua & fertilitatem, sibi maxime hanc petierint Rubenitae, Gaditae & dimidia tribus Menassis) longitudo ejus est a Machaerunte Pellam, latitudo a Jordane ad Philadelphiam. Terminus ejus septentrionalis est Pella, occidentalis Jordanes, australis regio Moabitica, orientalis Arabia & Silbonitis (ita legit Rufinus & MStus codex Academiae Lipsiensis, editi Σιμωνῖτις) Philadelphia & Gerara (Rufino Gerasa, rectius) Haec sunt verba Josephi. Illud Silbonitis in Ammanitis mutat Lud. Cappellus. Non probo. Nam Philadelphiam distinguit a Silbonitide, quum ab Ammonitide illic distingui nequeat; ipsa enim est caput gentis, Rabbathamman. Praeterea non solent librarii notiora in ignotiora mutare, sed vicissim. Et quid obstat, uti ab Chesbon Ἐσσεβωνῖτιν, ab urbe Silbon Σιλβωνῖτιν dici? Aut forte Γεβωνῖτις legendum *l. 1. de bell. cap. 19.* ubi inter Philadelphiam, & Gerasa interponitur Γεβωνῖτις, quae, an cum Gebanitis Arabibus aliquid commune habeat, nunc non disputo. Certe Gebanitae portum habuerunt ad sinum Arabicum. Vide *Plin. XII. 19.* Peraeae metropolis fuit Gadara *lib. V. de bell. c. 3.* & urbes Peraeae Abila, Julias, & Bezemoth, omnia denique usque ad Machaeruntem Romanis cesserunt. *Ibid.* Distinguitur itaque Peraea a Batanaea, Trachonitide, Gaulonitide, & Gamalitica, *Ant. XVII. 13.* & *de bell. III. 2.* Distinguitur eadem *Antiq. VIII. 2.* a Gaulonitide & Gileaditide. Videlicet tum nomen Gileaditidis datur (uti & in Sacro Codice) illi regioni, quae ad septentrionem Peraeae sita erat. Sic *Antiquit. IX. 11.* τήν τε Γαλαδινὴν ἅπασαν καταστρεψάμενος καὶ τὴν πέραν τοῦ Ἰορδάνου χώραν. Alibi appellatur ἡ ὑπὲρ Ἰορδάνην περαία *lib. II. de bell. 2.* Rufinus, *trans Jordanem positae regiones*, sc. non omnes, nam etiam Gaulonitis erat trans Jordanem, nunquam tamen Peraeae attribuitur. Et incolae Peraeae appellari videntur *Ant. XVII. 12.* ὁπόσοι περάσαντες Ἰορδάνην ποταμὸν οἰκοῦσιν.

p. 199.

Ab urbe גולן Golan regio vicina dicitur GAULANITIS, quam Josephus videtur extendere a Peraea, juxta ripam Jordanis orientalem, usque ad Libanum. Scribit enim *Ant. VIII. 2.* in Galaaditide ac Gauloni-

lonitide usque ad Libanum sitas fuisse urbes 60. munitas, quae חוות
p. יאיר *1. Reg. 4. 13.* nuncupantur. Sic ut Gaulonitis, Batanaea & Tra-
200. chonitis ita videantur collocandae juxta se invicem, ut Gaulonitis sit Jordani proxima, ei ad ortum apponatur Batanaea, & huic ad septentrionem Trachonitis, septentrionem versus sita plus quam Gaulonitis & Batanaea, *L. III. de bell. 2.* distinguit a Peraea has regiones magis septentrionales, *Gamaliticam, Gauloniticam, Batanaeam* ac *Trachonitin. L. II. de bell. c. 25.* Seleuciam, Soganen, & Gamalam sitas esse scribit in Gaulonitide: ubi nota Gamaliticam comprehendi sub Gaulonitide. *Lib. III. de bell. c. 2.* tradit, Hippenen, Gadarin, & Gaulonitin terminare Galilaeam ad ortum: unde liquet, quod statim suspicabamur, Gaulonitin se extendere juxta ripam Jordanis usque ad fontes ejus, sive usque ad fines terrae Israëliticae septentrionales, nec Batanaeam aut Trachonitin contingere flumen Jordanem. Idem *lib. II. de bell. cap. 19.* hujus regionis meminit, narrans, Judaeos vastasse Gadara, Hippon & Gaulanitin, postquam Philadelphiam, Gebonitin, Gerasam, Pellam, & Scythopolin cepissent. Et *lib. IV. de bell. cap. 1.* Gaulonitin distinguit in superiorem, in qua sita est urbs Sogane, & inferiorem, in qua Gamala. Denique *in Vita sua pag. 1013.* scribit, Gaulonitin defecisse ad Agrippam usque ad vicum Solymen.

Nomine BASAN vel BASCHAN, בשן, complectuntur scriptores sacri illam partem regionis trans Jordanem, quae dimidiae tribui Menasse data & ad septentrionem tribuum Ruben & Gad sita fuit, & se extendit usque ad montem Chermon, id est, ultimos terrae Israëliticae fines septentrionem versus. *Jos. 22. 7.* ולחצי שבט המנשה תכן משה בבשן ולחציו יהושע עם אחיהם מעבר הירדן ימה *Dimidiae tribui Menasse dedit Moses in Basan, & alteri dimidiae dedit Josua possessionem cum fratribus suis ad alteram partem Jordanis occasum versus.* Confer *Jos. 21. 6.* Ita *Jos. 13. 30.* initium Basanis ducitur a Machanaim, quae sita erat in confiniis tribus Gad *Jos. 13. 26.* Sic ut Basan & regio tribus Gad se proxime contigerint, & *1. Chron. 5. 23.* dimidia tribus Menassis legitur se extendisse מבשן, a Basan, id est, a terminis Basanitidis, quibus con-
p. tingit regionem Gaditarum, usque ad montem Chermon. Male ita-
201. que Bochartus in Hierozoico *lib. II. cap. 31.* regionem Basan descripturus, scribit, *Basan, ...* vel Βαταναία *regio est trans Jordanem inter torrentes Jaboc & Arnon, pascuis felicissima. Proinde Gaditae & Rubenitae, qui pecore abundabant, hanc sibi dari postulant Num. 32. 4.* Basan enim non fuit sita inter Jabboc & Arnon: nec ea data fuit a Mose Rubenitis & Gaditis, sed dimidiae tribui Menassis, quae כל הבשן *omnem Basanitin* habuit.

Saepe conjungitur גלעד ובשן *Gilead & Basan*, uti *Jos. 17. 1. 5.* quum de regione a dimidia tribu Menasse possessa agitur, unde non sequitur, distinctas regiones esse, sed posse unam vocem per alteram explicari, *Gilead, videlicet, Basan.* Notum est, *Vav* apud Hebraeos ita usurpari. Quamvis negare nolim, forsitan Basan regionem uti praecipuam nominari, omissis aliis, quae nomine Gilead indicantur, uti quum *Deut. 3. 13.* Moses dicit ויתר הגלעד וכל הבשן *& reliquam partem Gilead & omnem regionem Basan dedi dimidiae tribui Menassis.* Sic quoque *Jos. 13. 10. & 11.* videtur accipiendum *omnes urbes Sichon : . . . . & Gilead, ac terminum Geschuraei & Maachataei, & omnem montem Chermon, & universam Basan.* Ubi Gilead capi nequit sensu latissimo, quo, quicquid trans Jordanem est, complectitur, nec eo, quo pro regione tribus Gad adhibetur (nam ea fuit portio Sichonis jam recensita) sed hoc, quo regiones aliquae a Basan proprie dicta diversae dicuntur Gilead. Confer *Jos. 13. 30. & 32.* ubi dimidia pars Gilead tradita tribui Menasse distinguitur a Basan, vel certe distincte recensetur.

In Basan erat regio ארגב *Argob*, cujus nominis vestigia in Ῥαγαβᾶ credimus nos invenisse, in qua 60. illae urbes vel villae חוות יאיר Chavoth Jaïr dictae, *Deut. 3. 4. 14. 1. Reg. 4. 13.* Ceterum regionem Basan a pascuis & quercetis commendari in Sacris literis, notum est.

Basan usque ad fontes Jordanis & urbem Paneada se extendisse etiam ex Prophetia Mosis *Deut. 33. 22.* colligitur: *Dan catulus leonis, qui prosilit ex Baschan:* quamvis non negem, id de leone ipso ex Baschan prosiliente, quicum comparatur, posse quoque accipi.

Batanaeae nomine ita utitur Josephus, ut eam distinguat a Galaa- p.
ditide & regione possessa a tribu Ruben, Gad, & dimidia Menasse, *An-* 202.
tiquit. IX. 7. illic enim scribit, Regem Syrorum tractus orientales regionis trans Jordanem, vastasse, quae a Rubenitis, Gaditis ac Menassitis incolebantur, praeterea Galaaditicam ac Batanaeam. Alibi tamen, *Antiquit. IV. 5.* Ogum Regem Basan appellat τῆς Γαλαδίνης καὶ τῆς Γαυλανίτιδος Βασιλέα. Confinem esse Trachonitidi scribit *Antiquit. XVII. 2.* & *Antiquit. XV. 13.* dicitur Batanaea una cum Trachonitide & Auranitide adjecta regno Herodis. Idem legitur *lib. I. de bell. cap. 15.* Gaulan, sive Golan, urbem (Γαυλαδημᾶν corrupte legitur) collocat in Batanaea *Antiquit. IV. 7.* quum ergo illa urbs Menassitarum fuerit, & simul in Batanaea sita, nequit Batanaea distingui a regione a Menassitis inhabitata.

Βασανῖτις appellatur haec regio Epiphanio *lib. I. adv. haer. pag. 38.* ubi legitur, Nazaraeos ortos ex Galaaditide & Basanitide καὶ τῶν ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου & regionibus trans Jordanem. Libro eodem *pag. 123.* scribit, Nazaraeos habitasse ἐν τῇ Βασανίτιδι τῇ λεγομένῃ Κωκάβῃ, Χωχάβῃ δὲ Ἑβραϊστὶ λεγομένῃ, *in Basanitide, quae Cocabe dicitur, Hebraice Chochabe.* Erit כוכב *stella.* Et ita dicta est regio a vico Κωχάβη. Eodem libro *pag. 126.* videtur distinguere Batanaeam & Basanitin πλησίον τῆς Βαταναίας καὶ Βασανίτιδος χώρας, prope Batanaeam & Basanitin regionem. Sed crediderim, scripsisse Epiphanium τῆς καὶ Βασανίτιδος. Ita enim res ipsa suadet: quum hae regiones ab aliis inter veteres distingui non soleant:

& ita

& ita noster *p. 136.* ἐν Διοκαισαρείᾳ τῇ ἡ Σεπφωρίν. *Pag. 142.* idem Κώχαβα collocat ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ ἐπέκεινα Ἀδραῶν, *in terra Basanitide ultra Adraa.*

Eusebius regionem eandem facit Basanitida & Batanaeam, ad vocem Βασάν. Βασανῖτις ἣ νῦν καλεῖται Βαταναία. Atque ita Interpres Pentateuchi Samaritanus בתנין *Batanin* ubique pro בשן habet, Chaldaeus מתנן. Stephanus *in Ethnicis.* Βατανέα συνοικία Συρίας, ἡ ἡ Βατανέα ἐθνικῶς. *Batanaee. Locus habitatus Syriae: quae & Batanea, in numero singulari.*
p. Cyrillus in *Comm. ad Jesaiam lib. I. Orat. 2.* regionem Basan scribit Βα-
203. σαναίαν vocatam postmodum, eamque fertilem esse & spissas maxime ac proceras cedros proferre, φυτῶν ἀρίστη τροφὸς παχείας τε ἡ εὐμηκεστάτας ἔχεσα τὰς κέδρους. Theodoretus *in Jerem. 22.* Basan putavit esse montem uti Libanum, εἰς τὴν Λίβανον ἡ τὴν Βασάν, ὄρη δὲ ταῦτα, *ad Libanum & Basan: hi sunt montes.* Cum Libano Basan jungitur, ut regio montana *Jerem. 22. 20.* sic ut montis Gilead partem Libanum inter & Pharan comprehendat. בשן וכרמל junguntur *Jes. 33. 9.* ubi Graeci habent ἡ Γαλιλαία ἡ ὁ Χέρμελ.

Commemorat Eusebius γωνίαν τῆς Βαταναίας ad voces Ἀυωδὼ Ἰασίρ & ad vocem Νινευὴ γωνίαν τῆς Ἀραβίας *angulum Arabiae, in quo Neue sita fuit.* Et ad vocem Καρνασίμ . . . κώμη μεγίστη τῆς Ἀραβίας, ἥτις ἐστὶν ἡ Βαταναία λεγομένη. Hieron. *vicus grandis in angulo Batanaeae.* In Graecis nihil de angulo. Γωνία aliquando non angulum, sed latus notat.

DECAPOLEOS ter fit mentio in Novo Instrumento *Matt. 4. 25. Marc. 5. 20. & 7. 3.* Bis meminit Josephus Δεκαπόλεως. *Lib. III. de bell. cap. 16.* scribit urbem maximam Decapoleos esse Scythopolim, & *in vita pag. 1025.* commemorantur ei αἱ ἐν τῇ Συρίᾳ δέκα πόλεις Eusebius in Onomastico. Δεκάπολις ἐν Εὐαγγελίοις. Αὕτη ἐστὶν ὁ ἐπὶ Περαίᾳ κειμένη ἀμφὶ τὸν Ἵππον ἡ Πέλλαν ἡ Γαδάραν. Hieronymus. *Decapolis, sicut in Evangelio legimus. Est autem regio decem urbium trans Jordanem circa Hippum & Pellam & Gadaram.* Epiphanius *lib. 1. adv. haer. pag. 123.* sectam Mazaraeorum scribit vigere ἐν τῇ Δεκαπόλει περὶ τὰ τῆς Πέλλης μέρη ἡ ἐν τῇ Βασανίτιδι in Decapoli circa Pellam & in Basanitide. Plinius *lib XV. 3.* de olivis. *Decapoli Syriae perquum parvae nec cappari majores, carne tamen commendantur: quam ob causam Italicis transmarinae praeferuntur in cibis, quum oleo vincantur.* Idem Decapolin ita describit *lib. V. cap. 18.* Jungitur ei, (Judaeae) latere Syriae Decapolitana regio a numero oppidorum, in quo non omnes eadem observant: plurimi tamen Damascum & Opoton (Salmasius *ad Solin. cap. 35. Eupoton, riguis ex:* alii, *Damascum ex epoto riguis amne,* &c.) riguas amne Chrysorrhoa fertilem Philadel-
p. phiam, Raphanam, omnia in Arabiam recedentia: Scythopolin (antea
204. Nysam a Libero patre, sepulta nutrice ibi) Scythis deductis: Gaddara Hieromiace praefluente, & jam dictum Hippon, Dion, Pellam aquis divitem, Galasam, (Garasam) Canatham. Intercursant cinguntque has

has urbes tetrarchiae, regionum (regnorum al.) instar singulae, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Caesarea cum supra dicto fonte, Abila, Arca, Ampeloëssa, Gabe.

CAPUT XXXIV.

DE PARTITIONE PALAESTINAE IN PRIMAM, SECUNDAM, ET TERTIAM.

Palaestinae divisio in primam, secundam, & tertiam quanda instituta sit. Palaestina tertia excurrit ultra fines terrae Israëliticae & pertingit usque ad sinum Arabicum. Syriae tres. Syria Coele *legendum in indice veteri provinciarum pro* Ciliciae. *Palaestina tertia etiam* salutaris *dicta. Synedria nulla in Palaestina tertia. Hieronymus unius modo Palaestinae meminit. Trajano imperante* πρῶτον Παλαιστινῶν ἔθνος *per* πρόληψιν *commemoratur. Index urbium episcopalium Palaestinarum trium a Carolo a Sto. Paulo editus, & ab Holstenio notis illustratus non satis accuratus est.* Aelia *nulla distincta ab Hierosolymis.* Araclia *eadem urbs cum Archelaide.* Bitelion *urbs Episcopalis Palaestinae primae ab aliis omissa.* Bascath *male credita eadem cum* בצקת Jos. 15. 39. Diocletianopolis *male omissa.* Eleutheropolis *longe diversa a Chebron.* Minois *male omissa in indice urbium episcopalium Palaestinae primae, nec eadem cum Mennith, sed vicina Gazae.* Emmaus *in sacris literis memorata diversa est ab Emmaunte quae Nicopolis dicta est.* Petrae *duae, altera Arabiae, altera Palaestinae non videntur statuendae. Urbes episcopales Palaestinae secundae & tertiae.*

DIsquirendum porro est de partitione Palaestinae in tria. Palaestina p.
enim prima, secunda, & tertia commemorantur saeculo quinto 205.
a Christo nato ineunte & deinceps: & quamvis Palaestina tertia latius se extendat, quam terra ab Israëlitis possessa, (ad sinum usque Arabicum protensa unde & Ailath urbs Palaestinae ab Hieronymo in *libro* de situ & nominibus locorum appellatur) non videmur tamen ejus descriptionem in opere, cui Palaestina titulum dedit prorsus posse omittere.

Palaestina quidem olim nonnisi una commemoratur, quum vel ἁπλῶς vel Syria Palaestina dicta est, qua de re actum fuit supra *capite VIII.* Ita Ammianus Marcellinus *lib. XIV.* eam Syriae attribuit scribens, *Syriarum ultimam* esse *Palaestinam.* Ita in indice veteri Provinciarum Romanarum, qui aevo Theodosiano adscribi solet, legitur

ORIENTIS PROVINCIAE.

SYRIA CILICIAE (viri docti addunt *vicina.* Verum ego crediderim, legendum *Syria Coele*, & id ab imperito librario in nomen notius esse

esse mutatum, nempe *Ciliciae:* nam certum est, tres has Syrias a veteribus memorari; Syriam Coelen, Syriam Phoenicen, & Syriam Palaestinam.) IN QUA EST ANTIOCHIA.

SYRIA PALAESTINA.
PHOENICE.

Postea autem circa initia saeculi quinti mentio fit Palaestinae primae, secundae, & tertiae. Uti *in leg. 3. Cod. Theodos. de erog. milit. annon. Limitanei milites & possessorum utilitate conspecta per primam, secundam, & tertiam Palaestinam hujuscemodi norma processit.* Notandum est, hanc legem latam esse x. Kal. April. Constantinopoli, Honorio A. VIII. & Theodosio III. A. A. CONSS. anno 409. in Codice Theodosiano a Gothofredo edito male legitur 396. uti & Fasti Consulares docent & inspectio legis sequentis, iisdem Consulibus, latae. In notitia quoque Imperii primo Palaestina, dein Palaestina secunda, tum Palaestina salutaris memoratur. Creditur autem illa anno aerae Christianae 427. conscripta. Sunt & qui putent, Palaestinae salutaris mentionem fieri *in leg. 3. Cod. Theod.* de protostasia, quae anno 396. lata est. Legitur ibi vulgo *Praesidi Frygiae Palaestinae,* pro *Hygiae,* id est, salutaris.

p. 206.

Palaestinae utriusque (sed jam tum tres erant Palaestinae, uti liquet ex *leg. 3. Cod. Theod. de erog. mil. annon.*) fit mentio in Codice Justinianaeo *lib. I. tit. IX. l. 17.* Judaeorum primates, qui in utriusque Palaestinae Synedriis dominantur, vel in aliis provinciis degunt, periculo suo &c. Eaque lex data est III. Kal. Jun. Constantinop. Florentio & Dionysio Coss. i. e. anno aerae vulgaris 429. Nimirum Synedria nulla erant in Palaestina tertia, sed in prima & secunda, uti Tiberiade, Jafne &c.

Hieronymus anno 397. scribens adversus errores Johannis Jerosolymitani, nonnisi unius Palaestinae meminit, cujus metropolis Caesarea sit. *Tu, qui regulas quaeris Ecclesiasticas & Nicaeni Concilii canonibus uteris, & alienos Clericos & cum suis Episcopis commorantes tibi niteris usurpare, responde mihi, ad Alexandrinum episcopum Palaestina quid pertinet? Ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palaestinae metropolis Caesarea sit & totius orientis Antiochia.* Et de Paula loquens, quae circa annum 384. Palaestinam intravit, scribit, Proconsulem Palaestinae, praemissis apparitoribus, jussisse ei parari praetorium. Scilicet tum nonnisi una videtur fuisse. Zozimus quoque *lib. IV.* Hilarium a Theodosio magno toti Palaestinae praepositum memorat.

Trajanus a Tiberiano, qui erat ἡγεμὼν τῆς πρώτης Παλαιστινῶν ἔθνους literas accepit de Christianorum constantia. Meminit Malala in Chronographia, & Suidas ad vocem Τραιανός. Id videtur praefectum Palaestinae primae notare. Ita per πρόληψιν is appellatur. Necdum enim Palaestinae primae nomen notum erat. Ceterum phrasis haec nobis in

WBP Opole

in mentem reducit similem, qua Eusebius utitur *lib. I.* de vita Constantini, *cap. 19.* Ὅιον αὐτὸν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν τὸ Παλαιστινῶν διερχόμενον ἔθνος. *Uti nos eum vidimus* (sc. *Constantinum*) *transeuntem per gentem Palaestinorum.* p. 207.

Urbium Episcopalium Palaestinae primae, secundae, ac tertiae indicem ediderunt Carolus Sancto Paulo *in Geographia Sacra*, & Holstenius, in quo tamen urbes quaedam omissae mihi esse videntur, & de aliis nonnulla monenda habeo, in quibus ab istis viris in diversa abeo. Non omnia, quae de hisce urbibus dici debent, hic adscribam. Libro tertio ea expromam. Hic indicem dabo notis quibusdam adspersum.

INDEX URBIUM ET LOCORUM EPISCOPALIUM PALAESTINAE PRIMAE.

AELIA, vel ELIA, uti nonnunquam scribitur, etiam ab Hieronymo in Comm. ad *Jes. 64.* *Templum in toto orbe celebratum versum in sterquilinium urbis novae, quae a conditore appellabatur Elia.* Est haec eadem cum Hierosolyma, quam Hadrianus Imperator Ἀιλίαν Καπετολίνων ὠνόμασε *Aeliam Capitolinam appellavit*, teste Xiphilino in epitome Dionis *pag. 262.* Si quis de ea re dubitet, ex hoc ipso libro plura veterum testimonia colligere poterit. Putavit tamen Carolus a Sancto Paulo, esse eam urbem ab Hierosolyma diversam: nam quum inter urbes Patriarchatus Hierosolymitani primo Hierusalem recensuisset *pag. 305. Geographiae Sacrae*, mox *pag. 306.* inter urbes Palaestinae primae *Eliam* memorat his verbis: ELIA *Antonino Palaestinae oppidum inter Neapolin & Ascalonem. Teoctistus Diaconus pro episcopo Eliae subscripsit dicto Concilio Hierosolymitano.* Holstenius in notis suis ad hunc locum nihil habet. Est tamen meo judicio insignis error, & eo magis indicandus, quod in libro istius argumenti, quemque aliquis incertus de situ alicujus loci in re dubia inter primos consuleret, inveniatur. Quid? quod in mappa geographica Patriarchatus Hierosolymitani, ab eodem scriptore adjecta, oppidum aliquod *Elia* legatur, inter Hierosolymam & Lyddam. Nec tamen ignoravit is scriptor, Hierosolymam Aeliam dictam fuisse, nam *pag. 300.* id fatetur, sed nescio, qua ratione inductus credidit, aliam fuisse *Eliam* vel Aeliam in Antonini Itinerario, & Concilio Hierosolymitano memoratam, aliam Hierosolymam.

ANTHEDON.
ANTIPATRIS.
APATHUS.

ARACLIA vel HERACLEA. Hanc Palaestinae primae urbem facit Carolus a S. Paulo: sed quo fundamento, nescio. Crediderim, nomen in quibusdam codicibus legi, sed depravatum pro nomine Archelaidis.

ARCHELAIS. Archelais Palaestinae urbs fuit, Ptolemaeo teste, sita inter Jerichuntem & Scythopolin, de qua plura notabimus *libro tertio.*

ASCALON.

AZOTUS duplex.

BITELION. Referri debuisset ab viris eruditissimis Carolo a St. Paulo & Holstenio inter urbes Episcopales Palaestinae primae: nam in Palaestina prima hanc urbem sitam fuisse patet ex notitia Graeca Patriarchatuum (quam vide *cap. seq.*) & Episcopum habuisse liquet ex Concilio Hierosolymitano, Μαυρήλιος τοῦ Βιτελίου.

BASCHAT. Recensetur a Carolo a St. Paulo inter urbes Palaestinae primae: sed illa Bascatha vel Bacatha in Epistola Joannis Hierosolymitani memorata erant trans Jordanem, nec ad Palaestinam primam pertinebant. Liquet ex Epiphanio: sic ut eo referri non debeat urbs בצקת *Jos. 15. 39.* in tribu Juda sita.

CAESAREA.

DIOCLETIANOPOLIS. Fuit in Palaestina prima: liquet ex notitia Graeca, & Episcopum habuisse liquet *ex Concil. Chalcedonensi.* Omissa est a Carolo a St. Paulo in indice urbium Episcopalium.

DIOSPOLIS. Sive Lydda. *Theodoret. Hist. Eccl. lib. I. cap. 5.* Λύδδα δέ ἐστιν ἡ νῦν καλουμένη Διόσπολις.

DORA.

ELEUTHEROPOLIS. Carolus a St. Paulo in Geogr. Sacra scribit, eam quibusdam Hebron credi. Ita quoque Petavius ad Epiphanium. Sed quum ex Eusebii Onomastico, qui urbes aliquas describit inter Eleutheropolim & Chebronem, liqueat, non posse esse eandem cum Chebrone, & ex Itinerario veteri, quod Antonini dicitur, appareat, alio loco sitam fuisse Eleutheropolin quam Chebronem, voluissem, hoc illic a viris doctissimis monitum fuisse, ne videretur illa opinio ferri posse, eandem esse Eleutheropolin & Chebronem: quae, si quae alia, falsissima est.

p. 209.

GADARA.

GAZA.

GERARA, sive saltus Gerariticus.

JERICHO.

JAMNIA.

JOPPE.

LIVIAS.

LYDDA.

MAJUMA.

MINOIS.

MINOIS. Urbs primae Palaestinae, cujus episcopus memoratur in Concilio Chalcedonensi. Vide, quae notabimus ad excerpta ex hoc Concilio ad nomen Βηρύλλου Ἀλοῦ, libro quarto. Praeterierunt hanc urbem Carolus a St. Paulo & Holstenius in notitia Episcopatuum Palaestinae primae, & collocarunt eam in Palaestina secunda. Holstenius quidem credidit, eam fuisse eandem cum urbe Mennith trans Jordanem. Sed alia est *Minois* urbs vicina Gazae, non ipsa Gaza, uti Stephanus in Ethnicis scribit, alia *Mennith.* Id liquet ex Eusebii Onomastico. Vide & notitias Imperii. Carolus autem a St. Paulo *pag. 312.* ulterius vagatur ad quaerendam Minoida, conjicitque, esse Minoam urbem in Creta vel insula quadam ante Megaram. Sed nihil est certius, quam Minoida prope Gazam fuisse.

NEAPOLIS.

NICOPOLIS. Condita vel restaurata potius anno quarto Imp. Heliogabali, teste Eusebio in Chronicis. Haec creditur eadem, quae olim in Novo T. Emmaus vocabatur. Sozomenus *Hist. v. 21.* Πόλις ἐστὶν ἐν Παλαιστίνῃ ἡ νῦν καλουμένη Νικόπολις. Ταύτην δὲ ἔτι κώμην οὖσαν οἶδεν ἡ θεία τῶν Εὐαγγελίων Βίβλος καὶ Ἐμμαοῦς προσαγορεύει. Ῥωμαῖοι δὲ μετὰ τὴν ἅλωσιν Ἱεροσολύμων καὶ τὴν κατὰ τῶν Ἰουδαίων Νίκην Νικόπολιν ἀνηγόρευσαν· ἐκ δὲ τοῦ συμβάντος οὕτως ὠνόμασαν. *Urbs est Palaestinae nunc dicta Nicopolis. Hujus meminit Sacer Evangeliorum Codex & Emmaus vocat. Romani vero, excisa Hierosolyma, & devictus Judaeis Nicopolin appellaverunt.* Sed fallitur. Alia est Emmaus in Novo Testamento memorata, alia Emmaus, quae dicta est Nicopolis, & longius distat ab Hierosolymis, XXII. nempe milliaribus Romanis.

p. 210.

ONUS.

PETRA. Hanc ita recenset *pag. 309.* Carolus a St. Paulo inter urbes Palaestinae primae. *Petra. D. Athanasio in Epist. solitarios, ubi Asterium hujus Episcopum nominat.* Putat sc. vir doctus, duas fuisse Petras, unam Palaestinam primae, alteram Palaestinae tertiae Metropolim. Ita scribit *pag. 302. Petra Metropolis tertiae Palaestinae civitas munitissima in monte sublimi sita ad fines Moab, apud Ptolemaeum legitur in descriptione Arabiae Petraeae. Arecem & Arce a Josepho dicitur & aliquando Archin, teste Wissemburgio. Aliaque est a Petra Palaestinae, quae sedes Episcopalis tantum fuit, ut clare probatur ex D. Athanasio (in Ep. ad solit.) qui Asterium Petrae Palaestinae Episcopum vocat & Arium Petrae Arabiae.* Ego autem non video, duas Petras statuendas esse, sed illam Petram in finibus Moab (locatur autem a Carolo a St. Paulo in mappa geographica non longe ad Jordane ad septentrionem maris mortui) commentum esse puto. Sed haec discutiemus infra *libro tertio.*

RAPHIA.

SEBASTE.

SOZUSA.

SYCA-

SYCAMAZON.

TOXUS.

TRICOMIAS. Haec ſex loca omiſit Carolus a St. Paulo; male, uti liquet ex capite ſequenti.

INDEX URBIUM ET LOCORUM EPISCOPALIUM PALAESTINAE SECUNDAE.

ABILA. Sita fuit in Palaeſtina ſecunda: vide notitiam Graecam Patriarchatuum, & Epiſcopum habuit. Vide Concil. Hieroſol. Male omiſſa a Carolo a St. Paulo.

p. 211. CAPARCOTIA. *Interpretibus Ptol. Caparnaum*, ſcribit Carolus a St. Paulo & colloeat eam in Mappa Geographica Patriarchatus Hierololymitani ad latus ſeptentrionale maris Galilaeae. Sed urbs fuit inter Scythopolin & Caeſaream, nec quicquam eſt, quod ſuadeat de Capernaum hic cogitare, quum plurima loca Palaeſtinae nomen Caphar praepoſitum habeant. Id docebimus *libro tertio*.

CAPITOLIAS.

DIOCAESAREA. Urbem hanc Palaeſtinae ſecundae fuiſſe legitur in notitia Graeca Patriarchatuum. Et Epiſcopum habuit. Vide excerpta ex Concilio Hieroſolymitano infra libro quarto. Locum itaque habere debuiſſet, in ſerie urbium Epiſcopalium Palaeſtinae ſecundae apud Carolum a St. Paulo.

GADE.

GADARA.

GAULAME CLIMA.

HELENOPOLIS. Omiſſa eſt in Notitia Epiſcopatuum Palaeſtinae ſecundae ab Car. a St. Paulo & Holſtenio. Erat tamen ſita in Palaeſtina ſecunda, uti docemur ex Notitia Graeca Patriarchatuum, & urbs epiſcopum habuit, qui interfuit Concilio Hieroſolymitano. Erat illa nuncupata de nomina Helenae matris Conſtantini. Meminit Sozomenus *Hiſtor. .II 2.* Ἔχει δὲ αὐτῆς διηνεκὲς μνήμης ἐνέχυρον ὁ μέλλον αἰὼν τὴν ἐπὶ Βιθυνίας πόλιν καὶ ἑτέραν παρὰ Παλαιστινοῖς, ἀπ' αὐτῆς λαβόντας τὴν προσηγορίαν. *Habent etiam tempora ventura perenne pignus memoriae ejus, urbes duas de nomine ejus dictas, alteram in Bithynia, alteram in Palaeſtina.*

HIPPUS.

MAXIMIANOPOLIS.

MENNITH. Hanc male referri a viris eruditiſſimis a St. Paulo & Holſtenio inter Urbes Palaeſtinae ſecundae ſtatim monuimus.

NAÏS, vicus.

PELLA.

RAPHIA.

RAPHIA. Sub Imperio Valentini & Theodoſii Ῥαφιῶται καὶ Γαζαῖοι ex Palaeſtinis praecipue pro Templis Deorum ſuorum dimicarunt. Sozomen. *Hiſt. VII. 15.* Male refertur huc a viris doctiſſimis haec urbs & tres ſequentes: fuere enim in Palaeſtina prima. p. 212.

SCYTHOPOLIS.

SEBASTE.

SOZUZA. Collocat illam Carolus a St. Paulo inter Caeſaream & Samariam.

SYCAMAZON. Certi nihil liquet de ſitu hujus urbis. Fuiſſe in Palaeſtina prima patet ex Notitia Graeca Patriarchatuum.

TETRACOMIAS.

TIBERIAS.

ZABULON. Putat Carolus a St. Paulo eſſe Zabulona prope Ptolemaidem, Joſepho *l. 2. de bell. 21.* memoratam & locat in Palaeſtina prima. Dubium mihi tamen eſt, an ad eam pertineat. Nam Ptolemais ipſa non ad Palaeſtinam, ſed Phoenicen pertinuit. Vide Notitiam Graecam Codino ſubjunctam *pag. 360.*

INDEX URBIUM ET LOCORUM EPISCOPALIUM PALAESTINAE TERTIAE.

AILA. Ad Sinum Arabicum.

AREOPOLIS. Sozomenus eam Arabiae attribuit, ſecundum morem illorum temporum, quibus tota Palaeſtina tertia Arabia appellatur. *Lib. VII. 15.* ſcribit, in Arabia Petraeos & Areopolitas pro templis Deorum ſuorum acriter dimicaſſae. Ἐν τῇ πάλαι Ἀραβίᾳ, νῦν δὲ Παλαιστίνῃ τρίτῃ καλουμένῃ. *Procop. de Aedif. Juſtin. l. V. c. 8.* ibi dicit, eſſe montem Sina. Ita quoque *l. 1. de bell. Perſ. c. 15.* dicit a regione Homeritarum Gazam, uſque Arabiam olim protenſam fuiſſe.

ARINDELA.

AUGUSTOPOLIS.

BIROSABA.

CHARACMOBA. Fuiſſe in Palaeſtina tertia, patet ex notitia Graeca ſecunda, quam conſule capite ſequenti: & epiſcopum habuiſſe ex Concilio Hieroſol. liquet: quare inter Urbes Epiſcopales hujus Palaeſtinae recenſeri debuiſſet a Carolo a St. Paulo *in Geographia Sacra pag. 309.* p. 213.

ELUZA. Tribuitur Palaeſtinae tertiae in Notit. Graeca. Sed in verſione *Action. 2. Concil. Chalcedon.* dicitur eſſe ſecundae, & in Stephano.

MAMOPSORA.

MAPSE.

MITROCOMIA.
PENTACOMIA.
PETRA. Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς attribuit Palaestinae. III.
PHARAN.
PHAENON.

RABATHMOBA. Id est, Areopolis. Stephanus in Ethnicis Palaestinae tertiae attribuit.

SALTUS HIERATICUS.

SODOMA. Refert hanc Carolus a St. Paulo inter urbes tertiae Palaestinae, quod in Concilio Nicaeno Servus Sodomorum Episcopus memoretur. Sed suspecta mihi vox est *Sodomorum:* nec enim urbs ea, postquam semel eversa est, iterum exstructa fuisse legitur uspiam, quod sciam: sed de ista re agetur infra *lib. IV.* in notis ad excerpta ex Conciliis veteribus.

ZOARA.

Si quis porro scire desideret, quis status sit hodie Episcopatuum in tribus his Palaestinis, legat, quae habentur in Actis Sanctorum, mensis Maji *Tom. II. pag. 805. Nunc gementibus sub Turcarum jugo qualibuscunque Christianis & Constantinopolitanis Imperatoribus, a quibus solebant episcopi peti, pridem extinctis, eo res devenit, ut, cum nuper praeterito anno MDCLXXII. congregari Synodum placuisset, adversus Calvinistas pro reali Christi praesentia in Eucharistia, exemplo aliarum, quae fuerant super eadem causa Constantinopoli celebratae, anno MDCXXXVII. & MDCXLII. (quarum omnium acta Graeco-Latina recenter accepimus impressa Parisiis) soli septem reperti sint, qui ad Dositheum tunc*
p. 214. *Patriarcham convenire possent, scilicet Metropolitae Petrae, Ptolemaidis & Posidonis (qui etiam Caesareae Praesulem se dicebat) Nazareth, Bethleem, cum Archiepiscopo Gazae (qui etiam locum tenebat absentis Archiepiscopi Sancti Spelaei) & Archiepiscopo Neapoleos atque Sebastae, nec non cum Episcopo Lyddae, subscripseruntque decreto fidei ibidem constitutae, una cum sexaginta hegumenis Monasteriorum, &c.*

CAPUT XXXV.

CONTINENS EXCERPTA EX NOTITIIS VETERIBUS ECCLESIASTICIS DE URBIBUS PALAESTINARUM TRIUM.

Varia in Notitiis veteribus Graecis emendantur conferunturque illae inter se. Voces Ῥεγιὼν, Σάλτων, *& aliae illustrantur. Notitiae veteres Latinae variae exhibentur cum praecedentibus conferendae.*

AD illustrationem eorum, quae capite praecedente notavimus, omnino videntur consulendae notitiae veteres Ecclesiasticae, e quibus non ea tantum, quae ad Palaestinas spectant, excerpenda duximus, verum etiam, quae ad Phoenicen & Arabiam, quoniam & in illis urbes memorantur, quae terrae Israëlitarum olim adscriptae sunt.

EXCERPTA
EX GRAECA NOTITIA PATRIARCHATUUM.

Edita a Luca Holstenio ex MSto Vaticano & subjuncta Geographiae Sacrae a Carolo a St. Paulo editae Amstelodami. an. 1704. p. 6. Inserta quoque Corpori Historiae Byzantinae editaque anno 1648. Parisiis una cum Codino Curopalata de officiis & officialibus Curiae Constantinopolitanae.

Πέμπτος ὁ ἁγιότατος καὶ ἀποστολικὸς θρόνος Ἱεροσολύμων τῆς ἁγίας πόλεως τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἰακώβου αὐτόπτου καὶ ὑπηρέτου τοῦ λόγου γενομένου καὶ μύστου τῶν ἀπορρήτων ἀθεάτων μυστηρίων τῶν οὐρανίων θεαμάτων. περιέχων πᾶσαν τὴν Παλαιστίνην χώραν ἄχρις p.
Ἀραβίας. Καισαρεία μητρόπολις, Δῶρα, (1) Ἀντίπατρος, Διόσπολις, Ἰαμνία, Νικόπολις (2) Οὖνος, Σώζουσα, Ἰόππη, Ἀσκάλων, Γάζα, Ῥαφία, (3) Ἀνθηδών, Διοκλητιανόπολις, Ἐλευθερόπολις, Νεάπολις, Σεβαστή, Ῥεγεών, (4) Ἀμαθοῦς, (5) Ῥεγεὼν Ἱεριχώ, Ῥεγεὼν (6) Λιδυὰς, Ῥεγεὼν (7) Γαδάρων, Ἄζωτος πάραλος, Ἄζωτος (8) Ἱππινος, (9) Εὐκομάζων, (10) Βιτέλιος, Τριακομία, Τόξος Σάλτων, Σάλτων (11) Γεραιτικὸς ἤτοι (12) Βαρσάμων. 215.

Ἐπαρχία Παλαιστίνης Β΄ Σκυθόπολις, Πέλλαι, (13) Γάδειρα, Καπετωλισσα, Ἄβιλα, (14) Μαξιμιανόπολις, Διοκαισάρεια, Τιβεριὰς, Γαδαὶ, Ἑλενόπολις, Ἵππος, Τετρακομία, Κλίμα (15) Γαυλάμης, Κόμη Ναΐς.

Ἐπαρχία Παλαιστίνης Γ΄. Πέτραι μητρόπολις, Αὐγουστόπολις, Ἀρίνδηλα, (16) Παρωχμέχα, (17) Ἀριόπολις, Μάψης, Ἐλεοῦσα, Ζαύρα, (18) Βιρσαμών, (19) Ἐλαὶς, (20) Πεντακόμια, Μαμόψορα, (21) Μητροκώμης, Σάλτον Ἱερατικόν.

Quintus

(1) Lege Ἀντίπατρις. (2) Erit *Ono* vicina Lyddae, אונו. (3) Ἀνθηδών. (4) An est Ἀμαθοῦς. At illa videtur ad secundam potius referenda. (5) Ῥεγεὼν est regio. καθ' ἕκαστον Ῥεγεῶνα ex Theophane vertit Anastasius Bibliothecarius *pag. 118. per omnem regionem.* (6) Pro Λιβιάς. Ita in Conciliis quoque semper. (7) Non sunt haec Gadara trans Jordanem. Illorum enim mox in Palaestina secunda mentionem injiciet. (8) Ἵππινος legitur in corpore Historiae Byzantinae. Et mox Εὐκωμάζων. (9) Συκομάζων legendum est. (10) Est Bethel. (11) Lege Γεραριτικὸς ἤτοι Βαρσάβον, *Tractus Geraritices sive Berschabae.* De qua re non sinunt nos dubitare haec verba Theodoreti *quaest. 1. in lib. II. Paralipom.* Περὶ γὰρ τὴν καλουμένην Ἐλευθερόπολιν Γεραρηνῶν Σάλτον μέχρι τοῦ παρόντος ὠνόμασαι. *Circa Eleutheropolin est Salton Gerarenorum usque in hunc diem appellatum.* (12) l. Βαρσάβων. (13) Mox meminit Γαδάρων. Sed illa erant Gadara Azoto proxima, quae post illa statim recensetur. (14) Μαξιμιανόπολις in *Histor. Byz.* (15) Γαυλάμη ibid. (16) Puto esse Χαρακμώβα. (17) Ἀρεόπολις. (18) Bersabe: atqui ejus meminit in Palaestina prima. Sed ibi erat Σάλτων, hic non. (19) Ἀλὰ ad sinum Arabicum. (20) Erat etiam ad Euphratem locus hoc nomine Πεντακομία. Procopius meminit *lib. II. c. 9.* de aedific. Justiniani. (21) Μητροκώμης. Uti Metropolis caput est urbium alicujus provinciae ita Metrocomia caput est vicorum.

Quintus Sanctissimus & Apostolicus thronus Hierosolymorum Sanctae civitatis Sancti Apostoli & fratris Domini nostri Jesu Christi Jacobi, qui oculatus testis & minister fuit Verbi ac Mystes & ineffabilium invisibiliumque mysteriorum, coelestium spectaculorum: continens totam Palaestinam usque ad Arabiam.
p. 216. *Caesarea Metropolis, Dora, Antipatros, Diospolis, Jamnia, Nicopolis, Onus, Sozusa, Joppe, Ascalon, Gaza, Raphia, Anthidon, Diocletianopolis, Eleutheropolis, Neapolis, Sebaste, Regeon Apathos, Regeon Jericho, Regeon Libyas, Regeon Gadarorum, Azotus maritima, Azotus Hippinus, Eucomazon, Bitelius, Tricomias, Toxus Salton, Salton Geraiticus sive Barsamorum.*

Provincia Palaestinae secundae, Scythopolis, Pellae, Gadira, Capetolissa, Abila, Maximianopolis, Diocaesarea, Tiberias, Gadae, Helenopolis, Hippus, Tetracomia, Clima Gaulames, Vicus Nais.

Provincia Palaestinae tertiae, Petrae Metropolis, Augustopolis, Arindela, Parochmuchi, Ariopolis, Mapses, Elusa, Zaura, Birosamon, Elas, Pentacomia, Mamopsora, Metrocomes, Salton Jeraticon.

EX NOTITIA ALTERA ECCLESIASTICA.

Sive diatyposi Leonis Augusti, ut eam vocat P. Jacobus Goar, qui illam Corpori Historiae Byzantinae inseruit, & cum MSto contulit.

Nota, ordinem locorum numeros appositos sequi, quod nosse interest, ut loca cum locis jungi queant, & emendationes recte fieri.

Ἐπαρχία Φοινίκης Παραλίας.

1. Τύρος μητρόπολις	2. Σιδών	3. Πτολεμαΐς
4. Βήρυτος	5. Βίβλος	6. Τρίπολις
7. Ἀρκαὶ	8. Ὀρθωσιὰς	9. Βότρυς
10. (*a*) Κώμη Γήγαρτα	11. Ἄραδος	12. Ἀντάραδος
13. Πανέας	14. (*b*) Γονασίτιοι Σαλτων	15. Κώμη Πολιτιανή.
16. Κώμη Τριερὶς		

Ἐπαρχία Φοίνικης Λιβανισίας.

p. 217.

1. Ἔδεσα μητρόπολις	2. Λαοδίκεια	3. Ἡλιόπολις
4. (*c*) Ἄβιλλα	5. Δαμασκὸς	6. Κλίμα Ἰαμβρέδων
7. Ἐυάριος ἤτοι Ἰεζιανόπολις	8. Παλμύρα	9. Κλίμα Μαγλέδων
10. (*d*) Σάλτον Γοναϊτικὸν	11. (*e*) Σαλάμιας	12. Κλίμα ἀνατολικόν.

Ἐπαρχία

(*a*) In Corpore Historiae Byzantinae est Γηγάρτα κώμη. (*b*) In Corpore Historiae Byzantinae legitur Γόνασι ἤτοι Σαλτων. In *lib. XI* Codicis Justiniani *tit. 69. possessiones Gonatibi Saltus*, τὲ Γονατικὲ Δρυμῶνος memorantur. (*c*) Ἄνδιλλα legitur in Corpore Hist. Byzant. (*d*) Hic videtur esse *saltus Gonaticus*, de quo supra vide *p. 216.* (*e*) Haec Salaminias in Antonini Itinerario dicitur.

Ἐπαρχία Παλαιστίνης Γ.

1. Πέτραι μητρόπολις	2. Ἀυγεζόπολις	3. Ἀριυδηλὰ
4. Χαραγμὲχα	5. Αρεόπολις	6. (*h*) Μάψις
7. Ἐλὲσα	8. Ζώορα	9. Βιροσάβων
10. Ἐλὰς	11. Πεντακωμία	12. Μαμῶ
13. (*f*) Ψορὰ	14. (*g*) Μιτροκωμία	15. (*i*) Σάλτων Ἱερατικόν.

Ἐπαρχία Ἀραβίας.

1. Βόστρα μητρόπολις	2. Ἀδρασὸς	3. Δία
4. Μέδαυα	5. Γεράσσα	6. Νέυη
7. Φιλαδέλφεια	8. Ἔσβες	9. Νεάπολις.
10. Φιλιππόπολις	11. Φένετος	12. Κωνσαντίνη
13. Διονυσίας	14. Πεντακωμία	15. Τρικωμία
16. Κανοθὰς	17. (*k*) Σάλτων	18. Βατανέως
19. Ἑξακωμία	20. Ἐυακομία	21. Κώμη Γωνίας
22. Κώμη Χερὲς	23. Κώμη Στάνες	24. Κώμη (*l*) Μαχαβέρος
25. Κώμη Κωρεάθης	26. Κώμη Βιλβανὲς	27. Κώμη Κάπρων
28. Κώμη Πυργοαρετῶν	29. Κώμη Σέτνης	30. Κώμη Ἀριαχῶν
31. Νεότης	32. Κλίμα Ἀνατολικῶν ἢ Δυσμῶν	33. Κώμη Βεβδάμας.
34. Κώμη Ἀριάθας Τράχωνος		

p. 218.

X Pro-

(*f*) Alii jungunt cum praecedendi. (*g*) Τιτροκωμία editum est in Corpore Historiae Byzantinae, sed quum in adjecta versione Latina sit *Mitrocomia*, erit error operarum typographicarum. (*h*) Νάψις in Corpore Historiae Byzantin. (*i*) Hoc jungendum cum sequenti, liquet ex Notitia priore. Adeoque hinc patet, illa non esse disponenda eo ordine, quo in Historiae Byzantinae scriptoribus leguntur.

Πεντακώμια
Σάλτων
Μαμῶ
Ψώρα
Τιτροκόμια
Ἱερατικὸν.

Sed error inde natus est, quod ita, ut hic per tres columnas, sed sine numeris ordinem vocum indicantibus, fuerint disposita: & quod *Mamopsora* pro una voce habuerint, unde Σάλτων locum τῆς Μαμῶ occupavit.

(*k*) Videtur jungendum cum Βατανέως (*l*) Μαχαβέρος in Corpore Histor. Byzantin.

Provincia Phoenices Paraliae.

Tyrus Metropolis.
Berytus.
Arcae.
Vicus Gegarta.
Paneas.
Villa Trieris.
Sidon.
Biblus.
Orthosias.
Aradus.
Gonasitii saltus.
Ptolemais.
Tripolis.
Botrys.
Antaradus.
Villa Politiana.

Provincia Phoenices Libanesiae.

Edesa Metropolis.
Abilla.
Euarius sive Justinianopolis.
Saltus Gonaiticus.
Laodicea.
Damascus.
Palmyra.
Salamias.
Heliopolis.
Clima Jambrudorum.
Clima Magludorum.
Clima Orientale.

Provincia Palaestinae tertiae.

Petrae Metropolis.
Charagmucha.
Elusa.
Elas.
Psora.
Augustopolis.
Areopolis.
Zoora.
Pentacomia.
Mitrocomia.
Arindela.
Mapsis.
Birosabon.
Mamo.
Salton Jeraticon.

Provincia Arabiae.

p. 219. *Bostra Metropolis.*
Medava.
Philadelphia.
Philippopolis.
Dionysias.
Canothas.
Hexacomia.
Vicus Cherus.
Vicus Coreathes.
Vicus Pyrgoareton.
Neotas.
Vicus Ariathae Trachonis.
Adrasus.
Gerassa.
Esbus.
Phenutus.
Pentacomia.
Salton.
Enacomia.
Vicus Stanes.
Vicus Bilbanus.
Vicus Setnae.
Clima Orientalium & occidentalium.
Dia.
Neue.
Neapolis.
Constantina.
Tricomia.
Bataneos.
Vicus Gonias sive anguli.
Vicus Machaberus.
Vicus Caprorum.
Vicus Ariachorum.
Vicus Bebdamus.

EXCERPTA EX NILI DOXOPATRII.

Notitia Patriarchatuum, scripta anno aerae Christianae 1151. edita a le Moyne in Variis Sacris pag. 231. & a Schelstratano Tom. II. Antiquit. Eccles.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἐτιμήθη καὶ ὁ θρόνος Ἱεροσολύμων ἀποσπασθεὶς τῆς ἐνορίας καὶ ἐξουσίας Ἀλεξανδρέων καὶ γέγονεν αὐτοκέφαλος καὶ κεφαλὴ καὶ ἰσότιμος τοῖς τρισὶ θρόνοις· πλὴν ἐτάχθη μετὰ τὸν Ἀντιοχείας τιμᾶσθαι, καὶ ἀναφέρεσθαι, καὶ καθῆσθαι. Ἐκλήθη δὲ καὶ Πατριάρχης καὶ αὐτὸς ὁ Ἱεροσολύμων καὶ τοι πρότερον ἐπίσκοπος ὢν τοῦ Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ· ἡ γὰρ Παλαιστίνη εἶχε μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν, ὑφ' ἣ ἐτέλει τὰ Ἱεροσόλυμα ἐπισκοπὴ οὖσα αὐτῆς, εἶχε δὲ καὶ ἑτέρας

ἑτέρας μητροπόλεις ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς διαφόρους ἐπισκοπὰς ἤγεν δευτέραν τὴν Σκυθόπολιν, ἤτοι Βασὰν, τρίτην τὴν Πέτραν, τετάρτην τὴν Βόστρην ἤτοι Ἀραβίαν. Ἔχει δὲ καὶ (a) αὐτοκεφάλους ἐπισκοπὰς εἰκοσιπέντε μὴ ἐχούσας ὑφ' ἑαυτὰς ἐπισκοπὰς, ὑπόκεινται δὲ τῷ θρόνῳ τῶν Ἱεροσολύμων. p. 220

α΄. Τὴν Διοσπόλεως ἤτοι Γεωργίας πόλεως.
β΄. Τὴν Ἀσκάλωνος.
γ΄. Ἰόππης.
δ΄. Τὴν Γάζης.
ε΄. Τὴν Ἀνθηδόνος.
ϛ΄. Τὴν Διοκλητιανοπόλεως.
ζ΄. Τὴν Ἐλευθεροπόλεως.
η΄. Τὴν Νεαπόλεως.
θ΄. Τὴν Σεβάστης.
ι΄. Τὴν Ἰορδάνου.
ια΄. Τὴν Τιβεριάδος.
ιβ΄. Τὴν Διοκαισαρείας.
ιγ΄. Τὴν Μαξιμιανοπόλεως.
ιδ΄. Τὴν Καπετολιάδος.
ιε΄. Τὴν (b) Μύρων.
ιϛ΄. Τὴν Γαδάρων.
ιζ΄. Τὴν τῆς Ναζαρέθ.
ιη΄. Τὴν Θαβωρίου ὄρους.
ιθ΄. Τὴν Κυριακοπόλεως.
κ΄. Τὴν (c) Ἀδρίας.
κα΄. Τὴν Γαβάλων.
κβ΄. Τὴν (d) Αἰλίας.
κγ΄. Τὴν Φαρᾶς.
κδ΄. Τὴν Ἑλευθεροπόλεως.
κε΄. Τὴν τοῦ ὄρους Σινᾶ.

Postea autem novo honore mactatus est thronus Hierosolymitanus, avulsus a dioecesi ac potestate Alexandrini, & ipse caput evasit, ad eandem dignitatem cum tribus aliis thronis promotus. Sancitum tamen est, ut ordine inferior esset Antiocheno & post illum honoraretur, referretur in diptychis, & sedem occuparet. Patriarcha etiam vocatus est episcopus Hierosolymitanus, licet antea episcopus esset sub Caesareensi Palaestinae, quum illius Metropolis esset Caesarea, & Hierosolyma Caesareae, ut Episcopatus Metropoli, subesset. Habuit vero & alias Metropoles quae varios episcopos sub se habebant, nempe secundam Scythopolin, sive Basan (Bethsan) tertiam Petram, quartam Bostram sive Arabiam. Habet autem Archiepiscopatus nemine obnoxios viginti quinque, qui nullos sub se habent episcopatus, & subsunt omnes throno Hierosolymitano. p. 221.

1. Diospoleos, sive urbis Georgii.
2. Ascalonis.
3. Joppes.
4. Gazae.
5. Anthedonis.
6. Diocletianopoleos.
7. Eleutheropoleos.

 8. Nea-

(a) Nilus ipse id explicuit antea *p. 228.* nempe si urbes essent in eadem provincia, in qua Metropolis erat, magnitudine praestantes & parum ab illa differentes, ἐποίουν ταύτας Ἀρχιεπισκοπὰς αἵ τινες οὐκ εἶχον ἐπισκοπὰς ὑφ' ἑαυτὰς, constituerunt eas Archiepiscopales, quae nullos episcopatus sub se haberent. (b) An forte, uti sequitur Γαδάρων pro Γαδάρων, sic hoc legendum Μύρων. Τὰ Μύρα τῆς Λυκίας, est Lyciae Metropolis hoc nomine, cujus & Nilus noster *pag. 255.* meminit. (c) Ἀδρίας. (d) Αἴλας ad sinum Arabicum.

8. Neapoleos.	*17. Nazareth.*
9. Sebastes.	*18. Montis Thabor.*
10 Jordanis.	*19. Cyriacopoleos.*
11. Tiberiadis.	*20. Adriae.*
12. Diocaesareae.	*21. Gabalorum.*
13. Maximianopoleos.	*22. Aeliae.*
14. Capitoliadis.	*23. Pharae.*
15. Myri.	*24. Helenopoleos.*
16. Gadari.	*25. Montis Sina.*

p. 222.

EXCERPTA EX NOTITIA LATINA.

Quinque Patriarchatuum subjuncta Geographiae Caroli a St. Paulo. p. 59.

CHANANEA.

Patriarchatus Hierosolymitanus habet sub se hos Metropolos inferius annotatos & hos suffraganeos, quorum primus est Lidda id est Sanctus Georgius, quae prius ..... Gaza dicitur. Joppe id est Japhe. Bethleem, id est, Effrata.

(a) *Meivias.*	*Turris Stratonis prius Dor dicta.*	*Affra.*
Piodicianopolis.	*Ebron, id est, S. Abraham, prius Arbe dicta vel Mambre.*	*Helisspharan.*
Petra id est Cara	*Adroga.*	*Helenopolis.*
Legionensis, id est Ligum.	*Mauronensis.*	*Patracensis.*
Beigeberin.	*Capitolina.*	*Jericho.*
Bersabee.	*Gedam.*	*Tiberiadis.*
Sebastia, id est, Samaria.	*Carrata.*	*Thabor, ubi transfiguratus est Christus.*
Diocaesarea.		

Montis regalis, qui habet sub se quemdam Episcopum Graecum, qui est in monte Sinai. Ibi sunt & aliae civitates, quae non habent proprios Episcopos, scilicet Aschalonia, quae sub Episcopo de Bethleem, quae prius Gaze dicebatur, ubi Joannes Baptista, Helyas & Abdias Prophetae mortui sunt.

Est & Neapolis 1. Siccima vel (*b*) Sychanam, quae est in Jurisdictione (*c*) Canicorum sepulcri Domini.

Caiphas 1. Porphyria, quae est sub Episcopo Caesareae.

PALAESTINA.

Sedes prima Caesarea maritima, quae & Palaestinae, quam re aedificavit Herodes, sub hac sunt episcopatus viginti, videlicet.

Dora.

(*a*) f. Minois. (*b*) Voluit dicere *Sichar*. (*c*) Canonicorum

Dora.	*Nixopolis.*	*Rapsias.*
Antipasdrida.	(d) *Emaus.*	*Regium Patos.*
Jamnias.	*Onus.*	*Gaza.*
Assur.	(e) *Sorucis.*	*Regium Jerico.*
Regium (f) *Lutas.*	*Azotuisti.*	*Tricomias.*
Regium Gadaron.	*Tipum.*	*Tocxus.*
(g) *Azotusti.*	*Estomason* (h) *vel Estilion.*	*Saltium.*
Parabas, id est, Paliternum.		*Constantiniaquis.*

p. 223.

Sedes secunda Scitopolis, id est, Betsan: sed hodie translata est sedes ad Nazareth, ob reverentiam annunciationis Dominicae & nativitatem Beatae Mariae Virginis. Sub hac sunt episcopatus 9.

Capitoliadis.	*Pelonvillus.*	*Clima Gaulanis.*
Mirum.	*Ypopopulus & Wilippus.*	*Comanas.*
Gadarum.	*Terratomias.*	*Tiberias.*

Ibi sunt adhuc Betsaïda, Naun, & Capharnaum, sed alio nomine vocitantur, nec habent episcopos.

Sedes tertia Arraba Moabitis, id est, Petra deserti: sub hac sunt episcopatus 13.

Augustopolis.	*Elucis.*	*Mamapson.*
Arindisa.	*Zora.*	*Mitrocomias.*
Karach.	*Virossara.*	*Saltum.*
Jerapolis.	*Pentacomia.*	*Jeraticon.*
Mensidos.		

Sedes quarta Becerra Arabiae, sub hac sunt episcopatus 35.

Adrason.	*Nevi.*	*Neapolis.*
Dyas.	*Filadelfias.*	*Filipopolis.*
(i) *Medavero.*	⋮	*Fenustus.*
Jessaron.	*Esius.*	*Dionysias.*

X 3 Con-

(*d*) Atqui illa est Nicopolis. (*e*) Sozuza. (*f*) Livias. (*g*) Hoc & sequens coaluit ex Ἄζωτος παραλίος uti sequens ex Ἄζωτος Ἵππινος. (*h*) Et *Betilion*. (*i*) Post pauca in recensione Patriarchatus Antiocheni eadem cum his loca quaedam recenset sub sede sexta Bostra, ubi sint Episcopatus

Gerison.
Philadelphia.
Zoraima.
⋮
Adraon.
Medauon.
Paramboli.
Dionysia.
⋮
Philipopolis.

Constantinianis.
Pentaconias.
Triconias.
Canafados.
Saltum.
Votaneos.
Exacomias.
Enacomias.
Comogonias.
Comogeros.
Comostanis.
Conus Mahdeicon.
Comocoreatas.
Conus capron.
Conus viluanos.
Conus Purgro & Arethon.
Conus Pateris.
Comisariocon.
Comis Nectis.
Comis Vestamos.
Comi sariothas.
Comistraconos.
Clima Antolicum.

* Haec, ut erant, corrupta dedimus, facile emendanda ex antecedentibus.

EXCERPTA EX NOTITIA ULTIMA.

Bibliothecae Thuanaeae, pag. 72. ibidem.

Patriarcha Hierosolymitanus hos habet (*k*) suffraganeos sub se Metropolos inferius annotatos & hos suffraganeos.

Ebronensem. *Lidensem.* *Aschalonensem, qui etiam & Bethlemitanus est.*

Archiepiscopus Tyrensis hos habet suffraganeos.

Acconensem. *Sidonem.* *Berithensem.*
Paris. *Paneensem, qui alio nomine dicitur Bellinensis.*

Archiepiscopus Caesariensis hunc habet suffr. Sebastensem, quae civitas alio nomine dicitur Samaria.

Archiepiscopus Nazarenus hunc habet suffr. Tiberiadensem.

Archiepiscopus Petracensis nullum habet suffr.

Unde discas, saepe unum locum bis recenseri. (*k*) Id delendum videtur.

EXCERPTA EX NOTITIA QUADAM.

p. 225. *Subjuncta in codibus veteribus Historiarum Guilielmi Tyri, uti illa ex manuscripto petita & inserta est (*) gestis Dei per Francos p. 1045.*

(*) Haec collegit Petrus Regemorterus, qui tamen, antequam operis editionem ad finem perduxisset, obiit. Mirum, nullam ejus, quod sciam, in ipso opere mentionem fieri.

SEDES PRIMA Caesarea maritima: sub hac sede sunt episcopatus XIX.

Dora
Antipatrida.
Jampnias.
Nicopolis.
Onus.
Soscuris.
Raphias.
Regium Apatos.

Regium

Regium Hierico.
Regium Livas.
Regium Gadaron.
Azotus Paralias.
Azotus ippum.
Estomason.
Estilion.
Tricomias.
Toxtus.
Saltum.
Constantiniaquis.

SEDES SECUNDA Scythopolis: sub hac sunt episcopatus IX.

Capitoliados.
Miru.
Gadaru.
Pelos.
Vilisippus.
Tetracomias.
Oluna.
Galanis.
Komanas.

p. 226.

SEDES TERTIA Ratba Moabitis: sub hac sede sunt episcopatus XII.

Augustopolis.
Arindila.
Kara.
Serapolis.
Mempsidos.
Eulitis.
Zora.
Virosum.
Pentacomia.
Mamapson.
Mitroconeras.
Saltum Hieraticum.

SEDES QUARTA Bitira Arabiae: sub hac sunt episcopatus XXXV.

Adrasson.
Dias.
Medauon.
Hierasson.
Nein.
Filadelfia.
Ferapolis.
Essinos.
Neapolis.
Themistus.
Philipopulus.
Dionysia.
Constantinu.
Pentacomias.
Tricomias.
Canastados.
Saltum Votanios.
Exacomias.
Enacomias.
Comogonias.
Comogeros.
Comosthonis.
Comis.
Mahadaron.
Comocoreatas.
Comis Capron.
Comis insuavos.
Comis Pirroareton.
Comis Pecius.
Comis Ariathon.
Comis Neotis.
Clima Anatolis quevisinon.
Comis Ariotas.
Comis Trachonos.
Comis Nefdamos.

p. 227.

SUFFRA-

SUFFRAGANEARUM PRIMA.

Lidda.
Joppe.
Ascalon.
Gaza.
Meimas.
Dioclerianopolis.
Beitt Gerbein.
p. 228. *Neapolis.*
Sebastia.
Jericyntus.
Tyberiadis.
Diocaesarea.
Legionum.
Capitolina.
Mauronensis.
Gedera.
Nazareth.
Thabor.
Caracha vel Petra.
Adroga.
Afra.
Aelis.
Faram.
Elinopolis.
Mons Sina.

Adjiciamus & ex Patriarchatu Antiocheno ibidem descripto.

SEDEM SEXTAM, Bostrum. Sub hac sede sunt episcopatus XIX.

Gerasson.
Philadelphia.
Adraon.
Midanon.
Austanidon.
Delmundon.
p. 229. *Zozoyma.*
Herri.
Iceni.
Eucuni.
Constantia.
Paramboli.
Dionysia.
Conaachon.
Maximopolis.
Philipolis.
Chrystopolis.
Neilon.
Lorea.

* Omnia haec, ut emendentur, conferri debent cum iis, quae dedimus *pag. 218. 219. 220. & seqq.*

CAPUT XXXVI.

CONTINENS EXCERPTA EX NOTITIA VETERI DIGNITATUM IMPERII ROMANI.

Loca sub dispositione ducis Palaestinae, Bersabe, Minois &c. Chermula *eadem quae* Carmelia. *Conjecturae de* Bitsama, Sabaia *&c.* Cartha *est* Certa. Malatha. *Thaman*, Θεμὰν *Eusebio. Loca sub dispositione ducis Arabiae. Legio tertia Cyrenaica in Arabia Dioni commemorata. Loca sub dispositione ducis Phoenices.*

NOn videtur ab instituto nostro alienum, si Notitiis veteribus Ecclesiasticis ad illustrationem Palaestinae productis, subjiciamus notitias veteres politicas, in quibus plurima Palaestinae loca recensentur.

sentur. Inde etiam discemus, quid Palaestinae, quid Phoenice, quid Arabiae tribuerint.

EXCERPTA EX NOTITIA DIGNITATUM IMPERII ROMANI.

* Sequimur editionem Parisinam anni MDCLI. quam recensuit Philippus Labbé.

Ex Sectione XXI. sub dispositione viri spectabilis Ducis.

PALAESTINAE.

Equites Dalmatae Illyricani (*a*) *Berosabae.*
Equites promoti Illyriciani (*b*) *Menoidae.* p. 230.
Equites scutarii Illyriciani (*c*) *Chermulae.*
Equites Mauri Illyriciani (*d*) *Aeliae.*
Equites Thamudeni Illyriciani (*e*) *Bitsamae.*
Equites promoti indigenae (*f*) *Sabaiae.*
Equites promoti indigenae (*g*) *Zodocathae.*
Equites sagittarii indigenae (*h*) *Hauanae.*
Equites sagittarii indigenae (*i*) *Zoarae.*
Equites primi Foelices sagittarii indigenae Palaestinae *Saburae* sive *Veterocariae.*
Equites sagittarii indigenae (*k*) *Mohailae.*
Praefectus Legionis decimae (*l*) Fretensis *Ailae.*

Et quae de minore laterculo emittuntur.

Ala prima milliaria Sebastena *Asuadae.*
Ala Antana Dromedariorum (*m*) *Admathae.*
Ala Constantiana *Tolohae.*
Ala secunda felix (*n*) Valentiniana apud *Praesidium.*
Ala prima milliaria (*o*) *Hastae.*

(*a*) Erit Bersabe. (*b*) Veneta & Lugdunensis editio *Menoide:* est vicus Μηνωΐς. (*c*) Erit Carmelia circa Chebron. (*d*) Haec est Hierosolyma. (*e*) Puto esse Bethsames. (*f*) *Sabaiae* conjicit Pancirollus, legendum esse pro *Salaiae* (uti ipse legisse videtur & in Thesauro Graeviano *Tom. VII.* quoque legitur, licet in tabula praefixa Sabaiae extet) in Commentario ad hanc notitiam, quia Sabaia est oppidum prope Apamiam: & Stephanus Sabaiam magnam maris rubri praesidium esse dicit. Legitur quoque *Sabaiae* in editione prima Basileensi Notitiae, quae prodiit a. 1552. & in tabula picta ei adjecta. (*g*) Veneta & Lugd. *Zodochathae.* Basileensis *Zodocathae.* (*h*) Est Ἀυαρὰ Ptolemaei. (*i*) Est *Zoar* apud mare mortuum. (*k*) Vetustus Codex legit Mohalulae, teste Pancirollo; qui putat, eam vocem ex syllaba *mo* & *Aila* oppido sinus Arabici constare. (*l*) Nihil hic mutandum monet Labbeus & vult, inspici Thesaurum Goltzzii. (*m*) Hieron. de locis Hebr. meminit Ammathae in tribu Juda. (*n*) Basileensis & Ven. Valentiana. (*o*) Estne Asta inter Azotum & Ascalonem, cujus meminit Hieron. de loc. Hebr. ad vocem Astaol?

Ala idiota (p) Conſtitutae.
p. Cohors duodecima Valeria (q) *Afro.*
231. Cohors decima Carthaginenſis (r) *Carthae.*
Cohors prima centenaria (ſ) *Tarbae.*
Cohors quarta Phrygum *Praeſidio.*
Cohors ſecunda Gratiana (t) *Jehybo.*
Cohors prima equitata (v) *Calamonae.*
Cohors ſecunda Galatarum (x) *Arieldelae.*
Cohors prima Flavia (y) *Moleahae.*
Cohors quarta Palaeſtinorum (z) *Thamanae.*
Cohors ſecunda Cretenſis juxta Jordanem fluvium.
Cohors prima ſalutaria inter Aeliam & Hierichunta.

* Nota inter oppida Palaeſtinae in tabula picta conſpici *Robatham*, quae eſt Euſebii Rooboth.

(p) In MStis legitur Conſtituta, ut Idiota ſit nomen loci, ſcribit Pancirollus addens, poſſe etiam legi *Conſtantiae.* (q) Eſſe vicum Effrem Hieronymo dictum notavit Pancirollus 5. mill. a Bethel verſus orientem. (r) Pancirollus obſervat, Cartha eſſe locum inter Tyrum & Berytum, uti Servius notat in IV. Aen. Sed ego non puto, eum hac voce indicari, verum Certam in Itinerario Hieroſolym. (ſ) Oppidum in finibus Arabiae & Palaeſtinae, ſcribit Pancirollus. (t) Pancirollus conjicit, eſſe eam, quae Jeba Plinio dicitur: & confert Hieronymum de loc. Hebr. *Thabim, civitas trans Jordanem, nunc villa praegrandis a civitate Pella ſex millibus diſtans pergentibus Geraſam.* (v) Pancirollus confert cum Calamintha Stephani. (x) Arindelae, puto. Vide *pag. 217.* (y) Vetuſtus codex legit Moleathiae, ſcribit Pancirollus. Hinc ducimur ad veram lectionem, quae eſt, uti opinor, *Malathae*, de quo oppido vide plura infra, *lib. III.* (z) Ibi fuiſſe praeſidium Romanorum Euſebius narrat ad vocem Θεμάν.

Ex Sectione XXII. pag. 37. ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis.

ARABIAE.

Equites ſcutati Illyrici (a) *Animothae.*
Equites promoti Illyriciani (b) *Tricomiae.*
Equites Dalmatae Illyriciani (c) *Ziza.*
Equites Mauri Illyriciani *Areopoli.*
Equites promoti indigenae (d) *Speluncis.*
Equites promoti indigenae (e) *Meſae.*

Equites

(a) Eſtne legendum *Arimothae*, ut ſit Ramoth in Gileaditide? (b) Τρικώμια in Notit. Gr. (c) Ζιζὰ urbs Arabiae Ptolomaeo. (d) Pancirollus putat, eſſe Speluncam urbem Syriae Ptolemaeo memoratam & Stephano. (e) Hoc in Moeſiae mutarunt Veneta & Lugdunenſis non ſine ſuſpicione erroris, ſcribit Labbeus. Certum eſt. Pancirollus putat, Emeſam innui.

Equites ſagittarii indigenae (f) *Gaddae.* p.
(g) Praefectus Legionis tertiae Cyrenaicae *Boſtrae.* 232.
Praefecturae Legionis quartae Martiae *Batthorae.*
Equites ſagittarii indigenae (h) *Diaphenis.*

Et quae de minore laterculo emittuntur.

Ala nona milliaria (i) *Auathae.*
Ala ſexta Hiſpanorum *Gomohae.*
Ala ſecunda Conſtantiana (k) *Libonae.*
Ala ſecunda miliarenſis *Naarſafari.*
Ala prima Valentiniana (l) *Thamathae.*
Ala ſecunda felix Valentiniana apud (m) *Aditha.*
Cohors prima milliaria Thracum ad *Tittha.*
Cohors prima Thracum *Aſabaiae.*
Cohors octava voluntaria *Valthae.*
Cohors tertia felix Arabum in ripa vadi Apharis fluvii in *Caſtris Arnonenſibus.*
Cohors tertia Alpinorum apud *Arnona.*

(f) Pancirollus putat, eſſe Gaddam Plinii. Sed illa erat Engaddi ad occaſum maris mortui, ergo non in Arabia: verum eſt Gadda Arabiae. (g) Meminit Dion. Caſſius lib. 55. Hiſtor. Καὶ τὸ (τρίτον) ἐν Ἀραβίᾳ τὸ Κυρηναικόν. *Et Legio tertia Cyrenaica dicta in Arabia.* (h) Forte eſt Φαινῶ ubi fodinae erant. Sed Pancirollus ſcribit, videri eſſe oppidum ita dictum a flumine Diapheno in ora Syriae, cujus Plinius meminit lib. 5. 27. (i) Lugdunenſis editio Acauathae. (k) Hic decimam ſeptimam manſionem habuiſſe in deſerto Iſraëlitas ſcribit Pancirollus, & confert Hieron. Epiſt. ad Fabiolam. (l) Eſtne Thamara? illic fuit praeſidium. (m) Audatha Ptolemaei in Arabia deſerta eſſe putat Pancirollus.

Ex Sectione XXIII. pag. 39. Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis.

PHOENICES.

Equites Mauri Illyriciani (a) *Otharae.* p.
Equites ſcutarii Illyriciani (b) *Euharae.* 233.
Equites promoti indigenae *Saltachae.*
Equites Dalmatae Illyriciani *Lataui.*
Equites promoti indigenae (c) *Auathae.*

 Equites

(a) Forte leg. *Ottanae*, quam Armeniae urbem eſſe Stephanus memorat prope Cyrum fluvium. Ita ſcribit Pancirollus. Sed nimis longe id petitum eſt. Potius videtur eſſe Ἄτηρα Ptolemai in Palmyrene. (b) *Eutharae* exhibet Lugdunenſis. Eſt Εὐάρια: de qua in Notitia Graeca Eccleſiaſtica ſub Provincia Phoenices Εὐάριος ἤτοι Ἰεζιανόπολις. (c) Vetuſt. Cod. *Anathae* teſte Pancirollo.

Equites promoti indigenae *Nazalae.*
Equites ſagittarii indigenae (*d*) *Abirae.*
Equites ſagittarii indigenae (*e*) *Caſamae.*
Equites ſagittarii indigenae (*f*) *Calamonae.*
Equites Saraceni indigenae *Betproclis.*
Equites Saraceni *Thalſeae.*
Equites ſagittarii indigenae (*g*) *Adathae.*
Praefecturae legionis primae Illyricorum *Palmyrae.*
(*h*) Praefecturae legionis tertiae Gallicae (*i*) *Danabae.*

Et quae de minore laterculo emittuntur.

Ala prima Damaſcena *monte Jovis.*
Ala nona Diocletiana (*k*) *Vaeriaracae.*
Ala prima Francorum (*l*) *Cumae.*
Ala prima Alamannorum (*m*) *Neiae.*
Ala primam Saxonum *Verofabulae.*
Ala prima Phoenicum (*n*) *Renae.*
Ala ſecunda ſalutis (*o*) *Arefae.*
Cohors tertia Herculea (*p*) *Veranocae.*
p. 234. Cohors quinta Pacata Alamannorum (*q*) *Oneuathae.*
Cohors prima Julia lectorum *Valle* (*r*) *Alba.*
Cohors ſecunda Aegyptiorum *Valle Diocletiana.*
Cohors prima orientalis *Thamae.*

CAPUT

(*d*) Forte Abilae. (*e*) Hanc Ptolemaeum in Palmyrena collocare ſcribit Pancirollus. Ita eſt. Κέσαμα ei appellatur. (*f*) *Calamon* in Itinerario Veteri Hieroſolymitano collocatur inter Ptolemaida & Sycaminon. (*g*) Ἀδάθα Ptolemai, cujus meminit ante Palmyram, vel Ἀδάχα, cujus idem meminit poſt Palmyram. (*h*) Meminit hujus Dion. Caſſius lib. 55. καὶ τὰ τρία τὰ τρίτα, τό τε ἐν Φοινίκῃ Γαλατικόν. *Tres ſunt Legiones tertiae, una in Phoenice dicta Gallica:* meminit & legionis ſextae Ferreae dictae in Judaea. (*i*) Eſſe puto, quae Δάναμα Ptolemaeo appellatur in Palmyrene. (*k*) *Inuarca* habet Codex Urſini teſte Pancirollo. (*l*) *Cunia* Ptolemaei, ſecundum Pancirollum. (*m*) *Nea* Plinii & Herodoti ſecundum Pancirollum. (*n*) Pancirollus putat, de ea legi Jud. 15. (*o*) *Arphas* Joſephi ſecundum Pancirollum. (*p*) *Veranecae* Lugdonenſis editio. Pancirollus conjicit legendum *Beronicae.* (*q*) *Oniabatem* Aegypti, Stephano memoratam, hic intelligi putat Pancirollus. Sed meo judicio nimis illa longe petuntur. (*r*) *Ailam* eſſe, Phoenices civitatem, Stephano memoratam, conjicit Pancirollus.

CAPUT XXXVII.

DE MARI MAGNO QUOD PALAESTINAM ALLUIT.

Mare magnum, *nomen quod Aſiatici huic mari dabant. Graeci Oceanum hoc nomine dicebant.* Ἡ ἔσω θάλαττα & ἡ ἔξω *quae. Mare anterius & poſterius quid. Mare Aegyptium uſque ad Sinum Iſſicum & Cyprum ita dictum. Mare ſalſum Judaeis doctoribus ſaepe non Lacum Aſphaltiten, ſed hoc mare magnum indicat. Maimonides defenſus adverſus Bochartum. Septem maria terrae Iſraëliticae a Judaeis ſcriptoribus memorata quae.*

DE aquis Palaeſtinae acturi primum de mari dicemus. Mare, quod Palaeſtinam ab occaſu alluit (unde & ipſa plaga occidentalis ἁπλῶς ים dicitur *Jeſ. 49. 12.* & alibi) in ſacris literis ים פלשתים *mare Philiſtaeorum*, *Exod. 32, 31.* & ים הגדול *mare magnum Joſ. 1. 4.* ſolet appellari, qua ratione a mari Kinnereth aliiſque diſtinguitur. Vide *Joſ. 1. 4.* At Graeci μεγάλην θάλατταν hoc mare non appellabant, ſed Oceano id nomen dabant, diſtinguebantque τὴν ἔσω θάλατταν ſive mare internum ab τῇ ἔξω. Vide Gellium *lib. XIV. c. 6.* & Phavorinus in omnigenis hiſtoriis Aſiae incolas teſtatur hoc appellare magnum mare. Προσαγορεύεσι δὲ τὴν ἔξω θάλατταν ἐκεῖνον μὲν οἱ πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ὠκεανόν, οἱ δὲ τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντες μεγάλην θάλατταν. Vide Stephanum Byzantinum voce Ὠκεανός. Ratio clara eſt. Quum enim magnae res dicantur relatae ad alias, Syri & Judaei mare, quod maximum erat eorum, p. 235. quibus terram ſuam cernebant allui, magnum dixerunt: Perſae vero, Arabes, Indi & quicunque Oceanum meridionalem accolunt, hunc maris magni nomine nuncuparunt. Non eſt improbabile idem ים האחרון *mare poſterius* eſſe, commemoratum *Deut. 11. 24.* quod vulgatus reddit *mare occidentale.* Joël *cap. 2 20.* opponit mare הקדמני *anterius* & האחרון *poſterius.* Vulgatus illud *orientale*, hoc *noviſſimum*, vocat. Zacharias *c. 14. 6.* praedicit, aquas vivas ex Hieroſolymis orituras, quarum pars labetur ad mare הקדמני anterius, pars ad mare האחרון poſterius. His ſi addamus anterius & poſterius, frequenter pro orientali & occidentali uſurpari, non videtur, dubitandum duo maria, quorum alterum terram alluit ad occaſum, alterum ad ortum, id eſt mare magnum & mare mortuum, intelligi debere. Certe illud magis vero ſimile eſt, quam per illa mare Kinnereth & mortuum denotari, quod haud difficulter admittet, quicunque loca a nobis producta, inprimis *Deut. 11. 24.* accuratius expendet. Idem mare ab urbibus adjacentibus nonnunquam appellatur, more Orientis: ſic ab urbe Caeſarea mare proximum nomen fert aliquando, cujus litus שונויתא דימא דקיסרין *litus maris Caeſareae* dicitur in Midras Cohelet *fol. 117.* & eadem columna ים הגדול appellatur, nomine generali. Arrianus in Paraplo Nearchi illud vocat

τὴν θάλασσαν τὴν κατὰ Φοινίκην τε καὶ τὴν Παλαιςίνην Συρίην. Strabo Aegyptiacum vocat hoc mare *lib. XVI.* ſcribens, Syriam, quae a Sinu Iſſico ſe extendit Aegyptum uſque, *ad occaſum terminari Aegyptiaco mari uſque ad ſinum Iſſicum*, πρὸς δύσιν τῷ Αἰγυπτιακῷ πελάγει μέχρι Ἰσσοῦ. Atque ita partes inſulae Cypri meridionales a mari Aegyptio alluit ſcribit idem *lib. XIV. pag. 468.* τὰ δὲ νότια μέρη τῷ Αἰγυπτίῳ κλυζόμενα πελάγει. Manilius *lib. IV.*

Aegypti Cypros pulſatur fluctibus omnis.

Notum eſt vulgo hoc mare etiam hoc tempore mediterraneum dici.

p. 236. Nuncupatur aliquando hoc mare ים המלח *mare ſalſum*, uti videre eſt in Cippis Hebraicis ab Hottingero editis, ubi *Aco ſita eſſe* dicitur *ad mare magnum ſive ſalſum* עכו היא על שפת חים הגדול ים חמלח atque hoc ſenſu ſaepius in Talmude ſcriptum exiſtimo res, quae nullius uſus futurae eſſent projiciendas לים המלח *in mare ſalſum*, id eſt, mare magnum. Quorſum enim in Lacum potius Aſphaltiten, quam alium ſive lacum ſive mare projici illae juberentur? Et quid fieret, ſi, uti nunc, aditus facilis non eſt ad illum lacum? Quis ſibi perſuadeat, debuiſſe Judaeos, ſi verbi gratia in extremis Europae aut Aufricae partibus degerent, in Palaeſtinam ad lacum aſphaltiten proficiſci, ut ſatisfacerent mandato doctorum ſuorum?

Non debuit itaque Moſes Maimonides vapulare, quod nomen maris ſalſi mari magno dederit, inprimis quum Arabes ita quoque loqui ſoleant بحر ملح *mare ſalſum* appellantes ſinum Arabicum aliaſque partes Oceani. Vide Elmacini hiſtoriam *pag. 30.* Maimonides ſcripſerat בים המלח *in mari ſalſo* inveniri חלזון piſcem, cujus ſanguis purpuram praebet. Bochartus *in Hierozoico part. 11. lib. V. cap. 9. id*, ſcribit, *abſurdiſſimum quod* חלזון *ſive purpurariam cochleam reperiri ſcribit in mari ſalſo id eſt in lacu aſphaltite, qui vocatur mare ſalſum Gen. 14. 3. Num. 34. 3. & paſſim. Nam purpurae piſcationem fieri notum eſt in mari mediterraneo, quod Hebraeis eſt mare magnum, non in Judaeae lacubus, multo minus in aſphaltite, in quo nullum animal vivit, & ſi quis e Jordane piſcis in illum influat ſtatim moritur. Sed Hebraeorum doctiſſimis, qualis fuit Maimonides, ſolenne eſt vix quicquam ſcire, prater ſermonem & ritus ſuos. Alibi tam peregrini ſunt, ut etiam in notiſſimis impingant & foede labantur.* Braunius *lib. I. de veſtitu ſacerdotum Hebr. cap. 13.* Bochartum ſcribit olim refutaſſe Maimonidem; ſe tamen vix induci poſſe, ut credat, Maimonidem ignoraſſe capi piſces iſtos in mari Zabulonis, nimis enim diligentem fuiſſe Talmudis indagatorem; ſed ſe nolle virum doctum aut accuſare, aut juſtificare. Ego autem putem, omnino Maimonidem defendi oportere, eumque jure ita ſcripſiſſe. Quamvis enim in Sacro Codice nomen maris ſalſi detur lacui p. aſphaltiti, doctores Judaici id nomen ſaepe tribuerunt mari magno, ut 237. id a lacubus, quos etiam mari appellant, diſtinguerent: & de rebus Judai-

Judaicis agens Maimonides morem loquendi apud ſuos uſitatum ſecutus eſt.

Septem maria terrae Iſraëliticae tribui a ſcriptoribus Talmudicis & auctore Midraſch Tillim notatum jam eſt a Ligtfooto, Bocharto, & aliis. Sunt autem haec

1. ים רבא, *Mare magnum.* Hoc eſt quod Palaeſtinam ab occaſu alluit.
2. ים דטבריא, *Mare Tiberiadis.*
3. ים דמלחא, *Mare ſalſum*, alibi ים של סדום *mare Sodomiticum* appellatur,
4. ים דסמכו. Alibi דכבכו ſcribitur, aut סיבכו uti Ligtfootus obſervavit, qui Lacum Samochonitem hoc nomine indicari putat: quae etiam ſententia eſt Bocharti, *in Hierozoico part. 11. lib. V. cap. 17.*
5. ים דחילתא. Alibi דחילתא legitur quod notat *vallem*, aut של חילת. Bochartus exiſtimat, ſinum Elaniticum ſub hac voce latere & pro אילת male a Talmudicis ſcriptum חילת Ligtfootus דחולתא *Arenoſum* interpretatur, & lacum Sirbonis eo indicari putat.
6. ים דשליית. Alibi ים דשלחת, aut של חילתא aut שרייתי. Bochartus putat, verum nomen eſſe שרייתא, *Auſtrale*, ut Sirbonis lacus eo innuatur ad auſtrum terrae Canaan.
7. ים דאפמיא vel דאספמיא. Haec eſt λίμνη ἡ Ἀπαμεῖτις, uti Aeliano dicitur, quemadmodum Bocharto videtur. Ego malim credere מי פמיס aquas *Pamias*, ſive *Paneadis*, hic latere, de quibus in Miſna *Para cap. VIII. 11.* aut lacum Phialam.

Ego quidem, uti de quatuor prioribus non dubito, quin illis nominibus indicentur mare magnum & tres lacus celeberrimi Palaeſtinae, ita tribus poſterioribus adſcripſerim lubens illud veterum φροντίδος ἄξιον. Nec enim ad Apamiam aut ſinum Elaniticum excurrere juvat, ſi in ter- p. ra Iſraëlitica, ארץ ישראל dicta (quae nunquam a Judaeis eo uſque 238. protenditur, licet notum ſit, aliquando illos eatenus fines imperii ſui protuliſſe) lacus inveniri poſſint. Fuiſſe autem infra oſtendemus. Sed varietas ſcriptionis horum nominum efficit, ut vix quicquam certi promere liceat.

CAPUT XXXVIII.

DE LACU ASPHALTITE.

Lacus Hebraeis appellantur maria: *uti & aliis quibuſdam gentibus. Oceanus* λίμνη *Graecis.* Θάλασσαν *pro* Θάλασσαν *ſcriptum in verſione Graeca Veteris*

ris Testamenti. Varia nomina lacus Asphaltitis expensa. Mare salsum *ab aquarum eximia salsedine dicitur. Concertatio Salmasii & Petavii de ratione hujus nominis. Galeni testimonium de salsedine hujus lacus. Quomodo viri divitis, qui aquam ex illo lacu in Italiam deferri magno sumtu curaverat, operam inanem fuisse demonstraverit.* Sal Sodomiticum *ad sacrificia adhibitum ex hoc lacu, & quare.* Maris mortui *nomen quare huic lacui datum. Num aves supra lacum volantes necentur. Unde nata sit fabula.* Λίμνη Ἀσφαλτῖτις *circa Babylonem erat ἄορνος, non haec. Confuderunt hos duos lacus inter se scriptores veteres. Suidas correctus. Theocriti verba de Asphalto Babylonico. Hiatus terrae ἄορνος. Lucretii verba de lacu ἀόρνῳ illustrata. Num impatiens sit navigiorum hic lacus, & omnia ei supernatent. Aristotelis testimonium de lacu Asphaltite. Vis vocis μυθολογεῖν. Ferchii liber de fabulis Palaestini stagni. Situs lacus Asphaltitis & descriptio ex veteribus scriptoribus. Num Sodoma, Gomorra, Adama, & Zeboim submersae fuerint in lacu Asphaltite.*

p. 239. PRimarium Palaestinae lacum, Asphaltiten nempe, qui & mare salsum ac mortuum nuncupatur, lustraturi, quaedam praenotanda ducimus de nomine maris, quod Hebraei lacubus tribuunt. Observavit id jam olim Cyrillus in Jesaiam *lib. II. tom. 1.* ἔθος τῇ θείᾳ γραφῇ καὶ αὐτὰς τὰς λίμνας θάλασσας ἀποκαλεῖν. *Solet Sacer Codex lacus appellare maria.* Et Hieronymus *lib. quaest. Hebr. in Genesin* ad *cap. 1.* cujus haec verba sunt: *Notandum, quod omnis congregatio aquarum sive salsae sint sive dulces, juxta idioma linguae Hebraeae, maria nuncupentur. Frustra igitur Porphyrius Evangelistas ad faciendum ignorantibus miraculum, eo quod Dominus super mare ambulaverit, pro lacu Genesareth mare appellasse calumniatur: quum omnis lacus & aquarum congregatio maria nuncupentur.* Confer Hieron. ad *Gen. 36. 24. aquarum congregationes reperisse, quae juxta idioma linguae Hebraeae maria nuncupentur: quod scilicet stagnum repererit:* Quod & aliis gentibus praeter Judaeos usitatum erat nomen. Aristoteles *Meteorolog. l. 1. c. 13.* ὑπὸ τὸν Καύκασον, λίμνη ἣν καλοῦσιν οἱ ἐκεῖ θάλατταν, *Lacus sub Caucaso, quem accolae vocant mare.* Plinius *lib. III. 16.* de paludibus Atrianorum: *egesto amnis impetu per transversum in Atrianorum paludes, quae septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atriae, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.* Nec est, quod nos Belgae ex locis adeo longinquis exempla petamus. Lacus ille, qui Hollandiam & Frisiam interjacet, nunquam nobis lacus, sed semper *de Zuyder Zee*, id est, *mare Australe* appellatur, quum tamen non magis nomen maris mereatur quam Lacus Sirbonis aut Asphaltites. Solent illa nomina etiam in aliis linguis permutari, uti *Zee* nobis *mare* est, Germanis vero lacus: *Meer* autem Germanis mare, nobis lacus. Et contra mare Graecis λίμνη lacus dicitur. Homer. Ἥλιος δ' ἀφόρεσε λιπὼν περικάλλεα λίμνην. Ita Sophocles *Trachin.* Μήλιδα παρὰ λίμναν. Scholiastes. Λίμναν φησὶ τὴν θάλασσαν. Apud Homerum λίμνην pro Oceano usurpari notissimum est. Sunt

Sunt, qui huc referant, quod *fossae aquarum* (at quanto majori jure lacus?) dici possint θάλασσαι. Ita Interpretes Graeci *1. Reg. 18. 32.* Eliam fecisse circum altare θάλασσαν scribunt, quum *fossae* sive *aquaeductus* mentio tantum fiat in Codice Hebraeo. Sed male puto id huc trahi; p. nec scripsisse Graecos θάλασσαν, sed θάλαν pro Hebraeo תעלה uti 240. saepe alias, nomina appellativa, uti γῆ, &c. usurpant.

Varia sunt nomina, quae tum in sacris literis, tum scriptis aliorum auctorum huic lacui dantur, alia a situ, alia a qualitate aquarum ejus deducta. Nomen lacus asphaltitis a bitumine, quod egerit, obtinuit, quod bitumen Judaïcum appellari solet: vide Scribonium Largum *de compositione medicam. cap. 77. Mare planitiei*, ים הערבה, dicitur *Deut. 3. 17. Jos. 3. 16.* illius nempe planitiei vel מישרא, uti Chaldaeus reddit, quam Jordanes perluebat, quaeque μέγα Πέδιον Josepho appellatur. Ideo *Deut. 4. 49.* contextus Hebraeo Samaritanus addit ים המלח *mare salsum*, ne dubium sit, quid per mare planitiei intelligi debeat. Appellatur & *mare mortuum* νεκρὰ θάλασσα, pro quo ἐρυθρὰ male legitur apud Epiphanium: vide Synoplin *libri II. adv. haeres. pag. 397.* & in Anacephalaeosi *pag. 145.* Atque ita apud Hesychium Ἀσφαλτῖτις λίμνη, ἐρυθρά. Cur mortui maris nomen gerat, liquebit ex iis, quae infra notabimus. Praeterea *mare salsum*, vel *salsissimum* (quod interpreti vulgato Veteris Testamenti placuit) dicitur, de quo nomine certarunt inter se viri celeberrimi, Salmasius & Petavius, ille *in Exerc. Plinianis*, hic *in append. ad Animadv. in Epiphanium.* Ille negat, salsum dici a sale, quod omnia maria salsa sint, & bitumen, ex quo hic lacus constat, salsum non sit; putatque, uti terra salis dicitur desolata & deserta, similiter inde nomen huic lacui datum. Hic autem salsum fuisse hunc lacum, probat testimonio Mosis, qui illum ים המלח *mare salis* appellat, & Josephi, qui ἁλμυρώδη, *salsum* eum vocat, negat omnia maria salsa esse, vel aeque salsa, & hunc lacum opposite ad lacum Gennesareth, cujus aquae dulces erant, salsi nomen obtinuisse existimat, negatque lacum illum ex mero bitumine constitisse. Alii ab urbe מלח nomen lacui datum putant.

Ad nos quod attinet, quum eximia sit salsedo aquarum hujus lacus, quod & veteres testantur & recentiores, non videtur aliunde nomen salsi tulisse. Nomina locis aut fluminibus lacubusve dari non solent a rhetoribus vel philosophis, sed primis accolis, qui, ut res a rebus discernant, eas nuncupant, plerumque ab iis qualitatibus, quae in sen- p. sus incurrunt & maxime sunt obviae. Quid autem magis erat naturae 241. rei conveniens, quam lacum, cujus aquae salsiores sunt ipsis aquis maris magni aliorumque, quae nota fuerunt incolis terrae Canaan, salsum appellare?

Prae reliquis animadversione dignum est Galeni testimonium de salsedine aquarum hujus lacus, quod & medicus fuerit celeberrimus, qui de aquarum natura optime judicare potuit, & ipse has aquas accu-

rate

rate exploraverit. Ita scribit *lib. V. de simplicium medicamentorum facultatibus cap. 19.* Τὸ δὲ τῆς ἐν Παλαιςίνῃ Συρίᾳ λίμνης ὕδωρ, ἣν ὀνομάζεσιν οἱ μὲν θάλασσαν νεκρὰν, οἱ δὲ λίμνην ἀσφαλτῖτιν, ἐςὶ μὲν καὶ γευομένοις ἐφ' ἁλυκὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ πικρόν. Ἔχει καὶ τὰς ἐξ ἑαυτῆς γεννωμένας ἅλας ὑποπίκρας ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ὄψιν ἐυθὺς ἅμα πάσης θαλάσσης λευκότερόν τε καὶ παχύτερον φαίνεται, ἁλμεῖ κατακορεῖ προσεοικὸς, εἰς ἣν ἐδ' ἂν ἐμβάλῃς ἅλας ἔτι τακήσονται, πλεῖςον γὰρ τῆτον μετέχει· καὶ εἴτις εἰς αὐτὴν καταδὺς ἀνακύψειεν, ἄχνη ἁλῶν ἐυθέως ἐν κύκλῳ περὶ πᾶν ἴσχει τὸ σῶμα· καὶ διὰ τῆτο τε καὶ βαρύτερον ἐςὶ τῆς ἄλλης θαλάττης τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο τοσῆτον, ὅσον ἡ θάλατα τῶν ποταμῶν, ὥς' ἐδ' εἰ βάλοιο κατὰ τῆ βάθες καθεὶς ἑαυτὸν φέρεσθαι κάτω, δυνηθείης ἂν ἔτως, ἐξαιρεῖτε καὶ κεφίζει τὸ ὕδωρ, ἐχ' ὡς φύσει κεφον ὑπάρχον, ὅπερ ἤδη τις εἶπε τῶν παλαιῶν σοφιςῶν, αλλ' ὡς Ἀριςοτέλης ἔλεγε διὰ βαρύτητα, δίκην πηλῆ βαςάζον τὰ κεφότερα. *Aqua autem lacus qui in Syria Palaestina est & mare mortuum a quibusdam, ab aliis lacus Asphaltites, nuncupatur, gustu non tantum salsa verum etiam amara est. Habet quoque salem ex se natum perinde subamarum, & primo statim aspectu universo mari candidior & crassior apparet, merae salsugini similis, in quam si salem conjicias, ne liquari quidem possit: plurimum enim illius in se habet. Quod si quis se in eam immergat, undique velut sale tenuissimo conspersus inde emergere conspicitur. Et propterea aqua haec tanto gravior est aliis aquis marinis, quanto aquae marinae graviores sunt fluvialibus, ita ut si te ei immergere volueris, mergi non possis; ita aqua te elevat, non quia natura levis est, uti aliquis veterum philosophorum dixit, sed quod, uti Aristoteles dixit, propter gravitatem luti instar leviora sustentet.* Mox addit, si homo manibus pedibusque vinctus lacum hunc conjiciatur, non mergi; & naves veluti in aquis dulcibus magis subsidunt, quam mari-
p. nis, ita in marinis magis subsidere, quam in hoc lacu. Lepidum autem
242. inprimis hoc est quod commemorat de homine, qui magnam aquae copiam ex hoc lacu haustam in Italiam deferri curaverat, quum, si voluisset, sale communi aquis injecto similes aquas ubique efficere potuisset: unde liquet, Galenum non nisi copiae salis adscripsisse differentiam, quae inter hunc lacum & alios intercedit. Ita ille. Ὡς τ' ἔγωγε ποτὲ μάταιον ἀπέδειξα τῆ πλεσίᾳ τὴν φιλοτιμίαν ἐκ τῆς νεκρᾶς θαλάττης τοσῆτον ὕδωρ κομίσαντος εἰς Ἰταλίαν, ὡς πληρῶσαι δεξαμενήν. Ἑτοίμως γὰρ ἐποίησα ταυτὸν, ἅλας παμπόλλας ἐμβαλὼν ὕδατι ποτίμῳ. Μᾶλλον δ' ἂν ἔτι βαρύτερον ἐργάσαιο τὸ τοιῆτον ὕδωρ, εἰ τήξας τὰς ἅλας ὡς πλείςας ὑπὸ κυνὸς ἐπιτολὴν, ἥνικα μάλιςα θάλπος ἐςὶ σφοδρότατον, ἐάσαις ἐξοπτηθῆναι, παραπλησίως τῷ κατὰ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην. Οὕτω γὰρ ἔςαι καὶ τῆτο βαρὺ τὸ ὕδωρ, ὡς ἐκεῖνο· καὶ ἐνδήσειας ἢ ἄνθρωπον, ἢ ὁτιῆν ἄλλο ἐμβάλλοις ζῶον εἰς αὐτὸ, παραπλησίως τοῖς πλοίοις ἐποχήσεται τῷ ὕδατι. *Itaque ego aliquando ostendi inanem esse divitis cujusdam ambitionem, qui tantam copiam aquarum ex mari mortuo in Italiam transvexit, quae cisternam implere posset. Nam id ipsum ego statim praestiti sale in aquam conjecto. Longe etiam graviorem ejusmodi aquam effeceris, si plurimum salis liquatum sub Canis ortum, ubi potissimum aestus fuerit vehementissimus, torreri siveris, quemadmodum in lacu Asphaltite fit: ita enim haec aqua*

aqua perinde gravis, ac illa efficeretur, ita, ut si quis hominem ligatum aut aliud animal in eam immittat, navis ad instar supernatatura sint. Notandum tamen, modum esse, quem aqua salem liquando non excedit. Plinius scribit *l. XXI. cap. 6. Si plus quam sextarius salis cum quatuor aquae sextariis mergatur, vinci aquam, salemque non liquari: caetero sextarius salis cum quatuor aquae sextariis salsissimi maris vim & naturam implet.* Porro narrat Galenus, aquam lacus Asphaltitis aestate amariorem esse, quam hyeme, & se ipsum expertum esse (καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν scribit) aquam illam aestate in vase soli expositam amariorem fuisse redditam. Denique huic amarae salsugini tribuit reliquas qualitates hujus lacus. Audiamus illum. Φαίνεται ἐν ἐκείνῳ τῷ ὕδαται μήτε ζῶον ἐγγιγνόμενόν τι, μήτε φυτὸν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς αὐτὴν p.
ἐμβαλόντων ποταμῶν ἀμφοτέρων, μεγίςας καὶ πλείςας ἐχόντων ἰχθύας, καὶ 243.
μάλιςα τῆ πλησίον Ἱεριχῆντος, ὃν Ἰορδάνην ὀνομάζεσιν, ἐδ' εἷς τῶν ἰχθύων ὑπερβαίνει τὰ ςόματα τῶν ποταμῶν· κἂν εἰ συλλαβὼν δέ τις αὐτὰς, ἐμβάλλει τῇ λίμνῃ, διαφθειρομένας ὄψεται ταχέως· ἔτως τ' ἀκριβῶς πικρὸν ἅπασιν ἐςὶ, καὶ ζώοις καὶ φυτοῖς πολέμιον, ἀυχμῶδες τε καὶ ξηρὸν καὶ τὴν φύσιν οἷον περ ἤθαλος ὑπὸ τῆς κατοπτήσεως γεγενημένον· καί τοι γε ἐδὲ τὸ τῆς λίμνης ἐκείνης ὕδωρ ἀκριβῶς ἐςι πικρὸν, ὅτι μηδ' οἱ ἅλεις αὐτοί. Προσαγορεύεσι δ' αὐτὰς Σοδομηνὰς ἀπὸ τῶν περιοχόντων τὴν λίμνην ὀρῶν, ἃ καλεῖται Σόδομα, καὶ χρῶνται πολλοὶ τῶν περιοίκων, εἰς ὅσα περ ἡμεῖς τοῖς ἄλλοις ἁλσί. Δύναμις δ' αὐτῶν ἐ ξηραντικὴ μόνον ἐπὶ μᾶλλον ἐςὶ τῶν ἄλλων ἁλῶν, ἀλλὰ καὶ λεπτυντικὴ, (mox διαφορητικὴ & ῥυπτικὴ) διότι μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐξώπτηνται. *Nullum in hoc lacu animal aut planta conspicitur. Imo quum duo in eum fluvii illabantur, maximos & plurimos pisces alentes, quorum praecipuus Jordanes, qui prope Jerichuntem fluit, nullus omnino piscium ostia fluminum excedit: quod si quis eos captos in lacum immittat, celeriter mori videt. Adeo est omnibus tum hominibus tum plantis inimicum, quod exacte amarum est, quodque squallidum pariter & siccum est atque natura fuliginem quasi ab assatione referens. Quamquam nec aqua illius lacus nec etiam sal omni ratione amarus sit. Vocant autem eum salem Sodomenum a montibus circumjacentibus lacum, qui Sodoma appellantur. Multi accolae illo sale utuntur ad varios usus, ad quos nos alio sale utimur. Sed vis salis Sodomitici talis est, ut non modo plus exsiccet quam alius sal, sed magis extenuet & digerat, quia magis tostus est.* Hoc est מלח סדומית *sal Sodomiticum*, quo Judaei usi fuere ad sacra. Ἅλες Σοδομηνοὶ etiam Galeno appellantur *lib. XI.* de hoc ipso argum. *cap. 50.* & οἱ ἐν τῇ νεκρᾷ θαλάσσῃ καλεμένῃ γεννώμενοι. Et quia magis extenuat, digerit ac exsiccat, quam alii sales, ideo Judaei illo usi sunt: sic ut male quidam per מלח סדומית bitumen hujus lacus intelligant. Ceterum quod & alii lacus nimis salsi piscibus careant, docere potest lacus Thonitis, per quem Tigris labitur, qui, teste Eratosthene, adeo salsus est, ut pisces non alat, nisi illa in parte, qua a dulcibus aquis Tigridis perluitur. Vide *Strabon. lib. 16. pag. 514.*

Solet etiam hic lacus mare mortuum appellari, quia pisces non alit. p.
Facit enim eximia aquarum salsedo, ut pisces eum fugiant. Audiamus 244.
unum ex multis. Hieron. in *Comm. ad Ez. 47. mare, mortuum in quo nihil poterat*

poterat esse vitale & mare amarissimum, quod Graeci λίμνην Ἀσφαλτῖτιν, *id est, stagnum bituminis vocant . . .* & mox. *Revera juxta literam huc usque nihil, quod spiret & possit incedere, prae amaritudine nimia in hoc mari, reperiri potest: nec cochleolae quidem parvique vermiculi & anguillae, & caetera animantium sive serpentium genera, quorum magis corpuscula possumus nosse quam nomina. Denique si Jordanes auctus imbribus pisces illuc influens rapuerit, statim moriuntur & pinguibus aquis supernatant.* Et quis non habeat fidem Hieronymo, qui in vicinia hujus lacus tamdiu in Bethlehem vico habitavit, & ipse se testatur eum vidisse in Apolog. adversus Rufinum *l. III. p. 461. Protinus concito gradu Bethleem meam reversus sum, ubi adoravi praesepe & incunabula Salvatoris. Vidi quoque famosissimum lacum: nec me inerti tradidi otio, sed multa didici, quae ante nesciebam.* Quod etiamsi disertis verbis non testaretur, satis esset probabile, aliquem non posse habitare in Bethleem per tot annos, quin proximum eumque celeberrimum lacum inviseret. Maundrellus tamen αὐτόπτης observavit, conchylia quaedam sive cochleolas (quod Hieronymus negat) ad litus ejus nunc reperiri, quae a Jordane eo deferri non potuere, quia nimis longe inde locus est, ubi Jordanes in hunc lacum influit. Quod vero quidam scribunt, aves supra lacum hunc volantes necari, nunc quidem certe experientiae repugnat: & credibile est, olim non magis verum fuisse. At quam causam hujus fabulae comminiscemur? Scio equidem, & nunc & olim multa ficta fuisse, de quibus frustra quaeratur, unde fabula ortum traxerit. Attamen quum origo erroris detegi potest, illud fieri oportere existimo. Credo itaque, confudisse quosdam veterum hunc lacum Asphaltiten cum alio lacu ejusdem nominis circa Babylonem, & uni tribuisse, quod alteri tribuendum fuerat. Meminit ejus Vitruvius *lib. VIII. cap. 3. Babylone lacus amplissima magnitudine, qui Limne Asphaltitis appellatur, habet supranatans liquidum bitumen. Quo bitumine & latere testaceo structo muro Semiramis circumdedit Babylonem.* Plinius *lib. 35. cap. 15. calcis quoque usum praebuit, ita ferruminatis Babylonis muris.* Et *lib. 31. 5. Mutantur & colores aquarum: sicut Babyloniae lacus aestate rubras habet diebus XI.* Hunc lacum Athenaeus *lib. II. cap. 5.* vocat τὴν ἐν Βαβυλῶνι λίμνην. Xiphilinus in *Epitome Dionis pag. 252.* narrat, halitum adeo gravem illic surgere, ut nulla terrestria animalia vel volucres eum ferre possint. Ita, quod de lacu Asphaltite Babyloniae fama ferebatur, de hoc lacu Asphaltite Judaeae narrarunt, & duos hos lacus confuderunt, uti & Strabo lacum Sirbonidem & hunc Asphaltiten manifesto confudit. Diodorus Siculus Histor. *lib. II. cap. 12.* videtur ejusdem loci meminisse. Πολλῶν δὲ καὶ παραδόξων ὄντων θεαμάτων κατὰ τὴν Βαβυλωνίαν, ἐχ' ἥκιστα θαυμάζεται καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐν αὐτῇ γεννωμένης ἀσφάλτου. Τοσοῦτον γάρ ἐστιν, ὥστε μὴ μόνον τοῖς τοσαύταις καὶ τηλικαύταις οἰκοδομίαις διαρκεῖν, ἀλλὰ καὶ συλλεγόμενον τὸν λαὸν ἀφειδῶς ἀρύεσθαι καὶ ξηραίνοντα καίειν ἀντὶ ξύλων. Ἀναριθμήτων δὲ τὸ πλῆθος ἀνθρώπων ἀρυομένων, καθάπερ ἔκ τινος πηγῆς μεγάλης, ἀνέραιον διαμένει τὸ πλήρωμα· ἔστι δὲ καὶ πλησίον τῆς πηγῆς ταύτης ἀνάδοσις τῷ μὲν μεγέθει βραχεῖα, δύναμιν δὲ θαυμάσιον ἔχουσα· προσβάλλει γὰρ ἀτμὸν θειώδη καὶ βαρύνοντα, ᾧ τὸ προσελθὸν ζῶον ἅπαν ἀποθνήσκει, περιπίπτον ὀξείᾳ καὶ παραδόξῳ τελευτῇ. Πνεύματος γὰρ κατοχῇ χρόνον ὑπομείναν διαφθείρεται, καθάπερ κωλυομένης τῆς τοῦ πνεύματος ἐκφορᾶς ὑπὸ τῆς προσπεσούσης ταῖς ἀναπνοαῖς δυνάμεως. *Multa sane Babylonia continet spectatu digna & admiranda: sed inter haec non minimum admirationis meretur bituminis copia illic exsudantis, quae tanta est, ut non modo tot & tantis aedificiis sufficiat, verum etiam profuse a populo collectum pro lignis siccatum cremetur. Et licet ab innumerabili hominum multitudine, utpote ex fonte amplissimo, hauriatur, integra tamen ejus manet ubertas. Prope fontem istum scaturigo est haud ita magna, sed mire efficax. Vaporem enim sulphureum & gravem emittit, quo quicquid animantium accedit, subita nec opinata morte correptum exstinguitur: anhelitu enim diutius compresso & respirandi facultate per vim exhalationis interclusa praefocatur.* Dioscorides *de re medica lib. I. cap. 99.* ubi dixit bitumen Judaicum omnium esse praestantissimum, addit nasci etiam illud ἐν Βαβυλῶνι, sine dubio ad hunc lacum respiciens. Xiphilinus *in Trajano p. 252.* Ἔνθα μέντοι τὴν τε ἄσφαλτον εἶδε Τραϊανὸς, ἐξ ἧς τὰ τείχη Βαβυλῶνος ᾠκοδόμητο. Τοσαύτην γὰρ ἀσφάλειαν πλίνθοις ὀπταῖς ἢ καὶ λίθοις λεπτοῖς συμμιχθεῖσα παρέχεται, ὥστε καὶ πέτρας καὶ σιδήρου παντὸς ἰσχυρότερα αὐτὰ ποιεῖν· καὶ τὸ ῥόμιον ἐθεάσατο, ἐξ οὗ πνεῦμα δεινὸν ἀναδίδοται, ὥστε πᾶν μὲν ἐπίγειον ζῶον, πᾶν δὲ πετεινὸν, ἀποθνῄσκειν, εἰ καὶ ἐφ' ὁποσονοῦν ὀσφραίνοιτό τι αὐτοῦ. *Ibi Trajanus vidit lacum bituminis, unde moenia Babylonis aedificata sunt: cujus tanta vis est, ut permixtum cum lateribus aut minutis lapidibus quovis ferro aut saxo sit durius. Ostium quoque ejus spectavit, unde tam gravis halitus surgit, ut eum nulla animantia terrestria aut volatilia ferre possint, sed solo olfactu intereant.* Suidas ad vocem Ἄορνος πέτρα (quae in India fuit) mentionem hujus lacus facit, sed verba illa verbis Arriani postponi, non interseri debuissent, ἔστι δὲ καὶ λίμνη οὕτω καλουμένη, *est etiam lacus ita dictus.* Theocritus Idyll. 16. hujus Asphalti Babylonici quoque meminit

p. 245.

p. 246.

> Ὑψηλὸν δ' Ἱέρωνι κλέος φορέοιεν ἀοιδοὶ
> Καὶ πόντου Σκυθικοῖο πέραν, καὶ ὅπη πλατὺ τεῖχος
> Ἀσφαλτῷ δήσασα Σεμίραμις ἐμβασίλευεν.
> *Sublimem gloriam Hieronis poëtae ferant*
> *Ultra pontum Scythicum & ubi lata moenia*
> *Asphalto jungens Semiramis regnabat.*

Adde scholiastem eruditum Lycophronis *vers. 704.* qui, quum dixisset, Λίμνην ἄορνον esse prope Cumas, ita pergit, Ἄλλοι δὲ τὴν Ἄορνον, Σωτίων τε καὶ Ἀγαθοσθένης καὶ Δίων καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Ἰσόρικῶν οὐ λίμνην οὐδὲ πέτραν φασὶ, ῥόμιον δέ τι περὶ Ἀδιαβηνὴν, ὃ ῥόμιον ὄρνεον ὑπερπετασθῆναι οὐ δύναται, ἀπὸ τῆς ἐκεῖθεν ἀναφερομένης ἀναθυμιάσεως, τελευτᾷ καὶ πᾶν ζῶν ἄλογον. Ἡ Ἀδιαβηνὴ δὲ χώρα τῆς Μεσοποταμίας ἐστὶ, καὶ τῆς περὶ Νῖνον Συρίας· ἐν τῇ Ἀδιαβηνῇ τοῦτο τὸ Ἄορνον ῥόμιον καὶ ἡ Κτησιφῶν πόλις, καὶ ἡ Ἀσφαλτῖτις λίμνη ἄσφαλ-

ἄσφαλτος δέ ἐςιν ἡ νάφθα. Περὶ δὲ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης Ἰώσηπος λέγει περὶ Ἰορδάνην καὶ Ἱεριχᾶντα εἶναι πικρὰν καὶ ἄγωνον τῇ κεφότητι· ἐν ταύτῃ φησὶ τῇ Ἀσφαλτίτιδι τὰ ἐμβαλλόμενα πάντα ἄνω φέρεσθαι, καὶ ἀνθρώπους δὲ ὀπισθάγκωνας δῆσαι φησὶν Οὐεσπασιανὸν, καὶ ἐμβαλεῖν ταύτῃ τῇ λίμνῃ, καὶ ἀναχθῆναι μόνους μὴ ἐπισαμένους νήχεσθαι. Καὶ Ξενοφῶν καὶ ἕτεροι μύριοι περὶ τὸ Ἄορνα ςομίῳ καὶ τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης ἱςόρησαν *Alii vero, quos inter*
p. 247. *Sotion, Agathosthenes, & Dion & reliqui historicorum,* Ἄορνον *non pro lacu aut petra, sed hiatu terrae* (ita Ammianus *lib. 23.* nuncupat) *habent circa Adiabenen, quem avis nulla transvolare potest, ob halitum, qui ex eo sursum fertur & quasvis bestias necat. Est autem Adiabene regio Mesopotamiae & Syriae, quae circa urbem Ninum est. In ea est ostium* Ἄορνον *& Ctesiphon urbs & lacus Asphaltites. Asphaltos est Naphta. De Asphaltite lacu autem Josephus scribit eum esse circa Jordanem & Jerichunta, amarum & sterilem, ob levitatem* (illa enim Josephus jungit cum sequentibus *l. V. de bell. Jud. c. 5.*) *omnia in eum injecta fluitare dicit, & Vespasianum aliquando homines manibus post terga rerevinctis in eum projici jussisse, qui sursum ferebantur, natare autem non sciebant. Sed & Xenophon & alii sexcenti de hoc ostio* Ἄορνῳ *& lacu Asphaltite scripserunt.* Eadem fere de hoc hiatu Suidas habet ad vocem Ἀδιαβηνὴ, addens habitum hunc pestiferum recta adscendere, & quum aliquo usque elatus est, in se relabi: quum si diffunderetur, omnis regio vicina habitari non posset. Oribasius medic. collect. *lib. V. cap. 3.* meminit *stagni cujusdam apud Sauromatas, quod ne aves quidem transvolare queunt, & alius apud Medos, in quo nigrum ichorem dicunt supernatare: quo ubi usus sit quispiam si igni se admoveat, accenditur.* Meminit etiam hujus lacus Lucretius, sed ita, uti plerique veterum, qui lacum illum Babylonicum Ἄορνον confuderunt cum Palaestinae lacu Asphaltite. Locutus *lib. VI.* de Nilo, progreditur ad loca averna

Principio quod averna vocantur, nomen id ab re
Impositum 'st, quia sunt avibus contraria cunctis
E regione ea quod loca cum venere volantes
Remigii oblitae pennarum vela remittunt
Praecipitesque cadunt molli cervice profusae
In terram, si forte ita fert natura locorum,
Aut in aquam, si forte substratus Averno.
Is lacus est Cumas apud, & Vesuvi per montis
Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.

Paulo post

p. 248. *In Syria quoque fertur item lacus esse videri*
Quadrupedes quoque quo simul ac vestigia primum
Intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa
Manibus ut si sint Divis mactata repente.

Vide-

Videtur de quadrupedibus loqui, quae si lacum intrent, (*Lacus* lege pro *locus* in Lucretio) sursum feruntur & in superficie lacus jacent, ac si mactata essent: quod de hoc lacu tradi solet. Ceterum in codice MSto Pomponiano legitur *remigio* pro *remigii* & *subratus averni* pro *substratus averno*, & versu sequenti

Is lacus est Cumas apud, & per sulfura noti
Oppleti calidis, ubi fumant fontibus aucti.

Ita ut mihi videatur glossema esse, quod nunc in contextum irrepsit, *Vesuvi montis*, quod aliquis adscripsit ad vocem *sulphura*, innuens illa *sulphura* esse *montis Vesuvii*, Mallem tamen legere

Is lacus est Cumas apud & per sulphura notus:
Oppleti calidis, ubi fumant ignibus auctus.

Quos versus prima editio Lucretii, quae anno 1486. Veronae prodiit, ita exhibet cum eo, qui praecedit

Aut in aquam, si forte lacus subiratus (substratus) *averni*
His locus est cumasapude trisui per montis
Oppleti calidis, ubi fumant fontibus aucti.

Inter illa, quae de hoc lacu admiranda prodidit antiquitas etiam illud est, omnia in eo veluti in solido ferri, nihil mergi, supernatare omnia. Locos ex veteribus non adscribam, quod libro quarto illi inseri debeant, secundum ordinem a nobis constitutum. Senecam quoque de hoc lacu agere existimem, quum *l. II. quaest. natural.* scribit: *est in Syria stagnum, in quo natant lateres & mergi projecta non possunt, licet gravia sint.* Equidem subens crediderim, aliqua in hoc lacu non mergi, quae in Jordane aliisve aquis dulcibus, imo etiam aquis marinis, merguntur. Nec aliter fieri potest, quoniam salsissimas esse aquas hujus lacus modo notavimus, clarumque est, aquam, quo salsior est, spissiorem evadere, & difficiliorem corporibus mersuris transitum concedere, aut plane negare. p.
Quis ignorat, naves mercibus onustas, dum per mare tutae labuntur, 249.
in ipso portu, si illic, uti saepe contingit, aquae dulces sint, fuisse submersas? Sed omnia hic velut in solido ferri non crediderim. Nunc certe pervius est hic lacus navigiis: nec desunt, qui in illo nataverint, experti quidem majori vi se sursum ferri aut sustentari, quam in aliis aquis (quod aquarum salsedini tribuendum est) nequaquam vero ita ut credi debeat nihil hic mergi potuisse. Tauros hic fluitasse verum est, id est, glebas bituminis, quas tauros appellant, uti veteres ipsi tradunt. Verum, dicet aliquis, nunc ita sit, forsitan olim aliter fuit. Vix mihi persuadeam, quum ex Josepho constet, aliquos lacum hunc navibus trajecisse, de qua re mox plura *pag. 252.* quum ea, quae Josephus de hoc lacu memoriae prodidit, junctim proferemus. Addamus testimonium

monium geographi Arabis, Scherif Ibn Idris, qui vulgo Nubiensis audit, ex quo mare hoc navigabile esse liquet. يقع في بحيرة زغر وتسمى بحيرة سادوم عامور وهما كانتا مدن يقيم قوم لوط فغرقهما الله تعالى مكانهما بحيرة منتنة وسميت البحيرة المنتنة لان ما فيها شي له روح لا حوت ولا دابة ولا شي مما شانه ان يتكون في ساير المياه الراكدة والمتحركة وماوها حار كريه الرايحة وفيه سفن صغار يسافر بها في تلك الناحية وتحمل عليها العلات وطول هذه البحيرة ستون ميلا وعرضها اثنا عشر ميلا *Pervenit usque ad mare Zegor (i. e. Zoar) quod appellatur mare Sadum & Amur (Sodomae & Gomorrae) quod hae urbes fuerint gentis Loth, quas Deus submersit, & in earum locum successerit mare foetidum. Appellatur autem mare mortuum, quia nihil, in quo anima est, ibi invenitur, nec piscis, nec reptile, nec aliud quidpiam, quod in reliquis aquis generari solet. Aqua ejus est tetri odoris. Sunt autem in eo parvae naves, quibus iter fit per illas partes & commeatus defertur. Longitudo ejus est 60. milliarium, latitudo 12.* Milliaria haec fere conveniunt cum mille passibus Romanorum.

Insigne est inter alia de hoc lacu testimonium Aristotelis *lib. II.*
p. 250. *cap. 3. Meteorologicorum.* Ἐι δ' ἔςιν, ὥσπερ μυθολογοῦσί τινες, ἐν Παλαιςίνῃ τοιαύτη λίμνη, εἰς ἣν ἐάν τις ἐμβάλλῃ συνδήσας ἄνθρωπον ἢ ὑποζύγιον ἐπιπλεῖν καὶ δ' καταδύεσθαι κατὰ τὸ ὕδατος, μαρτύριον ἂν εἴη τοῖς εἰρημένοις· λέγεσι γὰρ πικρὰν ὅτως εἶναι τὴν λίμνην καὶ ἁλμυρὰν, ὥςε μηθένα ἰχθῦν ἐγγίνεσθαι. Τὰ δ' ἱμάτια ῥύπτειν, ἐάν τις διασείσῃ βρέξας. *Si autem, uti quidam narrant, in Palaestina ejusmodi lacus sit, in quem si quis hominem aut jumentum ligatum injecerit, supernatet nec mergatur, id ea, quae diximus, confirmabit. Ajunt enim adeo amarum & salsum esse illum lacum, ut nullus piscis ei insit, & vestimenta si quis madefacta concusserit, purgentur.* Narrat, quod ad ultima illustranda facit simile quidpiam Aristoteles de lacu Ascanio *in lib. de mirab. ausc.* Ἐν τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ ὅτω νιτρῶδές ἐςι τὸ ὕδωρ, ὥςε τὰ ἱμάτια ἀδενὸς ἑτέρᾳ ῥύμματος προσδεῖσθαι. *Aqua lacus Ascanii ita nitrosa est, ut nulla alia purgatione vestibus (in hanc intinctis) sit opus.* Vide & problem. 40. Section. 23. & Suidam ad vocem Ἀπολυμαίνεσθαι. Φύσει τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης καθαρτικόν. *Aqua marina natura apta est purgare.* Examinavit ista verba Aristotelis singulari libello Patavii edito, anno 1641. Matthaeus Ferchius, Veglensis, in universitate Patavia Theologus Publicus, & titulum ei dedit *de fabulis Palaestini stagni.* Disquirit in eo potissimum de sensu vocis μυθολογοῦσι, & an Aristoteles narrationem hanc de lacu Asphaltite pro ficta habuerit. Nactus ille est eruditum adversarium contendentem voces μύθος & μυθολογεῖν de sermonibus etiam veris usurpari. Varios locos adduxerat, inter quos Isocratis ad Demonicum, ubi Jupiter Herculem genuisse dicitur ὡς οἱ μῦθοι λέγουσιν καὶ πάντες πιςεύουσιν, *ut fabulae praedunt & omnes credunt.* Et Homeri *Odyss.* Ξ. Ψεύδοντ' ἀδ' ἐθέλοισιν ἀλήθεα μυθή-

σασθαι, id est, *mentiuntur nec vera loqui volunt.* Quo sensu etiam *fabulae* nomen & *fabulandi* apud Latinos in usu est. Defendit autem se Patavinus Theologus hoc modo, ut non ex aliis scriptoribus, sed ipso Aristotele explicandum esse sensum verborum Aristotelis existimet. Negat autem, uspiam apud Aristotelem nomen μύθος & μυθολογεῖν usurpari de narrationibus aut historiis veris, & laudatis viginti locis ex Aristotele, in quibus alterutra vox legitur, perspicuum esse putat semper p.
res fictas eo nomine significari, & verbum *fabulari* μυθολογεῖν apud Ari- 251.
stotelem idem esse, quod *falsa loqui.* Sed audiamus ipsum in anacephalaeosi libelli, quod rarior sit: *Primo igitur ostendimus, ab Aristotele fabulae conjugationem assumi pro narratione falsa & ficta; atque ut Aristotelice Aristotelem exponeremus, textus supra viginti ex variis locis conglomeravimus. Deinde Aristotelem in loco II. meteoror. cap. 3. docuimus, credidisse stagni Palaestini qualitates inter fabulosas, id est, falsas & fictas collocari oportere.* Me tamen, ut verum fatear, licet totum libellum perlegerim, in suam sententiam non pertraxit Ferchius. Non nego, Aristotelem & alios saepe voces μῦθος & μυθολογεῖν usurpare de rebus falsis, semper autem hanc vim illis vocibus subesse etiam in scriptis Aristotelis, hoc nego. Ipse locus, de quo disputatur, videtur pro me facere. Scribit enim ἐι ἔςιν, *si sit*, in Palaestina istiusmodi lacus, ὥσπερ μυθολογοῦσι τινες. Verte jam haec uti Ferchius vult, *quemadmodum falso quidam loquuntur*, quis sensus erit? Si falso tradunt esse lacum, quomodo dicit Philosophus, *si sit, confirmat sententiam meam.* Nec enim erat in rerum natura, si falso esse narratur. Ad illustrationem harum rerum haec quoque Aristotelis in lib. Politicorum faciunt, ubi de Sardanapalo scribit, ἐι ἀληθῆ μυθολογοῦντες λέγουσιν. Quid audio? μυθολογοῦντες vera dicunt? Atqui secundum Ferchium μυθολογεῖν idem est, quod *falsa loqui.* Verteret itaque haec, *si vera dicunt, qui falsa loquuntur.* Nemo non videt, quam hoc sit ἄτοπον. Dicamus potius μυθολογεῖν esse *narrare*, & aeque illud de veris, quam falsis usurpari posse. De falsis nemo dubitat: de veris constat ex Aristotele & verbis Homeri mox laudatis. Confer & Josephum *lib. V. de bell. cap. 4.* ubi memorat μυθευομένα de hoc ipso lacu.

Ad situm quod attinet hujus lacus, totum littus ejus occidentale pertinebat ad portionem tribus Judae, & quidem solam: nulla pars Jordanis ad tribum Judae pertinebat (quo magis mirum est, quosdam dicere Issascar adsitam esse Judae per Jordanem, qua de re vide, quae notavimus supra *cap. VI.*) quod apparet ex descriptione limitum tribus Judae & Benjaminis. Limes australis tribus Judae incepit *a lingua maris salsi* (erat autem ea duplex, haec australis, altera borealis, cujus mentio fit eodem capite, *commate 5.*) *quae respiciebat austrum*, מקצה p.
ים המלח מן הלשון הפנה נגבה uti legitur *Jos. 15. 2.* Limes bo- 252.
realis ejusdem tribus initium sumebat a lingua maris salsi, ab extremo Jordanis, ubi Jordanes in mare mortuum illabitur. Et limes orientalis hujus tribus dicitur esse mare salsum, usque ad extremum Jordanis, *ibid.*

Praeterea limes auſtralis tribus Benjamin, qui ab occidente verſus orientem ducitur, incipit a Kirjathjearim & deſinit in linguam maris ſalſi verſus boream, ſive in extremum Jordanis verſus auſtrum, uti legitur *Joſ. 18. 19.*

Deſcripſerunt hunc lacum inter veteres plurimi: vixque ullus eſt Geographorum, qui non aliquid de illo narret. Libro quarto, quo excerpta ex monumentis veteribus ad Palaeſtinae deſcriptionem facientia complectemur, ea legi poſſunt. Hoc capite, quae Joſephus, Africanus, & Pauſanias, αὐτόπται de hoc lacu notarunt, adſcribemus: quibuſcum conferri poſſunt, quae ex Diodoro Siculo deſcripſimus ſupra *cap. XVII.*

Joſephus diverſis locis hujus lacus meminit. Dicitur ei Ἀσφαλτῖτις λίμνη, ſita eo loco, ubi olim κοιλὰς, vallis, in qua urbs Sodoma, *Ant. I. 10.* Ita tamen, ut Sodoma non fuerit in ipſo lacu merſa, ſibi enim ipſe contradiceret, tradens Σοδομῖτιν eſſe vicinam lacui aſphaltiti, non ſub ipſo merſam *lib. V. de bello cap. 5.*. Hunc lacum tranſmiſerunt Moabitae, Ammanitae & Arabes bellum Joſaphato inferentes, *Ant. IX. 1.* ibi utitur vocibus διαβάντες λίμνην. Quod non puto aliter Latine reddendum, quam *tranſeuntes lacum. Tranſire* enim διαβαίνειν *dicimus Graeci*, ut verbis utar Ammiani Marcellini. *Transgredi* alii dicerent: vide Gellii noctes Atticas, *lib. X. c. 26.* Atque ita idem Joſephus *Antiq. XI. 8.* ſcripſerat διαβὰς Ἑλλήσπόντον, quod indicat tranſmiſſum navibus factum. Praterea libro V. de *bell. cap. 3.* legitur Romanos impoſuiſſe milites ſcaphis, ut comprehenderent τὰς εἰς τὴν λίμνην καταφυγόντας, *qui in lacum confugerant.* Cur ergo aliis ſcriptoribus fidem haberemus, quibus hic lacus non adeo notus eſſe potuit, ac Joſepho, narrantibus impervium navibus eſſe lacum, & omnia illic ac in ſolido ferri. Quod ſi vento non impellitur
p. aqua hujus lacus, uti Tacitus ſcribit, non velorum, ſed remorum ope
253. hunc lacum tranſire debuerunt. Porro Joſephus lacum hunc terminum facit Cananaeae ad auſtrum, uti illa a Joſua fuit definita *Ant. IX.* traditque, abeſſe ab Hieroſolymarum finibus trecenta ſtadia *Antiquit. XV. 9.* montem nudum ac ſterilem, ab agro Scythopolitano uſque ad terram Sodomitarum, & fines lacus Aſphaltitis protendi *lib. V. de bell. cap. 4.* lacum eſſe ſalſum ac ſterilem, ἄγονον, homines vivos in eum injectos ſupernataſſe, & graviſſima etiam corpora in eo fluitare (adeoque & cadavera fluitarunt, quibus repletum lacum Aſphaltitem ſcripſerat *cap. 31.* niſi forte ſola viventia natare crediderit, quod de hoc lacu Diodorus Siculus ſcribit *lib. XIX. 108.*) ter interdiu colorem ejus mutari, vomere nigras bituminis glebas ſimiles tauris ſine capitibus, *ibidem.* Longum eſſe 580. ſtadia uſque ad Zoara Arabiae, latum ſtadia 150. eique vicinam eſſe terram Sodomiticam exuſtam miſſis coelo fulminibus, in qua reliquias divini ignis & imagines, σκιὰς, quinque urbium videre eſt (nota non in lacu ſubverſas illas credidiſſe urbes, ſed circa illum) *l. V. de bell. 5.*

Deni-

Denique in *lib. I. c.* Apionem dicit eſſe longiſſimum ac latiſſimum ſtagnum, quod in Syria eſt.

Julius Africanus de lacu Aſphaltite haec habet. Συνέβαλον παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλικὴν, ἣ καλεῖται νῦν θάλατται νεκρά. Ἐν ταύτῃ πλεῖστα τῶν θαυμασίων τεθέαμαι. Ζώων τε γὰρ ἐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει, καὶ νεκροὶ μὲν ὑποβρύχιοι φέρονται, ζῶντες δὲ ἐδ' ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιντο· λύχνοι μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύεσιν· ἐνταῦθα δὲ εἰσὶν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί· φέρει δὲ συπτηρίαν καὶ ἄλα ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέρονταν· πικρά τε γὰρ ἐστὶ καὶ διαυγῆ· ἔνθα δ' ἂν καρπὸς εὑρεθῇ κάπνε πλεὸν εὑρίσκεται θολερωτάτε. Τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τὰς χρωμένας αὐτῷ, λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχων τὰ ἐναντία. Ἐι δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε τὸν ποταμὸν τροφὴν, ὡς πορφύραν διατρέφοντα καὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔληξεν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται· ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ πάμπολυ τὸ βαλσάμε φυτόν. *Manus conſeruerunt ad mare ſalſum, nunc mare mortuum appellatum. In iſto mari multa admiranda conſpexi. Nullum animal nutrit illa aqua, & mortua quidem in ea cito merguntur, viva ſupernatant nec fundum facile petunt. Faces ardentes in ea ſurſum feruntur, exſtinctae merguntur. In eadem bituminis fontes ſunt. Producit alumen & ſalem paulum ab aliis diſcrepantem, quod amarus ſit & pellucidus. Ubicunque circa eam fructus* p.
naſcitur, turbido tantum fumo turget. Aqua haec ſalubris eſt utentibus & mo- 254.
re cuilibet aquae contrario exſiccatur, & niſi Jordanem haberet ad inſtar conchae continuum humorem ſubminiſtrantem ac velut exſiccationis periculo obſiſtentem, citius, quam videatur, defeciſſet. Circumquaque magna balſami copia eſt.

Pauſaniam denique hunc lacum deſcribentem audiamus, qui ipſe ſe eum vidiſſe teſtatur *lib. V. cap. 7.* Ἐν δὲ τῇ γῇ ποταμῶν τινα Ἑβραίων καὶ αὐτὸς οἶδα Ἰόρδανον λίμνην Τιβεριάδα ὀνομαζομένην διοδεύοντα, ἐς δὲ τὴν λίμνην ἑτέραν καλαμένην θάλασσαν νεκρὰν, ἐς ταύτην ἐσιόντα, καὶ ὑπὸ τῆς λίμνης αὐτὸν ἀναλαμένον. Ἡ δὲ θάλασσα ἡ νεκρὰ πάσχει παντὶ ὕδατι ἄλλω τὰ ἐναντία· ἐν ᾗ γε τὰ μὲν ζῶντα πέφυκεν ἀνηχόμενα ἐποχεῖσθαι· τὰ δὲ θνήσκοντα ἐς βυθὸν χωρεῖν. Ταύτῃ ἄκαρπος καὶ ἰχθύων ἡ λίμνη· ἅτε ἀπὸ τε φανερωτάτε κινδύνε ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἀναφεύγεσιν ὀπίσω τὸ οἰκεῖον. *In terra Hebraeorum ipſe vidi flumen Jordanem, qui lacum Tiberidem permeat, & poſtea in alterum lacum, mare mortuum dictum, exiens, illic evaneſcit. Mare autem mortuum patitur omnia aliis aquis contraria. Illic enim viventia, licet nihil ſe moveant, ſupernatant, inanimata vero ſubſidunt. Nec piſces ille lacus producit, piſcibus ſe ſubducentibus manifeſto periculo & ad loca convenientia tendentibus.*

Vulgo creditur lacum Aſphaltiten natum eſſe eo tempore, quo Sodoma, Gomorra, Adama, & Zeboim a Deo ſubverſae ſunt, ita ut aquis illius lacus tectae & merſae fuerint. Verum non videtur ea opinio firmis rationibus niti. Scio huc referri *Gen. 14. 3.* ubi de regibus Sodomae, Gomorrae, Adamae, Zeboim & Zoar ſcribitur, כל אלה חברו אל עמק השדים הוא ים המלח *Hi omnes congregati ſunt in valle Siddim, quae eſt mare ſalſum:* ſed hic nihil dicitur, niſi vallem Siddim, uti olim appellabatur, poſtea mare ſalſum fuiſſe, quod non nego: potuit enim illa

 vallis

vallis aquis illius maris inundata fuisse, aut exuberante fluvio Jordane, aut aquis subterraneis aliisve, de quibus, quia incertum est, quomodo & quando contigerit, nihil addere necesse est. Non dicit sacer scriptor urbes illas quinque, Sodomam & reliquas, sitas fuisse in valle Siddim. Imo contrarium ex eo potest colligi, quod reges illarum quinque urbium exercitu coacto se contulerint אל עמק השדים *versus vallem Siddim.* Quod si quis illa *in valle* reddere velit, res eodem redibit. Erit enim vallis Siddim diversa ab illa regione, in qua urbes eorum quinque erant sitae. Verbi causa, quis dicat? cives Amstelodami, Harlemi, & Lugduni obviam ivere hostibus & congregati sunt in Hollandia, quum illae urbes Hollandicae sint: verum ita dici potest apte, cives illarum urbium congregati sunt in eo loco, ubi nunc est lacus Harlemensis, & inde colligere licet, lacum Harlemensem diversum esse a loco, in quo urbes illae sitae sunt.

p. 255.

Praeterea in toto sacro Codice nulla plane mentio submersionis harum urbium, nec eo loco, ubi narratur ipsa historia, nec ubi digitus ad eam a Prophetis intenditur. *Gen. 19. 24.* dicitur Deus pluisse super eam sulphur & ignem & vertisse (יהפך) urbes & planitiem ככר (nota hoc: ita quoque *Gen. 13. 3.* non עמק, non vallem Siddim) & incolas urbium & proventum terrae: & commate 28. Abraham vidit eam regionem fumantem instar furni. Nihil hic de eluvie, nihil de inundatione: sed contraria omnia, *sulphur, ignis, fumus, subversio.*

Sed inprimis illustris est locus *Deut. 29. 22.* ubi non tantum *subvertit* legitur de excidio harum urbium, nequaquam *texit aquis:* sed גפרית ומלח שרפה כל ארצה לא תזרע ולא תצמיח ולא יעלה בה כל עשב *Sulphure & sale combusta terra ejus, non seretur nec pullulabit aut surget in ea ulla herba*, & sequitur כמהפכת סדם ועמרה אדמה וצבויים אשר הפך יהוה באפו ובחרונו *sicuti subversio Sodomae, Gomorrae, Adamae & Zeboim, quas subvertit Deus in ira & furore suo.* Viden? Conversae fuere urbes, & terra ipsa sulphure & sale multo combusta non producet ullas herbas, eodem modo uti terra Sodomitica. Si haec aquis obruta fuisset, non dixisset, puto, scriptor, herba non surget in ea, nec pullulabit; nec causam addidisset, quod sulphure & sale inepta fuisset reddita. Quid enim planius, quam terram aquis immersam herbas non producere? Ita legitur *Zephan. 2. 9: Moab erit ut Sodoma, & filii Ammon ut Gomorrha, siccitas spinarum & acervi salis & desertum usque in aeternum.* Quid clarius? Si Sodoma aquis immersa est, quando Moabitis similis facta est Sodomae, & quando haec Prophetia impleta est? At nihil de aquis. Sed contra, *siccitas* ממשק חרון &c. Addamus illa, quae leguntur *Amos. 4. 11.* הפכתי בכם כמהפכת אלהים את סדם ואת עמרה ותהיו כאוד מצל משרפה *subverti e vobis, sicuti subvertit Deus Sodomam & Gomorram, eritisque uti titio raptus ex incendio.* Quid? urbes aquis obrutae suntne titioni similes?

p. 256.

Sed quia hic loquendi modus alio quoque referri potest, videamus *Jer. 49. 18. Sicuti subversio Sodomae & Gomorrae ac vicinorum ejus, ait Deus. Non habitabit ibi quisquam neque commorabitur in ea filius hominis:* & *cap. 50. 38. Siccitas occupabit aquas ejus, ita ut arefiant . . . Ferae & ululae in ea morabuntur, non considebit in aeternum nec habitabit ibi quisquam. Similis erit subversio, qua Deus subvertit Sodomam & Gomorram, nullus ibi habitabit, nec commemorabitur in ea filius hominis.* Illic tantum abest, ut agatur de novis aquis enatis, ut eae ipsae, quae erant, exsiccandae esse dicantur.

In novo Instrumento quoque nulla inundationis memoria est, sed contrarium. *2. Petr. 2. 6.* πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας τεφρώσας καταστροφῇ κατέκρινεν. Epistola Judae *commate 7.* Σόδομα καὶ Γόμοῤῥα πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι, non aquis tectae, quibus nihil igni est inimicius, sed ignis aeterni poenam sustinentes: & Christus ipse *Luc. 17.* ἡ δὲ ἡμέρα ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας. Hinc est illud exustum solum, & in littore occidentali lacus incendii vestigia, quorum profani scriptores meminerunt.

Possent ad sententiae nostrae confirmationem adduci verba Galeni mox exhibita, qui salem Sodomiticum nuncupatum scribit non a Sodoma in lacu mersa, sed montibus adjacentibus, & Josephi qui *lib. V. de bello, cap. 5.* Σοδομῖτιν vicinam tradit esse lacui Asphaltiti & totam exustam, & in ea πέντε πόλεων σκιὰς conspici posse adhuc suo tempore, & fructus cinereos producere. Posset produci in medium Basilius citatus Anastasio Sinaitae *in quaestionibus pag. 206.* cujus haec verba sunt, Σοδομιτῶν γένος ἀπώλετο πλεονάσαν εἰς ἄκραν κακίας· καὶ τὸ Αἰγύπτιον φῦλον καὶ τὸ Χαναναῖον ἔθνος; τὸ μὲν πυρποληθέν, τὸ δὲ καταποντισθέν, τὸ δὲ εἰς ἀναίρεσιν τῶν πολεμίων ἐκδοθέν. *Sodomitarum gens, quum malitia eorum summum apicem attigisset deleta est, atque ita & Aegyptiorum & Chananaeorum; illa quidem igne exusta, altera aquis obruta, tertia in bello hostibus tradita.* Sed iis illustrandis & in clara luce collocandis non immorabimur ad alia pergentes. Pauca tantum notabimus ad ea, quae nobis opponi possunt. Dicunt, ruinas urbium & columnas plurimas in lacu asphaltite fuisse conspectas, quod Maundrellus refert in itinerario sibi a viris fide dignis narratum fuisse. Etiam Herbelotus, ad vocem *Daoura, in Bibliotheca Orientali*, scribit, *une des cinq villes brulés dans la pentapole des Sodomites dont on voit encore les ruines sur le lac asphaltite.* Verum dubito, an urbes, quae id temporis disturbatae atque perversae plane sunt, & salsissimis aquis tam diu tectae, reliquias adeo insignes oculis nunc possint exponere. Sed mittamus illud. Existimem, istas columnas & rudera, quum ipsi illi testentur, ea littori vicina esse, e quo conspici possunt, & se ad illa accessisse, fuisse alterius aedificii rudera ad littus olim hujus lacus exstructi, quod postea ab aquis ejus absorptum est. Nihil est, quod nos cogat, illa habere pro reliquiis Sodomorum. Porro hoc mihi potest opponi, saepenumero in locum urbium terrae motu eversarum lacum succedere, adeoque & probabile esse

p. 257.

esse, id hic contigisse. Ego autem non esse heic notandum duco, quid in ordinaria urbium eversione contingere soleat, quum prodigiosa plane & divina fuerit haec subversio. Non erat certe necessarium, ut in locum urbium lacus succederet. Praeterea terra adjacens, non autem lacus ipse, signa habet urbium sulphure eversarum. Denique, quum in locum urbium terrae motu eversarum lacus succedit, saepe id contigit illic, ubi nullum flumen adest: quod si hic quoque nullum flumen adesset, major esset suspicio, natum esse hunc lacum, postquam quinque istae urbes essent eversae. Sed hic origo lacus ipsius ex aquis Jordanis derivari potest, quae delabentes continuo alicubi colligi debuere, quod olim ante natum hunc lacum videtur infra terrae superficiem factum fuisse, ita ut in amplissimas voragines aut ipsum Oceanum descende-
p. rint. Post, incertum, qua ratione, arctiores videntur facti fuisse illi
258. meatus, sic, ut aquae Jordanis, quum non ita copiose defluere possent, partem terrae inundaverint, atque ita lacum hunc effecerint, cujus aquae & ipsae per meatus aliquos se exonerant, quum aquis Jordanis non augeantur.

CAPUT XXXIX.

DE LACU TIBERIADIS.

Nomen antiquissimum hujus lacus mare Kinnereth. An a forma κιννύρας vel urbe ortum ducat. Alterum nomen, lacus Gennesar, unde petitum. Tertium & quartum, mare Galilaeae & Tiberiadis. Λίμνη Τιβεριὰς *etiam dicitur &* Τιβερὶς, *aeque ac* Τιβεριάδος. *Situs hujus lacus, magnitudo, & natura. Piscitus ratio in hoc lacu. Decem constitutiones Josuae recensitae.*

OLim quidem lacus Tiberiadis ים כנרת *Mare Kinnereth*, vel כנרות *Kinneroth* appellatus fuit. Vide *Num. 34. 11.* & *Jos. 12. 3.* Quod nomen alii quidem ducunt a forma τῆς κιννύρας, כנור, instrumenti musici, a quo non multum recedit, dictum autumant: nam formam habere ovi recentiores confirmant, & colligi potest ex Josepho, partem australem hujus lacus non fuisse adeo latam, ac pars borealis aut media fuit, quum Hippos a Tiberiade non abfuerit per 40. stadia, quam Josephus scribit, esse hujus lacus latitudinem: ego ab urbe כנרת *Kinnereth*, quae data legitur tribui Naphtali & in littore hujus lacus videtur esse quaerenda. Nec tamen putem, licet idem lacus postea nomen Tiberiadis tulerit, eandem fuisse Kinnereth cum Tiberiade. Rationes, quae me cogunt ab illa sententia recedere, exposui supra *capite XXVIII.*

Postea

Postea dictus est lacus Gennesar, ὕδωρ Γεννησάρ, *1. Macc. II. 67.* Josephus appellat Γεννησαρὰ ὕδατα, *libro XIII. Antiquitatum, cap. 19.* & Γεννησαρῖτιν λίμνην *Antiq. lib. XVIII. cap. 3.* & Γεννησὰρ λίμνην, *lib. II. de bell. cap. 25.* & *l. III. 17.* Hoc nomen alii quidem ex כנרת *Kinnereth* natum pu- p.
tant, ego ducere malim a regione Γεννησὰρ ei adsita & protensa in lon- 259.
gitudinem juxta littus lacus illius stadia 30, lata 20, quae optima gaudet coeli temperie, uti Josephus scribit *lib. III. de bello cap. 18.* Confer, quae nos supra notavimus de regione Gennesar, *capite XXXII.* in fine.

Nuncupatur & mare Galilaeae, quam alluit ab ortu *Matth. 4. 18.* & mare Tiberiadis de nomine urbis clarissimae ei adsitae, *Joh. 6. 1.* & alibi. Ita in Midrasch Coheleth *fol. 102. col. 1.* ים של טבריא, *mare Tiberiadis.* Sed & λίμνη Τιβεριὰς nonnunquam appellatur. Eusebius in Onomastico, *ad vocem* Σαρών· ἡ ἀπὸ τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ τὴν Τιβεριάδα λίμνην χώρα. *Regio inter montem Thabor & lacum Tiberiadem.* Cyrillus, *in Jesaiam lib. 1. Orat. V. pag. 149.* Φασὶ γάρ πω καὶ ὄρια Ζαβελὼν καὶ Νεφθαλεὶμ τῇ Τιβεριάδι παρακεῖσθαι λίμνῃ. *Ferunt enim fines Zabulon & Nephtali lacui Tiberiadi adjacere.* Et mox: Ἰσέον δὲ ὅτι τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας τὴν Τιβεριάδα λίμνην τὸ γράμμα φησὶ τὸ ἱερόν. *Sciendum autem mare Galilaeae dici lacum Tiberiadem in Sacro Codice, & pag. 150.* Βηθσαϊδὰ . . . παρέκειτο τῇ θαλασσῃ τῇ Τιβεριάδι. *Bethsaida adjacet mari Tiberiadi.* Non tamen semper hoc nomine Cyrillus utitur. In *Commentario* enim *ad Jonam pag. 377.* legitur τὴν Τιβεριάδος θάλασσαν, *mare Tiberiadis.* Pausanias hunc lacum appellat λίμνην Τιβερίδα. Verba ejus adduximus supra *pag. 254.*

Lacum hunc in portione tribus Naphtali fuisse scribunt Talmudici in *Gemara Bava Kama fol. 81. 2.* תנו רבנן ימה של טבריה בחלקו של נפתלי היתה *Tradiderunt doctores nostri, mare Tiberiadis in parte tribus Naphtali fuisse.* Verum, ne credamus, omne littus occidentale (nam de orientali dubium non est, quin contigerit regionem tribuum trans Jordanicarum) hujus lacus ad tribum Naphtali pertinuisse, facit urbs Capernaum, quae littori hujus lacus adsita in confiniis fuit tribuum Zabulon & Naphtali, uti traditur *Matth. 4. 13.* nisi quis credat, Capernaum ad littus hujus lacus Jordani proximum sitam fuisse: sed de situ urbis Capernaum plura notata legentur *libro tertio.* Quod attinet ad formam & magnitudinem hujus lacus, Josephus, quo nemo melius ea scire potuit, testatur, longum esse centum (Hegesippus legit 140) stadia, la- p.
tum 40. *lib. III. de bell. Jud. cap. 18.* Aquas etiam hujus lacus a frigore 260.
commendat *lib. III. de bello cap. 18.* ita ut noctu aëri expositae, quod accolae facere noctibus aestivis (potus causa) consueverunt, parum absint a frigore nivium, τὸ μὲν ὕδωρ κὰκ ἀποδεῖ χιόνος ἐξαιθριασθὲν, ὅπερ θέρους νυκτὸς ποιεῖν ἔθος τοῖς ἐπιχωρίοις. Horum verborum sensum assecutus non est interpres Latinus, aut certe corrupta est ejus versio a librariis, qui ita haec vertit, *aestivis noctibus ejus aquae sub divo perflatae*

nequa-

nequaquam aestibus cedunt, id enim facere indigenis moris est. Nihil hic de nivibus: adeoque scribendum fuerat, *nequaquam nivibus cedunt.* Geographus Arabs, Scherif Ibn Idris, vulgo Nubiensis dictus, contra omnium aliorum testimonia eandem latitudinem & longitudinem huic lacui tribuit طولها اثنا عشر ميلا في عرض مثلها *Longitudo ejus patet 12. milliaria & totidem latitudo.* Idem Josephus loco citato *lib. III. de bell. cap. 18.* & *lib. V. cap. 4.* varia notat de hoc lacu, medium illum secari a Jordane, aquam habere dulcem ac potabilem, & quum lacus Asphaltites ἄγονος sit ac sterilis nullos alens pisces, hunc contra γόνιμον esse & foecundum.

Pisces capi consuevisse in lacu Tiberiadis discimus etiam ex *Matth. 4. 18.* Tradunt autem Judaei de modo piscandi in illo lacu, legem tulisse Josuam, quae una est ex decem constitutionibus Josuae, quae dignae relatu sunt, quod ad regionis Palaestinae formam & faciem omnes spectent, & his verbis commemorantur in Gemara Babylonica *Bava Kama, fol. 80. fac. 2.* תר׳ עשרה תנאין התנה יהושע שיהו מרעין בחורשין ומלקשין עצים בשדותיהם ומלקטים עשבים בכל מקום חוץ מתלתן וקוממים נטיעות בכל מקום חוץ מגרפיות של זית ומעין היוצ׳ בתחילה בני העיר מסתפקי׳ ממנו ומחכין בימה של טבריה ובלבד שלא יפרוס קלע ויעמיד את הספינה ונפנין לאחורי הגדר ואפילו בשדה מליאה כרכים ומהלכים בשבילי הרשות עד שתרד רביעה שנייה ומסתלקין לצידי הדרכים מפני יתדות הדרכים והתועה בין הכרמים פפסיג ועול מפסיג ויורד ומת מצוה קונה מקומו *Tradunt Doctores nostri decem res sanci-* p. 261. *tas esse a Josua.*

1. *Licere pascere gregem in sylvis*, ubique, non habita ratione tribuum, sic ut Naphtalitae in sylvis tribus Judae pascere gregem potuerint.
2. *Liberum esse colligere ligna in agris, & herbas ubique excepto foeno Graeco.*
3. *Licere ramos incidere arborum omni in loco (surculi inserendi causa) exceptis ramis olearum.*
4. *Aquas fontis recens exorti civibus urbis proximae in usum cedere.*
5. *Hamo piscari licere in mari Tiberiadis, nequaquam vero istiusmodi instrumentis, quae navigiorum cursum impedire possent.*
6. *Licere alvi dejiciendae causa per sepem in agros etiam croco consitos tendere* (ex via publica, ne in conspectu hominum id fiat.)
7. *Licere per agros compendii causa iter facere usque ad delapsum pluviae secundae.*
8. *Licere ad latus viarum ire, si viae ipsae asperae sint & incessui minus aptae.*

9. Licere

9. *Licere homini inter vineas erranti viam sibi facere per vites, vel sursum vel deorsum vites ipsas frangendo.*
10. *Mortuum praecepti (id est, cadaver inhumatum repertum in via, quod sepeliri Deus jussit) etiam illo in loco, ubi invenitur, sepeliri posse.*

CAPUT XL.

DE LACU SAMOCHONITE.

Nomen antiquissimum hujus lacus מי מרום. *Conjecturae de significatione nominis Samochonitis.* סמק *idem quod* אדם. *Aquae ejus coenosae. Differentiae inter aquas lacus Tiberiadis & hujus.* p. 262. *Magnitudo & situs hujus lacus. Josephi emendatio tentata.* Δάφνη *Antiochena. Fons Daphnis. Descriptio lacus Syriaci ex Plinio.*

OLim quidem hunc lacum nuncupatum fuisse מי מרום *aquae superiores* videtur colligi posse ex *Josuae cap. XI. 5. & 7.* ubi Josua Jabini, regis Chatzor, exercitum fudisse legitur ad מי מרום & fugientes insecutus Sidonem usque & vallem Mizpe, quae loca in finibus terrae Israëliticae septentrionalibus sita fuisse notatum supra est *capite XXV.* Cum his confer Josephum *Antiquitatum libro V. capite 6.* Ὑπὸ Ἰαβίνε τȣ̃ τῶν Χαναναίων βασιλέως ὁρμώμενος, ἄυτη δ' ὑπέρκειται τῆς Σαμοχωνίτιδος λίμνης, ςρατȣ̃ μὲν ὁπλιτῶν τριάκοντα ἔτρεφε μυριάδας. *Imperio Jabini regis Cananaeorum subjecti sunt. Hic ex urbe Asoro prorumpens (illa autem sita est supra lacum Samochoniten) triginta alebat militum myriadas.* Historia, quam illic narrat Josephus, extat in libro *Judicum, capite 4.* ubi Jabin dicitur regnasse in Chatzor. Non est dubium, quin eadem illa Chatzor fuerit, quae Josuae *cap. XI.* memoratur vicina aquis superioribus, quas lacum Samochoniten Josephus nuncupat.

Postea dictus est lacus Samochonites, Σαμοχωνῖτις λίμνη, apud Josephum, *loco citato*, & Σεμεχωνῖτις *lib. V. de bello Judaico, capite 6. & lib. III. cap. 18.* Hoc nomen a piscibus quidam ducunt. سمك *Samac* piscis est, سموكن *Somochon*, pisces. Alii a سمك *Samaca*, altus fuit, ut ita nomen Samochonites idem sit cum מי מרום. Posset etiam huc referri, quod מי סומקין *aquae rubrae* dicantur Judaeis. סמק Chaldaeis est quod אדם Hebraeis. Notum est אדמה terram hinc nomen tulisse: adeoque videtur etiam lacus lutosus & particulis terrestribus turbidus inde dici posse. Certe lacus hic coenosus fuit, & aquae ejus potui minus aptae, nisi ea parte, qua Jordanes eam medius secat. Josephi verba *lib. III. de bello, cap 18.* id credere suadent, quae haec sunt: ἀρχόμενος δὲ φανερȣ̃ ῥεύματος ὁ Ἰορδάνης ἀπὸ τȣ̃δε τȣ̃ ἄντρȣ κόπτει μὲν τὰ τῆς Σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη τε καὶ τέλματα. *Jordanes conspicuo (quam ante*

ante ſub terra a lacu Phiala usque ad antrum Panium eum labi ſcripſe-
p. rat) *curſu fluens ab illo antro ſecat quidem lacus Samochonitidis paluſtria &*
263. *coenoſa.* Ἕλη *paludes* reddunt gloſſae veteres. Τέλματα ſunt τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος teſte Suida. Utrumque ἕλη καὶ τέλματα, uti a Joſepho, ita a Dionyſio Halicarnaſſenſi, jungitur, ubi de Tiberi agit *lib. III. pag. 183.* Quum vero paulo ante Joſephus aquas lacus Tiberiadis deſcripſiſſet, dulces illas ac potabiles, addit, καὶ γὰρ τῆς ἑλώδους παχύτητος ἔχει τὸ ὕαμα λεπτότερον, καθαρά τε ἐστὶ πάντοθεν αἰγιαλοῖς ἐπιλήγουσα καὶ ψάμμῳ, *paludoſa enim craſſitie tenuiores habet latices, & pura ejus aqua eſt deſinens undique in litora ac arenas.* Hac nimirum ratione etiam a lacu Samochonite diſtinguitur, cujus aquae craſſiores, impurae, nec arenas in litore habentes.

Joſephus aliquoties hujus lacus meminit. Jordanem eum ſecare medium & emenſum 120. ſtadia alia (ἑτέρους ςαδίους, quod videtur reſpicere ad ſpatium 120. ſtadiorum, quod a Phiala Caeſaream Philippi Jordanes ſub terra perlabitur) poſtquam Juliada urbem praeterfluxit, in lacum Tiberiadis influere ſcribit *lib. III. de bell. cap. 18.* Longus erat hic lacus ſtadia 60, latus 30, & ad illum ſita eſt Seleucia, uti tradit idem *lib. IV. de bell. cap. 1.* Paluſtria (ἕλη) hujus lacus ſe extendunt usque ad χώριον Δάφνης quae regio fontes habet Jordanem alentes teſte eodem *lib. IV. de bell. cap. 1.* Vide, an non debeat legi χώριον Δάνης pro Δάφνης: nam ad regionem urbis Dan ſe hic lacus extendit, & regio urbis Dan fontem habet Jordanis, a quo primum conſpicuus labi incipit. Certe de Daphne Antiochena, longe hinc remota, cujus plus ſemel meminit Joſephus, uti *Antiquit. XIV. 23. & 27. XVII. 2. de bell. 1. 10.* ne cogitari quidem hic oportet. Nec etiam puto, χώριον Δάφνης aliquid commune habere cum *fonte Daphni*, cujus interpres vulgatus meminit *Num. 34. 11. Et de Sephama deſcendent termini in Reblatha contra fontem Daphnim: inde pervenient contra orientem ad mare Cinnereth.* In Hebraeo nulla mentio *Daphnis*, ſed עין *fontis* tantum: Chaldaeus tamen etiam τῆς דפני *Daphnes* meminit. Videtur autem hic fons propior fuiſſe lacui Tiberiadis, quam χώριον Δάφνης a Joſepho commemoratum.

p. Dubitari poſſet, an non Plinius hunc lacum deſcribat (certe inter-
264. vallum, quo eum a mari removet, non multum a vero abeſt, licet alia ſatis ſciam non convenire: ſed non ubique verum aſſecutus eſt Plinius) *lib. XII. 22. Calamus odoratus in Arabia naſcens communis Indis atque Syriae eſt: in qua vincit omnes a noſtro mari centum* L. *ſtadiis, inter Libanum montem aliumve ignobilem, non (ut quidam exiſtimavere) Antilibanum, in convalle modica juxta lacum, cujus paluſtria aetate ſiccantur, tricenis ab eo ſtadiis calamus & juncus odorati gignuntur.* Idem *lib. XIII. 11.* papyrum quoque hic naſci tradit. *Naſcitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. Neque aliis uſus eſt, quam inde funibus rex Antigonus in navalibus rebus, nondum ſparto communicato.* Idem *lib. XXI. 18. ob id & odorati junci medi-*

medicinae dicentur, quoniam & in Syria coele (ut ſuo loco retulimus) naſcitur: Hodie calamum odoratum in lacu Caeſareae maritimae proximo Palaeſtina quoque etiam profert.

CAPUT XLI.

DE LACU PHIALA.

Phiala verus fons Jordanis. Quando id demum innotuerit. Ἄχυρα, *quid. Fons Nili etiam* Phiala *dictus. Lavacra etiam* Φιάλαι *nuncupata. Regio* Suite *patria Bildadi circa Phialam quaeſita.*

NOn longe a lacu Samochonite eſt lacus Phiala, verus fons Jordanis, qui tamen pro eo habitus diu non fuit, quod ſub terra inde usque ad Paneada aquae ejus laberentur. Nomen ipſum φιάλη Hebraeis quoque uſurpatum fuit, פיילא, quemadmodum videre eſt in *Midraſch Schir Haſſchirim, fol. 20. 3.* Lacus eſt τροχοειδής, a figura ita dictus, cujus aquae nec augentur nec minuuntur, ſed intra margines ſuos ſe continent. Hunc eſſe verum fontem Jordanis eſſe primus deprehendit Agrippa Rex injectis in Phialam paleis, ἀχύροις (quo nomine non ipſa tantum involucra granorum ſed & culmos intellige) & p.
juxta Paneada redditis. Confer illud, quod apud Philoſtorgium legitur, 265.
duos eſſe fontes Jordanis, alterum Dan in Paneade, alterum 160. (credo 120. legendum, ut conveniat cum intervallo inter Paneada & Phialam) ſtadiis inde remotum. Erat nomen Phiale commune huic fonti aut lacui cum multis aliis. Plinius *lib. VIII. 46.* ſcribit *locum eſſe Memphi in Nilo, quem a figura vocant Phialam.* Meminit quoque Phocas in deſcriptione Palaeſtinae fontis ſimilis prope Tyrum, ubi etiam vox φιαλώσαντες. Fons Nili quoque φιάλη dicitur, & pari modo inde ſub terra Nilus labitur. Plinius *lib. V. 9. Phialam appellari fontem ejus, mergique in cuniculos ipſum amnem, &c.* Apud ſcriptores medii aevi quilibet, aut certe plurimi fontes & aquarum receptacula, unde aquae erumpunt, videntur phialae dicti fuiſſe. Du Freſne in deſcriptione templi S. Sophiae Conſtantinopoli *pag. 538.* notat in medio atrii Sophianae aedis phialam ſtatuiſſe Juſtinianum. Sic labrum ſeu fontem appellabant, ubi perennes aquae ſaliebant, quibus plebs lavaretur. Ille fons interdum φιάλη interdum λατὴρ dicebatur. Phialam nuncupat Paulus Silentiarius, *part. 11. vſ. 177.*

Ἐυρυτάτη φιάλη τις ἰάσπιδος ἔκτομος ἄκρης.

Ceterum, fontis Phialae nomine, qui non eſt diverſus a Phiala Joſephi, meminit Sanutus in *Secretis fidelium Crucis pag. 246.* ſcribens circa fontem Fiale propter loci amoenitatem toto aeſtivo tempore nundinas celebrari

celebrari a vicinis populis, & *pag. 251.* fontem Phialam *Medam*, i. e. aquas Dan a Saracenis nuncupari. Fallitur. Saraceni illum locum ob nundinas ميدان מידאן i. e. *forum* nuncupant. Confer alios scriptores illius aevi, qui de isto *Medan* scribunt, nec dubitabis. Regionem illam, in qua Phiala est, *Suitem* vocant scriptores recentiores. Gulielmus Tyrius *lib. XXII.* mentionem facit hujus regionis, unde putat, amicum Jobi nuncupatum fuisse Suitem שוחי (at *Suites* שוחי gentile est a שוח *Schuach*, viro aut regione, ductum) *Haec regio est*, inquit, *in qua praesidium situm est, quod a nostris paulo ante, ut praediximus, hostes dum in Syria Sobal* (leg. *Soba*) *moram facerent, fraudulenter eripuerant. Est autem regio commoditatibus vini, frumenti & olei, simul & salubritate commendabilis & amoenitate praecipua, de qua fuisse traditur Baldad ille, Job amicus, qui ab ea cognominatus est Suites.* Accuratius situm hujus loci describit idem *cap. XV. ejusdem libri: erat nobis in regione Suite trans Jordanem a Tiberiade sedecim distans milliaribus praesidium munitissimum & ut dicitur inexpugnabile .... Erat autem spelunca in latere cujusdam montis sita, cui subjectum erat immane praecipitium, a parte vero superiori nullus omnino accessus, ex altero vero latere tantum arcta nimis semita, & per quam homini libero & ab omni onere expedito vix absque periculo iter praeberetur. Est illud praesidium idem cum eo, quod cap. XX. describitur.* Et illic dicit semitam eo ducentem unius pedis vix habere latitudinem. Marcus autem Sanutus, *in secretis fidelium Crucis pag. 246.* Suitam urbem nuncupat, & videtur illam circa lacum Phialae, unde Jordanes oritur, collocare. Ita scribit. *Sueta, unde fuit Baldac Suites. Sub hac civitate versus Cedar convenire Saraceni soliti sunt de Aram & Mesopotamia & Haman & Syria Moab & Amon & tota terra orientali circa fontem Fiale: & ibi propter loci amoenitatem toto aestivo tempore nundinas celebrant & erigunt tentoria diversorum colorum.*

p. 266.

Ante eos Eugesippus, qui circa annum 1040. scripsisse dicitur, meminit hujus regionis *pag. 107. Est autem quaedam pars terrae illius (Idumaeae) terra Hus, ex qua beatus Job, quae & Sueta, a qua Baldad Suhites.* Meminit idem illius conventus *pag. 108. Dan fere ab ortu suo subterraneum ducit gurgitem usque ad Meldam planitiem illam, in qua satis patentem suum foras emittit alveum. Planities illa Melda vocatur*, lege *Meidan*; nam est vox Arabica ميدان) *eo quod in illa Meldis est. Sarracenice quidem sonat platem* (lege plateam) *Platea Melda, Latine autem platea, forum. Melda vero vocatur eo, quod intrante aestate innumerabilis ibi populus secum deferens omnia venalia convenit, ingensque Parthorum & Arabum militia ad tuendum populum & greges suos in pascuis illis uberrimis per totam aestatem. Meldan componitur ex Mel & Dan.*

CAP.

CAPUT XLII.

DE PALUDE CENDEVIA, LACU ASPHAR, ALIISQUE MINORIBUS.

Belus fluvius ortus e palude Cendevia. Mons Candavia in Illyrico. Lacus Asphar vicinus lacui Asphaltiti. Vadum Asphar in Notitia dignitatum Imperii Romani. Lacus & Λάκκος nomina late patentia. Vorago in foro Romano lacus dicta. באר *λάκκος. Λίμναι ἁλὸς male scriptum pro τιμαὶ ἁλὸς. Lacus Hierosolymis, cujus aquae rubrae. Fluvius Adonis unde rubedinem ducat. Luciani verba confirmata experientia nostrorum temporum. Aqua rubra prope Joppen. Lacus prope Caesaream crocodilos alens.*

Reliqui lacus Palaestinae non adeo noti sunt; & vix uni & alteri memorantur. Meminit Plinius *lib. XXXVI. c. 26.* paludis Cendeviae, e qua fluvius Belus ortum trahit, effluens in mare juxta Ptolemaidem. *Pars est*, ita scribit, *Syriae, quae Phoenice vocatur, finitima Judaeae, intra montis Carmeli radices paludem habens, quae vocatur Cendevia. Ex ea creditur nasci Belus amnis quinque mill. pass. spatio in mare perfluens juxta Ptolemaidem coloniam.* Idem *lib. V. 19. Rivus Pagida, sive Belus, vitri fertiles harenas parvo litori miscens: ipse e palude Cendevia a radicibus Carmeli profluit.* Non memini alibi de hac palude legere. Affine nomen est *Candavia*, nomen montis Illyrici memorati Straboni *lib. VII.* Καυδαουία. Cicero *Candaviam* vocat. Lucanus, *lib. VI. 331.*

—— terraeque secutus
Devia, qua vastos aperit Candavia saltus.

Praeterea fuit lacus Asphar, Λάκκος Ἀσφάρ. Ad occasum lacus Asphaltitis videtur fuisse: cujus meminit Josephus *Ant. XIII. 1. 1. Macc. 9. 33.* legitur Jonathan cum suis fugisse in desertum Θεκωὲ & commorati fuisse ἐπὶ τὸ ὕδωρ λάκκα Ἀσφὰρ *ad aquam* λάκκα *Asphar.* Erant in deserto plures λάκκοι. De Uzzia rege legitur in usum pecorum fecisse eum πύργας ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ λάκκας, *2. Chr. 26. 10.* Nota Josephum quoque ὕδωρ λάκκα commemorare, sic ut locus ipse nomen ab aqua habuerit, uti lacus Samochonites מי מרום, lacus Tiberiadis ὕδατα Γεννησαρ, & alii, dictus fortassis אספר מי. Caeteroquin scripsisset, uti solet, ἐπὶ λάκκον Ἀσφάρ, non ἐπὶ ὕδωρ ἅτω καλούμενον. Vicinia nominis facit, ut praeterire nequeam in Notitia Imperii mentionem fieri *Vadi Asphar fluvii in Castris Arnonensibus.* Sed praeter nomen nihil huic loco & illi commune esse opinor. وادي *Vad* Arabice *fluvium* notat.

p. 268.

Λάκκος nomen est late patens, quod non lacum modo, sed alia notat: aliquando puteum, uti cum Callias Λακκόπλουτος dictus est, quod argentum a Persis εἰς φρέαρ βεβλημένον, *in puteum conjectum*, nactus esset.

 Vide-

Vide Suidam & Hesychium ad vocem Λακκόπλατος. Suidas etiam ὀρύγματα εὐρύχωρα καὶ στρογγύλα καὶ τετράγωνα, *cisternas latas vel rotundas vel quadratas*, in quibus vinum & oleum servabant Athenienses, Δάκκος dictos fuisse adnotat, & *Psal. 39. 3.* pro sepulcro usurpari. Lacus nomen tribuitur saepe haud ita multis aquis. Unde in veteribus glossis *Lacus* redditur non per λίμνην tantum, sed δεξαμενὴν, & τόπον ἐν ᾧ ὀλίγον ὕδωρ συνίσταται, *locum, in quo paullum aquae collectum est.* Romae in medio ferme foro lacus Curtius fuit, a Curtio dictus

—— *cujus sacrata vorago*
Famosusque lacus nomen memorabile servat.

Sunt verba Statii Sylvar. *lib. I.* quamvis non desint, qui ab antiquo illo T. Tatii milite Curtio Metio appellatum putent, quod heic primum ex profunda emersus palude equum in vado statuisset. Videatur Dionysius Halicarnassensis *lib. II. Antiq. Roman.* & Livius *lib. I. cap. 13.* Sic *2. Sam. 23. 16.* mentio fit τοῦ λάκκου τοῦ ἐν Βηθλεὲμ τοῦ ἐν τῇ πύλῃ, *Lacus vel cisternae aut putei, qui Bethlechemi in porta erat*, באר בית לחם אשר בשער. Sic lacus vas, in quod mustum defluit, dicitur, uti notum est ex Varrone Columella & aliis. Quomodo & Tibullus usurpat *lib. I. el. 1.*

—— *sed frugum semper acervos*
Praebeat & pleno pinguia musta lacu.

p. 269. Non puto, aliorum lacuum Palaestinae, praeter eos, quos recensui, apud veteres mentionem fieri. Memorantur quidem λίμναι ἁλὸς, *1. Macc. 10. 29.* sed ibi legendum esse τιμὰς ἁλὸς videtur tum aliunde, tum etiam hinc liquere, quod Latinus interpres reddat *pretia salis indulgeo.* Eusebius quoque, & Hieronymus in *Onomastico* meminerunt lacuum duorum Hierosolymis, quorum unus aquas coloris sanguinei continebat, ad vocem Βηζαθά. Θατέρα (λίμνη) παραδόξως πεφοινιγμένον δείκνυσι τὸ ὕδωρ, ἴχνος, ὥς φασι, φέρουσα τῶν πάλαι καθαιρομένων ἐν αὐτῇ ἱερείων, παρ' ὃ καὶ προβατικὴ καλεῖται διὰ τὰ θύματα. Hieronymus. *Alter (lacus) mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lavari a sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen accepit.* Sed piscinas eas potius quam paludes aut lacus (uti nunc vulgo ea vox accipi solet) dixerim: nec dubium est admixtioni terrae, aliive causae naturali, illum colorem deberi. Tale illud est, quod de fluvio Phoenices Adonide Lucianus narrat, *in lib. de Dea Syria.* Ἔνι δὲ καὶ ἄλλο θῶυμα ἐν τῇ χώρῃ τῇ Βυβλίῃ, ποταμὸς ἐκ τοῦ Λιβάνου τοῦ ὄρεος ἐς τὴν ἅλα ἐκδιδοῖ· ὄνομα τῷ ποταμῷ Ἄδωνις ἐπικέαται· ὁ δὲ ποταμὸς ἑκάστου ἔτεος αἱμάσσεται καὶ τὴν χροιὴν ὁλέσας ἐσπίπτει ἐς τὴν θάλασσαν, καὶ φοινίσσει τὸ πολλὸν τοῦ πελάγεος καὶ σημαίνει τοῖς Βυβλίοις τὰ πένθεα. Μυθέονται δὲ, ὅτι ταυτησὶ τῇσι ἡμέρῃσι ὁ Ἄδωνις ἀνὰ τὸν Λίβανον τιτρώσκεται καὶ τὸ αἷμα ἐς τὸ ὕδωρ ἐρχόμενον ἀλλάσσει τὸν ποταμόν, καὶ τῷ ῥόῳ τὴν ἐπωνυμίην διδοῖ. Ταῦτα μὲν οἱ πολλοὶ λέγουσι, ἐμοὶ δέ τις ἀνὴρ Βύβλιος, ἀληθέα δοκέων λέγειν, ἑτέρην ἀπηγέετο τοῦ πάθεος αἰτίην· ἔλεγε δὲ ὧδε· ὁ Ἄδωνις ὁ ποταμὸς, ὦ ξεῖνε, διὰ τοῦ Λιβάνου ἔρχεται· ὁ δὲ Λίβανος κάρτα ξανθόγεώς ἐστι· ἄνεμοι ὧν τρηχέες ἐκείνῃσι τῆς ἡμέρῃσι ἰσάμενοι τὴν γῆν τῷ ποταμῷ ἐπιφέρουσι, ἐοῦσαν ἐς τὰ μαλίστα μιλτώδεα.

Est & aliud mirandum in terra Bybliorum. Fluvius quidam ex Libano monte in mare illabitur, cui nomen Adonis. Hic fluvius quotannis sanguineo colore tingitur, & colorem suum amittens in mare exit ipsumque pelagus magna ex parte rubrum efficit, & Bybliis tempus lugendi indicat. Fabulantur enim illo tempore Adonin in montanis Libani vulnerari, & sanguinem ejus fluvio mixtum mutare colo- p.
rem fluvii & nomen ei dedisse. Haec quidem vulgo dicunt. Sed vir quidam 270.
Byblius, qui vera dicere videbatur, aliam hujus rei causam tradebat, his verbis: flumen hoc o hospes per Libanum defertur, qui terram habet rubicundam, quae ventis vehementioribus, qui tum oriuntur, in fluvium delata aquas ejus minii colore tingit. Haec confirmantur testimonio Maundrelli in Itinerario suo scribentis, se observasse colorem rubrum fluvii Adonidis a pluviis oriri, quae terram rubram in eum deferant. Pausanias etiam circa Joppen in Palaestina se vidisse fontem testatur, cujus aqua coloris erat sanguinei. Ita scribit *lib. IV. cap. 35.* Ξανθὸν δὲ ὕδωρ ἀδέν τι ἀποδέον τὴν χρόαν αἵματος Ἑβραίων ἡ γῆ παρέχεται πρὸς Ἰόππῃ πόλει· θαλάσσης μὲν ἐγγυτάτω τὸ ὕδωρ ἐστὶ, λόγον δὲ ἐς τὴν πηγὴν, λέγουσιν οἱ ταύτῃ, Περσέα ἀνελόντα τὸ κῆτος, ᾧ τὴν παῖδα προκεῖσθαι τοῦ Κηφέως, ἐνταῦθα τὸ αἷμα ἀπονίψασθαι. *Rubra vero aqua non diversa a colore sanguinis est in terra Hebraeorum, prope urbem Joppen. Est ea mari vicina: dicuntque accolae in eo fonte Perseum interempto ceto, cui Cephei filia fuerat exposita, sanguinem abluisse.*

In scriptis recentiorum multum celebratur lacus vix intervallo horae itineris a Caesarea maritima distans aquas dulces continens & crocodilos alens, quare بحر التماسيح *Aquae crocodili* solet appellari; sed veteribus, quod sciam, non commemoratur.

CAPUT XLIII.

DE JORDANE.

Nomen Jordanis num a Jeor *&* Dan, *duobus fontibus, ductum sit.* ירדן *fluvium notare potest. Nomina talia fluminibus data, quae una sunt in regione aliqua. Nomen Arabicum* اردن *& Persicum* هردم. *Nomen* Zacchar *unde originem habeat. Descriptio Jordanis ex Josepho. Jordanes major & minor nequaquam nomina fluviorum ex diversis fontibus ortorum. Jordanis elatio supra alveum ordinarium tempore messis. Idem de Nilo notatum. Convenientia inter Nilum & Jordanem. Ripae Jordanis leonibus obsitae. Jordanis aquae quum retrocesserunt Israëlitis transeuntibus, non* p.
naturalibus causis, sed virtuti Dei id adscribendum, secus ac in refluxu 271.
amnium versus fontes memorato a scriptoribus Romanis & Graecis. Jo-
sephi

ſephi pietas defenſa. Phraſis ejus, περὶ τούτων ἕκαστος ὡς αὐτῷ δοκεῖ σκοπείτω, non ſignificat rem ipſam ei dubiam eſſe. Alveus Jordanis qualis & vada.

ALacubus ad flumina tranſimus. Haec inter uſque adeo eminet Jordanes, ut ſolus nomen fluminis mereatur, quare & nomine ποταμὸς a Joſepho, nulla alia voce addita, indicatur *Antiquit. V. 1.* ubi portionem tribus Iſſaſcar in longum patere ſcribit a Carmelo uſque ad τὸν ποταμόν.

Flumen hoc ירדן *Jarden* dici quaſi יאר דן *fluvium Dan*, quod circa urbem Dan ortum capiat, aut quod duo fontes, alterum Jeor alterum Dan dictum, habeat, eſt opinio, quae multorum mentes imbuit. Sed utraque ſententia premitur ſuis difficultatibus. Certe quod de duobus fontibus ita dictis narratur, falſum eſt, uti mox demonſtrabitur. Quod autem a Dan nomen habeat, non eſt veriſimile, quum diu ante urbem Dan conditam Jarden appelletur. Fateor, ita dici potuiſſe per πέλληψιν, uti ipſa urbs *Dan* in Pentateucho memoratur, ſed cur eam fingamus, quum *Jarden* non *Jordan* Hebraice dicatur, nec illud *Dan* videatur mutari debuiſſe in *Den*, & certe ante exſtructam urbem *Dan* nomen aliquod habuerit, quod cur mutaſſent nulla ratio dari poteſt, quumque nihil videatur naturae rei convenientius, quam Jarden deduci ab ירד *deſcendit, labitur*, ut notet *fluvium*. Nos diceremus, *de Vliet*, vel *de Vloet*. Ita κατ' ἐξοχὴν hic fluvius dictus eſt, quod ſolus in Palaeſtina nomen fluminis mereretur. Et ita plerumque fieri ſolet in regionibus, ubi unus fluvius eſt, aut certe unus eximius & ingens, illum non nomine proprio ſed communi *fluvium* appellari. Ita Baetis واد الكبير *Wad Alkebir* accolis i. e. *fluvius magnus*, ita Araxes الراس, ita נחל Νεῖλος, Κύρος قور, جيحون *Sihon*, & fortitan hic ipſe Rhenus a ῥεῖν, & *Menam* in Siam.

Arabibus الردن *Ordonnou* & *Arden* dici ſolet, & regio adjacens
p. 272. بلد الردن *terra Jordanis*, Perſis هردوم *Herdum*, velut in illo, زبان پاك ودل پاك هردومي باید *Linguam puram & mentem puram praeſtare poſſe vicem Jordanis.* Scherif Ibn Idris appellat hoc flumen نهر زخار *Flumen Zacchar*, ubi commemorat varios fluvios Palaeſtinae, omnes in Jordanem aut lacus ejus influentes وسائر مياه الشام تنحدر وتجتمع فيكون منها نهر زخار اوله من بحيرة طبرية ياخذ من طبرية وجميع الانهار تصب اليه مثل نهر البرموك واللجب وانهار بيسان وما ينصب من كورمان وجبال بنت القدس وجبل ابرهيم عليه السلام وجميع ما ينصب ايضا من نابلس فانه يجتمع الكل منها حتى يقع في بحيرة زغر *Omnes autem aquae reliquae Syriae (vel Damaſci) in unum confluentes efficiunt flumen*

men Zacchar, cujus origo eſt ex mari Tiberiadis prope urbem, & plurimi fluvii in id illabuntur, uti Jarmuk, & Had, & fluvii Baiſan (Bethſan ſive Scythopoleos) *& quicquid ex Kouarmat effluit, & quicquid ex montibus Hieroſolymae & ex monte ſepulcri Abraham* (ea ſunt montana urbis Chebron) *& quicquid ex Neapoli. Haec omnia ſimul juncta labuntur in mare Segor*, id eſt, lacum Aſphaltiten. His adde ſequentia, ex quibus liquebit, ſcriptorem per flumen Zacchar nullum aliud intelligere, quam Jordanem وادي الاردن يخرج من بحيرة طبرية ويصب في بحيرة سادوم وعمورا *Flumen Jordanes egreditur ex mari Tiberiadis & illabitur mare Sodomae & Gomorrae*, quae plane eadem ſunt cum iis, quae hic de fluvio Zacchar ſcripſit. Credo autem, nomen زخار quod Arabibus ſignificat *tumidum, plenum, & excreſcentem ultra ripas*, quodque de mari & fluminibus uſurpari ſolet, datum eſſe Jordani, quod is ipſe, uti mox videbimus, intumeſcere ſoleat & ultra ripas ſuas extolli.

Joſephus meminit aliquoties Jordanis. Fontes ejus oriri ex monte Libano ſcribit *Antiquit. V. 1.* Minoris Jordanis ἐλάσσονος Ἰορδάνου fontes circa Paneum locat *Antiq. V. 2.* & *Antiq. VIII. 3.* hunc μικρὸν nuncupat, quem a majore Jordane non eſſe diverſum, niſi quod minor exiſtens & proprior fonti appelletur ἐλάσσον, deinde auctior magnus Jordanes, jure exiſtimat Ligtfootus, uti & vetus Vechta, & vetus Rhenus, & Anapus p. 273.
παλαιὸς & καινὸς, cujus meminit Vibius Sequeſter, quod non indicat veterem & novum ita dictos fluvios habere diverſos fontes, ſed eſſe ejuſdem fluvii partes alias atque alias. Certe quum de Jordane ἁπλῶς loquitur Joſephus, ejus fontes a Paneo deducit *Antiq. XV. 13.* & *XVIII. 3.* ſcribit, Paneada urbem ſitam ad fontes Jordanis. Ita ſcribit ex opinione vulgi, uti liquet ex *lib. I. de bell. c. 16.* & *lib. III. de bell. c. 18.* ubi tradit, fontem Jordanis credi & videri eſſe Paneum, ſed lacum Phialam eſſe verum ejus fontem, quod tetrarcha Philippus deprehendit, qui injectas in lacum Phialam paleas per ductus ſubterraneos in Paneo redditas vidit. Eodem *capite 18. lib. III. de bell.* Joſephus curſum Jordanis ita deſcribit. Jordanes ex Phiala ortus, & dein 120. ſtadia ſub terra means & e Paneo erumpens ſecat lacum Samochonitin, dein alia 120. ſtadia emenſus poſt urbem Juliada lacum Genneſar permeat, & tum poſt multam ſolitudinem in lacum Aſphaltiten exit. Non meminit Joſephus alterius fontis Jordanis, quod feciſſet ſine dubio; ſiquidem Jordanes major habuiſſet diſtinctum fontem a minore. Sed Jordanes minor & major ſunt nomina ejuſdem amnis, qui fonti proximus minor dicitur, ſed poſtea latiori alveo exceptus major. Hinc *lib. IV. de bell. c. 1.* non dicit minorem Jordanem εἰσφέρεσθαι aut illabi in majorem, ſed fontes vicinos Dani parvum Jordanem προσπέμπειν τῷ μεγάλῳ. Ita ut ſecretus videatur minor Jordanes a majore intermedio lacu Samochonite. Paluſtria Jordanis ἕλη τοῦ Ἰορδάνου, in quibus Jonathas caſtra metabatur, commemorantur eidem *Ant. XIII. 1.* 1. *Macc. 9. 42.* ἕλος Ἰορδάνου dicitur.

Tempore messis Jordanem supra alveum suum maxime efferri & aquis abundare, constat ex sacris literis *Jos. 3. 15.* & *Ecc. Syrac. 24. 29.* ubi Gichon & Euphrates cum eo junguntur. Per Gichonem Nilum intelligunt. Id fit contra naturam reliquorum fluminum, quae hyeme ut plurimum aquis abundant. De Eridano Polybius *Histor. lib. II.* idem tradit: & de Nilo Philo, *l. de profugis, p. 476.* & huc faciunt illa Glycae *in Annal. part. I. p. 10.* Τάτῳ μέν τοι τῷ λόγῳ καὶ τὸν Νεῖλον αὐτὸν ἀ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις φησὶ πλημμυρεῖν καιρὸν, ἀλλὰ μεσάντος τᾶ θέρας ἐπικλύζειν τὴν Αἴγυπτον. *Eadem ratione fit, quod tradunt Nilum exundare non consueto reliquis fluminibus tempore, sed media aestate Agyptum tegere.* Theophylactus etiam Simocatta, gente Aegyptius, Historiar. *lib. VII. c. XVII.* ubi prolixe de Nilo disputat, inter alia quoque soli Nilo hoc vendicat. Θέρας ποίνυν ἀκμάζοντος τὰς αὐξήσεις λαμβάνει ἐνάντιον τῇ φύσει τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ποταμῶν. *Adulta aestate incrementa accipit contra naturam fluminum, quae in universo orbe terrarum sunt.* Et hinc etiam fortassis quaesita est nonnullis communicatio quaedam subterranea inter Nilum & Jordanem. Fuere etiam, qui Coracinum in Jordane inveniri traderent. Atqui coracinus est Nili piscis, uti perca Rheni: vide Oribasii *medic. collect. lib. II. 58.* Plinium *l. XXXII. 5.* Coracinum accolae Nili Πέλτην vocant, Alexandrini πλάτακα, teste Athenaeo *lib. VII. 17.* Saliri etiam solebat: nam Plinius *lib. 32. 10.* memorat coracinorum salsamenta. Sed & coracini alibi sunt, vide Athenaeum *l. 6.* (licet in Aegypto principatum teneant *Plin. IX. 18.*) uti apud nos, *Corussen* dicti vel saperdae: quumque & in mari & in amne coracini inveniantur, teste Plinio *l. 32. 10.* potuerunt etiam natatu ad alias regiones deferri.

p. 274.

Leonum circa ripas Jordanis inter arundines latitantium meminit Joannes Phocas in *descript. locor. sanct.* his verbis. Ἐν ταῖς τᾶς Ἰορθάνε ἑλικοειδέσι καὶ ἀγγυλοςρόφοις ῥοαῖς, ὡς τὸ εἰκὸς, τῆς ἐχόμενα τᾶ ποταμᾶ γῆς μέρη τινὰ περιγράφονται, ἐν οἷς μέγα τι καλάμων χρῆμα ἐκφύεσθαι πέφυκεν. Ἐν τάτοις λεόντων φῦλα ἐιώθασι κατοικεῖν. *In tortis ac turbineis Jordanis vorticibus,* (גלילות *Jos. 22. 10.*) *ut fieri amat, nonnullae terrae partes contiguae fluvio secernuntur, in quibus magna vis arundinum nascitur, quas leonum diversa genera inhabitare solent.* Nempe haud recta fertur Jordanes, sed *se accolis praebet & invitus* quasi *lacum Asphaltiten petit.* Sunt verba Plinii. Hieronymus ad *Zachar. cap. XI. Jordani fluvio, qui maximus in Judaea est juxta quem morantur leones, fremitum junxit leonum propter ardorem sitis & ob deserti viciniam & lautitudinem vastae solitudinis, & arundineta & carecta.* Salices, tamarisci, agnus castus, & cannae ingentes, quae usum hastarum praebent, crescunt ad ripam ejus, uti referunt αὐτόπται. Ista arundineta ripam Jordanis ita obsident, ut per ea aqua fluminis vix possit conspici: ita Maundrellus narrat *p. 137.* & duas ripas Jordanis distinguit, unam hanc, quae ipsas fluvii aquas contingere solet, alteram stadii intervallo inde remotam, ad quam Jordanes quum maxime se extulit olim pertigit, quando leones & alia animalia in arundinetis latitantia, sedes

p. 275.

sedes mutare coguntur. *Jer. 49. 19.* De la Valle tradit se in istis arundinetis diu oberrasse, licet equo insidentem, quum accedere vellet ad aquam Jordanis, & equitem in iis latere posse, ne conspiciatur. Hinc intelligitur, quare ligna caedenda quaesiverint ad ripam Jordanis *2. Reg. 6. 2.* quae adeo vicina flumini, ut pars securis in id incideret. Simile quid de leonibus in carectis fluminum Mesopotamiae latitantibus legitur apud Ammianum Marcellinum *lib. XVIII. Inter arundineta Mesopotamiae fluminum & frutecta leones vagantur innumeri, clementia hyemis ibi mollissimae semper innocui.*

Jordanem virtute Dei ad fontes suos retroactum fuisse, ut populus Israëliticus transiret, res est ex Sacro Codice nota: nec parum augetur prodigium, si cogites, eo tempore maxime pleno alveo ferri Jordanem consuevisse, id est, tempore messis, uti notatur *Jos. 3. 15.* Flumina ad fontes adscendere res adeo prodigiosa est, ut proverbio locum fecerit Euripideum ἄνω ποταμῶν χωρᾶσι πηγαὶ (vide Suidam voce ἄνω) & illa, quae fieri non possunt cum eo comparentur. Notum est illud Nasonis, in epistola Oenones,

Quum Paris Oenone poterit spirare relicta
Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.
Xanthe retro propera, versaeque recurrite lymphae.
Sustinet Oenonen deseruisse Paris.

Et Propertii, II. 12.

Terra prius falso partu deludet arantes,
Et citius nigros sol agitabit equos,
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores
Aridus & sicco gurgite piscis erit.

Verum, dicet aliquis, in historiis quoque Romanis legitur flumina retro fluxisse. *Amnes* scribit Plinius *l. II. c. 103. retro fluere & nostra vidit aetas Neronis Principis annis supremis.* Id de Vulturno & Glani, fluviis Campaniae, traditur, quum Hetrusci ad exscindendas Cumas profecti essent, eos retrocessisse ad fontes suos. Haec verba sunt Dionysii Halicarnassensis, *Antiquitatum Romanarum lib. VII. pag. 419.* Ἐςρατοπεδευκόσι δὲ αὐτοῖς ἀ μακρὰν ἀπὸ τῆς πόλεως τέρας γίνεται θαυμαςὸν, οἷον ἐν ἀδενὶ χρόνῳ μνημονεύεται γενόμενον, ἄτε Ἑλλάδος ἄτε βαρβάρε γῆς ἀδαμόθι. Οἱ παρὰ τὰ ςρατόπεδα ῥέοντες αὐτῶν ποταμοὶ Ὀυολτᾶρνος ὄνομα θατέρῳ, τῷ δὲ ἑτέρῳ Γλάνις, ἀφέντες τὰς κατὰ φύσιν ὁδὰς ἀνέςρεψαν τὰ ῥάματα καὶ μέχρι πολλᾶ διεστέλεσαν ἀπὸ τῶν ςομίων ἀναχωρᾶντες ἐπὶ τὰς πηγάς. *His non procul ab urbe castra habentibus, mirum accedit prodigium, quale nullum unquam extitisse memoratur, nec apud Graecos nec apud Barbaros. Amnes, qui praeter castra eorum fluebant, Vulturnus & Glanis, omisso naturali fluxu, verterunt cursus suos, aliquamdiu ab ostiis retrocedentes ad fontes suos.* Certe plura leguntur in Dionysio, quibus fidem

p. 276.

dem habendam esse non existimo, ut quum cotem a Tarquinio novacula fissam, jubente & felicem successum promittente Nevio narrat *lib. III. pag. 204.* & Dioscurus apparuisse *lib. VI. Antiq. pag. 351.* & quae sunt alia ejuscemodi. Credamus autem fluvios hos ad fontes rediisse. Potest hoc secundum naturae leges fieri: uti Tiberis a mari Romam versus vehementi noto actus fuit teste Horatio *lib. I. Od. 2.*

Vidimus flavum Tiberim, retortis
Litore Etrusco violenter undis,
Ire dejectum monumenta Regis
Templaque Vestae.

Si crebrioribus ventis ostium caeditur & reverberatur fluctu amnis restitit: qui crescere videtur, qui non effunditur. Ita Seneca *Nat. 4. l. 3.*

Verum, dices, exsiccati fuere Vulturnus & Glanis. Finge ita fuisse. Quid si circa fontes vel per terrae motum vel aliam mutationem in locis subterraneis labes terrae fiat, & cavitas repente aperiatur, an non aquae fluminis ei proximae statim eam replebunt & ex alveo fluvii, quem altiorem ea voragine fingo, retrocedent? qua cavitate repleta iterum, ut ante, cursum suum continuabunt? Nihil obstat, quo minus id fieri posset. Verum hoc ad exsiccationem Jordanis nihil pertinet. Eam enim causis naturalibus tribuendam non esse intelligitur ex eo, quod Josua eam praedixerit, *Jos. 3. 13.* quodque ita recesserint aquae, ut in acervo substiterint, & scissae apparuerint in partes duas *Jos. 3. 13. 16.* quod denique ob eandem causam, populi transitum, jam olim Sinus rubri maris siccatus fuerit. Item est utrobique prodigium, eadem vis divina, quam omnino hic agnoscere & singularem Dei providentiam in conservando & adjuvando populo suo mirari aequum est. Nec videtur ullus, qui libros Mosis & Prophetarum pro divinis agnoscit, dubitare posse, quin virtute Dei haec peracta sint, quum Deus ipse & viri numine ejus instincti toties haec commemorent, uti singularia beneficia in Israëlitas collocata, & potentiae ejus indicia manifestissima. Verum, dicet aliquis, Josephus ipse, qui certe fidem habuit scriptis Mosaïcis, dubitavit de transitu Israëlitarum per Sinum maris rubri, debeatne potentiae Dei, an vero causis naturalibus adscribi, quia scribit in fine *lib. II. Antiquit.* incredibile hoc videri non debere, sive Dei voluntate, sive naturae sponte maris aquas retrocessisse, quum etiam Alexandro Macedoni mare Pamphylium cesserit: addens *περὶ τούτων, ὡς ἑκάστῳ δοκεῖ, διαλαμβανέτω, de his quisque, ut ipsi videtur, sentiat.* At mihi persuasum est, Josephum hoc prodigium agnovisse, ut decet, a Dei manu profectum. Ita enim *ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις* scriptum invenerat, uti testatur: credere itaque ut Judaeus debuit. Sed gentes, quarum gratia se hos libros scripsisse testatur in prooemio, convincere conatur exemplo, quod ipsi de mari Pamphylio traderent. Verba denique quibus

p. 277.

bus lectoris arbitrio videtur subjicere, velitne fidem adhibere narrationi ejus an secus, etiam aliis in locis ab eo usurpantur, ubi ne vel minima quidem dubitationis esse suspicio potest. Uti in fine *lib. III. Antiq.* ubi de auctoritate Mosis & legum Mosaicarum egerat, addit *περὶ μὲν τούτων ὡς αὐτῷ τινὶ δοκεῖ διαλείψεται, de his quisque ut videtur, sentiat.* Eodem libro Mosis legem de leprosis vindicaverat a calumniis gentium, & subjungit *περὶ τούτων ἕκαστος ὡς αὐτὸ δοκεῖ σκοπείτω, quisque haec uti videtur, accipiat.* At ipse negavit aliter intelligi debere, quam exposuerat. Credemusne, hic Mosen ab eo traditum Gentibus, ut licentiam quidvis de eo credendi & commiscendi illis concederet? Nequaquam. Alibi *c. IV.* eodem libro, postquam narrasset legislationem Sinaiticam scribit *περὶ τούτων ὡς βούλεται φρονείτω ἕκαστος τῶν ἐντευξομένων. ἐμοὶ δὲ ἀνάγκη ταῦτα ἰσορεῖν καθάπερ ἐν ἱεραῖς βίβλοις ἀναγέγραπται. Haec lecturi, ut cuique placuerit, accipiant. Mihi religio est aliter ea narrare ac in libris sacris conscripta sunt.* Plura loca ex Josepho, ubi iisdem verbis utitur, adscribere possem, sed alias ea producam, volente Deo.

p. 278.

Ad cognoscendam latitudinem alvei Jordanis, & ad quam mensuram crescere & decrescere soleat, haec notabo ex scriptore saeculi septimi Adamnano *de locis S. lib. II. Ille sacrosanctus & honorabilis locus, in quo Dominus ab Johanne baptizatus est, semper aquis fluminis tegitur Jordanis: & sicut Arculfus refert, qui ad eundem pervenerat locum hucque & illuc per eundem transnatavit fluvium, in eodem Sacrosancto loco lignea crux summa infixa est, juxta quam aqua usque ad collum longissimi venit stantis viri, aut alio in tempore nimiae siccitatis aquis imminutis ad mammillas usque: inundatione vero facta, majore illa tota crux aquarum adjectione protegitur. Locus itaque ejusdem crucis, in quo (ut superius dictum est) Dominus baptizatus est, citra alveum fluminis habetur: a quo usque in alteram ripam in parte Arabiae homo fortis jactare lapidem potest funda impellente. Igitur a loco supra memoratae crucis pons lapideus arcubus fultus ad aridam usque porrigitur, per quem ipsam adeuntes crucem per clivium homines descendunt.* Maundrellus *αὐτόπτης* anno MDCXCVII. scribit, latitudinem Jordanis eo loco, quo Jerichunti vicinus est, tunc sexaginta pedum circiter fuisse, & rapiditatem ejus tantam, ut nemo in adversum ejus natando obniti possit.

Videtur alicubi vada habere, per quae transiri potest. Meminit eorum Guilielmus Tyrius *Histor. XVII. 20.* ita scribens: *Si qui vero agmina praeeuntes Jordanem ingressi fuerant, vadorum ignari undis rapiebantur, flumine suffocati.* Et olim quidem probabile est, diversis locis consuevisse Jordanem scapha trajici, & extant hanc in rem nonnulla in sacris literis testimonia, qualia *Judic. 3. 28.* מעברות הירדן למואב *Trajectus Jordanis versus Moab.* Ubi per Moab videtur non Moabitis stricte dicta intelligenda, (nisi quis ita velit interpretari, qua iter est per regionem tribus Ruben ad Moab) sed campestria Rubenitarum, e regione Jerichuntis, quae, quod olim Moabitis subjecta fuerint, terra Moab

p. 279.

Moab in Sacro Codice appellantur. Trajectus Jordanis erant e regione Jerichuntis, Scythopolis, prope Tiberiada, inter mare Tiberiadis & lacum Samochoniten, & forsitan pluribus in locis. Cymbis is fieri consuevit: hinc in Midras Coheleth *fol. 91. 4.* disputatur de עריבת הירדן (in glossa est ספינה עשויה כעריבה *cymba instar mactrae facta*) an sit munda. Erant & גלילות Jordanis, flexus nimirum & circuitus, quia recta non fertur *Jos. 22. 19.* de quibus Phocam mox *pag. 274.* loquentem audivimus.

CAPUT XLIV.

DE FLUMINIBUS TERRAE TRANSJORDANICAE.

Partitio fluminum Palaestinae in duas classes. Flumina, quae in Jordanem, quaeque in mare magnum influunt. Arnon *flumen terminus septentrionalis Moabitidis.* נהרי ארנון *quid.* Jaboc *flumen.* Ἰόβαχος *ex Chaldaeo* יובקא. *Flumen Jaezer quid.* Jarmoch, Ἱερμοὺχ, *Gadara alluens.*

VAria ratione dispesci possunt flumina terrae Israëliticae, vel respectu magnitudinis, vel marium lacuumve, in quos influunt, vel locorum, per quae labuntur. Quod ad magnitudinem attinet, si Jordanem excipias, &, ut nonnullis visum est, Arnonem, non est in hac regione flumen ullum, quod magnum dici meretur, & de reliquis potiorem partem vix constat, quae magnitudo ipsorum sit. Quod ad secundum, ita distinxerunt flumina hujus terrae Sanutus & Cerbus. Nec inutile erit, quae ipsi hac de re tradunt heic junctim exhibere.

p. 280.

Sanutus hos fluvios terrae Sanctae recenset in secretis fidelium Crucis *pag. 252.* qui in fluvium illabuntur Jordanem.

1. Jaboch, qui trium leucarum intervallo a mari Galilaeae in Jordanem influit.
2. Arnon.
3. Alium, qui in principio mare mortuum intrat.
4. Alium, qui 9. leucis inde mare mortuum ingreditur.
5. Parvum Jordanem, qui juxta Bethsaida mare Galilaeae intrat.
6. Qui ex duobus fontibus prope Dothaim intrat mare Galilaeae.
7. Qui ex monte Betuliae oritur.
8. Cison ex pede orientali montis Tabor oritur & descendit ad finem maris Galilaeae.
9. Qui a latere meridionali collis Hermon fluit & jungitur illi aquae, quae fluit ex fonte Jezraël & sub Bethsan intrat Jordanem.
10. Jabok intrat Jordanem e regione Eleale.
11. Crith descendit ex vicinia Phasaelidis.

12. Aquas

12. Aquas circa Jerusalem convenientes, quae adjuncta aqua montis Engaddi initium maris mortui intrant.

Qui in mare magnum influunt, sunt

1. Eleutherus.
2. Puteus aquarum viventium.
3. Aqua prope Castrum regium, juxta Casale Lamberti mare ingreditur.
4. Juxta Ptolemaida fluvius de prope veniens forte ad milliaria quinque.
5. Cison torrens oriens ex aquis montis Tabor & Hermon prope Caipham influit in mare cum aliis aquis Samariae.
6. Inter Caesaream & Assur.
7. Ex loco medio inter domum Zachariae & Emaus per vallem Raphaim transit fluvius juxta Ramatha & prope Joppen intrat mare. p. 281.
8. Prope Ascalon torrens, qui ex vicinia Bethsurae descendit.
9. Torrens Bosoch de monte Carmelo descendit & versus Gazam intrat mare.

Jacobus Cerbus, qui descriptionem terrae sanctae fecit, jussit & cura Bonifacii a Stephanis, Episcopi Stagnensis, per plures annos terrae sanctae praefecti nomine sedis Apostolicae, ediditque Venetiis anno 1569. octo hos fluvios illabi monet in lacum Asphaltiten.

1. Jordanem.
2. Arnonem.
3. Flumen cum Arnone de magnitudine certans a monte regali procedens, attingens Oronaim.
4. Fluvium prope puteos bituminis & vallem salinarum.
5. Fluvium de Cadesbarne venientem.
6. Fluvium ab Artara egressum, qui Thecuem irrigat.
7. Cedronem.
8. Charith, torrentem ex monte Quarentano ortum & prope Engallim in lacum Asphaltiten se exonerantem.

Sed ex his non adeo multa docemur. Quis enim fidat loquenti de locis ignotissimis tanquam notis? Quomodo novit, ubi Cadesbarne, Engallim, Oronaim sit? Ad summum, ea loca innuere poterit, ubi tunc ostendebantur. Sed propiamus nos ex tenebris illius aevi, & certiora, licet pauca, amplectamur.

Regionis trans Jordanicae flumen maxime australe flumen ARNON est. Illud ex Arabiae finibus ortum & totum desertum perlabens in lacum Asphaltiten se exonerat, terminus existens regionis Moabiticae & Emoriticae, teste Josepho *Antiq. IV. 4.* ita nempe, ut alluat latus australe regionis Amoriticae *Antiquit. IV. 4.* adeoque septentrionale regionis Moabi- p. 282.

Moabiticae: quod etiam ex Sacro Codice firmatur, ubi Arnon dicitur esse limes dividens terram Emorraeorum a terra Moabitarum. Eusebius in Onomastico, *ad vocem* Ἀροὴρ, quam urbem scripserat super ripam torrentis Arnon sitam fuisse, addit ὅτι χειμάῤῥης ὁ διὰ Φάραγγος ἐπὶ τὴν νεκρὰν θάλασσαν ἐκπίπτων. *Torrens hic* (Josephus tamen hunc ποταμὸν non χείμαῤῥον vocat) *per vallem labitur in mare mortuum.* Meminit etiam Epiphanius hujus fluvii scribens *lib. 11. adv. haer. pag. 461.* Sampsaeos in Moabitide juxta flumen Arnonis habitasse. Sunt, qui & alios fluvios in Arnonem veluti communem alveum labi existiment, quod *Num. 21. 14.* נחלי ארנון, *flumina Arnonis*, memorentur. Galenus, quamvis nomen Arnonis non adscribat, videtur tamen eum innuere, quum duos ποταμὲς, μεγίςους ᾗ πλείςους ἔχοντας ἰχθύας, *fluvios maximos & plurimos pisces alentes* in lacum Asphaltiten influere scribit (vide supra *pag. 242.*) unus enim est Jordanes, alter Arnon. An non Arnon ita flexerit cursum, ut non ad austrum modo, sed ad ortum quoque regionis Israëliticae collocari debeat, disquirimus infra *libro tertio*, ubi de urbe *Aroër* sita ad ripam hujus fluvii.

Alterum flumen regionis trans Jordanicae est JABBOC, יבוק, quod non longe a mari Tiberiadis influit in Jordanem. Epiphanius *l. 1. adverſ. haer. pag. 10.* Ἰαβὸκ vocat, & torrentem non longe a Jordane appellat. Ἰοβάκκος Josepho vocatur ex Chaldaeo יובקא *Joubca.* Vide *Gen. 32. 23. Cant. 4. 2.* Idem hoc flumen Ἰάβακχον nuncupat, & χείμαῤῥον *torrentem*, *Ant. I. 19.* Influere eum in Jordanem testatur & terminare regionem Amoritarum a borea *Antiq. IV. 5.* & eo flumine superato Mosen ingressum fuisse in regnum Ogi Galaadenen & Gaulanitida. Videlicet aliqua pars Jaboci possessa fuit ab Israëlitis, illa, quae planitiem transit prope mare Tiberiadis, & quum dicitur *Deut. 2. 37. ad terram Ammonitarum non accessistis, sc. latus Jabboci & urbes in montanis*, hoc non ita debet intelligi, ac si ad Jabboccum non accessissent, sed ad latus illud Jabboci, ubi urbes erant in montanis, & regio Ammonitica.

p. Est & flumen Jaëzer. Eusebius in Onom. ad vocem Ἰασὴρ scribit,
283. eum locum abesse a Philadelphia 10. milliaria versus occasum & Esbunte milliaria 15, atque inde magnum flumen erumpere, quod a Jordane suscipitur. Posset aliquis suspicari, hoc flumen esse idem cum Jabboco, quod Eusebius scribit inter Philadelphiam & Gerasa fluere & commisceri Jordani. Quod si sit, numeri Eusebiani corrupti sunt. Fieri enim non potest, ut Jabboc tam vicinus Esbunti fuerit, terminus tribuum Ruben & Gad ad septentrionem.

Quartum flumen regionis trans Jordanem sitae est ירמוך, *Jarmoch*, جرموك Arabibus, uti videre est ex iis, quae superius *pag. 272.* adnotavimus. Ἱεράμαξ Graecis, in mollius flexa nominis forma dicitur. Hoc flumen urbem Gadara non longe a mari Tiberiadis sitam praeterlabitur, teste Plinio.

Fuerunt

Fuerunt praeterea torrentes in Peraea, orti ex montano tractu, qui ei ab ortu est, quorum Josephus meminit iis verbis, quae exhibuimus supra *pag. 130.*

CAPUT XLV.

DE FLUMINIBUS TERRAE CIS-JORDANICAE.

Flumina & valles *eodem nomine* נחלים *nuncupatae.* Χείμαῤῥος ποταμὸς *an recte dicatur. Fluminum Palaestinae recensio, quae in mare magnum labuntur, progressu facto ab austro versus septentrionem.* Flumen Aegypti *quid. Num ab urbe Rhinocolurorum Aegyptus tempore Josuae possit dici capere initium. Aliae causae hujus nominis. Fluvii torrentes circa Gazam. Fluvius* Besor. Schorec *fluvius. Torrens inter Joppen & Jamniam. Fluvius Ramae ad septentrionem Joppes in mare decurrens. Fluvius* Cana. Corseus. Schichor Libnath. Kischon. Belus *in cujus litore arenae, quas ad conficiendum vitrum veteres adhibuerunt.* Τελὸς *unde. Fluvius* Lante *inter Tyrum & Sareptam.* Eleutherus *ubi quaerendus.* Sabbation *Flumen ubi. Flumina in Jordanem & lacus, quos efficit, illabentia. Flumina ex locis Scythopoli proximis orta. Fluvius* Crith. *Fluvius Jerichuntinus.* Kedron. *Fluvii* Ethan. *Fluvii in regione Sodomitica. Flumina* Absus & Genusus *Palaestinae tributa a Vibio Sequestre.*

Antequam de fluminibus terrae ad occasum Jordanis sitae, quam p.
cis Jordanicam nuncupare consuevimus, sigillatim dicamus, quae- 284.
dam praenotanda sunt de nomine, quo appellantur. Sciendum itaque, nullum ex his fluminibus esse navigerum, quod jam olim Ammianus Marcellinus observavit *lib. XIV.* adeoque ποταμίσκους potius quam ποταμὲς dicendos: atque ita Hierosolyma longe a ποταμοῖς sita scribit Philo de *somniis*, quum tamen in proximo esset torrens Kedron. At is ποταμὲ nomen haud meretur. Deinde nomen נחלים valles aeque ac flumina notare, & saepe numero incertum esse, quando נחל aliquis memoratur in Sacro Codice, debeatne vallis an flumen intelligi: quumque multa flumina ex his torrentia sint, & aestate exsiccata alveum suum uti vallem ostendant, quemadmodum & Ovidius *lib. II. Metamorphoseon* septem brachia fluvii exsiccata appellat

—— *septem sine flumine valles,*

potest ea vox נחל & flumini & valli adaptari. Graeci vocem נחל per χείμαῤῥον reddere solent, id est, torrentem sive hybernum flumen. Sunt tamen quidam נחלים qui & aestate & hyeme fluunt. Quumque, ob defectum veterum monumentorum, nunc quidem dici vix possit,

 quinam

quinam fluvii ex cis Jordanicis torrentis ſive χειμάῤῥα, quinam fluvii perpetui, nomen mereantur, nos quidem omnes illos, de quibus hoc capite agemus, fluvios nuncupamus, quod nomen & torrenti & perpetuo flumini commune eſt. Quae quidem, ut aliquando clarius intelligantur, & errores quorundam ſcriptorum notentur, ſciendum eſt, quum χείμαῤῥον aut torrentem dicimus, id ad vocem ποταμὸς vel *fluvii* ſpectare, quamvis ſecus videatur aliis. Fluvii *torrentes* & *perennes* opponuntur a Plinio *l. V. c. 28.* qui & voce *torrentior* utitur, uti Statius *Theb. VII. 316. torrentiſſimus.* Ovidius *l. 11. de remedio amoris*,

Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire:
Sed tamen haec brevis eſt, illa perennis, aqua.

p. 285. Graeci quoque ποταμὸς αὐθιγενεῖς καὶ χειμάῤῥας perennes & torrentes diſtinguunt. Vide Philonem *libro de victimis, p. 840. 457. 815.* Male itaque Syiburgius notat ad Pauſaniae *lib. 11. cap. 36. In apellativa torrentis ſignificatione non ſolet voci* χείμαῤῥος *ſubſtantivum* ποταμὸς *adjici, niſi forte aliud quoque differentiae adjectivum accedat.* Verum ipſe Pauſanias ita utitur voce ποταμὸς & χειμάῤῥα *lib. IX. c. 19.* Τὸν δὲ ποταμὸν τὸν χείμαῤῥον Θερμώδοντα ὀνομάζουσιν, *flumen torrens Thermodonta* nuncupant. Ita in ſententiis Epicteti legitur ὁ τύχης βίος συμπεπλεγμένος ἔοικε χειμάῤῥῳ ποταμῷ, *Vita fortunae implicita ſimilis eſt fluvio torrenti.* Heſychius, Ἔναυλοι, οἱ ἐπὶ τῶν χειμάῤῥων ποταμῶν καταβάσεις· τινὲς δὲ ποταμοὺς χειμάῤῥους. Ἔναυλοι *ſunt deſcenſus in torrentes: alii ſic ipſos torrentes nuncupant.* Suidas χειμερινοὺς ποταμοὺς appellat, & ἐνάυλους ἐν τῷ χειμῶνι ῥέοντας ποταμοὺς, *hyberna flumina.* Idemque ad vocem Κυκλοβόρος, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς χειμάῤῥους *fluvius Atticae torrens.* Cui opponitur ποταμὸς ἀείῤῥους, quomodo Ariſteas Jordanem nuncupat. Adde denique gloſſas veteres, *Torrens*, χείμαρος ποταμός.

Inter flumina terrae cis Jordanicae primum locum concedemus fluminibus auſtralem regionem Palaeſtinae irrigantibus. Fuere heic plurima, & *Pſalm. 126. 4.* אפיקים בנגב, χειμάῤῥοι ἐν τῷ νότῳ appellantur. Eratoſthenes etiam teſtatur circa Rhinocolura, quae urbs ſita fuit in finibus Palaeſtinae auſtralibus, flumina fuiſſe, quae ne quis exigua putet, ipſe eorum originem ex Arabia locisque, per quae Euphrates labitur deducit, per meatus nimirum ſubterraneos. Strabo *lib. XVI.* ita refert ejus opinionem, Ἐρατοσθένης δὲ τῶν λιμνῶν μνησθεὶς τῶν πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ φησὶ τὸ ὕδωρ ἀποῤῥεῦμενον διεξόδων ἀνοῖξαι πόρους ἐπὶ γῆς, καὶ δι' ἐκείνων ὑποφέρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων· ἀναβλύεσθαι δὲ εἰς τοὺς περὶ Ῥινοκόρουραν καὶ τὸ Κάσιον ὄρος ποταμούς. *Eratoſthenes paludum mentionem faciens, quae circa Arabiam ſunt, aquam ſcribit, quum exitum nullum inveniret, ſubterraneos ſibi meatus aperuiſſe & per illos usque in Coeleſyriam delatam in illa flumina erupiſſe, quae circa Rhinocorura & montem Caſium ſunt.* In Sacro Codice *Joſ. 15. 4.* & alibi נחל מצרים *flumen Aegypti* appellatur illud, quod Rhinocolura alluit. Erat autem ad auſtrum urbis, quia Hieronymus illud labi teſtatur

ſtatur inter Peluſium & Rhinocolura. De ratione hujus nominis diſquiri ſolet, unde ductum ſit, & an non ipſe Nilus intelligi debeat, quoniam שיחור *Schichor*, & *Schichor Aegypti* appellatur *1. Chron. 13. 5.* Veruntamen Nilus innui hoc nomine nequit, ubi in finibus regionis tribui Judae aſſignatis eſſe dicitur *fluvius Aegypti*, uti *Joſ. 15. 4.* nam certum eſt, ad Nilum usque non fuiſſe illius tribus portionem protenſam. Quum porro Aegyptus ipſa tempore Joſuae ſe non extenderit usque ad illum locum, ubi Rhinocolura poſtea condita ſunt, clarum videtur, non poſſe flumen Rhinocolura alluens fluvium Aegypti dici, ac ſi in Aegypto eſſet, ſed alio referri oportere illud epitheton Aegypti. Scio equidem, nonnullos ſcribere Aegyptum pertigiſſe usque ad terram Iſraëliticam, & confirmari poſſe hanc ſententiam, eo quod oppidum Rhinocolura a profanis ſcriptoribus appelletur πόλις Αἰγύπτου, adeoque & fluvius eam alluens recte dici poſſit fluvius Aegypti. Euſebius certe Ῥινοκόρουρα *in Onomaſtico* ſcribit, eſſe urbem Aegypti, & tribum Judae attingere Aegyptum, quum Βηθαφὲ urbem tribus Judae eſſe fatetur & facit illam ὅριον *terminum* Palaeſtinae & Aegypti. Vide eum *ad vocem* Θαφφὲ & Βηθαφὲ. Erat autem illa urbs 14. milliaribus a Ῥαφία (Raphia) diſſita Aegyptum verſus adeoque a fluvio hoc non valde remota. Adde in Notitia Eccleſiaſtica medii aevi Rhinocolura Aegypto quoque accenſita fuiſſe, ſub metropoli Peluſio Ἐπαρχίας Αὐγουσταμνήκης. Sed, uti mox notatum fuit, haec ſpectant ad recentiora tempora. Aetate Joſuae Aegyptus eo usque ſe non extendit & inter illam ac terram Iſraëliticam erat intermedia regio Philiſtaeorum. Non poteſt itaque flumen illud Rhinocolura alluens flumen Aegypti dici, ac ſi in Aegypto laberetur. Quid ergo? *Joſ. 13. 3.* flumen hoc appellatur שיחור אשר על פני מצרים *Schichor, qui eſt ante faciem Aegypti.* Hinc diſcimus, idem eſſe *flumen Aegypti*, quod *flumen reſpiciens Aegyptum.* Vox Schichor non debet quenquam offendere, ac ſi Nilus eo innueretur, quum & aliis fluminibus id nomen detur, uti ex hoc ipſo capite liquet. Erit ergo *Schichor*, vel *flumen Aegypti* id flumen, quod Aegyptum reſpicit vel Aegypto vicinum, uti *Almon Diblathaim* creditur eſſe Almon prope Diblathaim, *En Rimmon, Taanath Schilo, &c.* Idem videtur *Amos. 6. 14.* נחל הערבה appellari, quia uti terminus oppoſitus jungitur cum introitu Chamathae. Nomen non multum diverſum eſt נחל הערבים, quod nonniſi *Jeſ. 15. 7.* legitur, & *torrens ſalicum* ſolet reddi. Hieronymus ad illum locum notat *poſſe legi Orbim, ut ſit villa in finibus Arabum ſita, cujus a plerisque accolae in monte Oreb Eliae praebuiſſe alimenta dicuntur.* Non memini, legiſſe, Eliam per עברים nutritum fuiſſe in monte Oreb, ſed juxta torrentem Crith. Nec illi corvi in Arabes converti poſſunt aut incolas hujus alteriusve loci, ut pluribus infra dicetur. Ceterum ad illuſtrandas voces has, *flumen Aegypti*, quasi *reſpiciens Aegyptum*, non tantum faciunt nomina portarum Hieroſolymae & aliarum urbium dicta a regionibus, verſus quas ducunt

p. 286.

p. 287.

ducunt aut transitum praebent, sed & quod apud Dioscoridem legitur, libro *de re medica lib. 1. cap. 6.* Νάρδε ἐςὶ δύο γένη· ἡ μὲν γάρ τις καλεῖται Ἰνδική· ἡ δὲ Σηριακή· ἐχ' ὅτι ἐν Συρίᾳ ἐυρίσκεται, ἀλλ' ὅτι τε ὄρες, ἐν ᾧ γεννᾶται, τὸ μὲν πρὸς Συρίαν τέτραπται, τὸ δὲ πρὸς Ἰνδάς. *Nardi duo sunt genera, Indica altera, altera Syriaca dicta, non quod in Syria inveniatur, sed quod montis, in quo nascitur pars una Syriam altera Indos spectat.* Potuit etiam ab historia aliqua nobis ignota fluvius ille Aegyptiacus appellari, uti Abel mizraim in terra Israëlitica locus dictus est a planctu Aegyptiorum: & uti hodie *mons Francorum* in terra Sancta dicitur, quod eum diutissime Franci contra Mohammedanos defenderint.

Circa Gazam torrentes fuisse scribit Aristeas *lib. de LXX. Interpret.* Ἄλλοι δὲ χείμαῤῥοι λεγόμενοι κατίασι, περιλαμβάνοντες τὰ πρὸς τὴν Γάζαν μέχρι τὴν Ἀσωτίων χώραν. *Alii torrentes dicti defluunt per regionem Gazae & & Asotiorum.* His ego torrentibus malim adscribere dulcedinem maris in litore Gazae, quam aquis Nili, quae longius a Gaza distant, quam ut litora ejus possint attingere. Secus tamen visum Michaëli Pfello in Διδασκ. παντοδαπ. *cap. 131.* Ὁ γὰρ ἐπὶ Γάζαν πλεῖς ὕδωρ ἔχει γλυκὺ διὰ τὸ τινὰ ῥόμια τε Νείλε ἐκεῖσε ἐμβάλλειν. *In mari Gazae vicino aqua dulcis est quod quaedam ostia Nili in id se effundant.*

p. 288. In hoc tractu etiam *Besor* flumen נחל הבשור fuit, Josepho *Ant. VI. 15.* Βάσελος, de quo *1. Sam. 30. 10.* legitur, & *Schorec* שורק, de quo *Jud. 16. 4.* Eusebius notat ἐν βορείοις Ἐλευθεροπόλεως vicum fuisse Καφαρσωρήχ dictum (ita legendum ex Hieronymo) *juxta villam Saraa, unde fuit Samson.* Atqui Saraa illa aberat 10. milliaribus ab Eleutheropoli versus boream & Nicopolim, uti scribit ad vocem Σάραα vel Σάρδα. Mox *ad vocem* Σωρὴκ (alia titulo) scribit fuisse juxta Estaol. Sed de his plura *lib. III.* Quod si *Schorec* illic quaeri debet, certe vinum שורק idem non cum Ascalonitico, quod veteres celebrant, sed שורק nomen erit commune, non proprium. Nam longe hinc erat Ascalon. Meminerunt tamen scriptores recentiores fluminis circa Ascalonem. Ita Robert. *in Hist. Hierosolym. lib IX. ad flumen, quod est circa Ascalonem invenit multa millia boum, camelorum,* & mox, *flumen transmeavit . . . & descendit in vallem speciosam & spatiosam cum suis omnibus & secus littus maris intravit, ibique suas acies ordinavit.* Inde liquet, fuisse Ascaloni ad septentrionem, nec valde propinquum urbi. Sed quum plura veteres non tradant de situ horum fluminum, nec nos aliquod certius promere possumus. Quid quod dubitari posset debeatne נחל per fluvium verti, an per vallem.

Inter Joppen & Jamniam erat quoque torrens, cujus Josephus meminit *Antiquitatum lib. XIII. cap. 8.* Τε δ' Απολλωνίε χιλιὰς ἱππεῖς καθίσαντος εἰς ἐνέδραν ἔν τινι χειμάῤῥῳ. *Quum mille equites in insidiis collocasset Apollonius in quodam torrente.*

Non longe a Joppe fluvius est, qui in mare illabitur ad septentrionem illius urbis intervallo circiter dimidiae horae itineris, qui tanta vi fertur

fertur, ut molendina ei imposita circumagat, quum reliqui fluvii inter Joppen & Caesaream nullius momenti sint. Hujus licet apud veteres mentio non fiat, indictum tamen illum praetermittere nolui. Indicium ejus mihi fecit vir humanissimus Henricus Lub, amicitiae jure mihi junctus, qui in hujus fluminis vicinia Ramae per annos septendecim habitavit, & per quem multa edoctus sum de iis, quae ad faciem hodiernam Palaestinae faciunt. Is latitudinem fluvii hujus spatio quindecim pedum terminabat, sibique eam curam fuisse quotannis tempore p.
jejunii quadragesimalis narrabat, ut patribus Hierosolymitanis prospice- 289.
ret de piscibus بورى aliisque, quos hic fluvius alit, in cibum. Idem inter Ramam & Joppen nullos esse fluvios dicebat, inter Joppen & Gazam paucos & exiguos: illum autem fluvium, quem haud procul a Joppe in mare labi adnotavimus, fluere non longe a Rama, spatio dimidiae horae inde remotum. Quare suspicor, illum esse fluvium eundem cum eo, quem scriptores belli sacri, inserti *Gestis Dei per Francos*, fluvium Ramae nuncupant.

In confiniis terrarum tribus Ephraim & Menassis memoratur *Jos. 17. 8.* flumen *Cana*, נחל קנה, ita ut ad septentrionem hujus fluminis sita esset regio Menassis, ad austrum vero Ephraim.

Haud procul a Caesarea ostia fluminis cujusdam collocantur a Ptolemaeo, qui *Corseus* vel Χρυσοῤῥόας dicitur.

Non longe a Carmelo flumen est שיחור לבנת *Schichor Libnath*, nomen ἅπαξ λεγόμενον, quod suspicari quis posset a Crocodilis (quia & & Nilus שיחור dictus eos alit) ita appellatum, quod & oppidum Κροκοδείλων non longe hinc fuerit: de quo vide *l. III.* ad vocem *Crocodilon.*

Ad latus septentrionale montis Carmeli decurrit flumen Kischon קישון, quod juxta montem Tabor in planitie Jizreel, sive Esdrelon, labens, uti Hieronymus in Onomastico testatur, & quidem ad australe latus ejus, se effundit auctum aliis rivulis, in eadem planitie conspicuis, in sinum urbis Aco, id est, Ptolemaidis. Graecis χείμαῤῥος Κεισῶν & Κισῶν dicitur, *Jud. 4. 13. Psal. 82. 9.* quamvis codex Alexandrinus in hoc loco legat ἐν τῷ χειμάῤῥῳ Κισσῶν, at Suidas ad vocem Ἰαβὶν, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ τῶν Κισσῶν, uti Graeci Kedrona appellarunt χείμαῤῥον τῶν Κέδρων, ac si Κέδρων & Κισσῶν haberi deberet pro genitivo plurali. Sunt, qui putent, flumen Kischon esse idem cum flumine *Kedummim*, נחל קדומים, quod semel tantum, *Jud. 5. 21.* commemoratur.

Belus celebre flumen est in sinum urbis Ptolemaidis se effundens. Βηλεὺς Josepho nuncupatur *lib. II. de bell. 11. 9.* qui eum labi testatur stadiis duobus a Ptolemaide. Describitur a Plinio accuratius *lib. XXXVI. c. 26. Pars est Syriae, quae Phoenice vocatur, finitima Judae intra montis Car-* p.
meli radices paludem habens, quae vocatur Cendevia. Ex ea creditur nasci 290.

 Belus

Belus amnis quinque mill. ſpatio in mare perfluens juxta Ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit, inſalubri potu, ſed ceremoniis ſacer, limoſus vado, profundus non niſi refuſo mari harenas fatetur: fluctibus enim volutatae niteſcunt, detritis ſordibus, nunc & a marino creduntur aſtringi morſu, non prius utiles. Quingentorum eſt paſſuum non amplius litoris ſpatium, idque tantum multa per ſaecula gignendo fuit vitro. Et *lib. V. c. 19. Rivus Pagida ſive Belus vitri fertiles arenas parvo litori miſcens.* Quum hic Pagida Plinio appelletur, quidni credamus, eum latere ſub nomine פיגה *Piga*, vel *Puga*, פוגה, quem Talmudici unum faciunt ex 4. fluminibus terrae Iſraëliticae? Reliqui ſunt Jordanes, Jarmoch (Hieramax) & Kirmion. Vide *Miſnam Para. VIII. 10.* Tacitus, *Hiſtor. lib. V. Et Belus amnis Judaico mari illabitur, circa cujus os conlectae arenae admixto nitro in vitrum excoquuntur. Modicum id litus, ſed egerentibus inexhauſtum.* Auctor hiſtoriae Hieroſolymitanae inſertae Geſtis Dei per Francos *pag. 1166. Fluvium, qui Urbi* (Aco) *allabitur Belum* (ita leg. pro *Bellum*) *nominant, & licet alveo anguſto nec alto decurrat, ejus tamen gloriam Solinus haud levem aſſerit, quem inter mirabilia mundi commendans ipſum harenis vitreis ditari proponit. Erat enim quaedam foſſa harenaria, cujus harenae vitri conficiendi praebebant materiam: quod ſi exterius ſumtae omnino erant inutiles; ſi vero caſu intromiſſae mox loci virtute occulta vitream aſſumebant naturam.* An forte nomen vitri Graecum ὑαλος, & ὑαλὸς, ductum eſt de nomine fluminis hujus Beli, permutatis literis ejusdem organi β & υ, aut ab Hebraico חול *arena?*

Flumen eſt, *Lante* nuncupatum, inter Tyrum & Sareptam. Geographus Arabs Romae typis Mediceis editus, vulgo ſed temere Nubienſis dictus. بين صور وصرفند يقع نهر لنطه ومنبعه من الجبال ويقع هناك في البحر *Inter Tyrum & Sareptam flumen eſt nomine Lante, ortum ex montibus, & hic ſe in mare evolvens.* Nomen Lante videtur ortum ex *Leontes.* Ptolemaeus eum inter Sidonem
p. & Berytum locat. Maundrellus *pag. 79.* Itinerarii narrat, ſe cum Sa-
291. rephta Tyrum tenderet, & trium horarum ſpatium confeciſſet, fluvium latum profundumque inveniſſe nomine *Caſimeer*, olim ponte ſtratum, cujus pars adhuc ſupereſt. Credo, eundem illum eſſe, cujus meminit Albertus *Hiſtor. Hieroſ. l. V. c. 41.* quem *rivum* vocat, *quem omnis exercitus exhaurire nequiret*, collocatque inter Sidona & Tyrum. Hunc plerique putant eſſe Eleutherum veterum, qui tamen ſeptentrionalior fuit Sidone, uti recte Maundrellus probat *p. 41.* exiſtimans, ad ſeptentrionem Tripolis eum quaerendum, ubi eſt *fluvius magnus* dictus نهر الكبير & alii. Ceterum nomen *Caſimer* videtur ſatis bene cum Τάμυρας (quod nomen fluvii eſt ſecundum Strabonem) convenire. Sed Strabo Tamyram facit ſeptentrionaliorem Sidone.

Eleutherus a nonnullis ſolet recenſeri inter flumina terrae ſanctae, & inter Tyrum & Sidonem collocari: ſed male; fuit enim ſeptentrionalior Sidone, quod liquet ex eo, quod Antonius Cleopatrae dederit omnes urbes

urbes inter Aegyptum & fluvium Eleutherum, exceptis Tyro & Sidone, teſte Joſepho *Antiquit. XV. 4. & de bell. 1. 13.* Ergo Sidon & Tyrus fuerunt inter Aegyptum & flumen Eleutherum. Meminit idem ſcriptor Eleutheri *Antiq. XIII. 8.* ubi ſcribit, Jonatham regem Ptolemaeum a Joppe deduxiſſe uſque ad flumen Eleutherum. Porro *Antiquit. XIII. 9.* narrat, Jonatham in Agro Amathenſi caſtra metatum 50. ſtadiis ab hoſtili exercitu, qui fugit trans Eleutherum. Plin. IX. 10. (ſi forte hic locus aliquid facere poſſet ad verum ſitum ejus indagandum) de teſtudinibus, *in Phoenicio mari haud ulla difficultate capiuntur, ultroque veniunt ſtato tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine.* Ne teſtudines hae falſum amnis etymon pariant. العود *Eleud*, teſtudinem notat, ſed ea notione, qua inſtrumentum muſicum eſt, non animal.

Sabbathion flumen eſt, quod Judaeae tribuit Plinius, *l. XXXI. Hiſtor. cap. 2.* licet enim hoc nomine id haud nuncupet, petſpicuum eſt, idem eſſe cum eo, quod Judaei פחר סבטיון in *Ecba Rabbati fol. 77. col. 1.* & alibi appellant. Verba Plinii haec ſunt, *In Judaea rivus Sabbatis omnibus ſiccatur.* Paulo ante meminerat alterius fluvii, qui ſepteno quoque die alius eſſet, quam ſex reliquis, hiſce verbis, *Mutianus* (tradit) *Andri e*
fonte Liberi patris ſtatis diebus ſeptenis ejus Dei vinum fluere, ſi auferatur a con- p.
ſpectu templi, ſapore in aquam tranſeunte. Atque ita haud ſolus Sabbation 292.
ſeptimi diei indicium aliquod exhiberet. Aliud tamen eſt Sabbathum, aliud ſeptimus dies. Potuit enim dies ille ſeptimus alius a Sabbatho fuiſſe: potuit fuiſſe & idem, atque adeo ex hoc quoque fonte Liberi patris, uti ex fluvio Sabbatione argumenta pro Sabbathi celebratione petere potuiſſent: inprimis quum eo die vinum funderet, quo vini potui liberius ſe dant Judaei, uti notum eſt. Sed vix videtur Mutianus fidem mereri: quamvis enim non repugnet, certo tempore fluvium aut fontem ſaporem vini referre, quoniam iis locis, quae perlabitur, admiſceri ſtatis diebus illae particulae queunt, quibus admixtis aqua vinum redolet, hoc certe mea quidem ſententia alienum a vero videtur, quod Mutianus addit, ſi auferatur a conſpectu templi, ſaporem vini tolli. Quid enim conſpectus templi efficere poſſit, ut eo ſublato tollantur & evaneſcant particulae vinoſae, non video. Sed ad Sabbationem Judaeae nec ipſe hic fluvius attribuendus eſt, ſed terris, quibus Judaei praeerant. Fuit enim inter Arcas, urbem regni Agrippae, & Raphanaeas. Ita ſcribit Joſephus *de bello Judaic. lib. VII. cap. 24.* ubi eum a Tito conſpectum refert, Θεᾶται κατὰ τὴν πορείαν ποταμοῦ φύσιν ἀξίαν ἱστορηθῆναι. Ῥεῖ μὲν γὰρ μέσος Ἀρκαίας τῆς Ἀγρίππα βασιλείας καὶ Ῥαφανείας. Ἔχει δὲ θαυμαστὴν ἰδιότητα· πολὺς γὰρ ὢν ὅτε ῥεῖ καὶ κατὰ τὴν φορὰν ἀσχολαίος, ἔπειτα δὲ πᾶς ἐκ τῶν πηγῶν ἐπιλείπων ἐξ ἡμερῶν ἀριθμὸν ξηρὸν παραδίδωσιν ὁρᾶν τὸν τόπον. εἶθ' ὥσπερ ἀδεμιᾶς γενομένης μεταβολῆς, ὅμοιος κατὰ τὴν ἑβδόμην ἐκδίδωσι καὶ ταύτην ἀεὶ τὴν τάξιν ἀκριβῶς τετήρηται διαφυλάττων, ὅθεν δὴ καὶ σαββατικὸν αὐτὸν κεκλήκασιν, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς τῶν Ἰουδαίων ἑβδόμης ἔτως ὀνομάσαντες. *Vidit in itinere Titus fluvium, cujus natura digna eſt,*

quae

quae literis mandetur. Labitur is inter Arcaeam, urbem regni Agrippae, & Raphanaeam (interpres male utramque urbem regni Agrippae facit) *mirabilemque naturam habet. Copiosus enim quum sit, quoties fluit, nec in lapsu segnis, totus a fontibus deficit per sex dierum spatium nudumque alveum conspiciendum praebet: at die septimo, plane ac si nullam mutationem passus fuisset, sibi similis fluit & hunc ordinem semper observat. Quare & Sabbathicum eum dixere a die septimo quem Judaei Sabbathum vocant.* Ut Josephum cum Plinio concilicet trajicit illa κατὰ τὴν ἑβδόμην Fullerus, quem *lib. I. c. 9. Miscellaneorum Sacrorum*, uti & Buxtorfium *in Lexico Talmudico* ad vocem סנבטיון adeant illi, quibus testimonia Judaeorum de hoc fluvio ignota sunt. Festive Galatinus, *Si fluvius iste, dum erat, observandi Sabbathi erat signum, nunc quia nusquam apparet, nunquam est observandum Sabbathum.*

p. 293.

Progrediamur nunc ad lustrandos fluvios, qui in Jordanem & lacus, quos ille efficit, illabuntur, progressu facto a septentrione versus austrum, quod fluminum in mare magnum illabentium recensio ab australibus Palaestinae finibus versus septentrionales instituta nos in ora hujus regionis septentrionali relinquat. Veteres quidem non memorant illos rivos, qui in lacum Tiberiadis influunt, quales tres memorant recentiores scriptores, qui ex monte, mensa Christi dicto, oriuntur. Est & inter Tiberiada & montem Tabor fluvius; & fluvios non longe a Scythopoli in Jordanem illabentes commemorantem superius audivimus geographum Arabem. Vide supra *pag. 272.* Sed veteres, quod sciam, horum mentionem nullam faciunt. Verum celebris est, quod magno Prophetae Eliae latebras dederit, fluvius Crith. כרית appellatur *1. Reg. 17. 3. 5.* diciturque esse על פני הירדן *ante Jordanem*, & orientem versus a Samaria. Hoc ita intellexit Hieronymus in Onom. ac si trans Jordanem fuisset. Sed על פני esse idem, quod κατὰ πρόσωπον & *ante* vel ex hoc liquet, quod שיחור fluvius Rhinocolurorum dicatur esse על פני מצרים *ante faciem Aegypti.* Circa hunc fluvium latuit Elias, quem Josephus scribit ἐις τὰ πρὸς νότον μέρη fugisse tendentem ad fluvium Crith. Bochartus aliud egisse Josephum ait, quum hoc scriberet, sed Keuchenius in *animadv. ad N. T.* saepe νότον usurpari pro קדם ostendit. Χοραὶ appellatur Epiphanio *lib. II. adv. haer. pag. 593.* sed *lib. III. adverf. haeref. pag. 3009.* χορῖαι. Varietas haec profecta videtur a librariis. Sanutus etiam hujus fluvii meminit in *secretis fidelium crucis pag. 247.* ita scribens: Fasaelis vel Fasael tribus leucis distat a Jordane, in campestribus, ubi torrens Carith descendit de monte, in quo loco mansit Helias.

p. 294.

Non longe a Jerichunte fluvius in Jordanem labitur ex fonte, quem Elisaei vocant, ortum habens. Josephus *lib. V. de bell. cap. 4.* scribit, eum planitiem permeare septuaginta stadia longam, latam stadia viginti. Meminit Hieronymus *in Comm. ad Ezech. 47. ut exprimant in se Jerichontini fluvii Sacramentum, quem Elisaeus Evangelico & Apostolico curavit sale*, & Sanutus *in secretis fidel. crucis pag. 247.* his verbis, *Subtus Quarentenam*

nam ad duos jactus sagittae oritur fons Helisei, quem sanavit: fluit autem circa Galgalam a parte australi, & impellit ibi magna molendina, & postea divisus in rivos plures rigat hortos, & fluit postea in Jordanem, & multi alii.

Verum prae reliquis clarus est fluvius Kedron, tum quod Hierosolymam alluat, quam inter & montem oliviferum labitur, tum, quod in scriptis Novi Testamenti saepius commemoretur, frequenti transitu Sospitatoris nostri nobilitatus. Torrens hic est vero nomine, quum aestivo tempore flumen esse desinat, & vallis nomen habeat, adeoque sicco pede transeatur. Unde & χείμαρρος Κεδρῶνος Josepho memoratur, *Ant. VIII. 1.* & φάραγξ Κεδρῶνος, *Antiq. IX. 7.* Nec latus est admodum, ubi inter Hierosolymam & montem oliviferum labitur, sed trium modo passuum intervallum ab una ripa ad alteram est. Ad nomen Kedron quod attinet, a cedris illud haud duxerim. Oleae hic fuere plurimae, non cedri: & Josephus quidem memorat *Ant. VIII. 2.* cedros plurimas in Judaea fuisse a Salomone plantatas, sed ἐν πεδίοις, non in istiusmodi vallibus, qualis erat Kedron. Praeterquam quod nomen Kedron vetustius videatur temporibus Salomonis, & illa opinio de cedris nata videatur ex Graeco τῶν κεδρῶν, quum Hebraeum nomen nil minus, quam cedros notet. A sordibus urbis eo confluentibus alii id ducunt. Ego malim a tenebris & obscuritate hujus vallis, quae inter altissimos montes media fuit, & hortis arboribusque, quae eam obumbrabant, nominis originem arcessere. Ortum ducit inter Hierosolymas & montem oliviferum, unde labitur per eremum, quae dicta fuit aevo medio eremus Urbis Sanctae, & ad illum exstructa est Laura S. Sabae, (remota circiter undecim millibus passuum ab urbe Sancta, uti colligere licet ex Phoca, qui eo usque a Siloam vallem protendi scribit, quamvis etiam per montes eo iter possit institui.) Nullis tamen arboribus illic consitus est, quas ingenium loci respuit. Ita legitur in vita S. Joannis Silentiarii, edita ex MSto Vaticano, & inserta Actis Sanctorum *Tom. III. Maji.* Ἴσασιν γὰρ καὶ οἱ πολὺν χρόνον τῆς Λαύρας τῆ μακαρίᾳ Σάβα πεῖραν ἔχοντες, ὅτι περ ἔτε ἐν ἀέρι καὶ κήπῳ συκὴ γίνεται ἢ ἕτερον δένδρον διὰ τὴν πολλὴν θερμότητα καὶ ξηρότητα τῶν ἀέρων τῆς Λαύρας. Εἰ δέ τις προφέρει τὰ δένδρα τῆ μικρῆ τῆς Λαύρας κοινοβίᾳ τὰ παρὰ τὴν ὁδὸν ὄντα, γινωσκέτω, ὅτι ἐκεῖνα ἐυχῆς ἔργον γεγένηνται τῆ μακαρίᾳ Σάβα, βάθος τε γῆς ἐυρηκότος καὶ ἐυπορίαν τῶν τῆ χειμάρρῃ ὀμβρομιαίων ὑδάτων, καὶ τῶν τῆ αὐτῆ μικρῆ κοινοβίᾳ πατέρων μέχρι τῆ νῦν ἐκ τῆ ὕδατος τῆ χειμάρρῃ ὅλον τὸν χειμῶνα αὐτὰ ποτιζόντων· Ἀμέλει τοι πολλῶν ἐπιχειρησάντων παρὰ τὸν χειμῶνα ποτιζόντων, μόλις ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἴσχυσαν κρατῆσαι τὰ φυτὰ διὰ τὴν, ὡς εἴρηται, πολλὴν τῶν ἀέρων ξηρότητα καὶ τὸ σφοδρὸν τῶν καυμάτων. *Sciunt enim, qui diuturnam Laurae S. Sabae experientiam habent, nullas in area aut horto ficus nasci, aut alias arbores propter multum calorem & siccitatem aëris Laurae. Quod si quis objiciat, arbores parvi coenobii esse juxta viam, sciat, eas quoque opus fuisse orationis S. Sabae, terramque illic profundam esse, & torrentem aquarum pluvialium copiosum, & irrigari illas hyeme solere ex torrente usque ad haec ipsa tempora a patribus*

p. 295.

bus parvi coenobii. Alias autem arbores, etiamsi juxta torrentem plantentur & tota hyeme irrigentur, aëris, uti dictum, siccitas & calor ferre non potest. Addamus & hoc Phocae testimonium de Kedrone Lauram S. Sabae alluente, Ὁ δὲ χείμαῤῥος ἀπὸ τῆς Γεθσιμανῆς ἐρχόμενος διέρχεται μέχρι τῆς λαύρας τȣ̃ ἁγίȣ Σάβȣ καὶ τῆς τȣ̃ Ῥȣβᾶ ἐρήμȣ, ἥτις περὶ τὴν νεκρὰν ἐςὶ θάλασσαν τῶν Σοδόμων. *Torrens autem a Gethsemane labens (id est Kedron) ad Lauram Sancti Sabae fluit, & inde ad eremum Ruba, quae est circa mare mortuum sive Sodomiticum.* Frequens fit mentio in Actis Sanctorum, qui in eremis Palaestinae Deum coluerunt, solitudinis Ruba & Ruban, & fuisse illam circa
p. mare mortuum res certa est. Dubito tamen, an adeo propinqua Hie-
296. rosolymis & laurae Sancti Sabae collocari debeat, ut Kedron eam attigerit: mallem eam ripae australi viciniorem statuere, & ultra eam versum austrum. Videntur id suadere multa loca, quae si hoc agerem, adducere possem. Phocas tamen noster credidit, Rubae solitudinem non adeo remotam fuisse: scribit enim postea 12. millibus passuum ultra Lauram & prope eremum τȣ̃ Ῥȣβᾶ esse Monasterium Sancti Charisonis.

Mentio fit fluviorum *Ethan Psal. 74. 15. Siccasti* נהרות איתן *flumina Ethan.* Vulgo per *fortia* vertitur. Multi tamen habent hoc pro nomine proprio, & putant, esse fluvios novae Laurae & Succae, qui conveniunt ambo circa Susacim, & *in vita S. Quiriaci* appellantur *fluvii eorum, quos scimus maximi & profundissimi.* Vide *Tom. I. Act. Sanctor. pag. 683. & Tom. II. pag. 298. & 304.* Nimirum hi fluvii in mare mortuum labuntur, cui adjacet regio quatuor urbium a Deo eversarum. Eo nos ducit Theodoretus *in Comm. ad hunc locum* scribens, Deum siccasse fluvios Sodomorum, Gomorrae & regionum adjacentium. Cyrillus autem *in Comm. ad Jesaiam pag. 689.* putat, Jordanem esse intelligendum, quem Deus siccavit, quum Israëlitae per eum medii transirent, & ποταμὰς Ἠθὰμ reddit per τȣ̀ς ἐν τῷ νότῳ *australes.* Hieronymus in epistola ad Fabiolam reddit *fluvios fortes*, & confundit eos cum tertia mansione Israëlitarum in deserto אתם, *Etham* dicta. Idem meminit, in *Onomastico*, torrentis juxta quem erat spelunca *Etham*, ubi Samsom habitavit: & ante eum Eusebius. Sciendum autem, in codicibus Hebraeis illius torrentis, mentionem non fieri, sed *Jud. 15. 8.* tantum legi סעיף סלע עיטם, σπηλαῖον πέτρας Ἠτάμ. Verum interpretes Graeci addiderunt παρὰ τὸν χείμαῤῥον, ac si in suis codicibus illic legissent על הנחל: nam commate undecimo ejusdem capitis, ubi eadem verba סעיף סלע עיטם non habent illud παρὰ τὸν χείμαῤῥον. Confer, quae de voce איתן notavit Wagenselius ad Codicem Sota *cap. IX. 5.* Ceterum flumina in regione Sodomitica ad latus occidentale lacus Asphaltitis commemorat Strabo *lib. XVI.* his verbis, Καὶ πέτρας τινὰς ἐπικεκαυμένας δεικνύȣσι τρα-
p. χείας περὶ Μοασάδα, καὶ σύραγγας πολλαχȣ̃ καὶ γῆν τεφρώδη· ςαγόνας τε πίσ-
297. σης ἐκ κλεισσάδων λειβομένας καὶ δυσώδεις πόῤῥωθεν ποταμȣ̀ς ζέοντας. *Et rupes*

rupes quasdam asperas exustas circa Moasada (Μάσαδα Josepho dicitur *Antiquit. XIV. 20.*) *ostendunt, & multis in locis exefas cavernas & terram cinerulentam & picis guttas e rupibus stillantes & flumina foetore eminus edito efferventia.*

Meminit etiam Vibius Sequester, in libello de fluminibus, quem nuper edidit adnotationibus eruditis illustratum Vir clarissimus, & magno usu familiaritatis mihi conjunctus, Franciscus Hesselius, duorum fluminum Palaestinae, quorum unum Absus est, alterum Genesus, his verbis, *Absus Palaestinae:* & alibi *Genesus Palaestinae.* Ad Genesum quod attinet, quum Vibius nonnunquam lacus & fluvios confundat, posset credi ex lacu Γεννησάρ, quo nomine lacus Tiberiadis dicitur, natam esse vocem *Genesus.* Sed mittamus haec ocyus, quae ne speciem quidem veri servare poterunt, ubi certiora protulerimus. Ex Asia nempe in Europam migrandum est. In Epiro, uti altera Phoenice, altera quoque Palaestina (nisi forte Apamestina illa dicenda sit, quod Grotius opinatur) invenitur, & a Palaeste regio adsita Palaestinae nomen accepit.

Nec adeo longe a Palaeste fluunt Absus & Genesus; quamvis non putem, recte eos regioni Palaestes tribui. Sed quicquid illud est, quod de Abso & Geneso tradit Vibius, ex Lucano, e quo plurima hausit, petitum est, qui Caesarem appulisse scribens ad portum Palaestinum mox Absi & Genesi meminit: sic ut dubium esse nequeat, hanc Palaestinam a Vibio intellectam fuisse. En ipsa verba Lucani *lib. V. vers. 485.*

Inde rapi coepere rates, atque aequora classem
Curva sequi, quae jam vento fluctuque secundo
Lapsa Palaestinas uncis confixit arenas.
Prima duces vidit junctis consistere castris
Tellus, quam volucer Genesus, quam mollior Absus
Circumeunt ripis.

Confer ad horum illustrationem Caesarem *lib. III. de bell. civil. cap. 13.* *Caesar praeoccupato itinere ad Dyrrachium finem properandi facit, castraque ad* p.
flumen Apsum ponit in finibus Apolloniatium, ut vigiliis castellisque benemeritae ci- 298.
vitates tutae essent praesidio: ibique reliquarum ex Italia legionum adventum exspectare, & sub pellibus hiemare constituit. Hoc idem Pompejus facit, & trans flumen Apsum positis castris eo copias omnes auxiliaque conduxit. Eodem libro *c. 76.* meminit fluminis *Genusi*, quem *Genesum* alii appellant.

Possent fluminibus Palaestinae adnumerari נחלים, quae in sacris literis appellantur, licet נחלים etiam valles notet, uti clarum est ex *2. Reg. 3. 16.* aliisque locis. Ita legimus de הנחל qui respiciebat desertum Jeruel *2. Chron. 20. 16.* Erat is in deserto Tekoae. Vide *comma 20.* Graeci crediderunt esse fluvium, reddentes ἐπ' ἄκρȣ ποταμȣ̃ τῆς ἐρήμȣ Ἰεριήλ. *Jos. 19. 11.* memoratur quoque נחל prope Jokneam in portione

ne tribus Zebulun, (illic Graeci τὴν φάραγγα reddunt) & נחל non longe a Gilgal *Jos. 15. 7.* נחלי געש *2. Sam. 23. 30.* Et profecto malim נחל, quum ambiguum sit, ubique pro flumine accipere, nisi ex vocibus adjectis liqueat, ita accipi non posse, praecipue in descriptionibus locorum, in quibus גי & עמק plerumque pro valle usurpari solet. Vide *Jos. 19. 14.* ubi *commate 11.* נחל legitur. Id videtur confusionem parere, si illic נחל & גי idem significare debeant, quia נחל ambiguum est. Ita עמק & נחל quum legitur *Jos. 15. 7.* in eodem commate, quo limites Judae descibuntur, non reddiderim, uti Graeci, utramque vocem per φάραγγα. Si enim scriptor sacer voluisset per נחל, quod flumen aeque ac vallem notat, vallem indicare, usus fuisset, puto, eadem voce עמק, nec incertum liquisset lectorem, debeatne vallis an flumen intelligi.

CAPUT XLVI.

DE FONTIBUS, THERMIS, ET CISTERNIS.

Fontes *olim multi in terra Israëlitica. Fontes circa Hierosolymas. Postea imminutus fontium numerus, & aquarum copia, signum irae divinae. Fontes aliqui commemorati in sacris literis. Fontes Peraeae. Fons* עיטם Etam, *unde aquae recipiuntur a piscinis tribus Salomonis. Fons Capernaum. Fons Jerichuntinus. Callirhoë.* Thermae *Tiberiadis.* Ἀμμαῦς *idem quod* חמת. *Thermae Gadarenae a Tiberiadensibus diversae. Thermae κατὰ* Καλλιρόην *ubi.* Κατὰ *quomodo usurpet Josephus. Lavacra salubria in Betoanea, & Beelmaunte.* Baru *nomen loci apud Eusebium collatum cum* Βάρα *apud Josephum.* Cisternarum *usus in colligenda aqua pluvia. Stata pluviarum tempora in Palaestina. Cisterna vicina Ramae. Piscinae Etamenses male habitae pro aquarum pluviarum receptaculis. Piscinae Hierosolymitanae. Putei.*

p. 299.

FOntes quidem olim in terra Israëlitica plurimos fuisse, videtur ex eo colligendum, quod *Deut. 8. 7.* appelletur *terra rivorum, aquarum, & fontium* ארץ נחלי מים ועינות. Praeterea copia aquarum illic fuisse dicitur *2. Chron. 32. 3.* מים רבים, *aquae multae*, quas ne invenirent Assyrii, jussit Rex Chizkias obturare capita fontium. Verba ipsa notatu digna sunt, quae docent, longe diversam nunc esse etiam hoc respectu Palaestinae faciem, quae nunc non habet, quod adeo glorietur de fontium & aquarum copia. Ita legitur loco memorato, quum deprehenderet Chizkias Regem Sancheribum in animo habere Hierosolymas armata manu adoriri, visum est, obturare את מימי העינות אשר מחוץ לעיר *aquas fontium, qui extra urbem erant.* Hinc discimus, non unum modo

modo fontem Siloe extra urbem olim fuisse, sed plures, quamvis *commate 3.* hujus capitis tantum fiat mentio unius Gichonis superioris, quem obturavit, quod praecipuus fuerit & proximus Hierosolymis. Magna itaque vi hominum coacta obturarunt omnes fontes וארת הנחל השוטף בתוך הארץ *& torrentem, qui per mediam terram labitur.* Hunc crederem esse torrentem Kedron, quia is Hierosolymis proximus erat, & per mediam illam regionem usque ad mare mortuum labitur: nec majus flumen, quale Jordanes, hic intelligi potest, quum illa exsiccari se non ita patiantur. Deinde rationem addit Chizkias, למה יבואו מלכי אשור ומצאו מים רבים *Quare venirent Reges Assyriae, & reperirent aquas multas?* Erant itaque aquae multae, antequam eas Chizkias Regi Assyrio praeriperet.

p. 300.

Postea autem, quum iram Dei, neglecto cultu ejus & praecipue spreto Christo ac interemto, provocarunt, pondus divinae indignationis (quae se in exsiccatione fontium quoque manifestat *Joel. 1. 20.*) ipsa tellus persensit. Rari certe tunc in terra Israëlitica fuere fontes, (confer Chrysostomum *Homil. 22. in cap. 2. Joann.*) rarissimi circa territorium Hierosolymitanum, ubi solus fere fons Siloe existit; quae ratio erat, cur obsidentes urbem tempore belli sacri maxima aquae inopia premerentur, uti Guilielmus Tyrius, Jacobus a Vitriaco, aliique eorum temporum historici narrant. Et jam olim fassus id est Hieronymus, *in Comm. ad Amos. cap. 4. In his enim locis, in quibus nunc degimus, praeter parvos fontes, omnes cisternarum aquae sunt: & si imbres divina ira suspenderit, majus sitis quam famis periculum est.*

In sacris literis aliqui fontes terrae Israëliticae commemorantur, quales *Jos. 15. 19.* & nominatim fons Siloam (de quo agemus *libro III.* ubi de urbe Hierosolymitana) fons Jizreeliticus, עין אשר ביזרעאל *1. Sam. 29. 1.* fons חרוד *Charod* non longe a valle Jizreel, *Jud. 7. 1.* fons ad projectam a Samsone maxillam ortus *Jud. 15. 19.* fons aquarum Neptoach מעין מי נפתוח in finibus regionis Judae, fons Jerichuntinus, quem Elisa propheta salubrem reddidit *2. Reg. 2. 21.* fons Jacobi, *Johann. 4. 6.* Josephus Peraeam scribit πηγαῖς ἀενάοις fontibus aquae perennis rigari *lib. III. de bell. c. 2.* Ibidemque de Judaea & Galilaea agens γλυκὺ esse ὕδωρ *dulces aquas* illic scribit, sed fontium copiam non commemorat. *Lib. VIII. Antiquit. cap. 2.* Χώριον Ἠτὰν, quod Hebraei עיטם *Etam* vocant (de quo plura *libro* tertio dicentur ad vocem *Etam*) duobus schoenis remotum ab Hierosolymis dicit παραδείσοις καὶ ὑδάτων ἐπιῤῥοίαις amoenum. Illa ὕδατα ex fonte ortum ducunt, qui hodieque conspicitur non longe a Bethlechem, & cujus aquae in piscinas tres, Salomonis dictas, influunt, & per aquae ductum, cujus rudera adhuc supersunt, Hierosolymas olim ferri solebant. Piscina prima fonti proxima, teste Brunio nostro in itinerario *pag. 272.* longa erat passus ipsius 170.

p. id est pedes Rhenolandicos 357, lata passus 98. id est, pedes 205. quod
301. non multum abit a testimonio Cotovici, qui scribit, eam 200. passus longam, & 100. latam. Altera in solo humiliori longa erat passus 190, lata 115, alta 60. Tertia longa 289. pedes, lata 197, alta 104. Ex tertia hac piscina aquae ductum Hierosolyma usque protendi ibidem narrat. Fontem Capernaumi Josephus memorat *lib. III. de bello cap. 18.* & singulare quid de eo tradit his verbis: Πρὸς γὰρ τῇ τῶν ἀέρων εὐκρασίᾳ καὶ πηγὴ διάρδεται ποτιμωτάτη, Καπαρναοὺμ αὐτὴν οἱ ἐπιχώριοι καλοῦσι. Ταύτην φλέβα τοῦ Νείλου τινὲς ἔδοξαν ἐπεὶ γεννᾷ τῷ κατὰ Ἀλεξανδρέων λίμνην κορακίνῳ παραπλήσιον. *Praeter aëris temperiem* (regio Gennesaritis) *fonte quoque rigatur aptissimo ad potum, quem indigenae Capernaum nuncupat. Hunc vanam esse Nili quidam existimant, quod pisces producat similes coracinis, qui in palude Alexandrinorum inveniuntur.* Fontem quoque Jerichuntinum describit *lib. V. de bell. cap. 4.* eumque rigare ingens spatium, planitiem nempe 70. stadia longam & 20. latam, in qua palmas optimas nutrit. Hoc nempe est illud palmetum, φοινικῶν, quod adeo celebratur, quodque φοινικῶν Ἱεριχοῦντος dici solet. Quod satis inepte interpres Tzetzae *Chiliad. IX. 253.* Latine vertit *Phoenicum regionem.* Palmetum est: nihil certius. Meminit etiam Plinius fontis Callirhoës, vocatque calidum fontem medicae salubritatis, de quo mox quum de thermis dicetur, & *libro tertio* ad vocem *Callirhoë.* Eusebius in Onomastico ad vocem Αἰνὰν scribit, fontem esse in loco Αἰνὰν dicto, qui locus adjacet Thamnae, vico grandi inter Aeliam & Diospolin. Meminit idem ad vocem Βεδσαὲ fontis inter Aeliam & Chebronem, 20. millibus passuum ab Aelia, in quo Eunuchum Philippus baptizasse dicitur. Est is ad radicem montis, & ab eadem humo, in qua gignitur, sorbetur.

A thermis Palaestinam commendat Ammianus Marcellinus *lib. XIV. In his tractibus navigerum nusquam visitur flumen, & in locis plurimis aquae suapte natura calentes emergunt ad usus aptae multiplicium medelarum.* Thermae celebriores fuere Tiberiadis, Gadarorum, & Callirhoës. Thermas Tiberiadis חמי טבריה memorant scriptores Talmudici, easque
p. מרים amaras appellant. Dicuntur & מוי דמוקר דטבריה in *Midras*
302. *Coheleth fol. 116. 2.* Josephus earum meminit *Antiquitatum lib. XVIII. cap. 3.* Θέρμα δὲ ἄπωθεν ἔνεσιν ἐν κώμῃ, Ἀμμαοῦς ὄνομα αὐτῇ, *Thermae non longe* (ab urbe Tiberiadis) *absunt, in vico, Ammaus dicto.* Ἀμμαοῦς est idem quod θερμά, notante Josepho *lib. IV. de bello cap. 1.* id est, Hebraeum חמת *Chammath.* Sed Josephus *lib. II. de bell. c. 26.* etiam ἐν Τιβεριάδι, *in ipsa Tiberiade* thermas collocat. Confer, quae nos infra *lib. III.* de urbe Tiberiade notamus. Thermae Gadarenae חמת דגדר dicuntur in Talmude: & Eusebius in Onomastico earum ita meminit ad vocem Αἰθὰμ (lege Αἰμὰθ) Ἄλλη δὲ κώμη πλησίον Γαδάρων, ἣ ἐστιν Ἐμμαθὰ ἔνθα τὰ τῶν θερμῶν ὑδάτων θερμὰ λουτρά. Hieronymus. *Est & alia villa in vicinia Gadarae nomine Amatha, ubi aquae calidae erumpunt.* Describit illas accuratius ad vocem

vocem Γάδαρα. Πόλις ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀντικρὺ Σκυθοπόλεως καὶ Τιβεριάδος πρὸς ἀνατολὰς ἐν τῷ ὄρει, ἐπὶ πρὸς ταῖς ὑπωρείαις τὰ τῶν θερμῶν ὑδάτων λουτρὰ παρέκειται. Quae ita reddit, paucis etiam adjectis, Hieronymus. *Gadara, urbs trans Jordanem contra Scythopolim & Tiberiadem ad orientalem plagam sita in monte, ad cujus radices aquae calidae erumpunt balneis desuper aedificatis.* Videntur mihi illae a thermis Tiberiadis omnino fuisse diversae. Contra sentit Ligtfootus loco citato. Gadara ipsa sita erant ad latus orientale lacus Tiberiadis: & illi urbi vicinae erant thermae, uti testatur Eusebius: at Tiberias ad occidentale. Et ea ipsa, quae vir doctus adducit ex Talmude, ei adversantur, quum tres thermae diversae recenseantur, thermae Gadarenae, thermae Biram, & thermae Tiberiadis. At non negaverim, quod idem suspicatur, thermas illas בלועה דגדר dictas easdem fuisse cum illo ὕδατι μοχθηρῷ λιμναίῳ ἐν τῇ Γαδαρίδι, *aqua foetida palustri in regione Gadarae*, qua gustata pecudes pilos, ungues, & cornua amittant. Certe a בלע *vorando* vel *absorbendo* ita dici potuit. Quamvis autem istiusmodi aqua thermarum usui minus apta videatur, potuit admixtione alterius aquae aut medicamentorum apte temperari. Thermas Callirhoës memorat Josephus *lib. I. de bell. cap. 21.* his verbis, Ποταμόν τε περάσας Ἰορδάνην θερμοῖς τοῖς κατὰ Καλλιρόην αὐτὸν παρεδίδει· ἅπερ σὺν τῇ ἐς πάντ' ἀρετῇ καὶ ποτιμά ἐστιν. Ἔξεισι δὲ τὸ ὕδωρ τοῦτο p.
εἰς λίμνην τὴν ἀσφαλτοφόρον λεγομένην, *Profectus trans Jordanem fluvium* 303.
thermis utebatur Callirhoënsibus, quae & vim medicam habent, & potu jucundae sunt. Hae aquae in lacum Asphaltiten effluunt. Rufinus, & Valesius in Eusebii *Histor. l. 1. 8.* verba Josephi θερμοὶ κατὰ Καλλιρόην reddunt *thermae juxta Callirhoën*, putantque nomen Callirhoës & thermis ipsis datum, uti a Plinio *lib. V. cap. 16. calidus fons medicae salubritatis Callirhoë*, & ipsi oppido, quia Josephus scribit thermas fuisse κατὰ *juxta* oppidum. Sed illud κατὰ Καλλιρόην apte reddetur *in Callirhoë*, non *juxta*. Ita solet Josephus uti voce κατὰ, scribens *urbs* κατὰ τὴν Περαίαν, κατὰ τὴν πόλιν, ὄρος κατὰ τὴν Σαμάρειαν, id est, *in Peraea, in urbe, mons in Samaria.* Sed de his alibi latius. Praeter has thermas celebriores etiam aliae fuisse videntur. Huc retulerim nomen Ἀμμαοῦς datum vico in Evangeliis memorato, & quod scriptum reliquit Eusebius in Onomastico ad vocem Ἀνεὶρ, in vico Betoanaea, sita quindecim milliaribus ortum versus a Caesarea, dici *lavacra* esse *salubria*, λουτρὰ ἰαματικά. Eadem fere narrat ad vocem Βηθαναθά. Idem ad vocem Βεελμεὼν notat esse κώμην μεγίστην πλησίον τοῦ ὄρους τῶν θερμῶν ὑδάτων. Hieronymus. *Est vicus usque nunc grandis juxta Baaru in Arabia, ubi aquae calidae sponte humus effert cognomento Beelmaus distans ab Esbunte millibus novem.* Loci *Baru* dicti Eusebius meminit in Onomastico ad voce Καριαθεὶμ, & Josepho *lib. VII. de bell. c. 25.* locus Βαάρας ad septentrionem Machaeruntis memoratur. Non dubito, esse unum eundemque locum. Sed infra de eo agetur pluribus *lib. II.*

Cister-

Cisternae, in quibus aquam pluviam collectam servabant, plures fuere in Palaestina. Erant nempe stata illic pluviarum tempora. Notavit id jam olim Hieronymus *in commentario ad Amos. cap. 4. Nunquam in fine mensis Junii sive in mense Julio in his provinciis maximeque in Judaea pluvias vidimus. Denique in Regum libris* (1. Sam. 12.) *pro signo magno atque portento diebus aestatis & messis, orante Samuele, pluviae concitatae sunt.* Conspicitur his ipsis temporibus insignis cisterna, antiqui operis monumentum, circa Ramam, quae longa est passus 32. lata 28, cujus imaginem in aes inscriptam Cornelius Brunius, αὐτόπτης, primae parti itinerarii sui inseruit. In monte Tabor etiam cisterna conspicua est, & tum intra, tum circa Hierosolymas, quarum aliquae longae sunt 150. passus, latae 60; aliae longae passus 122, longae 54. Cotovicus in itinerario Hierosolymitano tres illas capaces piscinas prope Etam, unde aquae ductus Hierosolymas usque protenditur, putat fuisse cisternas ad aquas pluvias recipiendas, sed fallitur: aqua ex fonte, qui hodieque superest, eo defertur. Non est improbabile, Salomonis opus esse haec aquarum receptacula & aquae ductum, atque ex hoc fonte Etham (quod & Talmudici scribunt) aquas ad urbem Hierosolymitanam fuisse delatas. Amoenitas & fertilitas regionis viciuae & aquae fontanae copia, quam omnes αὐτόπται recentiores uno ore praedicant, facit, ut credamus, hic fuisse hortos illos Salomonis & παραδείσους adeo celebratos. Confer Josephi verba de fonte Etam, quae mox dedimus.

p. 304.

De piscinis sive κολυμβήθρας urbis Hierosolymitanae dicemus *libro III.* ubi de Hierosolymis. De puteis, qui & ad usus privatos fossi erant, & ad publicos adscendentium Hierosolymas ob dies festos, vide Eusebium in Onomastico *ad vocem* φρέαρ, & Misnam *Schecalim cap. 5.*

CAPUT XLVII.

DE MONTIBUS PALAESTINAE.

Palaestina regio montuosa, praecipue medio loco inter Jordanem & mare magnum. Judaica partitio terrae in montes, campos, & valles. Montana Judaeae. *Ejusdem campestria, Daromas, Sephela. Vallis inter Engaddi & Jerichuntem.* Samariae *montana & campestria. Montana* Galilaeae, *campestria & valles.* Peraeae *montes ad ortum* μεγάλε πεδίε. *Campestria partem magni campi, quem Jordanes perluit, constituunt. Ab Ammaunte Lyddam campestria erant, secundum testimonium Judaeorum veterum. Illa versus Ammaus, Nicopolis dicta postea, longe diversa est ab Emmaunte in Evangeliis memorata. Montana Judaeae quousque se extendant versus septentrionem. Montium fertilitas & usus. Montes inter Eleutheropolin & Ascalonem, uti & inter Jerichuntem & Scythopolin.*

p. 305.

Mon-

WBP Opole

MOntuosa erat regio Palaestina, praecipue illa parte, quae inter mare magnum & Jordanem medio loco sita fuit. Ad mare montes non erant, si Carmelum excipias; illic non nisi planities, & colles exigui, hodieque sunt. Ad Jordanis latus ut utrumque erat campus, μέγα πέδιον, cinctus tractu montium ingenti. *Jos. 15. 48.* urbes in montano tractu Judae sitae recensentur, de quibus supra memoravimus. Montana Nephtali, Ephraim, & Juda, in quibus tres urbes refugii sitae erant, commemorantur *Jos. 20. 7.* & montana illa in medio fere intervallo inter Jordanem & mare magnum fuisse colligitur ex *Num. 13. 30.* ubi Chettaei, Jebusaei & Emoraei dicuntur habitare in montanis, Cananaeus vero juxta mare & circa Jordanem. Inter Eleutheropolin & Ascalona montium tractum esse discimus ex Eusebio in Onomastico, *ad vocem* Σαφεὶρ . . . ἐν γῇ ὀρεινῇ μεταξὺ Ἐλευθεροπόλεως καὶ Ἀσκάλωνος, *in montanis inter Eleutheropolin & Ascalona.* Idem ad vocem Σεφηλὰ scribit ad occasum & septentrionem Eleutheropolis esse campestrem & planam regionem. Adeoque Ascalon non videretur ad occidentem Eleutheropolis debere collocari. Sed potest illa regio campestris inter occidentem & septentrionem protensa concipi, non recta occidentem versus. A Jerichunte ad Scythopolin montana sunt, teste Josepho, qui & regionem Gophniticam & Acrabattenen montanas esse scribit. Nec longe a Jordane, quum Campo magno latitudinem tribuat 150. stadiorum, fuit Ὀρεινὴ Ἰουδαίας. Vid. Joseph. *Ant. XII. 1.* Adde Hieronymum ad *Obad. 1. Omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli usque ad Petram & Ailam (haec est enim possessio Esau) in specubus habitatiunculas habet, & propter nimios calores solis, quia meridiana provincia est, subterraneis tuguriis utitur.* Ne quis autem putet, haec ad Idumaeam spectare, non ad terram Israëliticam, sciat, magnam Judaeae partem eo tempore Idumaeae nomine appellatam fuisse; & Eleutheropolis certe in Judaea sita fuit, nec adeo vicina finibus Judaeae & Idumaeae stricte dictae. p. 306.

Judaei, in Talmude, terram suam in tria dividunt, respectu montium, vallium & camporum, ubi de ביעור sive polluctura agunt. Verba haec sunt in *Scheviith, cap. 9. 2.* שלש ארצות לביעור יהודה ועבר הירדן והגליל ושלש ארצות לכל אחת ואחת גליל העליון וגליל התחתון והעמק מכפר חנניה ולמעלן כל שאינו מגדל שקמין גליל העליון ומכפר חנניה ולמטן כל שהוא מגדל שקמים גליל התחתון ותחום טבריה העמק וביהודה ההר שפלה והעמק ושפלת לוד כשפלת הדרום וההר שלה כהר המלך מבית חורון ועד הים מדינה אחת *Tres sunt regiones respectu polluturae, Judaea, terra trans-Jordanica & Galilaea. Unaquaeque porro harum trium rursus in tres partes dividitur. Galilaea in superiorem distinguitur, inferiorem, & vallem. A Caphar Chanania & supra quodcunque est nec sycomoros producit Galilaea superior dicitur. Omne autem quod infra Caphar Chanania est & sycomoros producit,*

Galilaea inferior appellatur. Vallis nomine censetur territorium Tiberiadis. Judaea dividitur in montanam campestrem & vallem. Campestria Lyddae sunt uti campestria Daromae & montana ejusdem uti mons regius. A Bethchoron usque ad mare est regio singularis. In Gemara Hierosolymitana *Scheviith fol. 38. 4.* plura leguntur ad hanc rem facientia תני ר׳ש׳ב׳ג׳ אומר סימן להרים מילין: לעמקים תמרים: לנחלים קנים: לשפלה שקמים: וא׳ע׳פ שאין ראייה לדבר זכר לדבר ואת הארזים נתן כשקמי אשר בשפלה לרוב: *Traditum est, dixisse R. Schimeonem filium Gamalielis: Signum montium sunt fraxini, vallium palmae, amnium cannae, camporum sycamini. Quod quamvis demonstrari firma ratione haud possit, extat tamen in Sacro Codice e quo id colligere licet* (1. Reg. 10. 27.) *& cedros reddidit ut sycaminos, quae in campis plerumque inveniuntur.* Hinc in Misna Biccurim 1. 10. memo-
p. 307. rantur פירות שבהרים ותמרות שבעמקים fructus arborei in montanis & palmae in vallibus. Plinius quoque de palmis Judaicis scribit, *laudatissimas esse in gentis ejus convallibus.*

Montes porro, campi, & valles in unaquaque regionum quatuor praecipuarum Palaestinae ita describuntur ibidem in *Gemara Scheviith.*

JUDAEAE.

1. *Montana*, sunt mons regius אי זהו הר שביהודה זה: הר המלך.
2. *Campestria*, sunt campi Daromae: ושפלתו זו שפלת דרום. Nota & Δαρώμα & Σεφήλας nomen huic tractui dari in scriptis Graecorum. Juxta Eleutheropolin versus septentrionem & occidentem omnia erant campestria & plana, teste Eusebio in Onomastico ad vocem Σεφήλα.
3. *Valles*, sunt ab Engeddi usque Jerichuntem מעין גדי ועד יריחו.

SAMARIAE.

Non meminerunt hoc loco Talmudici, quod ab hominibus incoleretur, qui aliis sacris erant addicti. Ceterum *universam provinciam Samariae in montuosis sitam esse* scribit Hieronymus *in comm. ad c. 3. Amos.* Quod si ad mare magnum & Jordanem vel ad alterutrum pertigit Samaria, vix videtur id dici posse de universa Samaria, sed potiori parte: nam ad mare & ripam Jordanis non erant montes, sed γῆ πεδιάς. Josephus quoque *lib. III. de bello cap. 2.* Samaritin scribit esse aeque ac Judaeam ὀρεινὴν καὶ πεδιάδα, *montanam & campestrem.* Montes non longe a litore maris & Caesarea abfuisse liquet ex Eusebii Onom. ad vocem Ἀνείρ, ubi 15. milliaribus a Caesarea abesse dicitur vicus Betoanaea situs in monte.

GALILAEAE.

1. *Montana*, in Gemara omittuntur, quia in Misna satis clare demonstrata sunt extendi a Caphar chananja & supra: in iis nimirum locis, in quibus sycomori non crescunt.

2. *Cam-*

2. *Campestria*: & haec in Misna indicantur esse infra Capharchananja, p.
ubi sycomori crescunt; quae indicium sunt locorum campe- 308.
strium, uti ex Gemara mox docuimus.
3. *Vallis*, est vallis Gennesar & loca vicina בקעת גינוסר וחברותיה.

PERAEAE.

1. *Montana*, sunt montes Machaeruntis, Gedor &c. הרי מפוור וגדור וכן כיוצא בהן. Eusebius & Hieronymus in Onomastico ad vocem *Aulon* notant μεγάλην πεδιάδα, sive *campum magnum*, quem Jordanes medium secat, *circumdari utraque parte montibus sibi invicem succedentibus & cohaerentibus, qui incipientes a Libano & ultra usque ad desertum Pharan perveniunt.* Haec nempe sunt montana Peraeae.
2. *Campestria*, Cheschbon, & urbes ei subjectae, sitae in planitie Dibon & Bamoth Baal, & Beth Baal meon &c. שפלתו חשבון וכל עריה אשר במישור דיבון ובמות בעל ובי׳ בעל מעון וכן כיוצא מהן at Eusebius in Onomastico Esbunta collocat ἐν ὄρεσι τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἱεριχῶς, *in montibus ex adverso Jerichuntis.* Huc pertinent campestria, Moabitarum dicta, de quibus supra memoravimus. Ex Josepho clarum est, μέγα Πέδιον, cui 150. stadiorum latitudinem tribuit, fuisse ad hanc & illam ripam Jordanis, adeoque & in Peraea ripae illi adsitas regiones campestres fuisse.
3. *Vallis*, Beth haram, Bethnimra &c. Succoth, & reliqua regio septentrionem (aliis nomen proprium esse צפון videtur) versus, quae olim a Sichone fuit occupata ועמק שלו בית הרן ובית נמרה וכן כיוצא בהן ובעמק בורת הרן ובית נמרת וסוכות וצפון יתר ממלכת סיחון מלך האמורי אשר מלך בחשבון בית הרם בית רמתה: בית נמרה בית נמרים: סכות דרעלה: צפון עמתו. Mox subjicit nomina quarundam urbium ex his recentia

Ibidem ad verba Misnae, *a Bethchorone ad mare esse unam regionem* re- p.
spectu pollucturae, notatur אמר ר׳ יוחנן עוד היא יש בה הר ושפלה 309.
ועמק מבית חורון ועד אמאוס הר מאמאוס ועד לוד שפלה מלוד ועד הים עמק *dixit R. Jochanan etiam in illa regione sunt montana, campestria, & vallis. A Bethchorone usque ad Emmaunta montana sunt, ab Emmaunte Lyddam campestria, a Lydda ad mare vallis.* Nota illic Emmaunta inter Bethchoron & Lyddam locari, plane ut haec faveant situi Emmauntis (i. e. Nicopolis, quod nomen postea gessit) in Itinerario Veteri Hierosolymitano, ubi legitur

Ab Hierosolyma
Civitas Nicopolis M. XXII.
Civitas Lidda M. X.

Vulgo tamen Emmaus multo propior statuitur Hierosolymae, quam Lydda, & *Luc. 24. 13.* dicitur 60. stadia abesse Hierosolymis. Et Betchoron longius abfuit, teste Josepho. Sed duplex fuit Emmaus, de qua vide infra *lib. III.* ad vocem *Emmaus.* Notemus ad illustrationem verborum Talmudis haec Hieronymi, *ab Emmaunte incipiunt montana Judaeae consurgere:* plane uti hic עד אמאוס הר *montana se extendunt ad Emmaunta.* Verum in Misna memoratur non tantum Σεφηλὰ Lyddae sed & הר, *montana,* quae censentur uti mons regius: sic ut non longe a Lydda fuerint montes, (nisi sub שלה lateat nomen loci proprium) & αὐτόπται referunt 10. circiter milliaribus a Rama ortum versus montana Judaeae incipere, adeoque circa Emmaunta i. e. Nicopolin.

Ceterum montana Judaeae memorantur a Paula & Eustochio *in Epist. ad Marcellam. Haec terra montuosa & in sublimi sita: quantum a deliciis saeculi vacat, tantum majores habet delicias Spiritus,* illamque regionem appellat Epiphanius Anacephalaeoseos *pag. 150.* τὴν ὀρεινὴν τὴν περὶ Ἱεροσόλυμα. Montana illa ab septentrione se extendunt per octo circiter leucas, sive spatia itineris horarii, ubi nunc est locus *Can Leban* dictus. Nimirum, quum quis Ptolemaide Hierosolymas proficiscitur per Samariam & Neapolin, primo quidem per valles & planities amoenissimas
p. iter facit, sed circiter quatuor horarum spatio ab Neapoli quum per-
310. venit Lebonam, plane alia terrae facies se offert, & nil nisi rupes, montes, & praecipitia conspiciuntur. Ita scribit Maundrellus, observatque horridarum illarum rupium adspectum oculos animosque hominum imbecillium prima fronte percellere, quum haec non videantur convenire cum fertilitate & amoenitate terrae hujus in Sacro Codice celebrata; nec tanta incolarum copia, qui mercaturae non dediti suis operibus & proventu terrae ali debuerunt, in hac regione sustentari posse videatur. Notat porro (quod & Cotovicus observavit *in Itinerario Hierosolymitano p. 148.*) illos montes & rupes olim terra tectos fuisse & cultos, quod ex reliquiis lapidum per certas series in iis dispositorum, ut terram coërcerent, ne a pluviis raperetur in valles, & aliis indiciis, liquet. Cultos etiam fatetur, Aristeas montes Palaestinae fuisse. Quumque in monte, qui multa latera & superficies habet, plus segetum provenire queat, quam in campo, cujus una modo est superficies; & in locis siccis ac petrosis, licet ad producendas fruges ineptis, oleae & vineae plantari queant; & magna copia apum in locis maritimis, quae nec oleas, nec vineas, nec frumentum producere apta erant, nutriri soleat, unde mel copiosissimum, uti Josephus *l. 5. cap. 4. de bell.* observavit, & ipse Maundrellus testatur, se odorem mellis in iis locis naribus perce-

percepisse, existimat, hanc difficultatem non debere labefactare auctoritatem Sacri Codicis.

Montibus his multum fidebant Judaei in bello, quod ex *1. Reg. 20. 23.* ac libris Chasmonaeorum discimus, & praelia in planitie subterfugiebant. Habebant illic cuniculos, specus, & meatus subterraneos. De his agit Xiphilinus ex Dione Cassio in Hadriano, *pag. 263.* Τὰ δὲ τῆς χώρας ἐπίκαιρα κατελάμβανον, καὶ ὑπονόμοις καὶ τείχεσιν ἐκρατύνοντο, ὅπως ἀναφυγάς τε ὁπόταν βιαθῶσιν, ἔχωσι καὶ παρ' ἀλλήλας ὑπὸ γῆν διαφοιτῶντες λανθανῶσι διαδιδράντες ἄνω τὰς ὑπογείας ὁδὸς, ἵνα καὶ ἄνεμον καὶ φθέγγος εἰσδέχοιντο. *Loca suae regionis opportuna cuniculis muniebant & moenibus, ut ad ea, si necessitas urgeret, perfugerent, utque ad se mutuo sub terram transeuntes laterent, vias subterraneas desuper perfoveraverunt, quo ventum, lumenque, perciperent.*

CAPUT XLVIII. p. 311.

DE LIBANO.

Libanus *in finibus Palaestinae septentrionalibus. Num Antilibanus illic fuerit, non Libanus. Antilibanus etiam Libanus nuncupatus. Libani nomen unde. Nives Libani. Altitudo ejus. Templum in codice sacro Libanus dictum & quare. Situs Libani atque Antilibani secundum mentem Stratonis, & Josephi. Chalcis duplex.* Ἀμάθη *quae. Urbs Gaulon quo pacto in Batanaea collocetur. Sententia Plinii de Libani situ & Antilibani. Sententia Ptolemaei & Eusebii. Observatio recentior Maundrelli de situ horum montium. Pars Libani mons Amanus dicta aliaeque partes alia nomina sortitae. Cedri Libani. Conchylia, pisces aliaque in visceribus ipsius Libani reperta. Latronum receptacula in Libano.*

DE montibus Palaestinae, qui a veteribus memorantur, sigillatim acturi initium capiemus ab Libano, in finibus hujus regionis septentrionalibus sito. Libanum quidem sive לבנון hunc sacer codex appellat: alii malunt eum Antilibanum nuncupare, quo nomine tractus montium venit a Libano intermedia valle secretus, quemadmodum Taurum & Antitaurum, Cragum & Anticragum, Casium & Anticasium veteres dixere. At ego affirmare non ausim illos aut peccare aut minus accurate loqui, qui Libanum terminare Palaestinam scribunt: patebit enim tum ex veterum tum recentiorum, inter quos hac Maundrellus eminet, testimoniis, aliqua saltem parte Libanum ipsum vero nomine ita dictum & diversum ab Antilibano fines Palaestinae attingere. Quid? quod nomen Antilibani videatur illis demum montibus tribuendum, qui oppositi sunt Libano ipsi; adeoque omni illi tractui montium, qui a mari ortum versus juxta terminos Palaestinae protenditur, quique

que adeo ipsi Libano non est adversus nec ab eo intermedia valle sejungitur, Libani nomen, non Antilibani, conveniat. Adde & ipsos veteres Antilibano nomen Libani tribuisse. Extant nummi cum epigraphe ΙΕΡΑΠΟΛΕΙΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΛΙΒΑΝΩ & ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΠΡΟΣ ΤΩ ΛΙΒΑΝΩ vel ΕΝ ΤΩ ΛΙΒΑΝΩ. Erant tamen hae urbes Antilibani. Atque ita quum Nonnus in Dionysiacis Beroën sive Berytum, uti & Sidona, appellat Λιβανήιδος ἄχρον ἀρέρης, quae ad Libanum κυρίως ita dictum sitae erant, dixisset idem, ni fallor, & de Hierapoli ac Laodicea licet in Antilibano sitis.

p. 312.

Ad nomen quod attinet Libani, nihil videtur esse certius, quam ab albedine nivium, quibus tegitur, illud fluxisse, uti Alpes dictae sunt ab *alpo*, sive *albo*. Deus ipse nivosum appellat Libanum *Jerem. 18. 14.* His ipsis diebus eum tegi nivibus densissimis confirmant omnes, qui per illum iter fecerunt. Tacitus *lib. V. Histor. cap. 6.* jam olim idem notavit: *Praecipuum montium Libanum erigit, mirum dictu tantos inter ardores opacum sidumque nivibus.* Qui a thure nomen Libani manare existimant nituntur sola similitudine vocum Λιβανωτὸς & Syriacae לבונה quae thus notant, & montis *Libani*, vel *Lebanon*: hoc enim nomen Hebraeum est quod in *Libanum* flexere ad formam vocis *Alibanus*, qui mons est in magna Graecia: vide *Plin. III. 10.* At thus hic loci crevisse aut crescere, prius esset demonstrandum. Convenientiam harum vocum cum Libano & Hieronymus *in comm. ad. Hos. 14.* adnotavit: Ὁμωνύμως *apud Graecos & Hebraeos & mons appellatur & thus.* Dein addit fertilissimum esse *Libanum & virentem densissimis arborum comis protegi.* Ita fere idem ad *cap. XI. Zachariae. Nihil Libano in terra repromissionis excelsius est, nec nemorosius atque condensius.* Altitudinem hanc Libani prae omnibus aliis montibus Palaestinae etiam Theodoretus notat *in comm. ad Psalm. 71. 16.* Τῷ Λιβάνῳ τὴν μνήμην παρήγαγεν, ὡς τῶν κατὰ τὴν Παλαιστίνην ὀρῶν ὑψηλοτάτῳ, *Libani mentionem injicit, montium Palaestinorum altissimi.* Sed redeamus ad originem nominis Libani, quod a לבן duximus. Inde intelligimus, quamobrem in scriptis Prophetarum nomen Libani tribuatur Templo. Non ignoravit hoc vir clarus inter suos, Rabban Jochanan Ben Zaccai, qui, quum apertas sponte templi fores conspiceret (cujus prodigii Josephus & Tacitus quoque meminerunt) praesagiebat, non longe abfore tempus, quo aedes sacra conflagraret, exclamans, Aperi, o Libanon, portas tuas, ut consumat ignis cedros tuas. Si rationem Judaeos rogeres, quamobrem templum Libanus dicatur, respondebunt, quia oblatione victimarum in Templo peccata expiabantur, שמלבין עונותיהם של ישראל כשלג שנ' אם יהיו חטאוכם כשנים כשלג ילבינו *quia alba reddit peccata Israëlis uti nivem, secundum verba Dei*, apud Jesaiam *cap. 1. Etiamsi peccata vestra sint uti coccus, albescent uti nix.* Vide *Midrasch Schir Hasschirim fol. 36. col. 4.* ubi per *turrim Libani* Templum intelligunt. At alii Libanum pro Templo dictum volunt, quod לב *cor* & עינים *oculi* Hebraeo-

p. 313.

braeorum eo essent conversi. Posset quoque dici, ob eximiam copiam cedrorum ex Libano petitarum ad constructionem templi, locum hunc in regione ubi ligni caeteroquin magna erat penuria velut alterum Libanum extitisse. Quod si Templum primum colore & facie externa simile fuit Templo secundo, quod eminus conspectum instar montis nivei apparuisse scribit Josephus, eo quoque respectu Templum ab albedine & convenientia cum Libano nomen Libani gerere potuit.

De situ Libani & Antilibani non convenit inter veteres. Libanum & Antilibanum ita describit Strabo, ut ab occidente non longe a mari Phoenicio uterque protendatur orientem versus ad loca Damasco vicina. Ipsum audiamus *lib. XVI.* Δύο δὲ ἐστὶν ὄρη τὰ ποιοῦντα τὴν Κοίλην καλουμένην Συρίαν, ὡς ἂν παράλληλα, ὅτε Λίβανος καὶ ὁ Ἀντιλίβανος, μικρὸν ὑπερθεν τῆς θαλάττης ἀρχόμενα ἀμφω· ὁ μὲν Λίβανος τῆς κατὰ Τρίπολιν κατὰ τὸ θεοῦ πρόσωπον μάλιςα, ὁ δ' Ἀντιλίβανος τῆς κατὰ Σιδόνα· τελευτῶσι δ' ἐγγύς πως τῶν Ἀραβίων ὀρῶν, τῶν ὑπὲρ τῆς Δαμασκηνῆς καὶ τῶν Τραχωνιτῶν ἐκεῖ λεγομένων εἰς ἄλλα ὄρη γεώλοφα καὶ καλλίκαρπα. Ἀπολείπουσι δὲ μεταξὺ πέδιον κοῖλον· πλάτος μὲν τὸ ἐπὶ τῇ θαλάττῃ διακοσίων ςαδίων, μῆκος δὲ τὸ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐς τὴν μεσόγαιαν ὁμοῦ τι διπλάσιον. *Duo autem sunt montes, qui Syriam Cavam dictam efficiunt fere aequali ubique spatio a se invicem dissiti, Libanus & Antilibanus, uterque non longe a mari initium capiens: Libanus, quidem circa Tripolim & Dei faciem, Antilibanus circa Sidonem: desinunt prope montes Arabicos, qui supra regionem Damascenam sunt, quinque Trachonitarum* (ita malim, non *Trachonitae*) *illic dicuntur, in alios montes glebosos & fructiferos. In medio planitiem cavam relinquunt, cujus ad mare latitudo est 200. stadiorum, longitudo a mari versus mediterranea circiter ejus dupla.* Ex hisce satis perspicue mens Strabonis colligitur. Edocemur quippe Syriam Coelen, nomen quod perlate alias patet, proprie convenire cavae illi planitiae, quae inter Libanum & Antilibanum intercipitur. Longitudo ejus & latitudo per stadia digeritur. Damasci ipsius situs etiam hinc patet, quippe non ultra 400. stadia a mari removenda, quum Antilibanus porrectus ad stadia fere 400. desinat prope Trachonitidis montana, vel Τραχῶνας, qui Damasco ὑπέρκειντα*i imminent*, uti loquitur alibi. Idem Laodiceam ad Libanum locat (quae etiam in Nummis Veteribus Λαοδικεία ἐν τῷ Λιβάνῳ ita appellatur) μετὰ Λαοδικείαν τὴν πρὸς Λιβάνῳ. Quumque inter Tripolin & Sidonem Byblos & Berytos etiam ipso teste sitae fuerint, hae urbes maritimae inter Libanum & Antilibanum collocandae sunt. Haec si conferamus cum itinerario (quod nomen Antonini praefert) quomodo conciliari possint non video: nam illic inter Laodiceam & Damascum spatium 120. mille passuum, id est 960. stadiorum esse dicitur, nisi dicamus, montana Libani ipsius latissima fuisse, hoc modo:

p. 314.

Laude-

Laudicia.
Lybo M. P. XXXII.
Heliopoli M. P. XXXII.
Abila M. P. XXXVIII.
Damasco M. P. XVIII.

CXX.

Quum secundum Strabonis sententiam Libanus aeque ac Antilibanus desinant prope montes, qui supra regionem Damascenam sunt & Trachones dicuntur, ipsaque longitudo maxima vallis interceptae inter Libanum & Antilibanum statuatur 400. modo esse stadiorum. Et tamen dubitari nequit, quin Laodicea ad Libanum sita fuerit, quum id Nummi Veteres testentur, & probabile sit, ipsos, qui nummos eo loco cuderunt, optime scivisse, essetne urbs eorum sita ad Libanum nec ne. Porro ex Strabone ad illustrandam situs Libani atque Antilibani descriptionem modo datam notari debet, quod Orontom amnem ex hac cava planitie sive Coelesyria proprie dicta oriri scribit. Ῥεῖ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμός· ἕτος δ' ἐκ τῆς Κοιλῆς Συρίας τὰς ἀρχὰς ἔχων εἶθ' ὑπὸ γῆν ἐνεχθεὶς ἀναδίδωσι πάλιν τὸ ῥεῦμα. *Non longe ab urbe* (Antiochia) *fluit Orontes amnis. Hic ex Syria cava ortum ducens inde sub terram mersus iterum surgit* &c. & alibi: τῶν τε Ὀρόντε πηγῶν αἱ πλησίον τε Λιβάνε εἰσίν. *Fontes Orontis qui prope Libanum sunt.* Hic bene convenit Straboni cum Plinio *lib. V. c. Amnis Orontes, natus inter Libanum & Antilibanum,* id est enim quod Strabo dicit ἐκ τῆς κοιλῆς Συρίας. Atque ibi Heliopolis fuit sita inter Damascum & Laodiceam ad Libanum, uti ex Itinerario Antonini liquet. Quod si Heliopolis in hac Coelesyria proprie dicta recte collocetur, & Byblum a Strabone in hac ipsa Libanum inter & Antilibanum poni ante vidimus, etiam urbis Aphacae situm hinc discimus, quam Zosimus *lib. I. cap. 58.* μέσον Ἡλιοπόλεως τε καὶ Βύβλε *mediam inter Heliopolin & Byblum* facit. Nec obstat, quod celebre fanum Veneris Aphacitidis in uno montium Libanesiorum vertice constitutum dicatur, quum notio μέσε non postulet, ut in ipso lineae recte ab Heliopoli Byblum ducendae medio locetur, sed ad latus aedem Veneris in colle Libani ipsius structam habere potuerit.

p. 315.

Ex Josepho quoque aliqua peti possunt ad situm Libani declarandum. Chalcida, cujus dynasta fuit Ptolemaeus filius Mennaei, sitam ὑπὸ τῷ Λιβάνῳ ὄρει *sub monte Libano* scribit *Ant. XIV. cap. 13.* quam ego non puto eandem esse cum illa Chalcide, quae in Itinerario Antonini inter Beroam & Andronam legitur hoc modo

Minnizam M. P. XXIV.
Beroam M. P. XX.
Chalcida. M. P. XV.

Andro-

Andronam M. P. XXVII.
Serianen M. P. XVIII.

p. 316.

Quamque Procopius *l. II. c. 12.* stadiis 84. abesse a Beroea scribit, quae Beroea ab eodem collocatur inter Hierapolin & Antiochiam, bidui itinere ab hac, uti & ab illa, distans *lib. II. cap. 7.* Quumque Hierapolis 120. stadiis, sive 4. schoenis, distet ab Euphrate, teste Strabone, & Antiochia a Seleucia stadiis 330. teste Procopio *lib. II. 11.* haud difficulter intelligitur, quo loco Chalcis tum respectu Euphratis sita fuerit. Certe longe hinc abfuit mons Libanus, nec ulla cum veri specie haec Chalcis cum Libano jungi potest. Strabo jam ante me coëgerat, aliam ab hac Chalcide prope Beroeam statuere, & Libano propinquam, quum *lib. XVI.* descriptis Libano & Antilibano locisque vicinis, camporum meminit, quorum primus mari proximus Μάκρας dicitur, alter Μαρσύας, ita pergit μετὰ δὲ τὸν Μάκραν ἐξὴς Μαρσύας ἔχων τινὰ καὶ ὀρεινά, ἐν οἷς ἡ Χαλκὶς ὥσπερ ἀκρόπολις τε Μαρσύε. Ἀρχὴ δ' αὐτε Λαοδίκεια ἡ πρὸς Λιβάνῳ. *Post Macram est Marsyas, qui etiam montana quaedam complectitur, in quibus Chalcis sita est tanquam arx Marsyae. Initium ejus est a Laodicea ad Libanum.* Quis non videt, hanc Chalcidem ab alia superiore longe esse diversam? Nisi velimus, Libanum porrigere usque ad viciniam Euphratis, quod absurdum est. Sed redeamus ad Josephum. Urbem Dan ille non longe a Libano & fontibus Jordanis minoris conditam scribit *Antiq. V. 2.* aberat autem haec Tyro 20. mill. & a Sidone itinere unius diei, quod alibi ostendimus. Meminit quoque urbis Arces in Libano sitae *Antiquit. I. 7.* Haec scilicet eadem est, quae non longe ab urbe Tripoli collocatur, XVI. inde mill. passuum in Itinerario Veteri Hierosolymitano hoc modo

Arcas.
Brutus.
Tripoli.

p. 317.

Quum vero a Tripoli Libanus initium ducat teste Strabone & aliis, quis non videt, apte Arcen hanc vel Arcas cum Libano jungi? Tradit denique Josephus *Antiq. VIII. 2.* reliquias Cananaeorum Libanum tenuisse usque ad urbem Ἀμάθην. Haec puto Emesa erit vicina Laodiceae ad Libanum, a qua *Mill. pass. XVIII.* separatur septentrionem versus hoc modo

Seriane.
Salaminiada M. P. XXXII.
Emesam M. P. XVIII.
Laodiciam M. P. XVIII.
Lybon M. P. XXXII.
Heliopolim M. P. XXXII.
Abilam M. P. XXXVIII.
Damascum M. P. XVIII.

Epipha-

Epiphaniam esse scribit Josephus *Antiq. I. 7.* quod nomen a Macedonibus accepit. Atque ita etiam alii. Sed mihi videtur nomen Emesae magis convenire cum Ἀμάθη. Inter Arcas, (ita Rufinus reddit, Ἀρκαίαν est in Graeco) quae urbs ad Agrippae regnum pertinuit, & Raphaneam, amnis it Sabbathicus, teste eodem Josepho *lib. VII. de bell. cap. 24.* Abila quoque in Libano sita regno Agrippae adjecta legitur apud eundem *Antiquit. XIX. 4.* Haec est Abila, quae inter Damascum & Heliopolin collocatur in Itinerario Antonini verbis mox exhibitis. *Lib. III. de bell. cap. 18.* inter Libanum & lacum Tiberiadis sitas esse regiones has, Gamaliticam, Gaulonitin, Batanaeam & Trachonitin scribit. At *Antiq. VIII. 2.* Gaulonitin extendit usque ad Libanum, & *l. III. de bell. c. 2.* Galileam scribit ab ortu terminari Hippene, Gadaride & Gaulonitide. Unde viderentur Gamalitica & Gaulonitis ad Jordanem collocandae, haec septentrionalior & propior Libano, illa australior. Verum quid fiet de Batanaea? Nihilne ex ea Jordanem attigit? Quomodo ergo Josephus urbem Gaulon, a qua regio Gaulonitis nomen habet, in Batanaea collocat *Antiq. IV. 7.* ubi Γαυλαδημὰν (nomen ex גולן *Golan* corruptum, uti
p. ex Sacro Codice est evidens) urbem esse refugii scribit in Batanaeade?
318. Et *Antiq. IV. 5.* Ogum, regem Basanis, appellat τῆς Γαλαδίνης καὶ τῆς Γαυλανίτιδος βασιλέα. Ergone eadem regio modo Gaulonitis modo Batanaea vocatur? Cur itaque distinctae recensentur *lib. II. de bell. cap. 18.* Si autem diversae sunt, quomodo Gaulon, caput Gaulonitidis, in Batanaea collocatur? Dicamus, ut Josepho nos favere velle constet, apud eum modo latius patere vocem Batanea, modo minus late accipi, uti Gamala urbs Gaulonitidis dicitur *lib. II. de bell. cap. 25.* & *lib. IV. de bell. cap. 1.* vel potius Gaulonitin ad Libanum pertigisse, Batanaeam Gaulonitidi ad ortum sitam fuisse, urbem autem Γαυλαδημὰν non fuisse agnitam pro Gaulone a Josepho, caeteroquin in Gaulonitide locandam, sed pro alia, quam in Batanaea constituerit, in regione mediterranea, quod & reliquae urbes, asylorum vicem praestantes, situm in μεσογαίῳ haberent.

Plinium porro consulamus, ut de Libano & Antilibano certiores reddamur, aut incertiores potius. Ita enim ille Libanum & Antilibanum videtur collocare, ut ab austro septentrionem versus porrigantur, & Phoenice regio fiat acclinis Libano monti (uti Ammianus *lib. XIV.* loquitur) non, uti Strabo ab occasu versus ortum. Ita ille *lib. V. cap. 20. A tergo (Sidonis) mons Libanus orsus, mille quingentis stadiis Simyram usque porrigitur, qua Coele Syria cognominatur. Huic par interjacente valle mons adversus obtenditur, muro conjunctus: post eum introrsus Decapolitana regio est praedictaeque cum ea tetrarchiae, & Palaestinae tota laxitas. At in ora etiamnum subjecta Libano fluvius Magoras: Berytus colonia, quae Felix Julia appellatur: Leontos oppidum, flumen Lycos, Paluebiblos, flumen Adonis; oppida Byblos, Botrys, Gigarta, Trieris, Calamos: Tripolis, quam Tyrii Sidonii atque Aradii obtinent: Orthosia, Eleutheros flumen: oppida, Simyra, Marathos, contraque Aradum*

dum Antarados, septem stadiorum oppidum & insula ducentos passus a continente distans. Regio, in qua supra dicti desinunt montes & interjacentibus campis Bargylus mons incipit: hinc rursus Syria desinente Phoenice. Heic porrigi Libanum juxta oram maritimam a Sidone usque ad Simyram clarum est: p.
& ei adversum statui, interjacente valle, Antilibanum. Ipse tamen 319.
cap. 23. Laodiceam ad Libanum collocat. *Reliqua autem Syria habet, (exceptis, quae cum Euphrate dicentur) Arethusios, Beroenses, Epiphanenses: ad orientem Laodicenos, qui ad Libanum cognominantur, Leucadios, Larissaeos.*

Ptolemaeus Libanum & Antilibanum porrigit ab occasu versus ortum, ita tamen ut a septentrione quoque austrum versus tendant, fines Libani statuens gradus $68\frac{1}{2}$. $\frac{1}{4}$. 34. & 70. $33\frac{1}{4}$. Antilibani antem 68. $33\frac{1}{3}$. & $69\frac{2}{3}$. 32. Quod quidem propius accedit ad testimonium scriptorum & testium recentiorum, qui Libanum lustrarunt.

Eusebius in Onomastico Libanum & Antilibanum ita describit, ut confirmet ea, quae nuper Maundrellus αὐτόπτης de eo scripta reliquit. Libanum nempe esse occidentaliorem & juxta litus maris Phoenicii protendi, Antilibanum orientaliorem in vicinia Damasci collocandum. Scribit enim ad vocem Λίβανος, ὄρος Φοινίκης ἐπιφανές. Hieronymus ea reddit: *Libanus, mons Phoenices altissimus.* Sed haud putem hanc fuisse mentem Eusebii. Ἐπιφανὲς est *illustre, nobile.* Ad vocem Ἀντιλίβανος haec notat, τὰ ὑπὲρ τὸν Λίβανον πρὸς ἀνατολὰς, πρὸς Δαμασκηνῶν χώραν. Hieronymus. *Antilibanus. Ea, quae sunt supra Libanum ad orientalem plagam respicientia, Antilibanus appellantur circa regionem Damasci.*

Unum ex scriptoribus nostrorum temporum addam Henricum Maundrellum, qui Libani atque Antilibani situm accurate describit; sic ut Libanus juxta litus maris (Sanutus *in secretis fidelium crucis pag. 155.* tradit, nusquam Libanum a mari recedere per duas leucas, nisi juxta Tripolin, ubi per 3. leucas distat: interdum tamen ita accedere ad mare, ut nulla relinquatur via) se extendat ab austro versus septentrionem: Antilibanus similiter ab austro septentrionem versus procurrat valle intermedia a Libano secretus, & Damasco sive plagae orientali vicinior. Audiamus ipsum *in Itinerario pag. 200.* & *201. Libanus*, scribit, & *Antilibanus siti sunt inter Sidona & Damascum*, & mox: *Semihorae itineris spatio* p.
Sidone abest pes montis Libani: inde cepimus Libanum adscendere circiter per 4. 320.
leucas & sequenti die per tres, quando ad summum culmen montis pervenimus, nive tectum. Inde descendimus & spatio duarum horarum ad viculum pervenimus nomine Mesgara, ubi fons est in fluvium aquas suas infundens nomine Letane. Inde profecti per horae spatium vallem intravimus nomine Bucca, latam leucas duas, longam plurium dierum iter, porrectam ab occasu brumali versus ortum aestivum, & utrinque montibus parallelis sibi admodum similibus clausam. Montium horum unus erat, quem Sidone digressi superavimus, alter e regione situs erat Damascum versus. Persuasum mihi est, illum esse Libanum, hunc Antilibanum. Audivi conquerentes lectores illius itinerarii, mappam Geographicam

phicam ei haud adjectam fuisse ab industrio scriptore. Sed est, quod mihi gratuler, ipsius Maundrelli αὐτόγραφον ad manus meas pervenisse, in quo & Libani situm atque Antilibani locorumque vicinorum descripsit. Acceptum id refero humanitati fratrum Massoniorum, quibus & multum debet res literaria, &, si vita supererit, plura debebit, atque ut erat aes curavi incidi.

Crediderim etiam, *Amanum* nomen esse datum portioni cuidam Libani. Quum enim Judaei in Gemara Hierosolymitana *Schevüth* scribunt, quicquid est intra montem אמנון esse in terra Israëlitica, non videntur oculos intendisse in Amanum Ciliciae montem longissime hinc remotum. Et uti nunc variae partes Libani diversa gerunt nomina, ita olim se rem habuisse probabile est. Sic Libanus prope Berytum جبل شوف *mons Schouf* appellatur, alibi mons *Castrevan*.

Cedri Libani in sacris literis multum celebrantur: & hodieque supersunt, sed paucae numero. Meminit earum & Theodoretus ad *Psal. 28.* ταῖς τῶν Λιβάνου κέδροις ἀπείκασε, αἱ ὑψηλαὶ μέν εἰσιν, εὐώδιμον δὲ καρπὸν οὐ πεφύκασι φέρειν. *Cedris Libani eas comparat, quae procerae quidem sunt, verum fructum esculentum ferre non solent.* Cyrillus *in Comm. ad Jesaiam lib. V. tom. 4. pag. 848.* ὄρος ἐστὶ τῆς Φοινίκης ὁ Λίβανος, κέδροις τε καὶ κυπαρίσσοις καὶ πεύκῃ κατάκομον καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς τῶν Λιβάνου φυτοῖς. Θαυμάζεται δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸ μνημονευθὲν ὄρος, ὡς ἀφθονωτάτην ἔχον τὴν ὕλην καὶ δένδρεσι τοῖς εὐμηκεστάτοις καὶ εὐοσμοτάτοις καταπλουτοῦν. *Mons est Phoenices Libanus, cedris, cypressis ac pinu densus & ipsis thuris fruticibus.* p. 321 *Propterea autem maxime admirationi est hic mons, quod maximam vim ligni habeat, & arboribus abundet procerissimis & fragrantissimis.* Phocas in descriptione Palaestinae, scriptor saeculi duodecimi. Ὁ πάγκαλος καὶ ἀξίως περιβόητος ἐν ταῖς γραφαῖς Λίβανος, ζυγὸς πυμμέγας κορυφόθεν μέχρι προπόδων συρμάδας χίονος ὡς βοστρύχους περιβαλλόμενος πεύκῃ καὶ κέδρῳ καὶ κυπαρίττῳ καταδενδρούμενος καὶ ἄλλων καρποφόρων φυτῶν διαφόρων πλήθεσιν ὡραϊζόμενος. *Pulcherrimus & jure celebratus in Sacro Codice Libanus mons est praegrandis a vertice usque ad pedes nivis tractus veluti cincinnos habens, pinu, cedro, cupressoque consitus & aliis, iisque fructiferis, variis & abundantibus plantis refertus.*

In Libano inventos fuisse pisces induratos in limo defixos, in signum olim per aquas piaculares toti orbi vivente Noacho superfusas hunc quoque altissimum montem undis tectum fuisse, legitur in *Compendio Historico Cedreni, p. 15.* & *Annalibus Michaelis Glycae part. II. pag. 114.* qui illud ipsum non tantum a posteriori (uti Philosophi loqui solent) probat, verum etiam a priori, quia Deus dixerat, se omne, quod ortum erat deleturum, non solum homines, sed & pecora & reptilia & volucres, quae sub coelo sunt: volucres autem non periissent, nisi inundatio altissimos montes occupavisset. Sed audiamus Glycam ipsum de piscibus antediluvianis. Λίθοις γάρ τινες ἐκ τῶν τοῦ Λιβάνου ἀκρωρειῶν εἰς οἰκοδομὰς μετακομίζοντες διεβεβαιοῦντο ὡς εὗρον ἐν τοῖς κοιλώμασι τοῦ Λιβάνου ἰχθύας τεταριχευμένους καὶ τῇ ἰλύϊ πεπηγότας καθά φησι καὶ Ἰώσυπος. *Quum enim nonnulli e cacuminibus Libani montis saxa congererent ad structuram aedificiorum, asseruerunt se inter Libani concavitatem invenisse pisces induratos in limo defixos, quod etiam dixit Josephus.* Rerum istiusmodi antediluvianarum, (ita enim vulgo nunc appellari solent) conchyliorum, piscium, rerumque similium ex terra effossarum & in altissimis montibus Helveticis aliisque inventarum egregiam copiam continet cimeliarchium, quod Hagae Comitum fuit Leovardiam, ut audio, translatum, Illustris, & dum viveret nobis amici, Falconerii. Meminit etiam Olympiodorus in Historiis testarum marinarum & ostreorum lapidibus adhaerentium, quae in monte illo inveniuntur, qui ex Thebaide in Oasim ducit, & arrosorum piscium p. 322. reliquias eo ab avibus delatas.

Sic procul a pelago conchae jacuere marinae.

Tertullianus *de pallio. Mutavit & totus orbis aliquando aquis omnibus obsitus: adhuc maris conchae & buccinae peregrinantur in montibus, cupientes Platoni probare etiam ardua fluitasse.* Herodotus etiam *lib. II.* in Aegyptiacis montibus conchylia inveniri tradit, unde conjicit Oasim insulam fuisse.

Montana Libani saepe receptacula praedonum fuere & aliorum, qui vicinas regiones infestarunt. Imperante Constantino Pogonato Mardaïtae illic sedes suas habere magno numero. Meminit Glycas *Annal. l. XIV. p. 91.* Οἱ γὰρ Μαρδαΐται καλούμενοι τὰς τοῦ Λιβάνου καταλαβόντες περιωπὰς, τοῦ Πωγωνάτου κρατοῦντος φοβεροὶ τοῖς Ἄραψιν ἦσαν. *Populi enim Mardaite dicti Libani speculas occupaverant imperante Pogonato, & Arabibus formidabiles erant.* Justinianus autem rogatus ab Arabum Principe Mardaitas, qui duodecim millia virorum bellicosorum habebant, Libano expulit. Saeculo sexto Imperatores Orientales praesidia in monte Libani habuisse liquet ex Procopio *lib. I. de bell Pers. c. 13.* καὶ Κούτζην τε καὶ Βούζην, οἱ τῶν ἐν Λιβάνῳ στρατιωτῶν ἦρχον τότε. *Cutzen & Buzen, duces praesidiorum Libani.* Et *lib. II. c. 16. de bell. Pers.* Ῥεκίθαγκος μέντοι καὶ Θεόκτιστος οἱ τῶν ἐν Λιβάνῳ στρατιωτῶν ἄρχοντες, *Rhecithancus & Theoctistus praefecti praesidiis Libani*, & *cap. 19.* appellantur, τῶν ἐν Λιβάνῳ καταλόγων ἄρχοντες.

CAPUT XLIX.

DE CHERMONE.

Mons Chermon adjacens ipsi Libano. חרמון *a* חרם anathemate *ductum ab Hilario. Mons nivis dicitur, & quare.* Ὄρος Πάνειον *idem quod mons Chermon. Nomina ejusdem* Schirjon, Schenir *&* Sion. *Situs hujus montis. Quo modo* Psalm. 89. 13. *Tabor & Chermon opponantur. Num* p. 323. *illis*

illic Tabor pro occidente, uti Chermon pro oriente sumatur. Ros Chermonis, qui Psalm. 133. 3. *descendere dicitur in montes Tzion quis sit. Montes Tzion diversi a monte Hierosolymitano Tzion.*

LIbano monti adsitus videtur fuisse mons Chermon חרמון, qui *Jud. 3. 3.* בעל חרמון *Baal Chermon* dicitur, & a Libano distinguitur *Psal. 29. 6.* (nam Schirjon & Chermon idem est uti mox docebimus) atque ita Eusebius in Onomastico Chermonem a Libano distinguit, Βααλεφμὼν ὄρος παρὰ τὸν Λίβανον. Ipse nive tectus erat, & in finibus regionis Israëliticae septentrionalibus collocatur in sacris literis. Nomen חרמון a חרם *anathema* ducit Hilarius, qui haec habet notatu digna in *Comm. in Psalm. 133. Hermon mons est in Phoenice, cujus interpretatio Anathema est ... Fertur autem id, de quo etiam nescio, cujus liber extat, quod Angeli concupiscentes filias hominum, cum de coelo descenderent, in hunc montem maxime excelsum convenerint. Sed haec praetermittamus .... Certe hodie gentes montem hunc profana religione venerantur & interpretationem nominis sui, quod est Anathema, ipsa illa impiae superstitionis sede testantur.* Videtur respicere ad cultum falsorum numinum in monte Panio, de quo Eusebius in Onomastico *ad vocem* Ἀερμὼν, φασὶ δὲ εἰς ἔτι νῦν Ἀερμὼν ὄρος ὀνομάζεσθαι, ᾗ ὡς ἱερὸν τιμᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἐθνῶν, καταντικρὺ Πανεάδος ᾗ τοῦ Λιβάνου. Hieronymus. *Diciturque esse in vertice ejus insigne templum, quod ab Ethnicis cultui habetur e regione Paneadis & Libani.*

Imminere hunc montem Paneadi testabatur Hebraeus ille, quo praelegente scripturas didicisse se fatetur Hieronymus, *& de quo nunc* (ita scribit) *aestivae nives Tyrum ob delicias feruntur.* Vide illum in Onomastico ad vocem *Aermon.* Hic ipse mons propterea appellatur in Targum *Num. 34. 8.* טור תלגא דקיסרין *mons nivis Caesareae*, id est, Paneadis. Et ne quis dubitet, montem hunc nivalem Caesareae esse eundem cum Chermone, praeter testimonium Hieronymi, qui a Chermone nives Tyrum deferri solere adnotat, eo faciunt verba interpretis Samaritani, qui disertis verbis *Deuter. 4. 48.* ita scribit טור תלגא הוא חרמון
p. *mons nivis, qui est Chermon.* Atque ita eodem loco Targum Hierosoly-
324. mitanum habet טור תלגא *mons nivis*, quum in contextu Hebraeo חרמון *Chermon* legatur. Videtur idem hic mons ὄρος Πάνιον dici, unde urbs ad radices ejus sita Paneadis nomen tulit. Extant nummi Paneadis cum epigraphe KAIC. CEB. IEP. KAI. AcT. TΠ. ΠANEIΩ. Ita & in Eusebio *Histor. Eccles. VII. 17.* scribitur Πανεὶς ὄρους, in quibusdam codd. in aliis est Πανίς. Josephus juxta hunc montem fontes Jordanis esse scribit *lib. I. de bello cap. 16.* & Πάνιον esse κορυφὴν ὄρους *verticem montis elatum* εἰς ἄπειρον ὕψος *in infinitam altitudinem.* At crediderim, Chermonem plures vertices uno habuisse, & unum illum Paneadi imminentem maxime insignem. Id suadent verba *Jos. 13. 11.* כל הר חרמון *omnis montis Chermon*, & quod Baalgad *Jos. 11. 17.* sita dicatur

in

in campo Libani sub monte Chermon, & *Jos. 11. 3.* Chivvaei *in terra Mitzpa* habitasse *ad radices montis Chermon* legantur.

Sunt & alia hujus montis nomina. Sidonii eum appellabant שרין *Schirjon*, Emoraei שניר *Schenir. Deut. 3. 9.* Nonnunquam tamen distinguuntur Schenir & Chermon uti *Cant. 4. 8.* Ita ut nomen Schenir aliquando latius aliquando minus late usurpetur. Appellatur etiam hic mons *Sion* שיאן *Deut. 4. 48.* הר שיאן הוא חרמון *mons Sion, qui est Chermon.*

In sacris literis mons hic constituitur terminus septentrionalis terrae Israëliticae trans Jordanem, uti Arnon australis. Vide *Deuter. 3. 8.* & *4. 48.* Ad radices hujus montis dicuntur habitasse Chivvaei in terra Mitzpa *Jos. 11. 3.* & *Jud. 3. 3.* legitur Chivvaeos habitasse in monte Libano, de monte Baalchermon usque quo itur in Chammath. Mons hic fuit olim sub imperio regis Ogi & in extremis quidem ejus finibus, uti liquet ex *Jos. 12. 5.* quo expulso universus mons Chermon datus fuit Israëlitis *Jos. 13. 11. Psalm. 89. 13.* videntur Tabor & Chermon opponi: *Aquilonem & austrum tu creasti: Tabor & Chermon exultant in nomine tuo.* Hic Tabor pro occidente, uti Chermon pro oriente sumi, scribit Bochartus *part. post. Geograph. Sacr. lib. I. c. 19.* quod minus probo; quia Chermon respectu montis Tabor magis erat septentrionalis, quam orientalis, adeoque Tabor & Chermon aptius exprimere possunt austrum
& septentrionem, sic ut posterius membrum commatis sit explicatio p.
prioris. Praeterea cur Tabor pro occidente sumitur, quum Carmel 325.
fuerit mons multo occidentalior quippe ad mare situs, Tabor in mediterraneis? Montes Gileaditici & Peraeae, quia maxime orientales, & Carmel quia maxime occidentalis, aptius viderentur opponi posse. Quod si quaerenda sit oppositio inter Tabor & Chermonem, potest respici ad naturam utriusque plane diversam, quum Tabor mons adspectu jucundissimus, herbas plurimas, fruticesque & arbores alat, situs in planitie fertilissima, & in ipsius terrae Israëliticae medio; Chermon contra nive tegatur, ad Libani montana nivosa situs, in finibus Palaestinae extremis.

Vellem equidem hoc loco plane posse omittere mentionem verborum, quae leguntur *Psal. 133. 3. sicut ros Chermonis, qui descendit in montes Tzion.* Sed vereor, ne candorem meum lector requirat, quum indicandae sint difficultates, ubi latent, etiamsi iis tollendis non simus pares. Nec enim mihi satisfaciunt, quaecunque interpretes plerique omnes ad illa explicanda conferunt: nec ipse mihi, ut verum fatear, satisfacio in iis, quae suspicor ad eorum illustrationem adferenda. Qui de Chermone, monte sito ad fines septentrionales terrae Israëliticae, cogitat, vultque rorem ejus descendere in montem Tzion, videat, quam apte ex tanto intervallo ros delabi dicatur & descendere. Quis unquam fando audivit rorem, qui montem aliquem occupat, ad alium

mon-

montem, qui centum milliarium Romanorum ſpatio inde abeſt, dici deſcendere? Praeterea deſcendit is ros ex Chermone in Tzion, uti ex barba Aaronis in oram veſtis, certe ex loco altiore in humiliorem, quod & vis ſubjecta voci deſcendere indicat. At Tzion, mons excelſus ipſe in regione montana Judaeae, poteſtne dici excipere rorem deſcendentem ex Chermone? deinde Chermon erat mons nive tectus, unde aeſtivae nives Tyrum ſolebant deferri, teſte Hieronymo: qui ſi aeſtivo tempore nives ſuppeditet, quando rorem copioſum excipit? num hyeme? Denique *montes Tzion*, non *mons*, dicuntur rorem excipere. Non videtur itaque de monte notiſſimo Tzion cogitandum,
p. Quid ergo: Nolim ob rationes datas aut de Chermone monte ad fines
326. ſeptentrionales Palaeſtinae aut de Tzione Hieroſolymitano haec verba intelligere. Chermonem illum malim, qui non longe a monte Tabor nunc hoc nomine notus eſt, & jam tempore Hieronymi id nomen habuit. Ita legitur in epiſtola Paulae ad Marcellam, quae ordine XLIV. eſt in editione nupera operum Hieronymi, *tomo IV. pag. 552. Apparebit oppidum Naim, in cujus portis viduae filius ſuſcitatus eſt: Videbitur & Hermonim & torrens Endor, in quo ſuperatur Siſara.* Illic certe ros tanta copia decidit, ut Maundrellus ſcribat, ſe quum iis in locis pernoctaret, abunde didiciſſe, quid eſſet ros Chermonis, qui tentoria ipſius adeo copioſe perfuderat, ac ſi tota nocte pluiſſet. *We vvere*, haec ipſa verba ſunt, *pag. 57. ſufficiently inſtructed by experience, vvhat the Holy Pſalmiſt means by the devv of Hermon, our tents being as vvet vvhit it, as if it had rain'd all night.* Montes Zion putem fuiſſe colles minores vicinos, quos ὄρος μικρον, הר מצער, dici *Pſalm. 42. 7.* exiſtimo, ubi cum *Chermonim* חרמונים & *terra Jordanis* junguntur. Fateor, me demonſtrare non poſſe, illis collibus hoc nomen adhaeſiſſe: ſed plura ſunt loca, quorum nomina non niſi uni teſtimonio ſcriptoris veteris debentur: nec, quia Tzion Hieroſolymitanus mons celebris eſt, illum ſolum hoc nomine dictum eſſe ſequitur (plura enim loca idem nomen gerunt) & mentio *montium*, הררי, evidenter diſtinguit illos a monte Tzion. Et quid ſi dicamus, veſtigium nominis montium Tzion extare in *Joſ. 19. 17.* ubi שיאון *Sion* memoratur, urbs tribus Jiſſaſcar, vicina monti Tabor, uti Euſebius in Onomaſtico ſcribit ad vocem Σηὼν adeoque non longe a Chermone. Illius haec verba ſunt: Σηὼν, κλῆρος Ἰσσαχάρ, ἡ νῦν ἐστι παρὰ τὸ ὄρος Θαβώρ. Hieronymus. *Seon ſive Soen, in tribu Iſſachar, hodieque oſtenditur villa juxta montem Tabor.* Pronuntiatio primae literae vocum צין & שין erat eadem apud Graecos, Σ nempe: & facile una cum alia commutari potuit.

CAP.

CAPUT L.

DE CARMELO.

Carmel *quid notet. Eſt & nomen urbis. Situs montis Carmeli. Joſephi loci aliquot in quibus Carmeli meminit.* Ὄρη ἱερὰ *quae. Pythagorae mora in Carmelo.* Φοινικὸν, *unde* Punicum, *&* Φοινικικόν. *Fuerunt templum in Carmelo. Deſcriptio Carmeli ex Phoca.*

NOmen כרמל, quod huic monti datur in ſacris literis, uſurpari nonnunquam pro quovis loco arboribus conſito & fertili, aliquando & pro purpura, cujus piſcatio ad radices Carmeli erat, a Bocharto Hierozoici parte I, *libro 2. cap. 48.* & parte II, *l. 5. cap. 9.* atque aliis notatum eſt. Loca autem in Palaeſtina ſunt duo, quibus nomen Carmeli tribuitur in codice ſacro. Unum eſſe montem certum eſt. Alterum urbem eſſe in monte ſitam demonſtrabimus infra libro tertio ad vocem *Carmel.* Hieronymus in Commentario ad Amoſi caput primum utrumque montem eſſe ſcribit: & de hoc quidem Carmelo, de quo hoc capite agimus, notat ibidem, fuiſſe *juxta Ptolemaidem, quae prius vocabatur Acho, mari imminentem, & verticem ejus laetis paſcuis abundaſſe.* Nempe inter Ptolemaidem & Carmelum mare ſinum efficit, qui ad litus auſtrale, qua Carmelus eſt, admodum eſt profundus, ſed ad litus ſeptentrionale haud ita: at non imminet Ptolemaidi Carmelus univerſus, quippe qui ab occaſu ortum verſus protenditur, uti Quareſmius in elucidatione terrae ſanctae ſcribit *lib. VII. pag. 893.* per milliaria quindecim, Italica nempe.

Ex codice ſacro apparet, fuiſſe montem Carmelum in limite auſtrali tribus Aſer *Joſ. 19. 26.* & vicinum fluvio Kiſchon *1. Reg. 18. 40. 43.* praeterea fertilem fuiſſe montem, quod & alii inter veteres confirmant.

Joſephus hunc terminum occidentalem facit regionis Jiſſaſcar *Antiquitat. V. 1.* & *Antiquitat. VIII. 2.* ſcribit, eum fuiſſe ſub ditione Saphatis, p.
quod conferendum cum *1. Reg. 4. 16.* ubi Joſaphat praefectus fuiſſe di- 322.
citur regioni Jiſſaſcar. Diſtabat Ptolemaide ſtadia 120, teſte eodem *lib. II. de bell. c. 9.* (de qua re *lib. II.* infra) quod intervallum non recta duci debet, eſſet enim nimium, ſed per littus maris, quod ibi ſinum ſatis conſpicuum format. Olim Galilaeorum, nunc Tyriorum mons eſt, & Galilaeam terminat ab occaſu, ſcribit idem Joſephus *de bell. III. 2.* magnam enim partem Galilaeae Tyrii occupaverant: hinc & Cades Nephtalitica Tyriorum vicus appellatur Joſepho. At Theodoretus Samariae montem hunc appellat in *Comm. ad c. 32.* Jeſaiae, Χερμὲλ γὰρ ὄρος ἐστὶ τῆς Σαμαρείας. *Carmel enim mons eſt Samariae.* Idem *ad Jeſ. 29.* τὸν Κάρμηλον· ὄρος δὲ τοῦτο πολυφόρον καὶ πολύκαρπον ἐν τῇ τοῦ Ἰσραὴλ κείμενον χώρᾳ. *Carmelum: mons hic eſt fertilis & fructibus abundans in regione Iſraëlis*

ſitus.

ſitus. Joſephus *lib. II. c.* Apionem tradit urbem Dora juxta illum montem ſitam eſſe. Mentio videtur etiam fieri hujus montis *Judith. 1. 1.* ubi Nebucadneſar ad bellum vocaſſe dicitur τὰς ἐν τοῖς ἔθνεσι Καρμήλε ϗ Γαλαάδ. Sed Latinus interpres legit Κηδάρ. Scylaci videtur appellari ὄρος ἱερὸν Διός, niſi rectius alii ὄρος ϗ ἱερὸν Διός. Plures erant montes ſacri dicti. Prope Romam erat ὄρος ἱερὸν, *mons ſacer*, non longe ab Aniene fluvio. vide Dionyſium Halicarn. *Antiq. lib. VI. pag. 375.* Et Xenophonti commemoratur ἱερὸν ὄρος in regione Chalybum, cui nomen Θήχης *lib. IV.* de expeditione Cyri, & *lib. VII. pag. 394. & 402.* ambigitur, an ἱερὸν ὄρος tranſeundum, an per mediam Thraciam iter inſtituendum ſit. In ſacris literis mons Choreb, Tzion, & ille, in quo Chriſtus coeleſti gloria ornatus tribus ſuis diſcipulis apparuit, montes ſacri nuncupantur.

Carmeli nomen & monti & Deo datum ex Tacito diſcimus. Ita Plinius *lib. XXXI. 2.* de Briazo, *hoc & templo & Deo nomen.* Vibius Sequeſter, *de flumin. &c. Clitumnus Umbriae, ubi Jupiter eodem nomine eſt.* Ceterum de Deo Carmelo extat Mendozae liber, ex Hiſpanico ſermone in Latinum converſus ab eruditiſſimo Papenbrochio, in cujus ſcriptis adverſus Carmelitas plurima inveniuntur ad hoc argumentum facientia.

p. 329. Celebratur etiam hic mons in ſcriptis profanis, quod Pythagorae prae aliis placuerit. Verſabatur illic ſaepe ſolus in templo philoſophus. Ita ſcribit Jamblichus *in vita ejus cap. 3.* Διεπορθμεύθη ἀμελλητὶ ὑπό τινων Αἰγυπτίων πορθμέων καιριώτατα προσορμισάντων τοῖς ὑπὸ Κάρμηλον, τὸ Φοινικὸν ὄρος, αἰγιαλοῖς ἔνθα ἐμόναζε τὰ πολλὰ ὁ Πυθαγόρας κατὰ τὸ ἱερόν. *Confeſtim eo vectus eſt ope portitorum quorundam Aegyptiorum, qui opportune ad litus Carmelo monti Phoenices ſubjectum appulerant. Illic enim Pythagoras ſaepe in templo ſolus verſabatur.* Verum Tacitus negat, templum in Carmelo fuiſſe *lib. II.* Hiſtoriarum. *Eſt Judaeam inter Syriamque Carmelus. Ita vocant montem Deumque. Nec ſimulacrum Deo aut templum, ſic tradidere majores: aram tantum & reverentiam.* Mox pergit Jamblichus: ὤφθη κατιὼν ἀπ' ἄκρε τε Καρμήλε λόφε (ἱερώτατον δὲ τῶν ἄλλων ὀρῶν ἠπίσαντο αὐτὸ ϗ τοῖς πολλοῖς ἄβατον) σχολαίως τε ϗ ἀνεπιστρεπτὶ βαίνων, ἔτε κρημνώδες τινὸς ἔτε δυσβάτε πέτρας ἐνιστάμενης. *Viſus eſt deſcendens e ſummo vertice Carmeli (noverant autem illum prae aliis montibus ſacrum plurimisque inacceſſum) lento gradu & non reſpiciens; nullo praecipitio vel invio ſaxo eum morante.* Hinc natura Carmeli, qua parte mari proximus eſt, aliquo modo innoteſcit. Obſerva, dici ὄρος Φοινικόν. Videtur potius Φοινικικὸν debere dici ἀπὸ τῶν Φοινίκων. Saepe tamen Φοινικὸν apud veteres legitur, uti apud Dionyſ. Halicarnaſſ. *l. I. Ant. Rom.* τὰς Φοινικὰς πολέμκς & *l. II.* τὸν Φοινικὸν πόλεμον, unde latinorum *Punicum*, vel POENICUM: nam ita veteres Romanos ſcripſiſſe teſtatur hodieque ſuperſtes baſis columnae roſtratae Caji Duillii, quae Romae in Capitolio eſt, ubi CLASEIS POENICAS legitur, & vox *poenicens* pro rubro, qui color initio

initio a Poenis, teſte Varrone, inventus eſt, unde poſtea nata vox *puniceus.* Heſychius: Γαῦλοι τὰ Φοινικὰ πλοῖα καλένται. *Gauli appellantur naves Punicae.* Sed Φοινικὸν pro Punico, non Phoenicio, videtur uſurpatum. Alii autem erant Poeni, alii Phoenices, & illi ab his oriundi.

Plura de Carmelo legentur infra *lib. II. & III.* ubi de urbibus ei adſitis, Porphyreone, Caipha, aliisque agetur. Hic tantum adſcribemus deſcriptionem Carmeli ex Johanne Phoca, uti eum ſaeculo poſt Chriſtum natum duodecimo vidit. Μετὰ ταῦτα ἐστὶ τὸ Καρμήλιον ὄρος, περὶ ἑ πολὺς λόγος παρά τε τῇ παλαιᾷ γραφῇ ϗ τῇ καινῇ ὑπηγόρευται. Ἔστι δὲ τὸ ὄρος ζυγὸς ὑπ' αὐτε τε θαλατταίε κόλπε τε περὶ τὴν Πτολεμαΐδα ϗ τε Καϊφᾶ κοιλαινομένε ἀρχόμενος ϗ μέχρι τῶν τῆς Γαλιλαίας διήκει ὁρίων. Περὶ δὲ τὸ ἀκροτελεύτιον τὸ πρὸς τὴν θάλασσαν τε ζυγε ἐστὶ τὸ τε Προφήτε Ἠλίε σπήλαιον, ἐν ᾧ τὴν ἀγγελικὴν πολιτείαν ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος διατελέσας ἀνὴρ μεταστάσιος γέγονεν, ἣν μὲν ἐν τῷ τοιέτῳ χώρῳ πάλαι μεγάλη μονὴ, ὡς τὰ νῦν φαινόμενα τῶν κτισμάτων διδάσκεσι λείψανα, ἀλλ' ὑπὸ τε χρόνε τε τὰ πάντα γηράσκοντος, ϗ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἀλλεπαλλήλε ἐπιδρομῆς ἠφάνισαι τέλεον. Πρὸ δέ τινων χρόνων ἀνὴρ μοναχὸς, ἱερεὺς τὴν ἀξίαν, πολιὸς τὴν τρίχα, καλυπτόμενος ὁρμώμενος ἐξ ἀποκαλύψεως τε Προφήτε τῷ τόπῳ ἐπιδημήσας ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις ἢ ὡς ἐν τοῖς τῆς μονῆς καταλύμασι θρίγγιον πήξας μικρὸν ϗ πύργον οἰκοδομήσας ϗ Ναὸν ἀνεγείρας μικρὸν ϗ ἀδελφὰς ὡσεὶ δέκα συνάξας νῦν τὸν ἅγιον χῶρον ἐκεῖνον οἰκεῖ. *Poſtea eſt mons Carmelius de quo multa in Veteri & Novo Teſtamento leguntur. Jugi formam habet mons, ab ipſo maris ſinu, qui circa Ptolemaidem & Caipham incurvatur, initium ducens & ad Galilaeae fines ſe extendens. In extrema parte jugi, qua mare reſpicit, ſpectatur Eliae Prophetae ſpelunca, in qua Angelicam vitam cum egiſſet vir admirandus, in coelum raptus eſt. Fuit quidem olim eo loco Monaſterium ingens, quod ex ruderum veſtigiis hactenus conſpicuis liquet, ſed illud tempus & incurſiones hoſtium aboleverunt penitus. Verum ante aliquot annos monachus quidam, dignitate ſacerdos, capillis canus, patria Calaber, ex revelatione Prophetae in montem appellens ea loca, ſcilicet Monaſterii reliquias, vallo exiguo cinxit & turri exſtructa temploque parvo, collectisque fratribus circiter decem, etiamnum hunc ſanctum locum colit.*

p. 330.

CAPUT LI.

DE TABORE.

p. 331.

Tabor mons quis & ubi ſitus. Nomen habet a forma. טבור umbilicus. Ὄρος Ἰταβύριον & Ἀταβύριον *Graecis.* Ζεὺς Ἀταβύριος, *numen Rhodiorum. Heſychii verba illuſtrata. Joſephi loci quidam de hoc monte examinati. Polybius cum Joſepho conciliatur. Mentio frequens hujus montis apud Euſebium. Hieronymi, Adamnani, Willibaldi, & Phocae verba de hoc monte. Num in hoc monte Chriſtus coram tribus diſcipulis coeleſti gloria ornatus apparuerit.* Κατ' ἰδίαν Marc. 9. 2. *non referendum ad montem.*

TAbor mons (nomen habens commune cum urbe Tabor, de qua agemus infra *lib. III.* ad vocem *Tabor* & *Itaburion*) תבור situs erat in finibus tribus Jissaſcar (vide *Joſ. 19. 22.*) & Zebulun ac Naphtali, aut certe non longe indle, ſi Cisloth Tabor & Atsnoth Tabor *Joſ. 14. 11. & 34.* in finibus Zebulun & Naphtali memoratae loca ſint ipſi monti Tabori vicina. Ita ſane viſum Euſebio in Onomaſtico ſcribenti, Θαβὼρ, ὄρειον Ζαβελών. Ἔςι δὲ ὄρος ἐν τῇ πεδιάδι κείμενον, ἀπὸ σημείων ἑ Διοκαισαρείας κατὰ ἀνατολάς. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ὄριον ἦν φυλῆς Ἰσσαχὰρ καὶ Νεφθαλείμ. Hieronymus. *Thabor, terminus Zabulon. Eſt autem mons in medio Galilaeae, mira rotunditate, ſublimis, diſtans a Diocaeſarea decem millibus contra orientalem plagam qui confinium quoque inter tribum Iſſachar & Nephtalim fuit.* Meminit etiam intervalli, quo Hieroſolymis abeſt, duorum nempe dierum, Michaël Glycas, *Annal. part. III. pag. 215.* Ἀναμέσον τε τε Θαβὼρ καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ὡσεὶ δύο ὑπάρχει τὸ διάςημα. Poſſet, fateor, id iter biduo confici, quamvis vulgo triduum eo impendatur.

Quod ad nomen attinet, nihil probabilius, quum literae priſcae ſaepe permutentur cum aliis ſono affinibus (uti עסר pro עשר dicitur & ארבסר pro ארבעשר; ſic טעה & תעה; ſic flumen סבטיון
p. a שבת ducitur) quam a טבור dictum eſſe: quod editum locum, ver-
332. ticem montis, & umbilicum notat. Vide *Jud. 9. 37. coll. cum 36.* ſic ut ὄρος μαςοειδὲς indicet (quod de Olympo Cypri Strabo *l. XIV.* & de hoc ipſo Polybius *l. V.* uſurpat: vox טבור etiam de aliis montibus uſurpatur *Jud. 9. 36.* Graecis Θαβὼρ & Ἀταβύριον aut ὄρος Ἰταβύριον ſolet dici. Nempe nomen Ἀταβύριον notius erat Graecis & Romanis. Colebatur praecipue in inſula Rhodo Ζεὺς Ἀταβύριος, & Agrigenti, quae colonia erat Rhodiorum, erat Ἱερὸν Διὸς Ἀταβυρίε, quemadmodum tradit Polybius *Hiſtoriarum libro IX.* Huc faciunt & haec Stephani in Ethnicis. Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδε . . . ἔςι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ἔςι καὶ Περσικὴ πόλις· ἔςι καὶ Φοινίκης. *Atabyron, mons Rhodi. Eſt & Siciliae Atabyrion, & urbs Perſica, & Phoenices.* Ab אתורבור (quod pecudes eo paſtum ducantur) nomen Ἰταβυρίε derivat in Onomaſtico ſacro Hillerus: quo facit Heſychius Ἀταβύριον ὄρος ἔνθα θήρια συνάγονται.

Montem hunc Joſephus ὄρος Ἰταβύριον appellat, ſcribitque, altitudinem ejus eſſe 30. ſtadiorum. Polybius ſcribens plus quam 15. ſtadiorum πρόσβασιν habere urbem Atabyrion, conciliari ita poteſt cum Joſepho, quod de λόφῳ ſeu monte ipſo id non ſcribat, ſed de urbe; certe Joſepho fides hic habenda prae Polybio: & planitiem in vertice 26. ſtadiorum & altitudinem 15. non patitur figura montis. Idem Joſephus in vertice planitiem eſſe ſtadiorum 26. (Rufinus legit 20.) totam muro circumdatam & montem *inacceſſum*, a latere boreali, ſcribit *lib. IV. de bell. cap. 2.* Situm eſſe in Galilaea tradit *lib. II. de bell. cap. 25.* & terminum eſſe tribus Jiſſaſcar ad ſeptentrionem. Ἀταβύριον eum vocat *Antiq. V. 6.* ubi Hebraeos cum Siſera conflicturos ad illum caſtra-

metatos

metatos tradit. *Antiquin. VIII. 2.* legitur Itabyrio monti & Carmelo, atque Galilaeae uſque ad Jordanem, praefectum fuiſſe Saphatum. *1. Reg. 4. 17.* pro iis legitur Joſaphatum praefectum fuiſſe in Jiſſaſcar. Itabyrium & Carmelum etiam conjungit *Antiq. XIII. 23. Lib. IV. de bell. cap. 2.* montem hunc eſſe medium inter Scythopolin & magnum Campum ſcribit: quod, qua ratione intelligi debeat, oſtendemus hoc ipſo libro, ubi de Campis Palaeſtinae & Campo magno ſpeciatim agemus.

Euſebius hujus montis aliquoties meminit in Onomaſtico. Quiae p.
habet ad vocem Θαβὼρ mox dedimus. Ad vocem Δαβειρὰ ſcribit, eam 333.
eſſe κώμην ἐν ὄρει Θαβὼρ, *vicum in monte Tabor.* Idem ad vocem Σηὼν, eſſe παρὰ τὸ ὄρος Θαβὼρ, *juxta montem Thabor:* ad vocem Ἀκσὰφ eſſe vicum Ἐξαδὰς (lege Χεσαλὰς, quod libro ſequenti oſtendemus) ἐν τῇ πεδιάδι παρὰ τὸ ὄρος Θαβὼρ, ἀπέχεσαν Διοκαισαρείας σημείοις ἡ. Hieronymus, *in octavo lapide Diocaeſareae* (illa eſt Sepphoris) *ad radicem montis Thabor, in campeſtribus.* Eadem fere habet ad vocem Ἀχεσελώθ. Idem ad Σαβὴμ, eſſe Sulem vicum 5. mill. a Tabor verſus auſtrum: & ad vocem Ἰταβύριον Κεῖται ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ. Haec non vertit Hieronymus: adeoque ex Euſebio aut Hieronymo exciderunt, vel poſtea Euſebio inſerta ſunt. Idem ad vocem Σαρὼν, eſſe nomen regionis inter Taborem & ſtagnum Tiberiadis. Meminerat ejus quoque (licet nunc vox Θαβὼρ exciderit: ſed ex Hieronymo liquet, & ex ipſo Euſebio, qui montem aliquem nominatim ſine dubio indicare voluit, ibi lectam olim fuiſſe (ad vocem Κισὼν ſcribens, Κισὼν, χειμάῤῥας πλησίον τοῦ ὄρους Θαβὼρ. *Kiſon, torrens juxta montem Thabor.* Ad vocem Ἀηνδὼρ notat, eſſe κώμην πλησίον τοῦ ὄρους Θάβωρ ἐπὶ νότου ὡς ἀπὸ σημείων δ', *vicum juxta montem Tabor ad meridiem, in quarto miliario.* Ad vocem Ναὶμ ſcribit eſſe κατὰ νότον ἀπὸ β' (ita legendum eſſe pro ιβ' infra *lib. II.* apparebit) σημείων Θαβὼρ, πλησίον Ἀηνδώρ. *In ſecundo miliario Thabor montis contra meridiem juxta Endor.* Idem ad vocem Nazareth, eſſe ἐν Γαλιλαίᾳ πλησίον τοῦ ὄρους Θαβὼρ, *in Galilaea juxta montem Thabor.* Latina damus ex Hieronymo, qui & haec notat ad *Hoſ. c. 5. Thabor, quem LXX.* Ἰταβύριον *tranſtulerunt, hanc habentes conſuetudinem, ut Hebraea nomina Graeco ſermone declinent, ſicut Edom hoc eſt Eſau & Seir ſemper Idumaeam interpretantur. Eſt autem Thabor mons in Galilaea, ſitus in campeſtribus, rotundus atque ſublimis & ex omni parte finitur aequaliter.*

Ita deſcribitur ab Adamnano, ſcriptore ſaeculi ſeptimi *lib. II. de locis ſanctis. Mons Thabor in Galilaea tribus miliaribus a lacu Chenereth diſtat, mira rotunditate ex omni parte collectus a parte boreali reſpiciens ſupradictum ſtagnum, herboſus valde & floridus. In cujus amoena ſummitate ampla planities ſilva praegrandi circumcincta habetur, cujus in medio campo Monachorum ineſt* p.
grande Monaſterium & plurimae eorundem cellulae, nam illius montis campeſtris 334.
vertex non in anguſtum coartatur cacumen, ſed in latitudinem dilatatur ſtadiorum viginti quatuor, altitudo autem ejus triginta ſtadiis ſublimatur. In S. Willibaldi Itinerario, foetu ſaeculi octavi haec de monte Thabor leguntur.

Ibi est nunc monasterium monachorum & haec ecclesia Domino est consecrata & Moysi & Heliae, & illi cives nominant illum locum Age mons. Vir eruditissimus Joh. Mabillon, in observ. quas vide *Tom. IV. Actor. Sanctor. Ord. Benedicti, pag. 374.* notat, id esse ἅγιον ὄρος. Ita nempe Petrus jam illum montem appellavit *2. Petr. 1. 18.* Johannes Phocas collocat hunc montem non longe ab isto jugo collium, quibus Nazareth adjacet, dicitque, esse βενὸν στρόγγυλον καὶ μετρίως ὑψούμενον, collem rotundum & secundum certam mensuram sive proportionem sese erigentem: id est, quod non, sicut alii montes, ab una parte magis praerupti aut declives quam ab alia, formam habeat irregularem, sed ita, ut quasi collis arte formatus videatur. Id omnes de hoc monte tradunt, qui eum viderunt, & haec tria praecipue de eo notant, 1. Elegantem illam partium proportionem, 2. Situm ejus in planitie, sic ut nulli alii monti aut colli adhaereat, 3. Ubertatem & plantarum in eo florem & copiam. Addit idem Phocas ex hoc monte, vel colle potius, βενῶ, spectari posse Libanum, καὶ δύο μεγάλους βενοὺς, ὧν μέσον ἡ Δαμασκὸς ἵδρυται, (intelligit, puto, illos Trachones duos, quorum Strabo meminit agens de Damasco) & duos ingentes colles, in quorum medio Damascus sita est.

Disputant viri eruditi, fueritne mons Tabor idem atque ille, in quem Christus duxisse Petrum, Jacobum, & Johannem legitur, testes futuros oraculi coelestis, quo Pater filium hunc esse sibi amatum declarabat. Hieronymus, Cyrillus atque alii ita tradunt, & haud temere rejicienda esse fateor, quae multorum saeculorum consensu nituntur: nec profecto aliquid occurrit, quod stirpitus evellere atque evertere hanc opinionem queat. Sunt tamen nonnulla, quae me proclivem reddunt, ut credam, non in monte Tabor, sed alio quodam, id contigisse, quae velim lector expendat. Primo quidem, videntur primi Christiani, legentes *Marc. 9. 2.* Jesum duxisse tres discipulos suos εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν μόνους, *in montem excelsum seorsim solos*, credidisse illud κατ' ἰδίαν, *seorsim*, ad situm montis esse referendum, quumque Tabor in campestribus situs, nec cum aliis montibus junctus sit, de nullo aptius dici posse, quam Tabore esse *montem excelsum seorsim.* Sic in vita S. Raynerii Pisani appellatur, *tomo III. Junii, in Actis Sanctorum, pag. 436. Montem excelsum seorsim, qui est mons Thabor, cupiebat visitare.* Verum illud κατ' ἰδίαν, sive *seorsim*, ad montis situm non spectat, nec credi debet redundare, si referatur ad *ducere*, licet sequatur μόνους, nam potuissent plures seorsim duci, quam hi soli. Hinc ergo facile nasci potuit opinio, montem Tabor esse illum montem, praesertim quum & altus sit, & herbosus valde ac forma eleganti. Deinde non est de nihilo, quod jam Ligtfootus observavit, quum proxime antecedens historia, relata a Matthaeo *capite XVI. commate 13.* contigerit circa Caesaream Philippi, nec scriptor sacer Christum alio migrasse memoret, non in monte Tabor, sed alio non longe a Caesarea quaerendum esse illum locum, de quo agimus: & profecto quum

p. 335.

quum & antecedentia & consequentia conferimus, vix alibi, quam in vicinia Caesareae hunc montem quaerere possumus. Christus enim legitur cum discipulis suis profectus ad vicos Caesareae Philippi. Vide *Matth. 16. 13. Marc. 8. 27.* Illic de variis rebus collocutus est cum discipulis, & mox subjungitur *Matth. 17. 1. Marc. 9. 2. Et post sex dies Jesus assumsit Petrum, Jacobum & Johannem &c.* nulla facta mentione itineris ad loca remota, *& duxit in montem excelsum seorsim.* Non dicitur, duxit eos in montem Tabor, & relicta Caesarea illuc profectus est, sed duxit eos seorsim & quidem solos, (quod utique in locis vicinioribus quam monte Tabor fieri poterat) dum alii discipuli in vicinia haererent; nam simulatque de monte descenderunt, illico discipuli & reliqua turba Christo leguntur venisse obviam. Vide *Luc. 9. 36.* & confer cum *Marc. 9. 14.* adeoque credibile est, non longe a Caesarea Jesum discipulos illos tres duxisse in aliquem montem certo nomine haud notum, (quidni enim nomen montis adjecissent scriptores sacri, uti montis oliviferi, Carmeli, & aliorum) & discipulos reliquos scientes, Christum non longe inde morari, sed fundendi precum gratia saepe loca sola adire consuevisse, exspectasse non longe ab illo loco, in quo Christum ultimo viderant, si iterum Christus ad eos rediret, uti revera rediit. Num probabile est, discipulos a Christo circa Caesaream relictos, qui, ipsis insciis, secesserat cum tribus in montem, ut ea viderent, quae enuncianda ipsis non erant ante Christi suscitationem ex mortuis, ei occurisse longe a Caesaraea, statim ut descenderat ex monte? Fieri ita potuit, fateor: sed factum esse vix mihi persuadeo. Denique montem hunc ego quidem in regione trans Jordanem collocarem: nam iter Jesu hoc modo describitur, ut a regione Gennesaritide (vide *Matth. XIV. 34.*) tendat ad fines Tyri & Sidonis (vide *Matth. XV. 21.*) inde revertatur ad mare Galilaeae (*Matth. XV. 29.*) quo navi transmisso venit in regionem Magdalae (*Matth. XV. 39.*) atque inde in regionem Caesareae Philippi, *Matth. XVI. 13.* Inde in montem ducit tres discipulos suos, *Matth. XVII. 1.* Tum per Galilaeam pergit *Matth. XVII. 11. 22.* (quae confer cum *Marc. IX. 30.*) & Capernaum, *Matth. XVII. 24.* Inde pergit, &, Galilaea relicta, Jordanem transit, ac per Peraeam in Judaeam proficiscitur, & per Jerichunta, montemque oliviferum iter instituit Hierosolymas. Vide *Matth. XIX. 1.* & *XX. 29.* & *XXI. 1.* Ratio hujus itineris suadere videtur, Jesum a Caesarea Philippi non fuisse profectum ad montem Tabor & inde reversum ad Capernaum, sed montem illum, in quo vox coelestis Jesum filium Dei esse confirmavit, propter urbem Caesaream quaerendum: in primis quum scriptores sacri adeo diligenter nomina locorum notent, in quibus aliquid memorabile a Christo patratum est.

p. 336.

CAPUT

p. 337.

CAPUT LII.

DE MONTE OLIVIFERO.

Nomina montis oliviferi in sacris literis & scriptis Judaicis. Mons trium luminum vel culminum. Error ridiculus quorundam circa nomen Galilaeae. Josephi loci, in quibus hujus montis meminit, expensi. Hieronymi, Epiphanii, Adamnani, Phocae, & Perdiccae Ephesi testimonia de hoc monte. Num recte dicatur ὄρος μικρόν. Intervallum, quo mons hic Hierosolymis abest.

MOns olivifer, sive ὄρος ἐλαιῶνος, aut ὄρος τῶν ἐλαιῶν, (uti Eusebius eum vocat ad vocem Γεθσιμανῆ & κοιλὰς Ἰωσαφάτ) praeter hoc nomen alia adeptus est in sacris literis. Appellatur mons, qui urbi ad ortum est הר אשר מקדם לעיר *Mich. 6.* qui ante Hierosolymas est, *1. Reg. 11. 7.* & in illo Rex Salomo exstruxisse dicitur excelsa numinibus Moabitarum atque Ammonitarum. Verum *2. Reg. 23. 13.* legitur illa excelsa fuisse in conspectu Hierosolymarum ad dextram montis המשחית *corruptoris.* Idem mons dicitur e regione Templi, κατέναντι τοῦ ἱεροῦ *Marc. 13. 3.* Judaei eum הר המשחה montem unctionis vel הר הזיתים montem olivarum vocant; vide Misnam *Para, c. III. 6.* ubi de combustione vaccae rufae disputant, quae in hoc monte fieri debuit, & *Echa Rabbati fol. 59. 1.* ubi de decem migrationibus Schecinae agitur, & dictum R. Jonathanis refertur, Schecinam tres annos & dimidium habitasse in monte olivifero, ut videret, an non converterentur Judaei ad Deum, & clamasse, *redite ad me filii, redibo ad vos:* & quum nihilo minus Judaei alieni essent a Deo, ivisse Schecinam ab hoc monte ad locum suum. Haec studium verae Schecinae, Sospitatoris nostri, qui in hoc monte saepius commorari solebat & Judaeos hortari ad verum Dei cultum, nobis ante oculos ponunt, ita ut ab Christiano aliquo, vel Judaeo, qui a Christianismo non longe aberat, petita videantur.

p. 338. Notavit etiam Quaresmius, *lib. IV. elucidat. terrae S. p. 299.* montem hunc nuncupatum fuisse montem trium luminum, & in veteri editione *Actor. c. 1.* pro eo, quod nunc legitur *a monte, qui vocatur oliveti* lectum fuisse, *a monte trium luminum:* quia illuminabatur a parte occidentis igne jugi, qui erat in altari, & a parte orientis primos radios solis excipiebat, antequam hi urbem collustrarent, & copiam olearum producebat, unde fomentum lumini est. Ego tamen mallem credere, *montem trium culminum* eum dictum fuisse: nam vere tria culmina habuit, unum in medio, e quo adscendit Sospitator, alterum ad austrum, quod mons offensionis dici solet, ab imaginibus numinum illic a Salomone collocatis, ut tradunt, tertium ad septentrionem, quod omnium est altissimum & duobus stadiis remotum a loco adscensionis Jesu Christi, Sospitatoris nostri, teste Maundrello *pag. 176.* vulgo Galilaea dictum a discipulis Galilaeis, uti

uti multi putant, alii aliunde. Hoc indicari volunt *Matth. 28. 16.* & persuaserunt sibi nonnulli hanc, non aliam, esse Galilaeam, in qua Cana sita fuit. Anonymus de locis Hierosolymitanis, ubi montem oliviferum describit *pag. 87.* Καὶ σιμὰ ἐκεῖθεν στάδια β' ἔναι ἡ Γαλιλαία ὁ ἐν Κανᾷ γάμος, ὅπου ἐποίησεν ὁ Χριστὸς τὸ ὕδωρ οἶνον. *Prope, stadiis duobus inde, Galilaea est & Cana, in qua nuptiae celebratae sunt, in quibus Christus vinum in aquam convertit.* Oportet aliquem omnium rerum rudum esse, qui haec sibi persuadeat & aliis persuadere conetur.

Josephus aliquoties hujus montis meminit. *Antiquit. VII. 8.* Ἐλαιῶν ὄρος vocat, & ibidem ex vertice ejus Davidem respexisse Hierosolymas narrat. *Antiquit. XX. 6.* dicitur stadia quinque (i. e. iter Sabbathi, 2000. cubitos: vide, quae nos *libro II*) distare ab Hierosolymis, & e regione urbis sitis, πόλεως ἄντικρυς κείμενον ὄρος. *Lib. VI. de bell. cap. 3.* jubetur legio decima castra ponere ad montem oliviferum sexto stadio ab Hierosolymis, προσετέτακτο αὐτοῖς ἓξ ἀπέχοντας τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους στρατοπεδεύσασθαι κατὰ τὸ ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, nempe una pars montis longius ab urbe aberat, quam alia. Suidas tres partes montis recte distinguit ad voces Τέρμα & ὑπώρεια Ἀκρώρειαν, ὑπώρειαν, & πέρμα. *Verticem, latera, & radices.* Vox illa ὑπωρείαις pro ὑπωρείαις, quod nunc legitur, restituenda est in Eusebii Onomast. ad vocem Γάδαρα. Ibidem scribit, hunc mon- p.
tem urbi objacere ab oriente, profunda valle ab ea discretum, cui no- 339.
men Kedron. Idem Josephus *lib. IX. Antiq. cap. 11.* narrat, imperante Ozia, terrae motu avulsam esse de monte Oliveti, ad locum ἐρωγὴν dictum ante urbem, dimidiam partem, quae ad occidentem erat & convolutam per quatuor stadia ad partem montis orientalem fuisse delatam. Haec ex Josepho descripsit etiam Eusebius *lib. VI. Evangel. praepar. p. 291.* & ex ταῖς ἔξωθεν Ἰουδαϊκαῖς δευτερώσεσι, id est ex Misna, vel potius Baraita, eum haec hausisse arbitratur, quas noverit Hebraeus existens ex Hebraeis.

Tempore Hieronymi crucis signum templo montis Oliveti impositum late conspiciebatur: meminit ejus aliquoties. Ita in epitaphio Paulae, *rutilantem montis Oliveti crucem adspiciam, de quo Salvator adscendit ad Patrem.* Epiphanius notat *l. I. adv. haeres. pag. 340. 341.* per hunc montem viam publicam duxisse Jerichunte Hierosolymas: & *pag. 394.* montem hunc altiorem esse omnibus aliis circa eum, sed montem Gabaon, qui 8. milliaribus inde distat, multo esse altiorem.

Quomodo se habuerit saeculo septimo, intelligetur ex his Adamnani de locis sanctis *l. I. Aliarum arborum genera, exceptis vitibus & olivis, in monte Oliveti, ut refert Arculfus, raro reperiri possunt: segetes vero frumenti & ordei in eo valde laete consurgunt. Non enim brucosa, sed herbosa & florida illius terrae qualitas demonstratur. Altitudo autem ejus aequalis esse altitudini Sionei montis videtur: quamvis mons Sion ad montis Oliveti comparationem in Geometricae dimensionibus, latitudine videlicet & longitudine, parvus & angustus*

 esse

esse videtur. Inter hos duos montes vallis Josaphat, de qua superius dictum est, media interjacet a septentrionali plaga in australem porrecta partem. Idem etiam ibidem meminit *cujusdam Bethaniae campuli magna olivarum silva circumdati.* Solet autem Bethania ostendi sita ad orientem in descensu montis Oliviferi, quod omnia itineraria testantur.

Idem tradit, mare mortuum inde conspici potuisse. *Quod scilicet idem mare salsissimum & de montis Oliveti specula saepius (sicut ipse narrat) sanctus prospexit Arculfus.* Tradunt omnes, qui eum viderunt montem, si
p. ab orientali plaga conspiciatur, uti si quis a Jerichunte veniat, maxi-
340. mum apparere, sed si ab urbe ipsa videatur, non adeo magnum, quia ipsa urbs altis collibus insidet. Eminet tamen mons olivifer supra urbem ipsam. Audiamus Phocam in descriptione locorum Terrae Sanctae. *Ἔςιν δὲ ὁ τόπος σμικρὸν τι τῆς πόλεως ὑπερανεςηκὼς βαθὺς, διὸ καὶ ἐ πάνυ μέγας, ὅσον ἀπὸ τε τῆς πόλεως φαίνεται μέρος, ἀπὸ δὲ τε πρὸς Ἰορδάνην μέρος αὐτε καὶ τὴν Βηθανίαν καὶ πάνυ ἐςὶν ὑψηλότατος, χθαμαλίζεται γὰρ τὸ τέτε κατάχυμα μέχρι καὶ τῆς ἐρήμε. Est autem hic locus (mons Oliveti) collis paullum urbem ipsam supereminens, & propterea neque praegrandis, si ab urbe ipsa conspiciatur, si vero a Jordane & Bethania oculos in eum conjeceris, maxime celsus videtur: collis enim inde a deserto leni acclivitate nascitur.* Hinc lucem accipit Perdiccas Ephesius in descriptione Hierosolymae,

Ὄρος μικρὸν ἀνεςηκὼς ἐςὶ τε Ἐλαιῶνος
Ἐγκάρσιον ἐκ ὄρθιον κείμενον πρὸς τὴν Ἕω,
Ὀλίγον τὴν διάμετρον, γεῶδες καὶ πετρῶδες,
Τὸ μῆκος ἐ μακρότερον, ἀλλὰ μιλίων δύο,
Ἐυθύγραμμον τὴν κορυφὴν ἔχον ἀλλ' ἐκ ὀξείαν,
Ὅυπερ ἐν μέρει πρὸς βορρᾶν ἐςὶν ἡ Γαλιλαία,
Ἐν ᾗ δραμόντες ἔθελψαν οἱ μαθηταὶ τὸν κτιςήν.

Mons est pusillus, quem abs oliveto vocant,
Non recta ad auroram sed oblique situs.
Dimensio exigua est, petrosum ac solum,
Est quippe longitudine duum millium.
Huic rectilineus est apex, nec acutus est:
In parte cujus ad aquilonem est Galilaea
Qua transeuntes viderunt Christum pii.

Ita haec reddidit Morellus: sed omnia exprimere, ut cum Graecis convenirent, vix potuit, quod legibus carminis adstringeretur. *Sic mons pusillus* dicitur, quum Graeca dicant montem eminentem paullulum, respectu scilicet urbis, uti mox Phocam loquentem audivimus. Nolim enim montem hunc dici *montem pusillum*, quamvis & hoc placuisse Bo-
p. charto videam in Hierozoico *part. II. 31.* qui ita haec verba Phocae ac-
341. cepit. Sic pro διαμέτρῳ dimensionem dixit. Alia non tango, ut notem, per Galilaeam hic intelligi non debere regionem eo nomine notam, sed collem

collem aliquem, ad boream summi apicis montis oliviferi, qui & ipse pars ejus censetur, quique Galilaea dicitur, quod hic locus credatur intelligendus, quum post resurrectionem Christus dicitur discipulis suis praeiturus in Galilaeam; vel, ut alii, quod Galilaei, qui Christum adscendentem viderant, hic diu commorati fuerint.

Abesse hunc montem Hierosolymis iter Sabbathi legitur *in Actis Apostolicis, cap. 1. 12.* Id efficit bis mille cubitos, quos pares esse milliari uni scribit ex Origene Oecumenius, Μίλιον ἕν, ἡ τε Σαββάτε ὁδὸς ὡς φησὶν Ὠριγένης ἐν τῷ πέμπτῳ ςρωματεῖ δι χιλίων πηχῶν ὑπῆρχε. Sed hoc nimium est, uti alibi ostendimus: de hoc spatio, quo mons olivifer ab Hierosolymis abest, agemus infra *libro II.* quando Flavii Josephi verba ad hanc rem facientia examinabimus. De Bethania autem & Bethphage, vicis in hoc monte sitis, dicemus *libro III.* Ceterum inter recentiores vix quenquam novi, qui accuratius montem oliviferum describat & singula notet per certa invervalla, Johanne Cotovico, Trajectino, in Itinerario Hierosolymitano, *pag. 261. & seqq.*

CAPUT LIII.

DE RELIQUIS MONTIBUS PALAESTINAE.

Montes regionis transjordanicae. Montana Gilead. *Montes* Baschan. *Mons* Nebo, *qui &* Abarim. *Graeci pro* עברים *legerunt* עברים. *Mons ferreus quis.* Σίδηρον ὄρος *apud Glycam quid.* Σηριὰς γῆ, *in qua columnae Sethi superstites. Montes regionis cis Jordanem sitae. Scala Tyriorum. Mons* Ἀσαμὼν *in medio Galilaeae. Montes* Gilboë. *Mons* Tzemaraim *in Ephraimitide.* Tzalmon. Schomron. Garizim *&* Ebal. *Mons* Gaas. p.
Quaedam in Midrasch Coheleth illustrata. נחלי געש *qui. Montes* Ba- 342.
ther. *Mons regius. Stupenda hyperbola in scriptis Judaicis de numero urbium in illo tractu montano. Mons* Angaris. Ὄρεα Ἐγγηδήνη *apud Josephum. Sodomeni montes Galeno memorati. Alii montes Palaestinae minus noti,* Aza, Sartaba, Gerophna. *Mons* Aurasius. *Suidae emendatio tentata.* Azazel *num montis nomen.*

IDoneum visum est, uno capite complecti, quae de ceteris Palaestinae montibus dicenda habemus, quod de singulis haud ita multum in scriptis veterum tradatur: atque adeo primo quidem notabimus montes quosdam terrae trans Jordanicae, deinde cis Jordanicae, tum illos, quorum situs est incertior.

Montana *Gilead* הר גלעד, Γαλάδης Josepho *Antiq. I. 19.* inter montes trans Jordanem eminent. Si Eusebium audimus in onomastico, attingunt Libanum, & inde per desertum extenduntur usque ad regionem olim a Sichone possessam & Rubenitis datam. Hieronymus scribit, cecidisse

cidisse hunc montem in sortem filiorum Ruben, Gad, & dimidiae tribus Manasse. Adeoque pars magna horum montium erunt illi, quibus μέγα Πέδιον Jordanis ad ortum cingi scribit Josephus.

Montes *Baschan Psal. 68. 16.* & alibi memorati partem constituunt illorum montium, qui continenti serie a Libano usque ad Pharan porriguntur, &, uti nomen indicat, in regione Baschan quaerendi sunt, de qua vide, quae notavimus supra *capite XXXIII.*

Mons *Nebo* נבו, qui & mons עברים *Abarim*, exadversus Jerichuntem constituitur a Josepho *Antiq. lib. IV. 7.* τοῦτο ὑψηλὸν Ἱερικοῦντος ἀντικρυς κεῖται, excelsus est & contra Jerichuntem situs, Ex *Deuter. 32. 49.* discimus, Mosen in eo monte vita functum esse: quem in portione tribus Ruben mortuum, at in portione tribus Gad sepultum in Gemara Sota *cap. 1.* scribunt. Hic *Jerem. 22. 20.* jungitur cum Libano & Baschan, montibus altissimis. Alii tamen עברים illic *vada* reddunt, & Graeci legerunt disjunctis literis עבר ים, habent enim πέρας τῆς θάλασσης. Eusebius in Onomastico collocat hunc montem sex milliaribus a
p. Chesbon versus occasum. Meminit idem ad voces Ἀραβὼθ Μωάβ mon-
343. tis *Phogor*, qui est inter Liviada & Esbunta. Idem & aliorum montium in trans Jordanica meminit, uti ad vocom Ἀροὴρ montis, in cujus vertice illa urbs sita erat, & ad vocem Γάδαρα montis, in quo Gadara urbs sita fuit, & ad vocem Γέργεσα montis ad lacum Tiberiadis, e quo porci praecipitati sunt, & ad vocem Ἰαβὲς montis, in quo illa sita. Meminit & Esbuntis in monte sitae. Urbem Gamalam etiam monti insedisse Josephus testatur *l. IV. de bell. c. 1.*

Mons ferreus, Σιδηρῆν ὄρος, teste Josepho *lib. V. de bello cap. 4.* se extendit usque ad Moabitin. Glycas *annalium parte II. pag. 129.* tradit, Josephum scribere in hoc monte ferreo lapideam columnam Sethi suo tempore conspicuam fuisse, Ἥτις στήλη (sunt verba Glycae) μετὰ τὸν κατακλυσμὸν εἰς τὸ Σίδηρον ὄρος ἔμεινε καὶ ἔστιν ἕως ἄρτι ὡς φησὶν Ἰώσηπος. Verum in Josepho haec hodie non leguntur, & regio, in qua ille superstitem scribit esse columnam lapideam nepotum Sethi, nuncupatur ei *Antiq. I. 2.* Σηριὰς γῆ. Procopius Gazaeus videtur in Josepho legisse Συριὰς. Vide eum in commentario ad *cap. XI.* Geneseos. Eusebius in Josepho legit Ἱερίαν: vide Onomasticon ejus ad vocem Evilat. Interpres vetus Josephi, *in terra Siridi.* Syncellus & Manethos ἐν τῇ Σηριαδικῇ γῇ. Eustathius in Hexaemero habet, fere uti Glycas, εἰς τὸ Σηριδὸς ὄρος. Non dubito, terram Seriada esse regionem Serum in India, quam Josephus ipse *Antiq. I. 8.* Σηρίαν vocat, pro qua Συρίαν alii substituerunt.

Inter montes regionis cis Jordanicae ad septentrionem celebris est *Scala Tyriorum*, סולמא של צור in *Midrasch Coheleth fol. 101. col. 4.* dicitur (unde forsitan nomen habet mons Ἀλσάλαμος Trachonitarum Arabum, memoratus Ptolemaeo, quod Arabes scribunt السلم) a Josepho Κλίμαξ Τυρίων,

Τυρίων, qui eum scribit esse altissimum & a Ptolemaide boream versus distare stadia centum. Vide illum *lib. II. de bello cap. 9.*

Asamon, Ἀσαμὼν mons est in medio Galilaeae situs, prope urbem Tzipporin, teste Josepho *lib. II. de bello cap. 23.* Inde manasse nomen Asamonaeorum, qui vulgo Maccabaei audiunt, Noldius *in historia Idumaea* opinatur. Ego malim, id nomen a חשמונים ducere, crediderimque, p.
nomen Hebraeum montis Ἀσαμὼν fuisse חשמון *Chasmon.* 344.

Montes *Gilboë* Γελβαὲ & Γελβοὲ Josepho appellantur *Antiq. VI. 15.* Eusebius in Onomastico ita illos describit & Hieronymus: *Gelboë montes alienigenarum: in sexto lapide a Scythopoli, in quibus etiam vicus est grandis, quem vocatur Gelbus.* Ceterum montes vocat alienigenarum a Philistaeis, qui illic exercitum Israëlitarum fuderunt. Philistaei a Judaeis Graeco sermone scribentibus ἀλλόφυλοι solent dici, i.e. alienigenae, & a Christianis primae Ecclesiae doctoribus, quemadmodum fuse ostendimus supra *cap. XIII.* Ab his montibus Gilboë alii montes videntur porrecti fuisse usque ad lacum Asphaltiten, qui illi sunt, quibus μέγα Πέδιον Jordanis cingitur ab occasu, quosque ad agros usque Scythopolitanos Josephus extendit *lib. V. de bell. c. 4.* Ros in montes Gilboa descendere solitus, uti liquet ex *2. Sam. 1. 21.* confirmat ea, quae de rore Chermonis (vicini enim sunt Chermoni montes Gilboa) diximus supra *cap. XLIX.*

Mons *Tzemaraim*, הר צמרים *2. Chr. XIII. 4.* erat in montanis Ephraim, ad quem locum exercitus Jeroboami Abiae occurrit. Σαμαρεῶν ὄρος Josepho *Ant. VIII. 5.* ac si esset idem, atque mons שמרון *Schomron*, Σαμαρεὼν, cui inaedificata fuit urbs eodem nomine, postea Samaria nuncupata, at omnino ab illo distinguendus.

Tzalmon, Σελμὼν Eusebio in Onomastico. Ἐν σκιᾷ habent quidam codices *Psal. 68. 15.* pro בצלמון: incertumque est omnino, an & quis mons illic eo nomine indicetur. Sed *Jud. 9. 48.* mons צלמון Tzalmon memoratur situs in Samaritide, unde ramos arborum petiit Abimelech, quibus uteretur adversus Sichemitas.

Schomron mons est, cui inaedificata est Samaria & ipsa Schomron dicta, de qua vide libro III. ad vocem *Samaria.*

Gerizim & Ebal montes sunt, inter quos in valle media jacet urbs celebris Sichem olim, postea nuncupata Neapolis. Plura hic de illis non adscribam, quia singulari dissertatione montem Gerizim descripsi, quae extat inter miscellaneas, parte prima.

Mons *Gaas* videtur juxta vicum Thamnam quaerendus, ubi tempore Eusebii sepulcrum Josuae ostendebatur. Vide Eusebium in Onomastico ad vocem Γαάς. Mons fuit situs in Ephraimitide, ad cujus partem borealem erat Timnathserach, sepulcro Josuae nobilitatus. *Jos. 24.* p.
30. In *Midrasch Koheleth fol. 105. col. 2.* & in *Midrasch Ruth fol. 42. col. 2.* 345.
legitur רבנן אמרי חזרנו על כל המקראות כולה ולא מצינו מקום ששמו הר געש *dixisse Doctores, pervolvimus universum codicem sacrum, nec*

uspiam (excepto hoc loco) *invenimus locum, cui nomen est mons Gaas.* Invenitur tamen *Jud. 2. 9.* Sed verum est, illum locum, quum de eadem re agat, id est loco sepulturae Josuae, vix diversum a praecedente posse censeri: & quum *2. Sam. 23. 30.* & *1. Chron. 11. 32.* נחלי געש valles aut fluvii (ἀπὸ χειμάῤῥων Graeci habent) Gaas memorantur, certum non esse, eundem montem Gaas intelligendum esse.

Montes *Bather Cant. 2. 17.* ὄρη κοιλωμάτων Graecis: possent illi esse, qui circa Betarin sunt. Vide infra *lib. III.* ad hanc vocem.

Mons *Gabaon* Epiphanio dicitur esse altissimus, *lib. I. adv. haereses pag. 394.* mons quidem olivifer (ita scribit) omnium montium circa Hierosolymas sitorum maxime excelsus est, verum octo milliaria inde abest ἡ Γαβαὼμ ὑψηλοτάτη *cacumen Gabaon, quod altissimum est.* Inde nomen גבעון *Gabaon.*

Mons *regius* הר המלך in qua 10000. urbes עשרת אלפים עיירות sitae fuisse leguntur in *Echa Rabbati fol. 75. 3.* (quae vix ferenda nostris auribus est hyperbole) sic ut mille ex iis possederit R. Eleazar ben Charsum. Videtur ἡ ὀρεινὴ περὶ Ἱεροσόλυμα (sic illam nuncupat Epiphanius) ita dicta ab urbe regia, Hierosolymis. Hujus pars inter Jerichuntem & Hierosolymas ὀρεινὴ ἄντικρυς Ἱεροσολύμων Josepho *lib. V. de bell. 4.* appellatur.

Angaris. Meminit Plinius *lib. V. cap. 13.* Gaza & intus Anthedon, mons Angaris. Postea Ascalonis meminit, sic ut mons Angaris inter Gazam & Ascalonem videatur quaerendus: sed Plinii verba corrupta esse illo loco liquet ex iis, quae mox sequuntur, *regio per oram Samaria.*

Montes *Engaddeni* memorantur Josepho, Ἐγγηδήνη ὄρεα *Ant. VI. 14.* Vide infra *lib. III.* ad voc. *Engeddi.*

Sodomenos montes Galenus commemorat. Verba dedimus supra *cap. XXXVIII. pag. 243.* hic non repetenda.

p. 346. Praeter hos montes alii in sacris literis & scriptis profanis memorantur, uti mons Ephron *Jos. 15. 8.* mons *Amalekitarum Jud. 12. 15.* montes ad ortum Bethel *Gen. 12. 5.* & montes Hierosolymitani Tzion & reliqui, de quibus *libro III.* dicetur ad vocem *Jerusalem:* & nomine singulari haud noti, quales ille, qui in conspectu Chebronis est, quo Samson portas Gazae detulit *Judic. 16. 3.* & ille, qui in conspectu vallis Hinnom est, versus occasum, in extrema convalle Rephaim versus boream *Jos. 15. 8.* & alii, quorum in describendis finibus tribuum fit mentio. Meminit etiam Josephus montis, ad quem sita fuit Tiberias, & alterius ad Taricheas: utraque urbs ei nuncupatur ὑπόρειος *l. III. de bell. c. 17.* & hunc quidem montem vocat ὄρος ἀντικρὺ τῆς πόλεως, *montem exadversus urbem* (Taricheas) *situm.* Meminit & Eusebius montis, ad cujus radices fons ebullit, in quo baptizatus est eunuchus Candaces ad v. Βηθσαρ. Inter hos montes etiam forsan recensendi sunt adscensus מעלות, veluti מעלה

מעלה הזיתים *2. Sam. 15. 20.* qui adscensus est montis oliviferi, adscensus Bethchoron *Jos. 10. 10.* adscensus Adummim *Jos. 18. 17.* adscensus Acrabbim *Jos. 15. 3. Jud. 1. 36.* sed incertum est, collesne fuerint, quibus etiam adscensus tribui potest, an montes.

Mons est quidam Ἄζα dictus, nisi nos librarii fallunt, ad quem Judas Maccabaeus cum Bacchide conflixit ultimo praelio, in quo occubuit. Josephus *Antiquit. XII. 19.* Idem tamen ὄρος Ἀζώτου appellatur *1. Macc. 9. 15.* Crediderim facilius, librarios imperitos Azotum substituisse pro Aza, quam Aza pro Azoto. Notius enim est nomen Azoti, quam Azae.

Montes *Sartaba*, & Gerophna videntur etiam montibus terrae Israëliticae adnumerandi, סרטבא & גריפינא, nam in his faces quassatae sunt ad indicandum novilunium. Primum in monte olivifero fiebat indicium, dein Sartaba, dein Grophena, dein חוורן Chavran, dein בית בלתין. Vide Cod. Rosh Haschana, *cap. 2.* Sed incertus est horum situs, uti & incertum est, qui ex his extra terram Israëliticam fuerint.

Montis *Aurasii* Suidas meminit, veluti ex Josepho, & posset quis suspicari, illum esse montem Palaestinae. Sed non dubito, Suidam illic esse corruptum, & legendum Προκοπίῳ pro Ἰωσήπῳ. Verba haec p. 347. sunt Ἀκρότομον τὸ ὄρος τὸ δύνατον (recte Pearsonus substituit δύσβατον) παρὰ τῷ Ἰωσήπῳ. Ἐν Αὐρασίῳ τῷ ὄρει πέτρα ἀκρότομος ἦν &c.

Mons *Azazel*, עזאזל, commemoratur quibusdam inter Judaeos, qui sibi persuaserunt, quum hircorum alter festo die expiationis diceretur esse sacer Deo לשם, alter לעזאזל, indicari montem aliquem hoc nomine *asperum*, עז, & confragosum. Sed haud crediderim, hoc esse nomen montis, & alibi de hac voce mentem meam aperui.

Denique nonnulla ad situm montium & locorum campestrium Palaestinae facientia peti possunt ex Eusebio & Hieronymo, ubi de viis agunt ducentibus ab una urbe Palaestinae ad aliam. Solent enim vel κατιόντων vel ἀνιόντων scribere, veluti κατιόντων ἀπὸ Αἰλίας εἰς Διόσπολιν, *descendentium ab Aelia versus Diospolin*, unde liquet, Diospolin in loco humiliori, quam Aeliam sitam fuisse. De his nos uberius agemus *lib. II.* ubi de viis publicis Palaestinae.

CAPUT LIV.

DE VALLIBUS PALAESTINAE.

Varia nomina vallium. נחל *qualis vallis.* Ulva *ab* urva *dicta. Glossae veteres illustratae.* גי *quid.* עמק. *Eusebius emendatus.* בקעה *quid. Recensentur valles, quae* נחלים *dicuntur. Vallis botri. Botri uvarum in Palae-*

Palaestina etiam hodie eximiae magnitudinis. Valles Gerar, Kedron, Schittim. Messias mannam coelo demittet uti Moses, secundum sententiam Judaeorum veterum. Valles nomine גיא *nuncupatae. Vallis Hinnom. Vallis salis, viatorum, Tzephata, Jiphtach el, fabrorum, visionis, Zzeboim. Valles nomine* עמק *dictae.. Vallis Rephaim. Error Hieronymi. Vallis Josaphat. Vallis laudationis. Vicus Capharbarica ubi. Vallis regis. Vallis Achor. Vallis terebinthi. Valles aliae. Vallis dictae* בקעות. *Vallis Arbel. Vallii prope Areopolin. Vallis Jerichuntina.*

p. 348. POstquam de montibus Palaestinae egimus, aequum est, aliqua subjungi de vallibus. In quo argumento ita versabimur, ut, quandoquidem variis nominibus valles apud Hebraeos nuncupantur, נחל nimirum, גי, עמק & בצעה, lustraturi simus hoc ordine singulas, quarum mentio fit in sacris literis & scriptis profanis. Sic enim sine dubio unaquaeque ad certas species referri debet, quum nomen Latinum *vallis* nimis generale sit. Persuasum certe mihi est, alius generis vallem esse, quae נחל dicitur, alius quae גי & עמק. Vallis dici solet ab Hebraeis, quod inter montes duos pluresve intercipitur: vallis etiam regio litori maris adsita. Vallium aliae hyeme aquas recipiunt, quarum alvei fiunt, aliae nequaquam. Haec mihi videntur originem dedisse variis illis apud Hebraeos vallium nominibus, quod clarum fiet, si examinemus nomina vallium & earum naturam.

נחל indicare vallem puto, quae torrentes hyeme transmittit, & aestate plerumque sicca est. Talis est vallis Kedron נחל קדרון. Signa istiusmodi נחלים dicuntur esse cannae in Talmude (vide verba ipsa supra *cap. XLVII.*) quamvis & נחלים illic pro torrentibus accipi queat: nam cannae signa sunt torrentium & vallium, in quas se aquae hyemales demittunt, quod tantum non idem est. Salices in istiusmodi vallibus crescentes appellantur salices הנחל. Vallem talem sive הנחל nobis elegantissime describit Ovidius, cannis quoque & salice memoratis, *Metamorphoseon lib. VIII.*

Concava vallis erat, quo se demittere rivi
Assuerant pluvialis aquae. Tenet ima lacunae
Lenta salix, ulvaeque leves, juncique palustres,
Viminaque, & longa parvae sub arundine cannae.

In codice meo Ovidii manu exarato legitur *urvae* pro *ulvae*, quod est in editis. Quamvis autem sponsor esse non velim, illud *urvae* ab ipsius poëtae manu profectum esse, attendi tamen meretur scriptura, quae mea quidem sententia veram vocis *ulvae* originem vulgo ignotam indicat. *Urvum* est, quod sursum reflectitur, quod posterior aetas curvum dixit, quodque optime exprimit naturam ulvae. *Urvat. Ennius in Andromeda.*

p. 349.

Significat circundat: sunt verba Festi. Apud Ennium est, *Circum sese urvat ad pedes a terra quadringentos caput.* Notum est, *urbis* nomen ab *urvo* aratri dictum esse. Huc refero, quod in glossis veteribus lego, *Urbata*, περιεσφραγισμένα. Illud *urbata* est idem atque *urvata*, id est, *circumdata.* Ibidem *urbacio*, περιχάραξις. Id est *urvatio.* Non sinunt nos de hac re dubitare, quae in iisdem glossis habentur: Περιχάραξις, *circumductio, urbacio,* & Περιχαρακῶ, *vallo, circumvallo.* Haec de origine vocis *ulvae* dicta sunto, ne vel a verbo *alluo*, vel voce *udam*, aut ὕλη eam arcessamus.

גי, Graecis φάραγξ plerumque vel κοιλὰς, quamvis & Hebraeum Γαὶ, vel Γὴ saepe retineant; unde in Eusebii Onomasticon irrepsit Γαὶ, φάραγξ videtur vallem notare, quae alveum rivis torrentibus praebere non solet: nec plana, sed cava est, ita ut repleri possit.

עמק putem, aut de locis majoribus aut magis planis usurpari, uti *Jos. 17. 16.* vallis Jizreel עמק appellatur, & quum a Lydda usque ad mare dicitur esse עמק: verba Talmudicorum dedimus supra *capite XLVII.* Quare illa vox per planitiem redditur, uti *Genes. 14. 10.* pro עמק Targum habet מישור. *Significat autem* Misor *loca plana*, sunt verba Hieronymi in Onomastico ad vocem *Misor.* Quamvis haec interpretatio vocis עמק per מישור solo non sufficiat ad firmandam illam vocis significationem: nec enim desunt exempla, pro נחל substitutum fuisse a Chaldaeis interpretibus מישור, uti *Joël. 3. 18.* Oportuit sane non adeo illos incertos fluctuasse, quod & Aquilae, Symmacho, aliisque Graecis interpretibus contigit, qui עמק aliquando per κοιλάδα aut πεδιάδα, nonnunquam per Σεφηλὰ, & ipsa voce Hebraea in scriptum suum translata Ἐμὲκ vertunt. Sic עמקים Ἐμακεὶμ (ita legendum pro Ἐνακεὶμ) Symmachus & Aquila reddunt κοιλάδων, uti notavit Eusebius in Onom. ad hanc vocem, & ἔμεκ verterunt per κοιλάδα, notante eodem ad vocem Ἐνεμὲκ, & Βηθεμὲκ Symmachus reddit τὴν κοιλάδα. Ita enim legendum esse Σ. τὴν κοιλάδα pro εἰς τὴν κοιλάδα liquet ex Hieronymo. Sic שפלה Aquila per πεδινὴν, Symmachus per κοιλάδα reddunt, eodem notante ad vocem Σεφηλά. Verum & vocem ערבה reddit Symmachus πεδινὴν, uti idem notat ad vocem Ἐναραβὰ, & עמק אלה Symmachus & Theodotion reddunt κοιλάδα δρυὸς, vide eundem ad vocem Ἠλά.

p. 350.

בקעה non putem, a עמק multum esse diversum. In sacris literis legitur בקעה Megiddo *2. Chron. 35. 22. Zach. 12. 11.* & *Nehem. 6. 2.* בקעת *Ono.* בקעת לבנון ad radices Chermonis *Jos. 11. 17. Deut. 11. 11.* terra Israëlitarum dicitur terra montium & בקעות, ὀρεινὴ καὶ πεδεινή. Sic montes & בקעות junguntur veluti *Psal. 104. 8.* Ad illustrationem eorum, quae diximus de significatione גי, בעקה, & aliarum vocum, faciunt,

ciunt, quae leguntur *Jes. 40. 4.* ubi ex oppositis liquet, quae vis vocibus subsit. Graecam versionem adjiciemus.

גיא	φάραγξ	יכשא	πληρωθήσεται
הר וגבעה	ὄρος καὶ βενὸς	ישפלו	ταπεινωθήσεται
עקוב	τὰ σκόλια fient	מישור	εὐθεῖα
הרכסים	ἡ τραχεῖα	בקעה	πεδία.

Initium ducemus ab iis locis, quae nomine נחלים nuncupantur. Quid ea voce notetur, statim diximus, & quum vox sit ambigua, flumina aeque ac valles indicare apta, (uti evidentur cernimus *2. Reg. 3. 16.* ubi נחל dicitur implenda aqua, quod ibi vallem notat, & *Lev. 11. 9.* ubi squammigera animalia in maribus & נחלים esse dicitur, quod flumina illic sine dubio indicat) & mire fluctuent interpretes veteres, evitandae confusionis gratia, scripsimus *capite XLV.* videri nobis nomen נחל, praecipue in descriptionibus locorum, pro flumine accipiendum, nisi ex verbis adjectis clarum fiat, vallem oportere intelligi. Pauca itaque heic recensebimus nomine נחל nota, quae pro vallibus sumenda esse videntur.

נחל אשכול *Vallis botri* memoratur *Num. 12. 23.* ita dicta a botro, quem inde tulerunt exploratores Israëlitici. Omnia, quae illic leguntur, suadent, nomen נחל pro valle accipere. Eusebius in Onomasti-
p. co ad voces φάραγξ βότρυος notat, eam credi esse Gophnam 15. millia-
351. ribus ab Aelia Neapolim versus. Hauseritne haec ex antiqua traditione, an ex convenientia vocis גפן *vitis*, unde nomen Gophnae duci potest, & אשכול *botri*, ignoro. Hoc addam, quod opponi potest hominibus, qui labefactandae sacri codicis auctoritati unice intenti rident magnitudinem botri a Mose memoratam, virum integerrimum Henricum Lub, de quo ante memoravi, mihi narrasse, se vidisse, dum in Palaestina habitaret, botrum uvarum, cujus pondus ipse exploravit & deprehendit, esse circiter 9. librarum. Verum & alia sunt, quae ipsis os obturare apta sunt, uti quod palmes cum botro fuerit, quodque, ne laederetur, a duobus viris portatus fuerit, non autem, quod ponderi ejus sustinendo vir unus haud sufficerit.

נחל גרר *Vallis Gerar* illa est, in qua Isaacus commorabatur, postquam ab Abimelecho secessionem fecerat. Non est dubium, quin ea vox vallem ibi notet, quoniam fodisse leguntur in נחל & invenisse in ea puteos aquae vivae. In flumine fodi non solet, nec potest.

נחל קדרון *Vallis Kedron* quandoquidem hyeme alveum torrenti praebet, saepe per flumen verti solet ab interpretibus. Non repugno: videndum modo, quid postulent antecedentia & consequentia. Josephus eam Κεδρῶνος φάραγγα nuncupat, & profundam dicit (quare & obscura

obscura fuit, unde nomen habet) inter Hierosolymas montemque oliviferum sitam. Vide illum Antiquitatum *lib. IX. 7. & de bello lib. VI. cap. 3.*

נחל שטים *Vallis Schittim*, *Joël. 3. 18.* Chaldaeo מישר שטין. Symmacho vallis spinarum i. e. φάραγξ ἀκανθῶν, Alexandrinis Χείμαρρος σχοίνων, *Juncorum:* pro quo etiam legi posset σχίνων *lentiscorum*, uti in *Mich. VI. 5.* Hieronymus observat, ibi pro שיטים σχοίνας loco σχίνας legi in versione Graeca. Rabbi Saadia dicit הוא הירדן esse hanc vallem Jordanem, כי הירדן הוא קרוב למקום הנקרא שיטים, *quia Jordanes propinquus est loco Schittim dicto.* Sed vix credo, locum trans Jordanicum Schittim hic innui, quum fontis ex Templo prodeuntis fluxus describitur, nec constat, inde aut Jordanem, aut vallem, in qua labitur, dictum esse vallem Schittim. Si campus magnus, p.
quem Jordanes medium secat vulgo dictum fuisse, stante Templo se- 352.
cundo, מישר שיטין constaret, inde posset duci nomen Scythopolis: certe a juncis, quibus ripa Jordanis obsidetur, ita dici potuit, & hoc magis se mihi probaret, quam a loco Schittim esse dictum, & conveniret id verbis Joëlis, quoniam regio vel campi ad utramque ripam Jordanis steriles erant, uti Josephus notat, adeoque si fonte perpetuo rigarentur, faciem laetiorem acquisituri. Sed videtur campus magnus Jordanis aptius בקעה & מישור aut עמק quam נחל dici. Ubi ergo quaeremus vallem Schittim, & quid de illa dicemus? Non est necesse, aliquid dici, quum nihil certi de illa constat. Nos, incertarum conjecturarum loco, ex antiquissimis Judaeorum commentariis quaedam adscribemus de fonte rigaturo vallem Schittim, quae ad illustranda ea, quae Christus de se praedicavit, mire faciunt, ostenduntque, veteres Judaeos exspectasse Messiam, qui ea praestaret, quae Christum praestitisse constat. In *Midrasch Koheleth fol. 90. col. 2.* ita legitur רפי ברכיה אמר בשם רבי יצחק כגואל ראשון כך גואל אחרון מה גואל ראשון נאמר ויקח משה את אשתו ואת בניו וירכיבם על החמור כך גואל אחרון שנ' עני ורוכב על חמור מה גואל הראשון הוריד את המן שנאמר הנני ממטיר לכם לחם מן השמים אף גואל אחרון יוריד את המן שנ' יהי פסת בר בארץ מה גואל ראשון העלה את הבאר אף גואל אחרון יעלה את המים שנ' ומעין מבית ה' יצא והשק את נחל השטים *Rabbi Berachia dixit nomine R. Isaaci. Sicuti redemtor prior (Moses,) ita etiam erit redemtor posterior (Messias.) de priori scriptum est,* (Exod. 4.) *Mosen imposuisse uxorem & filios asino, quo veherentur. Sic etiam de posteriore scribitur* (Zachar. 9. 9.) *pauper erit insidens asino: de priore scriptum est, eum mannam de coelo demisisse* (Exod. 16.) *sic etiam de posteriore* (Psalm. 72. 16.) *legitur: estne manipulus frumenti, &c. de priore legitur, quod aquas populum comitari jusserit in deserto, de posteriore*

 (Joël.

(Joël. 3. 18.) *fons exibit e domo Dei & rigabit vallem Schittim.* Confer *Matth. 21. 5. Joh. 6. 49. & 4. 14.*

p. 353. In *Midrash Ruth* aliae convenientiae inter Mosen redemtorem priorem & Messiam redemtorem posteriorem recensentur *fol 49. 2.* inter quas haec memoratu digna, Mosen fuisse revelatum, & tectum fuisse ad tempus Israëlitis: sicque de Messia, quamdiu latebit ille? כמה נכסרה סתן ר׳ תנחומא בשם רבנין ארבעין וחמשה יום *R. Tanchuma dicit nomine doctorum, dies 45.* Stylo prophetico diem esse annum, quis ignorat? Vere Christus Judaeos multos annos latuit, sed 45. annis postea, eversa urbe & republica Judaica, manifestatus est iis re vera, uti Messias, cujus mors hanc poenam merebatur. Notatu etiam digna sunt, quae sequuntur de Messia כל שהוא מאמין לו וחיה ומי שאינו מאמין לו הולך לאומות העולם והן ממיתין *quicunque credit in eum, vivet, & quicunque non credit in eum, vadit ad gentes hujus mundi, quae interficiunt eum.* Confer *Joh. 3. 16.* duplicem enim & Judaei vitam norunt, duplicemque mortem; לא ימות במותנא תנינא *ne moriatur morte secunda,* est in Targum Hierosol. *Deut. 33. 6.* uti in *Apocal. 11. 11.* θανάτε τε δευτέρε est mentio.

Valles illae, quae nomine גיא veniunt, plures commemorantur in sacris literis. גי הנום *Vallis Hinnom* ita dicitur *Jos. 15. 8.* & גי בן הנום *Vallis filii Hinnom* & גי בני הנום *Vallis filiorum Hinnom, 2. Reg. 23. 10.* Vallis erat adsita Hierosolymis, per quam tendebat limes australis tribus Benjamin *Jos. 18. 16.* & borealis Judae, qui idem est *Jos. 15. 8.* Eusebius ad vocem Γιεννὰμ scribit, eam vallem fuisse juxta murum Jerusalem ad ortum. Puto tamen, etiam ad austrum urbis collocandam esse, quia in descriptione termini borealis Judae *Jos. 15.* dicitur is transire (scilicet procedendo ab ortu versus occasum) vallem filii Hinnom ad latus Jebusi i. e. montis Tzion ab austro, & pergere ad verticem montis, qui est e regione vallis filii Hinnom. At si vallis Hinnom tantum fuit ad ortum urbis Jerusalem, quomodo mons ille fuit e regione hujus vallis, inter quam & illum montem alius mons, Tzion videlicet & aliae valles interjacebant? Graeci vocem גי saepe retinuerunt, scribentes γῆ ἐννὸμ & γὴ βενεννὸμ, quamvis & φάραγξ & πολυάνδριον pro גי apud eos legatur.

p. 354. גי מלח *Vallis salis, Psal. 60. 2. Jos. 15. 62. 2. Sam. 8. 13.* φάραγξ τοῦ ἁλὸς Symmacho & Aquilae, uti notatur ab Eusebio in Onomastico ad vocem Μαλαχήμαλα. Graeci multam confusionem pepererunt reddentes vallem שרוה *Gen. 14. 8.* κοιλάδα ἁλυκὴν *Vallem salsuginosam,* unde multi crediderunt, eam esse eandem ac hanc vallem salis. Sed illa vallis Siddim evasit mare mortuum, ἀφανισθεῖσα & aquis tecta, haec autem diu postea vallis fuit, uti liquet ex testimoniis sacrarum literarum, quae

quae mox produximus, & ex *2. Chron. 15. 11.* ubi Amasia Edomaeos in illa valle cecidit.

גי העברים *Vallis viatorum, Jes. 15. 6.* Qui vallem Arabum vertunt, ערבים legerunt. Liquet ex loco citato, eam in regione trans Jordanica fuisse, aut trans lacum Asphaltiten in Moabitide.

גי צפתה *Vallis Tzephata,* juxta Maresam, *2. Chron. 14. 10.*

גי יפתח אל *Vallis Jiphtach el,* sita erat in tribu Zebulon; *Jos. 19. 14. 27.*

גי החרשים *Vallis fabrorum,* jungitur cum Lod & Ono *Neh. 11. 35.* Sunt, qui putent, fuisse nomen urbis.

גי חזיון *Vallis visionis, Jes. 22. 1.* Videtur nomen hoc a stylo prophetae, non ab appellatione vulgari hujus loci ortum. In *Echa Rabbati fol. 57. 3.* dicitur id nomen tulisse, quod חזוים Prophetae inde orti sint. In Targum Hierosolymitano *Gen. 12. 6.* pro *Elon more* legitur *vallis visionis,* & עמק שוה *Gen. 14. 17.* ibidem מישור חזוזא *vallis visionis* appellatur.

Praeter has valles certo nomine nuncupatas memoratur & in sacris literis *vallis,* גיא, ad plagam borealem urbis Ai. *Jos. 8. 11.* & *vallis* גיא e regione Bethpeor *Deut. 3. 29.*

Vox עמק quoniam per κοιλάδα & φάραγγα redditur ab interpretibus antiquis, & Talmudici שפלה, id est regiones campestres distinguunt, ut vidimus *cap. XLVII.* ab עמק, sequemur illos & hoc capite, quod de vallibus tractat, & עמקים in sacris literis memoratos persequemur, quamvis & inter illos non desint, qui πεδία & campi recte dicerentur. Sed ita fere usurpant illi vocem עמק, ut regio plana quidem & campestris, sed humilior alia, cui adjacet etiam campestri, hoc nomine aliquando dicatur: sic Talmudici עמק sive *vallem* Judaeae collocant inter Jerichuntem & Engaddi. Josephus de eodem spatio loquens, χθαμαλώτερον, *humilius* id esse scribit, quam spatium, quod inter Jerichuntem & Hierosolymas est. Talis est illa κοιλὰς, quae cessit Aseritis: vide Josephum *Antiq. V. I.* Lustremus porro valles aliquas nomine עמק nuncupatas. p. 355.

עמק רפאים *Vallis Rephaim,* κοιλὰς Τιτάνων *Jos. 15. 8. 2. Sam. 5. 18.* & κοιλὰς Γιγάντων Josepho *Ant. VII. 4.* dicitur. Hieronymus nimium tribuit versioni Graecae, qui Titanos illos, quos mendax Graecia confinxit, indicari voce Rephaim credidit. Ita scribit *in Comment. ad* Galat. 3. *Vallis Titanorum in regnorum libris, Syrenae & Onocentauri in Isaia, Arcturus & Orion & Pleiades in Job & cetera his similia gentilium falsas & causas & origines habent.* Istos Rephaim fuisse ex priscis Cananaeae incolis, de quibus mora-

moravimus capite XXVII. potius crediderim. Eusebius in Onom. ad voces Ἐμὲκ Ῥαφαεὶμ eam in Benjamin collocat: quod Bonfrerio haud placet scribenti, eam usque ad Bethlechem extensam ab occidentali latere montis Moriae, adeoque in Juda fuisse. Videtur etiam *Jos. 18. 16.* huic opinioni favere. Pro עמק רפאים habent Graeci *Jes. 17. 5.* φάραγγα ϛερεάν. *Jos. 18. 16.* Graeci retinent voces Hebraeas Ἐμεκραφαεὶμ, atque ita Eusebius in Onom. *Jos. 15. 8.* Graeci habent γῆς Ῥαφαὶμ, vocem Hebraeam גי (quae *vallem* notat (usurpantes Graeca flexione uti ἐν γῇ Ἐννὸμ scripserunt pro בגי הנום & *Ezech. 39. 15.* אל גיא reddunt εἰς γαί. Et *commate 11.* τὸ γὲ pro גיא.

עמק יהושפט *Vallis Josaphat, Joël III. 2. & 12.* Alibi hujus mentio non fit in sacris. Cyrillus *Comm. in Joëlem.* Ἐν τῇ κοιλάδι Ἰωσαφάτ. Χῶρος δὲ ἔτος ἀ πολλοῖς ϛαδίοις ἀπέχων τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐν τοῖς πρὸς ἠῶ μέρεσι· ψιλὸν δὲ εἶναι φησὶ καὶ ἱππήλατον. *In valle Josaphat. Locus hic est non multis stadiis distans Jerusalem versus orientem. Dicunt, eum esse nudum & equitationi aptum.* Aben Ezra in commentar. putat, esse vallem laudationis a Josaphato ita dictam *2. Chron. 20.* Kimchi esse vallem vicinam urbi Hierosolymitanae, ubi forte Josaphat aliquod opus aedificaverat, vel ubi quid memoratu dignum gesserat. Sunt, qui hanc vallem judicio ultimo Dei atque universali destinatam colligant ex *Joël III. 12.* & hinc nata inter Judaeos opinio, resurrectionem universalem fore ad montem oliviferum, cui adsitam esse vallem hanc Josaphati plurimi sibi persuaserunt, sed debili argumento nixi.

p. 356.

עמר הברכה *Vallis laudationis*, Κοιλὰς εὐλογίας, in qua Deus hostes Josaphati fudit *Jos. Ant. IX. 1. 2. Chron. 20. 26.* videtur fuisse in deserto Thecoae, vide *comma 20.* Et dicta hoc nomine est, quia Deum ibi laudarunt, parta victoria contra Ammonitas, Moabitas & incolas montis Seir. Videtur mihi hic locus esse idem vel certe vicus inde dictus esse, qui Hieronymo in vita Paulae Caphar baruca dicitur. Ita ille. *Altera die orto jam sole stetit in supercilio Caphar baruca, id est villae benedictionis: quem ad locum Abraham Dominum prosecutus est. Unde latam despiciens solitudinem ac terram quondam Sodomae ac Gomorrae, Adamae & Seboim, contemplata est balsami vineas in Engaddi & Segor.* Engaddi vero non longe aberat a valle Beraca, nam ad Engaddi castra metabantur Ammonitae *2. Chron. 21. 1.* Meminit etiam Epiphanius loci cujusdam Καβαρβάριχα, qui tria milliaria aberat Chebrone: & uti ego puto, idem locus est atque hic noster. In vita quoque S. Euthymii magni Abbatis legitur Βαρικὰ dicta, μεταξὺ Βαρικῶν καὶ Ἀριϛοβελιάδος, *inter Barica & Aristobuliada.* Quidam codices Latini ostendunt, ibi lectum fuisse Καφαρβαρικῶν, nam vestigia vocis prioris referunt, quum exhibeant inter Parabarichos (saepe autem ex *Caphar* natum est *Para*, ut *Paradagon* &c.) & Aristobuliadem. Vico autem Aristobuliadi ibidem vicinia fuisse dicitur solitudo Ziph, in qua David delituit.

עמק המלך

עמק המלך & עמק שוה *Vallis regis, Gen. 14. 17. 2. Sam. 18. 18.* illa vallis erat, ubi rex Sodom & Melchizedec in occursum Abrahami iverunt, post caesum Kedorlaomer. In Midrasch Coheleth *fol. 100. col. 1.* legitur esse dicta עמק שוה ששם השוו וקצצו ארזים עשו לו בימה גדולה והושיבוהו עליה למעלה והיו מקלסין לפנו ואומרים ארני נשיא אלהים אתה וגו׳ quod illic ex aequo convenerint omnes gentes & ex stratis cedris thronum fecerint, in quo Abrahamum collocarint, eum agnoscentes Principem, uti est *Gen. 23. 6.* ita commentator & Rashi haec explicant. Epiphanius ejus meminit *lib. II. adv. haereseos pag. 469.* scribens, quosdam existimare, parentes Melchizedeci habitasse ἐν τῇ τῆς Σαβῆς πεδιάδι. Scilicet *Gen. 14. 17.* legitur regem Sodomae obviam ivisse Abrahamo *in vallem Schave, quae est vallis regia*, & Melchizedecum regem Salem obtulisse panes & vinum. Graeci ea reddunt εἰς τὴν κοιλάδα τὲ Σαβῆ, τὲ τὸ ἦν τὸ πέδιον τῶν βασιλέων. Hinc nata illa apud Epiphanium πεδιὰς Σαβῆς. Petavius in animadversionibus ad haec verba Epiphanii conjicit, per Σαβὴν intelligendam urbem שבע, quae & Berscheba dicitur. Sed hoc mihi non persuadet, quum in ipso contextu sacro, ubi historia Melchizedeci traditur, πεδίον aliquod Σαβὴ dictum legatur, vel שוה. Sunt, qui hanc vallem regis extra terram Israëliticam quaerant inter Libanum & Antilibanum, quod illic αὐλὼν βασιλικὸς a Strabone collocetur.

p. 357.

עמק עכור *Vallis Achor* est, in qua Achan sacrilegus lapidibus obrutus est. Theodoretus *quaest. 10. in Jos.* Δηλὸν δὲ ἐντεῦθεν, ὡς ἡ ὑπὸ τῶν προφητῶν κοιλὰς Ἀχὼρ αὕτη ἐϛιν, ἐν ᾗ ὁ Ἀχὰρ κατελεύσθη. *Constat ex hoc loco, vallem a Prophetis Achor dictam esse illam, in qua lapidibus obrutus est Achar.* Locus hic non longe est a Galgalis juxta Jericho: id liquet ex sacris literis & Eusebio in Onomastico ad vocem Ἐμὲκ Ἀχὼρ.

עמק האלה *Vallis terebinthi 1. Sam. 21. 9.* in qua Goliath a Davide caesus est. Aquila & Theodotion reddiderunt κοιλάδα τῆς δρυὸς *vallem quercus*, uti Eusebius notat in Onomastico ad vocem Ἠλά.

Praeterea in sacris literis leguntur nomina vallium עמק השדים *Gen. 14. 10.* quod in Targum Hierosolymitano מישור פרדסיא *planities paradisorum* redditur, עמק חברון *vallis Chebronis Gen. 37. 14.* עמק יזרעאל *vallis Jizreel* (haec videtur esse eadem cum campo Esdrelon nunc dicto, & Πεδίῳ μεγάλῳ Ἐσδραήλων) *Jos. 17. 16. Jud. 6. 33.* עמק גבעון *vallis Gibeon, Jes. 28. 21.* עמק אילון *vallis Ajalon, Jos. 10. 12.* עמק סוכות *Psalm. 60. 8. & 108. 8.* עמק *vallis regionis Rechob*, in qua sita urbs Dan, *Jud. 18. 18.* De quibus nihil fere certi dici potest, nisi quod ex verbis, quae leguntur locis citatis, potest erui, vel ex adjectis urbium nominibus, de quibus consuli possunt, quae *libro tertio* de iis notabuntur.

Nomen

p. Nomen בקעה, quod & ipsum per *vallem* converti Latine solet, va-
358. riis locis tribuitur in sacris literis, & quod עמק dicitur in Talmude, veluti regio Gennesaritis, בקעה nuncupatur in *Midrasch Coheleth. fol. 107. 1.* & *Midrasch Ruth. fol. 50. 4.* In Deuteronomii capite 34. *comm. 3.* בקעת יריחו *vallis Jerichuntis* memoratur, *Jos. 11. 8.* בקעת מצפה *vallis Mitzpe* in finibus terrae Israëliticae septentrionalibus, בקעת לבנון *vallis Libani, ibidem, commate 17.* unde liquet, fuisse sub monte Chermonis, ubi sita erat Paneas: Πεδίον Λιβάνε appellat Josephus. Meminerunt & Judaei veteres. בקעת ארבאל *Vallis Arbel* in Schir hasschirim Rabba *fol. 34. 3.* רבי חייא ורבי שמעון בר חלפתא הוון מהלכין בחדא בקעת ארבאל בקריצתא *R. Chaia* (qui Sipporensis erat) & *R. Simeon fil. Chalaphtae ambulabant mane in valle Arbel.* Legitur in codice, quo utor, אדבאל, sed, ut puto, vitiose: nam aliunde notum est, nomen loci ארבאל, & Talmudici memorant lina Arbalitica, & Josephus Ἀρβήλα haud longe a Sippori locat.

Meminit & Eusebius vallis ad septentrionem Areopoleos ad vocem Ἀρνῶν atque ita describit: Δείκνυται εἰς ἔτι νῦν τόπος Φαραγγώδης σφόδρα χαλεπὸς, ὁ Ἀρνὼν ὀνομαζόμενος, παρατείνων ἐπὶ τὰ βόρεια τῆς Ἀρεοπόλεως, ἐν ᾧ καὶ φρέρια πανταχόθεν φυλάττει στρατιωτικὰ διὰ φοβερόν τε τόπε. Hieronymus. *Ostendunt regionis illius accolae* (egerat de Areopoli) *locum vallis in praerupta demersae satis horribilem & periculosum, qui usque nunc a plerisque Arnonas appellatur: extenditurque ad septentrionem Areopoleos: in quo & militum ex omni parte praesidia distributa plenum sanguinis & formidinis testantur ingressum.* Praesidia militum eo loci fuisse, confirmatur etiam ex Notitia veteri dignitatum imperii Romani, in qua legitur inter cohortes, quae fuere sub dispositione Ducis Arabiae (nam regio trans Jordanica id temporis Arabiae nomen habebat) *cohors tertia felix Arabum in ripa vadi Apharis fluvii in castris Arnonensibus.* vide supra, *capite XXXVI.*

Vallem Jerichuntinam, ἀυλῶνα dictam Dioscoridi, *lib. I. cap. 18. de*
p. *mater. medic.* quam etiam Plinius videtur innuere, quum palmas opti-
359. mas crescere in Judaeae *convallibus* tradit (quod & Talmudici *in Gemara Hierosol. Sheviith* scribunt *fol. 38. 4. signa vallium esse palmas*, סימן לעמקים תמרים) luculenter describit Josephus *lib. V. de bell. cap. 4.* Idem & commemorat τὴν Φαρὰν περοσαγορευομένην Φάραγγα, *vallem nuncupatam Pharan*, in cujus speluncis Simon thesauros suos recondebat.

CAPUT LV.

DE CAMPIS PALAESTINAE.

Camporum nomina Hebraea. Campus magnus, μέγα πεδίον, quem Jordanes perlabitur. Nomina ejus in sacris literis. Ἔρημα τε Ἰορδάνε *quid. Descriptio ejus ex Josepho.* Jamnia *pro* Ammaunte *lecta. Via ducens Ammaunte Neapolin. Discrimen triplex soli inter Hierosolymas & Jordanem, montu, campus, & vallis. Alii loci, in quibus Josephus hujus campi meminit. Eusebii & Hieronymi verba de hoc campo magno.* Ἀυλὸς & Ἀυλὼν *idem.* בקעה גרולה *in Talmude quae. Nomen Arabicum hujus campi* الغور. *Bocharti sententia de significatione illius vocis. Alter campus magnus circa Jizreel. Tabor medius inter Scythopolin & campum hunc magnum. Loci aliquot ex Josepho producti, in quibus hujus* μεγάλε πεδίε *mentio. Testimonia de eodem ex Eusebio & Hieronymo.* Πεδίον μέγα Ἐσδρήλων *Judith. 1. 8.* & πεδίον πλησίον Δωθαΐμ *Judith. 4. 5. quid. Reliqua* πεδία & *loca campestria Palaestinae indicata, Sephela, Saronas &c. Num Saron etiam trans Jordanem fuerit.*

CAmporum nomine intelligimus loca, quae Graeci πεδία nuncupant, quales quidem duo praecipue in Palaestina noti sunt, Campus magnus, id est, μέγα Πεδίον, quem Jordanes perluit, longus stadia admodum mille & ducenta, & Campus magnus Esdrelon, vel Legionis. Hebraei solent istiusmodi loca appellare שפלה, *planitiem* & מישור, & ערבה, & ككر, nonnunquam & בקעה & עמק, quamvis alii עמק & שפלה p.
distinguant, ea ratione, ut עמק sit humilius תֵּל שפלה, quemadmodum 360.
videre est supra *cap. XLVII.* ككر etiam & מקעה junguntur, uti quum *Deut. 34. 3.* dicitur Deus monstrasse Mosi את הככר בקעת יריחו *planitiem vallis Jerichuntinae usque ad Tzoar*, id est partem illam μελάγε πεδίε, quae a Jerichunte Zoara usque extenditur & Lacum Asphaltiten continet, ut verbis Flavii Josephi id explicemus. Ceterum Graeci ككر περίχωρον vel περίοικον reddere solent, & quoniam hi interpretes שפלה per πεδίον reddunt aliquando, מישור per πεδινὴν, ערבות per πεδίον, בקעה per πεδίον, עמק per ἀυλῶνα, videmur in hoc capite, quod descriptioni camporum Palaestinae destinavimus, de omnibus locis, quae aliquo nomine ex his nuncupantur in sacro codice, differere posse: ita tamen, ut ea, quae de vallibus, etiam עמקים & בקעות dictis, notavimus capite proximo, conferri cum his debeant. Lustrabimus itaque primo Campum illum magnum utrumque, & deinde de aliis campis minoribus Palaestinae agemus.

Μέγα quidem Πεδίον nomen est, quod unicuique Campo magno dari potest, quomodo & apud Josephum *Ant. VI. 2.* Πεδίον μέγα καὶ καλὸν commemoratur, & μέγα Πεδίον Βαβυλῶνος *Ant. X. 10.* quod Chronicon Alexandrinum vocat Πέδον Δεηρὰ ἐν χώρᾳ Βαβυλῶνος. Et μέγα Πεδίον Σιδῶνος *Antiq. V. 2.* Confer Procop. Gazaeum *ad lib.* Judicum, qui Πεδίον Σιδῶνος hoc vocat. Sed apud Josephum duo insignes Campi hoc nomine veniunt, alter, qui a Scythopoli vel ipso mari Tiberiadis se extendit usque ad Lacum Asphaltiten (i. e. usque ad fines ejus australes, uti liquet ex iis, quae sequuntur: atque ita Josephus *Ant. IX. 11.* terram Ca-

naan, uti a Josua definita est, dicit protendi usque ad Lacum Asphaltiten, meridiem versus) quique Campus magnus Jordanis nuncupari posset, alter qui campus Esdrelon aut Legionis dicitur.

Hic campus ערבה (quam vocem per Ἀραβίαν Graeci reddidere *Ezech. 47. 8.* non, quod Arabiam regionem innuant sed nomen Hebraeum retineant, uti Ἀραβὼθ Μωάβ habent pro ערבות מואב) appellatur in
p. sacris literis *Jos. 11. 2.* & *12. 3.* qui ad austrum Kinnereth situs erat: se-
361. que extendit usque ad mare mortuum *Deut. 4. 49.* hinc illud mare τῆς ערבה appellatur. ערבה autem πεδίον est: sic Symmachus vertit ערבות πεδιάδα, uti notavit Eusebius in Onomastico, ad voces Ἀραβὼθ Μωάβ. Aquila autem, quo vix ullus veterum interpretum Graecorum magis accurate expressit vim vocum Hebraicarum, δαλέυων τῇ Ἑβραϊκῇ λέξει, quod Origenes de illo testatur (quo magis dolendum est, ejus versionem periisse) pro ערבות ponere ὁμαλὴν solet, teste Eusebio ibidem. Videtur etiam ככר הירדן *planities Jordanis* dici *2. Chron. 4. 17.* Quod Interpretes Graeci reddunt περίχωρον τȣ̃ Ἰορδάνȣ, quod & *Matth. 3. 5.* legitur. Iidem & τὰ ἔρημα τȣ̃ Ἰορδάνȣ memorant *Jes. 35. 2.* sed in codicibus Hebraeis longe quid aliud legitur, quamvis campus magnus recte dicatur ἐρημία, atque ita Josepho appelletur *lib. III. 18. de bello.* Et *Gen. 13. 10.* ככר הירדן vocatur, ubi Lothus eam sibi elegisse dicitur & tentoria fixisse usque ad Sodom. Nota campi hujus sive planitiei extensionem usque ad finem australem Lacus Asphaltitis, ubi erat Sodom, vicina Zoarae.

Luculenta est hujus campi magni descriptio apud Josephum, *libro V. de bello c. 4.* qua nos scriptor exquisita doctrina & industria singulari docet, qualis ille fuerit. Adscribam nonnulla ex iis, quae descriptionem campi magni praecedunt, priusquam illam attingo, ut & reliqua clarius intelligantur, & quaedam in iis attentione legentium digna notemus. Ἀυτὸς δὲ μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως ὑπέςρεφεν ἐις Ἀμμαȣ̃ντα, ὅθεν διὰ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ παρὰ τὴν Νεάπολιν καλȣμένην, Μαβαρθὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, καταβὰς ἐις Κορέαν δευτέρᾳ Δεσίȣ μηνὸς ςρατοπεδεύεται. Τῇ δ' ἑξῆς ἐις Ἰεριχȣ̃ντα ἀφικνεῖται, καθ' ἣν ἀυτῷ συμμίσγει Τραιανὸς εἷς τῶν ἡγεμόνων τὴν ἐκ τῆς Περαίας ἄγων δύναμιν, ἤδη τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κεχειρωμένων. Τὸ μὲν ȣ̃ν πολὺ πλῆθος ἐκ τῆς Ἰεριχȣ̃ντος φθάσαν τὴν ἔφοδον ἀυτῶν ἐις τὴν ἄντικρȣς Ἱεροσολύμων ὀρεινὴν διαφεύγει, καταλειφθὲν δ' ἐκ ὀλίγου διαφθείρεται. *Ipse autem (Vespasianus) cum reliquis copiis revertitur Ammauntem, unde per Samaritin & (urbem) Neapolin, ab indigenis Mabartha dictam, secundo die men-*
p. *sis Desii Coream pervenit, illic castra metatus. Proximo die Jerichuntem per-*
362. *venit, ubi Trajanus unus praefectorum milites ex Peraea ducens, quoniam omnia trans Jordanem occupata erant, se cum eo jungit. Magna autem multitudo hominum, ante illorum adventum in regionem montanam, quae exadversum Hierosolymas est, confugerat; illorum autem, qui remanserant, haud pauci perierunt.* Pro *Ammaunte* legisse videtur interpres Josephi *Jamniam:* ita enim reddit.

dit. Crediderim tamen Ammaunte legendum, quoniam Josephus dicit ὑπέςρεφεν, *reversus est*, quod indicat eundem locum, unde profectus erat ab eo scriptum fuisse. Verum Lyddam & Jamniam cepisse Vespasianum modo scripserat, deinde pervenisse Ammauntem, ἐις Ἀμμαȣ̃ντα ἀφικνεῖται, & inde in Idumaeam tendit, qua vastata redit Ammauntem. Ammaus illa, quod & ante monuimus & uberius *libro III.* ostendemus, est Nicopolis vicina Lyddae & Jamniae. Inde Vespasianus profectus dicitur Neapolin. Via illa haud adeo nota est ac ea, quae a Joppe Hierosolymas aut ab Hierosolymis Neapolin ducit. Solet tamen hodieque a Rama & Lydda, locis vicinis Ammaunti, iter institui frequenter Neapolim, relicta ad dextram via, quae ducit Hierosolymas. Narravit mihi, cujus jam ante memini, urbis Ramae incola per annos septendecim Henricus Lub, se istud iter saepe confecisse. Nunc porro Josephum audire vacat describentem μέγα Πεδίον. Ita pergit. Τὴν δὲ πόλιν ἔρημον κατειλήφεσαν, ἥτις ἵδρυται μὲν ἐν πεδίῳ, ψιλὸν δὲ ὑπέρκειται ἀυτῆ καὶ ἄκαρπον ὄρος μήκιςον· κατὰ γὰρ τὸ βόρειον κλίμα μέχρι τῆς Σκυθοπολιτῶν γῆς ἐκτείνεται· κατὰ δὲ τὸ μεσημβρινὸν, μέχρι τῆς Σοδομιτῶν καὶ τῶν περάτων τῆς Ἀσφαλτίτιδος. Ἔςι δὲ ἀνώμαλόν τε πᾶν καὶ ἀοίκητον διὰ τὴν ἀγονίαν. Ἀντίκειται δὲ τȣ́τῳ τὸ περὶ Ἰορδάνην ὄρος, ἀρχόμενον ἀπὸ Ἰȣλιάδος καὶ τῶν βορείων κλιμάτων, παρατείνον δὲ ἐις μεσημβρίαν ἕως Σομόῤῥων, ἥπερ ὁρίζει τὴν Πέτραν τῆς Ἀραβίας. Ἐν τȣ́τῳ δέ ἐςι τὸ Σιδηρȣ̃ν καλȣ́μενον ὄρος, μηκυνόμενον μέχρι τῆς Μωαβίτιδος. Ἡ μέση δὲ τῶν δύο ὀρέων χώρα τὸ μέγα Πεδίον καλεῖται ἀπὸ κώμης Γιναβρὶν διῆκον μέχρι τῆς Ἀσφαλτίτιδος λίμνης. Ἔςι δ' ἀυτȣ̃ μῆκος μὲν ςαδίων χιλίων διακοσίων, εὖρος δὲ ἐικοσιν καὶ ἑκατὸν, καὶ μέσον ὑπὸ τȣ̃ Ἰορδάνȣ τέμνεται. Λίμνας τὲ ἔχει τὴν τε Ἀσφαλτῖτιν καὶ τὴν Τιβεριέων, φύσιν ἐναντίας. Ἡ μὲν γὰρ ἀλμυρώδης καὶ ἄγονος, ἡ Τιβεριέων δὲ γλυκεῖα καὶ γόνιμος. Ἐκπυρȣ̃ται δὲ ὥρᾳ θέρȣς τὸ Πεδίον, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀυχμȣ̃ περιέχει νοσώδη τὸν ἀέρα· πᾶν πᾶρ ἄνυδρον πλὴν τȣ̃ Ἰορδάνȣ, παρὸ καὶ τȣ̃ς μὲν ἐπὶ ταῖς ὄχθαις φοινικῶνας ἐυθαλεςέρȣς καὶ πολυφορωτέρȣς εἶναι συμβέβηκεν, ἥττον δὲ τȣ̃ς πόῤῥω κεχωρισμένȣς. *Desolatam vero urbem (Jerichunta) offenderat, quae in campo quidem aedificata est* (nota hoc, ut ab Hierosolymis ortum versus, quemadmodum ad occasum, regio primum *montana* fuerit, uti mox dixit Jerichuntinos fugisse *εἰς τὴν ἀντικρȣ̀ς Ἱεροσολύμων ὀρεινὴν*, deinde *campestris*, in qua Jericho, tum *vallis*, עמק, regio χθαμαλωτέρα Josepho dicta, ab Jerichunte versus Jordanem: confer dicta superius *pag. 307.*) *& cui mons glaber & sterilis imminet, isque longissimus: versus enim plagam borealem extenditur usque ad regionem Scythopolitanam, versus australem usque ad regionem Sodomiticam & terminos Asphaltitidis. Est autem mons ille universus aspera, nec habitatus, quia nihil gignit. Huic monti exadversum est trans Jordanem mons initium capiens a Juliade & septentrionalibus (terrae Israëliticae) plagis austrum versus porrectus usque ad Somorra* (haec in mendo cubare suspicor) *in finibus urbis Petrae. In hoc etiam est mons ferreus dictus, in longum protensus usque ad Moabitin. Regio autem, quae inter duos montes illos media jacet, Campus appellatur, a vico Ginnabrin protensa usque ad lacum*
p. 363.

Asphaltitem. In longum patet stadia mille & ducenta, in latum centum & viginti, & media secatur a Jordane. Continet haec lacus Asphaltiten & Tiberiadis, natura sibi contrarios: ille enim salsus & sterilis, hic dulcis est ac fertilis. Aestate multum torretur hic campus, & propter eximium ardorem aëerem habet insalubrem: totus enim (campus) aquis destituitur (quam ergo nullo numero censendi sunt illi fluvii, qui in Jordanem dicuntur illabi, de quibus egimus supra, *pag. 293.*) *si Jordanem excipias, quamobrem & palmeta vicina ripis ejus florida magis & fertilia existunt, minus autem, quae magis a Jordane absunt.*

Hujus quoque campi meminit Josephus *Ant. IV. 5.* ubi scribit, Mosen progressum ad campum magnum e regione Jerichuntis circa Jordanem & *Ant. XII. 15.* Trajecto Jordane Judas cum exercitu venit in μέγα Πεδίον, ἅ κεῖται κατὰ πρόσωπον πόλις Βεθσάνη. Sic *1. Macc. 5. 53.* dicitur μέγα Πεδίον esse κατὰ πρόσωπον Βαιθσάν. Nonnunquam & Πεδίον hoc appellat κατ' ἐξοχὴν, uti *Antiq. I. 9.* Λῶτος, scribit τὴν πρὸς τὸ Πεδίον κειμένην καὶ ποταμὸν Ἰορδάνην εἶχεν ἐκ ἄπωθεν τῆς Σοδομιτῶν πόλεως. *Lothus incoluit regionem Campo adjacentem & Jordani fluvio non longe ab urbe Sodomorum.* Nota obiter, Campum extendi usque ad Sodoma, quae cum essent vicina Zoaris, campus pertigit usque ad fines australes lacus Asphaltitis.

Celebris hic campus, μέγα Πεδίον Josepho nuncupatus, ab Eusebio πεδιὰς μεγάλη esse dicitur, sed nomine notiori αὐλὼν appellatur, Hebraeo uti Hieronymus addit non Graeco nomine, attendens, ut videtur ad חורון vel אלון. Ipsa verba Eusebii proferenda sunt, ut firment ea, quae ad illustrandam descriptionem Flavianam hujus Campi produximus, in quibus nota, eum usque ad desertum Pharan hunc Campum extendere, uti & ככר בקעת יריחו planities vallis Jerichuntinae usque Tzoar, sita ad fines maxime australes lacus Asphaltitis, extenditur in sacris literis. Αὐλὼν, πεδιὰς μεγάλη ἐπιμήκης· ὁ αὐλὼν εἰς ἔτι νῦν καλεῖται. Αὕτη δὲ περιέχεται ὄρεσιν ἑκατέρωθεν, παρατείνεσιν ἐκ τε Λιβάνε καὶ ἔτι ἄνωθεν ἐπὶ ἐρήμε Φαράν. Εἰσὶ δὲ ἐπὶ Αὐλῶνος πόλεις ἐπίσημοι, Τιβέριας (haec vox inserenda est, ut liquet ex versione Hieronymi & simili phrasi, qua utitur ad vocem Γαλιλαία, sc. τὴν Τιβεριάδα καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ λίμνην) καὶ ἡ πρὸς αὐτῇ λίμνη, Σκυθόπολις, Ἱεριχὼ καὶ ἡ νεκρὰ θάλασσα, αἵτε περὶ αὐτὰς χώραι, ὧν μέσος Ἰορδάνης φέρεται ἐξιὼν μὲν ἀπὸ τῶν κατὰ Πανεάδα πηγῶν εἰς δὲ τὴν νεκρὰν θάλασσαν ἀφανιζόμενος. Hieronymus. *Aulon, non Graecum, ut quidam putant, sed Hebraeum vocabulum est. Appellatur autem vallis grandis atque campestris in immensam longitudinem se extendens, quae circumdatur ex utraque parte montibus sibi invicem succedentibus & cohaerentibus, qui incipientes a Libano & ultra usque ad desertum Pharan perveniunt. Suntque in ipso Aulone, id est valle campestri, urbes nobiles Scythopolis, Tiberias, stagnumque prope eam: sed & Hierico, mare mortuum & regiones in circuitu, per quas medius Jordanes fluit, oriens de fondibus Paneadis & in mare mortuum introiens.* Idem Eusebius

bius hunc campum vocat campum Jerichuntis, aut certe partem ad vocem Ἐνγαδδὶ scribens eam esse ἐν αὐλῷ (Nota obiter αὐλὸς pro valle vel loco plano inter montes accipi, uti apud Dionysium Halicarnass. *Antiquit. lib. III. pag. 182.* Πᾶς ὁ μεταξὺ τῶν λόφων αὐλός. Quod ideo diligentius notandum, quod haec significatio vocis αὐλὸς minus vulgo sit cognita: ne quid in Eusebio mutetur, aut αὐλῶνι substituatur pro αὐλῷ, licet αὐλὼν proba vox sit, & Eusebio alias usurpata, & hic ut videtur ab Hieronymo lecta. Nil tamen cogit hic αὐλῷ mutare) vel αὐλῶνι Ἱεριχὼ, ubi Hieronymus: *est in Aulone Jerichus, hoc est in regione illa campestri, de qua supra diximus.* Alibi, nempe ad vocem Ἰορδάνης, scribit, eum dividere τὸν μέχρι νεκρᾶς θαλάσσης αὐλῶνα, *Aulonem usque ad mare mortuum.* Atque ita Hieronym. epistola ad Evangelium: *campus, quem hodie Aulonem Palaestinae vocant.*

In Talmude, codice Bava bathra 61. 2. mentio hujus campi videtur fieri: *qui agrum vendit* בבקעה גדולה *in convalle magna*, id est μεγάλῳ Πεδίῳ. Certe בקעה *vallis* quidem solet reddi: sed *Ezech. 3. 23.* Graeci בקעה per πεδίον vertunt & *Ezech. 8. 4.*

Hoc μέγα Πεδίον, quod a Jordane medium secatur, hodie ab Arabibus appellatur الغور, i. e. *planities*, vel terra humilis. Ita scribit Scherif Ibn Idris in Geographia vulgo dicta Nubiensi in *parte V. Clim. III.* وبها قوم لوط والبحيرة المنتنة وزغر الى بيسان وطبرية تسمى الغور لانها بقعة بين جبلين *Et loca, ubi habitavit familia Lothi & mare foetidum* (i. e. lacus Asphaltitis) *& Zoar usque ad Besan* (*Bethsan, Scythopolin*) *& Tiberiada appellantur nomine* الغور *Planitici*, πεδίε, *quandoquidem est vallis inter duos montes.* Nimirum inter duas montium series hinc & illinc, uti Josephus μέγα πεδίον describit. Putat quidem Bochartus *l. I. Geographiae Sacrae cap. 1.* Arabum hunc per الغور vel Planitiem hanc intelligere Cavam Syriam, quae etiam erat inter duos montes. Sed perspicuum est, his verbis μέγα πεδίον Josephi describi, nam a mari mortuo usque ad Tiberiada protenditur & duobus montibus cingitur, quod utique de Cava Syria dici nequit, nec ab ullo veterum, quod sciam dictum fuit. Quamvis enim nomine Cavae Syriae nonnulli non eam tantum regionem, quae inter Libanum & Antilibanum erat, proprioque nomine κοιλὴ sive Cava Syria nuncupabatur, sed & magnam partem terrae Israëliticae complexi fuerint, id tamen puto demonstrari non poterit, illam planitiem, quae a lacu Asphaltite ad Tiberiada protenditur, & μέγα πεδίον Josepho dicitur, Arabibus الغور, Coelesyriam appellatam, quia duobus montibus hinc & inde cingebatur, opposite ad regiones vicinas, uti montana Judaeae. Contra & haec nonnunquam Κοιλῆς Συρίας nomine veniunt. Vide supra *pag. 47.*

Verum praeter illum campum magnum, quem Jordanes medium perlabitur, alter erat campus magnus dictus, id est μέγα πεδίον, quod

ab Jizreel urbe, & Legione, campus Jizreel sive Esdrelon aut μέγα πεδίον Λεγεῶνος solet dici. Quod si unicum modo illum campum magnum, de quo mox egimus, hoc nomine nuncupatum fuisse crederetur, quid fieret de his verbis Josephi, quibus situm montis Tabor describit? *Mons Tabor, sive Itaburius, est τᾶ μεγάλᾳ πεδίᾳ ἢ Σκυθοπόλεως μέσος medius inter magnum Campum & Scythopolim lib. de bell. IV. 2.* Torsit hic locus amicum nostrum Christophorum Cellarium, optime de geographia antiqua meritum, aliosque viros eruditos. Quum enim μέγα πεδίον, uti id Josephus describit, non ultra fines Scythopoleos protensum fuerit, quomodo mons Itabyrius potest dici medius inter campum magnum & Scythopolim? Verum non videtur Josephus hic loqui de illo campo magno, qui a Jordane medius secatur, sed alio. Alterum autem Palaestinae tractum nomine campi magni vel μεγάλᾳ πεδίᾳ ab eo nuncupari quandoque certum est, quia *lib. II. de bell. cap. 9.* Urbem Ptolemaida dicit conditam κατὰ τὸ μέγα πεδίον, i. e. *in campo magno*, vel *juxta campum magnum:* & τὸ πεδίον dicit τὸ πρὸς Πτολεμαΐδα, quod nulla ratione de illo campo magno, qui a Jordane alluitur, dici potest. Sed forsitan illud τὸ delendum esse in loco priore aliquis suspicabitur. Videamus ergo alia.

Hunc campum magnum innuit Josephus *l. III. de bello cap. 3.* ubi narrat, Vespasianum misisse copias auxiliares Sepphoritis, quae ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ castra metantes ita divisae sunt, ut pedites in urbem reciperentur, equites in castris manerent. Idem *lib. VIII. Antiquit. cap. 2.* p. τὸ μέγα πεδίον fuisse regionem, cui praefectus erat Banaias filius Achi-
367. lud scribit, pro qua regione Sacer Codex Taanach, Megiddo & Bethschean substituit. Vide, quae nos supra observavimus *pag. 170.* Quis hic nomine μεγάλᾳ πεδίᾳ intelligere possit illud μέγα πεδίον, quod Jordanes perluit? Idem *lib. V. Antiq. 1.* regionem tribus Ephraim ab austro versus septentrionem in latitudinem patere a Bethel usque ad τὸ μέγα πεδίον tradit. Terminum porro Galilaeae inferioris australem *lib. III. de bello c. 2.* facit vicum Xaloth ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κείμενον, atque ita Samaritidis terminum septentrionalem constituit vicum Γιναίαν in campo magno situm *ibidem:* unde pars hujus magni campi Samariae, pars Galilaeae, tribuenda est: atque ea re μέγα πεδίον Σαμαρείτιδος *magnus campus Samaritidis* dicitur *lib. II. de bell. c. 2.* quem consuevisse Judaeos transire ex Galilaea in Judaeam proficiscentes ibidem memorat. In hoc campo erat vicus Darabitta, situs in extremis partibus Galilaeae, quem Jonathas Tiberiade tendens Hierosolymas transiit, uti scribit in *vita sua, pag. 1023. Lib. II. de bell. 26.* meminerat Dabarittenorum juvenum in hoc campo magno custodias agentium. Idem in historia vitae suae Ebutium narrat, campo magno praefectum fuisse, qui audiens Josephum pervenisse Simoniada, vicum in finibus Galilaeae situm, qui ab eo aberat sexaginta stadia, noctu iter instituens ad eum vicum pervenerit. Haec ex Josepho depromta ostendunt & alterum campum magnum praeter

praeter τὸ μέγα πεδίον ad ripas Jordanis hoc nomine insignem in Palaestina fuisse.

Adjiciamus testimonia quaedam ex Eusebii & Hieronymi libro de situ & nominibus locorum Hebraïcorum, ut planius fiat, in Galilaeae & Samaritidis confiniis alium campum magnum quaeri oportere. Eusebius ad vocem Ἰεσραηλ, scribit, esse vicum nomine Ἐσδραηλὰν, ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κειμένην μεταξὺ Σκυθοπόλεως καὶ Λεγεῶνος, *in campo magno sitam, inter Scythopolin & Legionem.* Atqui Legio longe aberat a Scythopoli versus occidentem, nec campus magnus, quem Jordanes medium secat inter Scythopolin & Legionem collocari potest. Idem ad vocem Ἀρβηλά. Κεῖται ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ τῆς Λεγεῶνος διεστῶσα σημείοις θ. *Sita est in campo magno, remota a Legione millibus 9.* Et ad vocem *Bethacad.* Βαιθακάδ, τῆς Σαμαρείας, ἔνθα ἦλθεν. Τῆς λεγομένης (Hieronymus legit Λε- p.
γεῶνος) ἀπέχουσα σημείοις ιέ ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ. *Vicus Samariae, ad quem* 368.
venit Jehu (id addendum est uti liquet ex Hieronymo) *a Legione distans 15. milliaribus in campo magno.* Hinc discimus, terminos hujus campi magni australes projectos fuisse in Samaritin, quare & Josephus eum vocat μέγα πεδίον Σαμαρείτιδος. Idem ad vocem Καμών. Ἔστι νῦν Καμμωνὰ κώμη ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ ἀπέχουσα Λεγεῶνος σημείοις ς' ἐν βορείοις ἀπιόντων εἰς Πτολεμαΐδα. *Est hodieque Cammona vicus in campo magno sex millibus a Legione ad septentrionalem plagam pergentibus Ptolemaïda.* Idem ad vocem Γαβαθὼν hanc campum magnum appellat *campum magnum Legionis.* Ita illic legitur. Ἔστι πολίχνη Γαβὲ καλουμένη, ὡς ἀπὸ σημείων ις' τῆς Καισαρείας (hic exciderunt sequentia ob convenientiam vocum Καισαρείας & Διοκαισαρείας, uti liquet ex Hieronymo, Ἔστι δὲ ἄλλη κώμη Γαβαθὰ ἐν ὁρίοις Διοκαισαρείας, *est & alia villa Gabatha in finibus Diocaesareae*) παρακειμένη τῷ μεγάλῳ πεδίῳ τῆς Λεγεῶνος. *Est oppidum Gabe dictum, in sexto decimo milliario Caesareae, & alia villa Gabatha in finibus Diocaesareae juxta grandem campum Legionis.* In voce Ἰταβύριον mentio fit campi magni, & mons Tabor in eo situs esse dicitur. Nempe ita in extremo campo magno situs fuit, ut ab Eusebio ei attribuatur, a Josepho inter illum & Scythopolin collocetur. His subjungamus testimonium Hebraeorum in Misna, qui Galilaeae partem campestrem illam appellant, quae sycomoros producit (סימן לשפלה שקמורין *signa planitiei sunt sycomori*) ea autem est magna pars Galilaeae inferioris, occidentalior videlicet, nam illam, quae circa Tiberiada est a campestri distinguunt, & appellant עמק vallem. Ita enim distinguunt Judaeam quoque tripartito, in montes, campum & vallem. Vide supra capite XLVII. Ex quibus intelligitur, quid sit μέγα πεδίον campus magnus Josepho, distinctus ab illo, qui a Jordane medius secatur, & ab Eusebio (uti & a scriptore libri *Judith. 4. 5.*) Αὐλὼν solet appellari, vel αὐλὼν Ἱερικῶς.

De nomine urbis eo tempore clarae, Legionis, solet Eusebius *campum* hunc *magnum Legionis* μέγα Πεδίον Λεγεῶνος dicere Hieronymus *latissimum*

p. *mum campum*, vel *campum maximum*, *campum praegrandem*, aut addito no-
369. mine *grandem campum Legionis*. Extendit se Ptolemaidem versus a Legione, uti liquet ex verbis Eusebii, ad vocem Καμών. Alibi docemur amplius milliaribus novem a Legione se extendisse, uti Eusebius scribit ad vocem Ἀρβηλά. Verba ipsa mox dedimus. Nec tantum septentrionem versus sive Ptolemaidem se porrexit campus hic magnus a Legione, sed orientem quoque sive Scythopolim, uti patet ex iis, quae mox ex Eusebio produximus ad vocem Ἰεζραιήλ . . . . & ad vocem Βαιθακάθ.

Campus hic idem videtur *Judith. 1. 8.* Πεδίον μέγα Ἐσδρηλῶμ dici & recenseri inter alias regiones terrae Israëliticae. Vallis quidem Jizreël uti in V. T. ejus mentio fit non adeo magna fuit, teste Hieronymo: sed videtur nomen μεγάλε Πεδίε non huic tantum valli, sed planitiei vicinae versus occasum datum fuisse, & ab urbe regia Jizreël cognomen ei datum, uti postea tempore Hieronymi ab urbe Legione, quae celebris evasit ab eo tempore, quo Palaestina in potestatem Romanorum fuit. Nisi enim dicamus per μέγα Πεδίον majus spatium terrae, quam vallis Jizreël occupat, intelligi, videbitur in enumeratione partium terrae Israëliticae inferior Galilaea praetermissa. Hae enim recensentur illic, Carmelus, Gilead, Galilaea superior (inferioris nulla mentio; ergo comprehendetur sub sequenti: ordo postulat hic memorari) campus magnus Esdrelon, Samaria regio, Peraea, & usque ad Jerusalem, Betanen, Chellus, Cades & rivum Aegypti. Alias Πεδίον μέγα solet nuncupari ἁπλῶς. Uti *1. Macc. 12. 49.* Ibi videtur Campus magnus Galilaeae intelligi, nam dicitur Tryphon misisse in Galilaeam & Campum magnum ad perdendos illos, qui cum Jonathane fuerant. Atqui illi erant omnes in Galilaea, non alibi, eo enim illos miserat Jonathas. Confer *comma 47.* Ergo hic intelligitur πεδίον μέγα τῆς Γαλιλαίας. Videretur prima specie ab hoc campo diversum Πεδίον πλησίον Δωθαΐμ, *Judith. 4. 5.* illic enim legitur Betomesthem sita esse ἀπέναντι Ἐσδραήλων κατὰ πρόσοπον τȣ̃ Πεδίε τȣ̃ πλησίον Δωθαΐμ. Si hic cam-
p. pus Esdrelon fuit, cur eum ita non appellat, uti *cap. 1. cap. 8?* cur dicit
370. ἀπέναντι Ἐσδαήλων & non potius ἀπέναντι τȣ̃ Πεδίε τȣ̃ Ἐσδρηλῶμ; Sic plana fuissent omnia. Sed notandum est, Campum hunc maximum, quod & maribus contigit, in varias partes dividi posse, & a locis vicinis alia & alia nomina adipisci. Atque ita campus hic vel pars ejus Πεδίον Μεγεδδȣ̃ *Campus Megiddo* videtur dici *III. Ezr. 1. 27.* & *2. Chron. 35. 22.*

Praeter campos hos duo, μεγάλων πεδίων nomine notos, campestria terrae Israëliticae cernuntur in regione maritima a monte Carmelo austrum versus usque ad terminos terrae Israëliticae australes. Nulli enim montes conspiciuntur in toto illo tractu. Colles excipio aliquos & tumulos arenarum, uti qui in Joppe videntur & quibus duae turres impositae hodieque supersunt, & cui urbs Philistaeorum Gath

Gath inaedificata fuisse dicitur. Ingens haec planities non unum nomen habuit, stante Templo secundo, sed pars ejus septentrionalior, quam aliqui a Joppe ad Caesaream tantum extendi volunt, Saron & Σαρωνὰς appellatur, cujus apud Eusebium & alios fit mentio. De hoc & supra egimus *capite XXXII.* Hieronymus diserte illos campos memorat *in comm. ad Jes. 33. Saron omnis circa Joppen Lyddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque redduntur.* Idem ad *Jes. 65. Pro campestribus in Hebraeo* שרון Saron *ponitur. Omnis regio circa Lyddam, Joppen & Jamniam apta est pascendis gregibus. 1. Chron. 27. 29.* armentis pascentibus in *Sarone* בשרון praefectus fuisse Schittai legitur, & armentis pascentibus בעמקים ἐν τοῖς αὐλῶσι Schafat. Nota, distingui Saronem a עמקים. Mox scriptum fuerat בשפלה ἐν τῇ πεδινῇ crescere oleas & sycomoros, *commate 28.* Quandoquidem autem Saronas locus inprimis aptus fuit pascendis gregibus, non est mirandum etiam Gaditas, qui pascendorum pecorum studio erant dediti, heic greges pavisse. Id licuisse, secundum constitutiones Josuae supra recensitas *cap. XL.* Judaei tradunt. Sunt, qui aliam Sarona locent trans Jordanem in regione Gaditarum: sed hoc necessarium non erat: & notatu dignum est *1. Chron. 5. 16.* scribi, Gaditas habitasse in Gilead & Baschan וכל מגרשי שרון *& omnibus suburbiis Saronis.* Quid? habitabantne in p.
suburbiis, non vero in urbibus, si illa regio ad ipsos pertinuit? Sed sub- 371.
urbia pascuis erant destinata: vide *Num. 35. 3. Jos. 14. 4.* Adeoque Saron illa quaerenda est in tali regione, cujus non urbes, sed suburbia ab ipsis incolebantur: & quum haec regio Saron notissima sit ac alendis pecoribus apta, & alendorum pecorum cura Gaditis erat prae aliis tribubus cis Jordanicis, cur alteram Sarona fingeremus trans Jordanem? In ora hac campestri sive maritima Palaestinae sita fuit Antipatris. Josepho *lib. I. de bell. cap. 16.* dicitur ἐν τῷ καλλίςῳ τῆς βασιλείας πεδίῳ in pulcerrimo regni campo sita & fluminibus arboribusque πλȣσία. Erat tamen non longe a montibus, urbs παρόριος. Ita Josephus *de bell. c. 1. 4.* ubi planitiem inter illam & Joppen fuisse notat, quod spatium erat centum & quinquaginta stadiorum, uti scribit *Antiquit. XIII. 13.* Haec sunt illa πεδινὰ, quae in Samaritide fuisse Aristeas scribit, τινῶν πεδινῶν τῶν κατὰ τὴν Σαμαρεῖτιν λεγομένων ἃ τῶν συναπτόντων τῇ τῶν Ἰδȣμαίων χώρᾳ, *Campestria quaedam in Samaritide & quae ad regionem Idumaeorum pertinent.* Per haec πεδινὰ ad Idumaeam pertingentia intelligit Sephelam ad austrum Joppes, quae *1. Maccab. 4. 15.* Πεδία τῆς Ἰδȣμαίας, *Campi Idumaeae* nuncupantur, quoniam, uti ante notatum est *capite XII*, portio australis Judae nomen Idumaeae id temporis gerebat.

Regionem illam, quae ab Azoto usque ad Dora aut Carmelum montem extenditur, campestrem esse, liquet etiam ex testimonio Josephi, scribentis *lib. V. Antiquit. cap. 1.* regionem Danitarum complecti vallem Chananaeae ad occasum & terminari Azoto & Doris; & eodem

 libro

libro cap. 2. Danitas a Chananaeis expulsos esse regione campestri & ad montana fugisse. Collocatur etiam regio campestris circa Emmauntem, eam videlicet, quae Nicopolis dicta est postea. *1. Macc. 3. 40.* παρεμβάλον πλησίον Ἐμμαοὺμ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ, castrametati sunt prope Emmauntem in regione campestri. Circa Adida urbem etiam campi fuere. Ἰεδαίας πεδία ipsi subjacebant. Josephus *Ant. XIII. 11. 1. Macc. 13. 13.* Ἀδιδὰ κατὰ πρόσωπον τῆς πεδίας. Πεδίον etiam μέγα καὶ καλὸν circa urbem Bethschemesch Josephus memorat.

p. 372. Pars australior orae hujus campestris & litoralis Palaestinae *Sephela*, Σεφηλὰ, nomine Hebraïco שפלה dicta est, & extendit se ad occasum & austrum Eleutheropolis, quamvis nomen Sephela unamquamque planitiem significare possit. Hinc est, quod Hieronymus ad *Obad 1.* per incolas *Sephela*, sive campestrium, intelligendos esse scribat *Liddam & Emmaus*, Diospolim videlicet Nicopolimque: & alios putare eam *Sephelam, id est campestrem regionem, quae circa Eleutheropolim est*, repromitti.

Erat praeterea Πέδιον Ἀσὼρ in Galilaea *1. Macc. 11. 67.* Erat πεδιὰς in regione Diocaesareensi, in qua sita Aznoth. Vide Eusebium ad vocem Ἀζανώθ. Et Thabor erat ἐν τῇ Πεδιάδι. Ita scribit ibidem & ad voces Ἀκσὰφ & Ἀχεσελώθ. Illa Πεδιὰς tamen non dicitur illi μέγα Πεδίον Λεγεῶνος uti solet. Est & Πεδίον τῆς Λιβάνου, in quo urbs Baalgad ad radices montis Ermon sita fuit, teste Eusebio ad vocem Βααλγάδ.

Mentio fit quoque apud Josephum *lib. VI. de bello cap. 2.* campi cujusdam vel vallis (nam αὐλὼν pro πεδίῳ usurpari solet & pro valle uti vidimus) prope vicum Gibeath Saulis 30. stadiis ab Hierosolymis, qui αὐλὼν ἀκανθῶν dictus sit. Quod non multum differt a Φάραγγι ἀκανθῶν, de qua vide supra *pag. 351.* Idem Jerichunta *in campo*, ἐν πεδίῳ sitam scribit: alii convallem vocant, αὐλῶνα. Theophrastus *in historia plantarum, l. II. c. 8.* palmas optimas Syriae ἐν τῷ αὐλῶνι crescere notat, id est, ἐν αὐλῶνι Ἱεριχῆς, uti loquitur Eusebius. Sic Dioscorides de balsamo testatur, id solum crescere ἐν αὐλῶνι Judaeae, i. e. Jerichuntino, Theophrastus *hist. plant. IX. 6.* ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ περὶ Συρίαν, quem cave confundas cum eo, quem capite 7. vocat, ὃν Αὐλῶνα καλοῦσιν, πεδίον πολὺ καὶ καλὸν, *campum ingentem & pulcrum, quem* Aulona *appellant.* Hic enim inter Libanum est & inter Antilibanum. Memorat Tacitus *hist. lib. V.* haud procul a lacu asphaltite *campos, quos ferunt olim uberes*, in quibus vestigia urbium igne eversarum. Innuit regionem Sodomiticam & vicinam.

Circa Ptolemaïda fuisse magnam planitiem, quam μέγα Πεδίον vocat Josephus, ostendimus supra. Maundrellus aliique recentiores idem confirmant. Monconisius in Itinerario *tom. II. p. 63.* videtur campum p. magnum Esdrelon extendere usque ad Ptolemaïda, sic ut verba Jose- 373. phi κατὰ τὸ μέγα πεδίον sitam fuisse Ptolemaïda, secundum Monconisii descriptionem, de ipso magno campo Esdrelon accipi queant. Sic ille, *la*

la plaine s' etend jusques au bord de la mer, & a environ 12. milles de largeur & autant de longeur. Du côté de midy elle a la mont du Carmel, du Nord St. Jean d' Acre, & au couchant la mer mediterranée. Nec sane, si quis a Ptolemaïde proficiscatur ad campum Ezdrelon vulgo nunc dictum, iter instituitur, nisi per campos, sic ut dici omnino possit, τὸ μέγα Πεδίον Ptolemaïda usque extendi: quumque Hieronymus in epitaphio Paulae illam a Tabor scribit, adspexisse procul campos latissimos Galilaeae, crediderim, eum hoc nomine campestrem regionem versus Ptolemaïda protensam intellexisse. Maundrellus *p. 57. itinerarii sui* campum, in quo Acra sive Ptolemais est sita jungi campo magno Esdrelon scribit, ita ut vallis intermedia ad radices Carmeli ducat a campo Ptolemaïdis ad campum Esdrelon: *We began*, scribit *to declin from the sea coast, and to dravv off more easterly crossing obliquely over the plain and in tvvo good hours vve arriv'd at is farther side vvhere it is bounded by mount Carmel. Here you find a narrovv valley letting you out of the plain of Acra into that of Esdraelon.*

CAPUT LVI.

DE LOCIS INCULTIS ET SYLVIS PALAESTINAE.

מדבר *locum incultum potius quam omnino desertum notat.* Ἔρημος *idem in scriptis Judaeorum. Loca pascua ita dicta. Cur regiones pascuae tempora Hieronymi non appellentur* מדברות & ἔρημοι. *Solitudo Judae* מדבר יהודה *quae.* Ὀρεινὴ τῆς Ἰεδαίας *diversa ab* ἐρήμῳ τῆς Ἰεδαίας. *Ligtfooti sententia non probata. Eremus S. Johannis Baptistae male collocatur in regione trans Jordanica. Urbs Ephraim memorata* Joh. 11. 54. *sita in solitudine, & ubi. A Jerichunte usque ad Scythopolin regio non habitata. Campus magnus Jordanis* ἐρημία *dictus.* Ἔρημος *inter Hierosolymas & Jerichuntem: quemadmodum & inter Jerichuntem ac* p. *Jordanem. Sylvae in Palaestina aliquae recensitae. Arborum sylvestrium* 374. *Palaestinae aliquot genera.*

QUae loca Hebraei מדברות nuncupant, ἐρήμους Graeci, Latini solitudines aut deserta appellare solent. Mallem ego loca inculta dicere. Nec tamen eadem vis voci Hebraeae, quae Graecis Latinisque subjecta est. Loca enim מדברות dicta non esse deserta omnino & incolis destituta, aut opponi τῷ ישוב *loco habitato*, (uti οἰκουμένη & ἔρημος opponuntur sibi mutuo ab interpretibus Graecis *Jes. 13. 9.*) vel ex eo liquet, quod Josuae *capite 15.* urbes recenseantur in מדבר sitae. Et tralatitia est observatio, quum Johannes Baptista in eremo Judae Evangelium annunciasse legitur, non solitudinem incolis

vacuam, ſed tractum ſingularem Judaeae circa lacum Aſphaltiten debere intelligi, nec ad imitationem inſtituti Johannis ſolitudines incolis carentes adiri debere, quum & in illa ἐρήμῳ urbes fuerint, & auditores ſane habuerit Johannes, quibus adventum Meſſiae nunciaret. Quare fuerunt, qui ſignificationem nominis מדבר a voce דבר, *caula*, & דבר *duxit*, *direxit*, peterent, ita ut loca paſcendis pecoribus apta denotet. Paſtas pecudes fuiſſe in מדברות negari haud poteſt. Diſerta haec verba doctorum Judaicorum leguntur in codice *Bava kama, cap. VII. miſn. 7.* אין מגדלין בהמה דקה בארץ ישראל אבל מגדלין בסוריא ובמדברות שבארץ ישראל *Pecudes minoris ſpeciei (oves, capras &c.) non alunt in terra Iſraëlitica: verum in Syria & in* מדברות (ἐρήμοις) *terrae Iſraëliticae.* Videtur itaque מדבר locum indicare paſcendis gregibus aptum, & opponitur a Judaeis regionibus cultis, מקום שדות וכרמים in quibus ſegetes, vineta aut oliveta inveniuntur, quare & מדברות jungunt Judaei cum יערים *Sylvis*, eadem tradentes eſſe jura τῶν *Midbaroth* & *Jearim* reſpectu paſturae. Hinc etiam patet, quamobrem regiones aliquae terrae Iſraëliticae, quae verbi gratia tempore Joſephi & Hieronymi celebrantur uti paſcuae (ita Hieronymus *in comm. ad Jeſ. 65.* ſcribit, *omnem regionem circa Lyddam, Joppen & Jamniam aptam eſſe paſcendis gregibus*) non tamen unquam in ſcriptis veteris Inſtrumenti
p. מדברות appellentur; quoniam videlicet terra diviſa inter tribus tem-
375. pore Joſuae, tractus ille Judae vicinus lacui Aſphaltiti hoc nomen accepit, & alia loca tunc magis culta fuerunt; ſic, ut illa aetate מדברות non fuerint, ſed poſtea; quando tamen nomine מדבר aut ἐρήμα dicta non ſunt, ſed id nomen proprium uni regioni manſit, cui olim datum fuerat: quod confirmare poſſem exemplis a noſtra patria & vicinis regionibus petitis.

Solitudo Judae (liceat mihi iſta voce uti pro Hebraea מדבר) dicitur מדבר יהודה, ea nempe regio, quae ad occaſum erat lacus Aſphaltitis. *Jud. 1. 16.* dicitur ad auſtrum ערד fuiſſe. *Joſ. 15. 61.* in ſolitudine Judae urbes hae ſex recenſentur Betharaba, Middin, Secaca, Nibſchan, urbs ſalis, & Engeddi. Videntur autem partes hujus ſolitudinis a locis vicinis alia nomina accepiſſe, uti mons ſolitudinis Ziph *1. Sam. 23. 14.* (vulgatus addit *mons opacus*, quae in Hebraeo non leguntur) ſolitudo Maon. *1. Sam. 23. 25.* ſolitudo Thekoae. *2. Chron. 20. 20.* ſolitudo Engaddi *1. Sam. 24. 2.* quae deſerta poſtea ἔρημος τῆς Ἀιλίας & eremus urbis ſanctae dicta ſunt. Vide Euſebii Onomaſticon *ad vocem* Θεκὼ & ſcriptores aevi medii. Idem & ἔρημον nuncupat ἐν αὐλῶνι Ἱεριχᾶς, Hieronymus *ſolitudinem, quae eſt in aulone Jerichus, id eſt, regione campeſtri.* Vide illos ad vocem Engaddi. Ziph autem & Maon erant urbes non in ſolitudine, ſed regione montana ſitae. *Joſ. 15. 55.* Diſtinguit

guit autem ſacer Codex urbes ſitas in montanis Judae ab urbibus ſitis in ſolitudine. Confer comma 61. & 48. Quare non videtur mihi dicendum ὀρεινὴν τῆς Ἰεδαίας eſſe eandem cum ἐρήμῳ τῆς Ἰεδαίας, quae ſententia Ligtfooti eſt. Firmare eam nititur plus uno loco ex verbis *Pſal. 75. 7.* ubi מדבר הרים *ſolitudo montium* legitur, quod de ὀρεινῇ Ἰεδα, quae ſimul ἔρημος ſit, explicat. Sed הרים eo loco *montes* notare non puto. Voces תרומו *commate 5.* & *6.* ירים *commate 8.* plane me ad notionem *exaltandi* ducunt: ne jam de ſcopo Pſalmi ipſius dicam, & conſenſu aliorum interpretum.

Invaluit apud multos opinio, ſolitudinem Judae fuiſſe trans Jordanem, qui & eremum S. Johannis Baptiſtae illic collocant. Non nego, p.
imo adſtruxi hanc ſententiam alibi pluribus, regionem trans Jordanem 376.
Ἰεδαίαν potuiſſe dici, atque ita nuncupatam a quibuſdam fuiſſe: verum quando eremus ſive ſolitudo Judae memoratur, de ſolitudine cis Jordanem cogitandum eſt, quae ibi in ſacris literis collocatur, & hoc nomine nota eſt: nunquam enim, quod ſciam, locus vel regio aliqua Peraeae appellatur ἔρημος Ἰεδα. E contrario opponitur ſolitudo in regione trans Jordanem ſolitudini Judae in ſcriptis vetuſtiſſimis Hebraeorum. *Midraſch Schir Haſſchirim. fol. 17. col. 3.* ולאיכן הוא מוליכן מאן דאמר למדבר יהודה ומאן דאמר למדבר סיחון ועוג מאן דאמר למדבר יהודה הה"ד עוד אושיבך באהלי' כימי מועד ומאן דאמר למדבר סיחון ועוג מדכתיב הנה אנכי מפתיה והולכתיה המדבר ודברתי על לבה ונתתי לה את כרמיה וגו' *Quo ducet illos (Meſſias?) Sunt qui dicant, ad ſolitudinem Judae. Alii vero, ad ſolitudinem Sichonis & Ogi. Illi qui dicunt, ad ſolitudinem Judae, nituntur his verbis (Hoſ. 12. 10.)* Faciam te habitare in tentoriis, uti tempore conventus ſolennis; quum ter in anno Hieroſolymas adſcendebant, uti gloſſator explicat: *qui autem ſolitudinem Sichonis & Og eſſe eum locum contendunt, ſententiae ſuae praeſidium in his quaerunt (Hoſ. 2. 12.)* Alliciam eos & ducam in ſolitudinem, & ſecundum vota animi eorum loquar & vites eorum dabo iis &c. Manifeſtum eſt ex his, aliam eſſe ſolitudinem Judae, aliam trans Jordanem, nec illas, quae in Sacro Codice & ſcriptis Judaeorum diſtinguuntur, eſſe temere confundendas. In *Midraſch Ruth fol. 49. col. 2.* etiam memoratur מדבר סיחון ועוג *ſolitudo Sichonis & Ogi*, & verba Hoſeae mox laudata adduntur.

Praeter hanc ſolitudinem, ſive tractum incultum, commemoratur quoque in ſacris tabulis ſolitudo Gibeon *2. Sam. 2. 24.* quae ubi fuerit ex ſitu urbis, unde dicitur, colligi aliquo modo poteſt. Praeterea ſolitudo a Jerichunte tendit per montana Bethelis *Joſ. 16. 1.* quae ſolitudo Bethaven *Joſ. 18. 12.* videtur appellari, & in qua Joſua incolas aliquos urbis Ai fugientes cecidit *Joſ. 8. 24.* Circa hanc ſolitudinem vi- p.
detur fuiſſe urbs Ephraim, in qua Chriſtus *Joh. 11. 54.* delituit. Men- 377.
tio

tio illius oppidi videtur fieri quoque apud Josephum *lib. V. de bello cap. 8.* ubi narrat, Vespasianum Caesarea profectum illas Judaeae partes, quas nondum subegerat, petiisse, & in regionem montanam profectum Gophniticam & Acrabattenem toparchias occupasse, & deinde Βηθηλᾶ καὶ Ἐφραὶμ πολίχνια, *Bethel & Ephraim oppidula.* Videtur itaque inter Jerichuntem & Bethel illa urbs quaerenda. Posset & eadem esse, quae octo milliaria abest Aelia, περὶ τὰ ὅρια Αἰλίας, dicta Ἐφραὶμ, teste Eusebio in Onomastico ad vocem Ἐφρών. In regione trans Jordanem solitudo sive מדבר appellatur ea regio, in qua urbs בצר *Jos. 20. 8, Deut. 4. 43.* Illic quoque ערבה fuit & ערבות מואב. ערבה per ἔρημον aliquando redditur. Vide *Zach. 14. 10.* Verum plerumque pro ערבות מואב Ἀραβὼθ Μωὰβ habent. Invenio & *Jos. 13. 3.* ἀπὸ τῆς ἀοικήτου τῆς κατὰ πρόσωπον Αἰγύπτου, quod non convenit cum contextu Hebraeo, in quo nihil de ἀοικήτῳ. Atque ita Symmachus *Deut. 3. 17.* pro ערבה habet πεδινὴν καὶ ἀοίκητον, sensum, more suo, non verba, reddens; contra ac solet Aquila. Si quae porro solitudines terrae Israëliticae in sacris literis memorantur, earum situs ex adjectis nominibus urbium aut locorum colligi debet.

Josephus tractum illum montanum, qui a Jerichunte Scythopolin usque protenditur, vocat ἀοίκητον πᾶν ὄρος διὰ τὴν ἀγονίαν, *montem, qui ob sterilitatem non habitatur,* & solitudinem appellat sive ἐρημίαν spatium illud omne, quod Jordanes perlabitur, inter lacum Tiberiadis & Asphaltiten *lib. III. de bell. cap. 18.* ubi de Jordane, Διεκτέμνει τὴν Γεννησὰρ μέσην, ἔπειτα πολλὴν ἀναμετρούμενος ΕΡΗΜΙΑΝ, εἰς τὴν Ἀσφαλτῖτιν ἔξεισι λίμνην. *Secat lacum Gennesar medium. Deinde per multam solitudinem exit in lacum Asphaltiten.* Haec quum ita se habeant, & montes adjacentes non sint habitati, ὄρος ἀνοίκητον Josepho dicti, errant omnino, qui in mappis Geographicis Palaestinae circa utramque ripam Jordanis urbes & vicos plurimos collocant. Sed venia *iis* danda est. Voluerunt omnibus locis Palaestinae, quae in sacris literis memorantur, certam sedem in mappis suis assignare, etiamsi iis de locorum situ vix aliquid certi constaret, p. 378. nulla habita ratione, an in tractu inculto plane, an habitato locarentur. Meminit & ἐρήμου inter Hierosolymas & Jerichunta *lib. X. Antiq. cap. 11.* Φεύγει, scribit ἐκ τῆς πόλεως μετὰ τῆς καρτερᾶς φάραγγος καὶ διὰ τῆς ἐρήμου, *fugit ex urbe per angustam vallem & solitudinem* & captus fuit non longe ab Jerichunte. Idem capite 4. omne illud spatium, quod inter Hierosolymas & Jerichuntem est testatur esse ἔρημον καὶ πετρῶδες, desertum & saxosum, & spatium terrarum ultra Jerichuntem versus Jordanem atque esse ἔρημον καὶ ἄκαρπον, desertum & sterile. Eusebius episcopus Caesareae Palaestinae in *lib. IX.* demonstrationis Evangelicae commemorat ἐρημίαν τοῦ Ἰορδάνου, *solitudinem Jordanis,* in qua Johannes baptizabat, appellatque τὴν ἔρημον τὴν παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ *solitudinem, quae est juxta Jordanem fluvium.* Ibi quoque citat verba prophetae *Jes. 35. 2.* καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα τοῦ Ἰορδάνου καὶ ἡ δόξα τοῦ Λιβάνου ἐδόθη αὐτῇ. At in con-

contextu Hebraeo nihil igitur de ἐρήμοις τοῦ Ἰορδάνου, sed pro iis sunt verba אף גילות ורנן. Legisse videntur ירדן pro ורנן, & pro voce priori aliquid quod ἔρημα notet.

Sylvas, יערים dictas, conjungimus cum locis incultis מדברות, quod & loca inculta Palaestinae plurimum saltuosa & sylvosa fuerint, & ipsi Hebraei nobis praeeant, uti mox *pag. 374.* diximus: & in ipsis sacris literis, uti res haud multum diversae jungantur מדבר & יער ἔρημος & δρυμὸς *Ezech. 34. 25.*

יער חרת *Sylva Chareth*, in qua David delituit *1. Sam. 22. 5.* Fuisse in regione tribus Judae, liquet ex monito Prophetae Gad, secedendum Davidi esse in terram Juda, cui ut morem gereret, contulit se in hanc sylvam. Postea & in alia sylva delituit David in solitudine Ziph *1. Sam. 23. 15.* Esse villam Ἀραὰθ ad occidentem Aeliae scribit Eusebius in Onomastico.

יער אפרים *Sylva Ephraim*, in qua Absalom de quercu pependit, & occisus est *2. Sam. 18. 6. 9.* δρυμῶν Josepho *Ant. VI. 5.* Credibile est, saltum eundem fuisse, e quo ursi ab Elisa immissi sunt in pueros, lingua procaci ei insultantes, nam ipse Jerichunte adscendebat Bethelem, & ex urbe pueri egressi ei illuserunt. Vide *2. Reg. 2. 24.* Fuisse & alibi in Ephraim sylvas, colligitur ex verbis Josephi scribentis, Antipatrida δένδρεσι fuisse πλησίον *lib. I. de bello cap. 16.*

יער לבנון *Sylva Libani*; in qua Salomo domum aedificavit *1. Reg. 7. 2.* p. 379. Hujus mentio quoque fit *2. Reg. 14. 9.* ubi de feris saltus Libani. Praeterea & Δρυμὸς regio maritima Palaestinae, de qua supra egimus *pag. 188.* videtur inter loca sylvosa referendus.

Arborum sylvestrium varia olim genera fuisse, certum est. Palmarum, fraxinorum, ficuum, olearum, sycomororum, quercuum, aliarumque meminerunt scriptores sacri & Talmudici. Ex tomo Misnae זרעים dicto multa arborum herbarumque Palaestinarum nomina peti possent, si hoc ageremus. Nunc passim ficus, oleae, mori albae, palmae, piceae, cedri, pistaciae, siliquae (ceratonias appellant alii, Arabes خرنوب quarum fructus dicuntur κεράτια, cibus suum, *Luc. 15. 16.* unde est Belgica vox *Karaat*, sexta pars scrupuli) terebinthi, lentisci, arbuti, ilices, & eleagnae conspiciuntur: herbae quoque illic & frutices crescere notantur, ruta sylvestris, tragoriganum, origanum heracleoticum, hyssopus, foeniculum, cyclaminus, cotyledon, cistus, ladon, Libanotis, thymus, zygis, umbilicus, thymbra, stachys, smilax aspera, nardus, onitis, maron, anguria, alinterna, aliaeque.

CAPUT

CAPUT LVII.

DE FERTILITATE PALAESTINAE.

Solo Palaestinae fertilitatis laudem convenire ostenditur ex fructibus, quos protulit. Liquores Palaestinae, oleum & vinum, utrumque praestans. Sal lacus Asphaltitis eximium. Triticum, hordeum & aliae fruges. Copia boum, ovium, caprarum & columbarum. Pisces tum ex mari salso, tum aquis dulcibus. Mel apum & sylvestre manans ex arboribus. Μέλι ἄγριον Matth. 3. 4. *quid. Palmae praestantes in Palaestina. Balsamum in convalle Jerichuntina crescens.* Ἰερικὼς *est nomen ipsius convallis, apud quosdam. Num Josephus, Plinius & alii fallantur, scribentes, uni Judaeae balsamum esse concessum. Linum & lana in Palaestina. Varietas soli Palaestini. Testimonia veterum de fertilitate Palaestinae, Josephi, Aristaeae, Hecataei Abderitae & Polybii. Latinorum scriptorum verba in hanc rem, Taciti, Ammiani, & Hieronymi. Ea, quae opponi nobis possunt, diluuntur. Facies Palaestinae hodierna non demonstrat, olim ita quoque se habuisse. Palaestina vastata saepius. Strabonis testimonium de solo Hierosolymitano expensum.*

p. 380.

ULtimo hoc capite libri primi nonnulla adnotare lubet de fertilitate terrae Israëliticae. Quum enim testatum sit monumentis certissimis literarum & oculis hominum, qui illic fuerunt, hodiernam faciem Palaestinae multum ab illa recedere, qua olim fuit conspicua, florentibus rebus Judaïcis, non defuerunt, nec desunt, qui commentitia illa esse & falsa suspicantur, quae scriptores sacri de praestantia hujus regionis memoriae prodiderunt. Qua re, ut suus stet honos sacrarum literarum tabulis, nec occasio detur hominibus impiis labefactandi auctoritatem sacri codicis, primo aliqua recensebo, quae ad usum incolarum haec regio profert, deinde testimonia veterum adscribam, denique ea, quae sententiae nostrae opponi possent, diluere conabor.

Inter liquores, qui usui humano inservire solent, aqua, vinum, & oleum potissimi sunt. Aquas Palaestinae & fontes fuisse sufficientes alendis tot hominibus, quot illic habitasse constat, & pluvias statis temporibus magna satis copia coelo missas fuisse, quarum aquae in cisternis colligi solebant, ex iis liquet, quae capite XLVI. scripsimus. Procopius Gazaeus in commentario ad Deuteronomium hoc quoque ratione Palaestinam Aegypto praefert, quod Aegyptus aqua coelo missa careat,

Arida nec pluvio supplicet herba Jovi.

Certe oleo & vino gaudebat Palaestina prae Aegypto. Oleis non plane quidem destituebatur (id liquet ex Theophrasto *de caus. plant. l. VI. c. 12.*) sed pares non erant Aegyptiae Palaestinis. Hinc est, quod in Echa Rabbati legitur *fol. 85. 3.* מה היו עשרת שבטים עושים היו משלחין שמן למצרים *quid faciebant decem tribus: mittebant oleum in Aegyptum.* Hieronymus

p. 381.

nymus in *comm. ad Hos. c. 12. Licet quidam arbitrentur, quod nequaquam in Aegypto oleum gignitur, sed pretiosissimum missum esse ab Ephraim, cujus terra Samaria olei fertilissima est.* Talmudici in codice Menachot *cap. VIII. 3.* oleum terrae Israëliticae optimum Thecoae, proximum Ragabae tribuunt. Salomo etiam regi Tyriorum quotannis misisse 20. coros olei legitur *1. Reg. 5. 11.* Vites Aegyptus non habuit, & propterea zytho, potu ex aqua & hordeo, veluti nostra regio usa est. Herodotus *lib. 11. cap. 77.* Ὄινῳ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται· ἀ γάρ σφι εἰσὶ ἐν τῇ χώρῃ ἄμπελοι. *Utuntur vino ex hordeo facto: non enim ipsis vites sunt.* Adde Theophrastum *de caus. plant. VI. 15.* Idcirco credibile est, uvas ab exploratoribus Palaestinae delatas ad exercitum Israëlitarum magnae admirationi & delectationi iis fuisse. Appellatur propterea regio vinearum & olearum ab ipso Rabsace *2. Reg. 18. 32.* & cultoribus vinearum atque olearum sui fuere praefecti a Davide constituti *1. Chron. 27. 27. 28.* Et quis nescit, vina Ascalonitica, Gazetica, & Sareptana etiam a gentibus longe remotis celebrari?

A potu ad cibos & eorum condimenta si transimus, salem habuit praestantissimum ex lacu Asphaltite, quem magis digerere & extenuare, quam alios sales, Galenus testis est, judex optimus, iis verbis, quae dedimus supra *capite XXXVIII.* Triticum porro, hordeum, aliasque frumenti species hic magna copia crevisse patet, tum ex sacris literis *Deut. 8. 8.* ubi terra tritici & hordei nuncupatur, & *1. Reg. 5. 11.* ubi Salomo quotannis 20000. coros tritici dedisse legitur; tum ex scriptis Talmudicis, ubi de decimis frugum & juribus anni Sabbathici agunt.

Boum, ovium, & caprarum aviumque magnum numerum hic quoque fuisse liquet ex frequentibus sacrificiis & pascuis huic usui destinatis in regione trans Jordanica, quam propterea sibi petierunt tribus duae & dimidiae, & Sarona, campisque circa Lyddam & Jamniam, aliisque.

Pisces Jordanes & lacus Tiberiadis suppeditabat. Testantur id Novi Testamenti tabulae, & hodieque pisces illae aquae alunt. Ex mari magno pisces non tantum incolas locorum maritimorum, sed & ipsas Hierosolymas aluerunt, unde porta piscium dicta est, quae ducit versus Diospolin, teste, Hieronymo, ne jam loquar de piscibus torrentium, veluti illis, de quibus supra *pag. 289.*

p. 382.

Mel copiosum hic provenit praeter illud, quod apes elaborant, in sylvis & manat ex arboribus. Hoc est μέλι ἄγριον, quo alimento Johannes utebatur, *Matth. 3. 4.* Nec enim Bocharto assentior existimanti, illud μέλι ἄγριον mel fuisse, quod apes in arboribus deposuerant. Diodorus Siculus *lib. XIX. cap. 104.* nos docet, quid fuerit μέλι ἄγριον nuncupatum, ubi de Nabataeis scribit, Ἀυτοὶ χρῶνται τροφῇ κρέασι καὶ γάλακτι καὶ τῶν ἐκ τῆς γῆς φυομένων τοῖς ἐπιτηδείοις· φύεται γὰρ παρ' αὐτοῖς τὸ πέρι

περὶ ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ μέλι πολὺ τὸ καλόμενον ἄγριον, ᾧ χρῶνται ποτῷ μεθ' ὕδατος. *Utuntur illi pro alimento carne & lacte & iis, quae ex terra proveniunt: nascitur enim apud ipsos piper in arboribus & mel plurimum, quod agreste appellant, quod potant aqua mixtum.* Sic Ἐλαιόμελι καθ' ἁλμυρὰ τῆς Συρίας provenire Dioscorides *lib. I.* de re medica *cap. 37.* scribit. Plinius XXIII. 4. *Elaeomeli in Syria ex ipsis oleis manat.* Idem *lib. XV. 7. Sponte nascitur (oleum) in Syriae maritimis, quod Elaeomeli vocant: manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci.* Et hinc forsitan odor mellis, quem se naribus percepisse in ora maritima Palaestinae scribit Maundrellus.

Inter arbores palmae & arbor, sive frutex, balsami eminent. Palmas Judaïcas plurimi veterum celebrant. Ἐδώδιμον καρπὸν habere palmas Palaestinae scribit Pausanias *l. IX. c. 19.* quum palmae in Aegypto & alibi fructum ἔυβρωτον non haberent, teste Strabone *l. XVII.* Horatius pinguia vocat haec palmeta *Epist. l. II. ult.*

Praefert Herodis palmetis pinguibus. ——

Theophrastus *lib. II. cap. 8. de histor. plantar.* scribit, solarum illarum palmarum Syriacarum, quae in Aulone (intelligit μέγα Πεδίον, sive campum magnum Jordanis, quem αὐλῶνα alii nuncupant, aut certe partem ejus) p. proveniunt fructus ejus generis esse, ut recondi possint, θησαυρίζεσθαι 383. μόνας δύναθαί Φασι τῶν ἐν Συρίᾳ τὰς ἐν τῷ Αὐλῶνι. Ne quis autem putet, αὐλῶνα inter Libanum atque Antilibanum hic ab eo indicari, videat, quod praecedit, in Syria coele, quam Judaei incolunt, ἐν τρισὶ μόνοις ἀμμώδεσιν εἶναι τὰς δυναμένας θησαυριζεσθαι, *in tribus modo locis arenosis esse fructus palmarum aptos recondi:* illa loca sunt Jericho, Phasaelis, Archelais & Livias, *gentis* Judaïcae *convalles* dictae Plinio, & a palmarum proventu eidem celebratae. Phasaelis erat περὶ τὸν αὐλῶνα τῆς Ἱεριχέντος (Joseph. *Ant. XVI. 5.*) ideo cum Jerichunte pro una convalle habetur.

Balsami circa Jerichuntem provenientis etiam Theophrastus meminit historiae plantarum *lib. IX. cap. 6.* Τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ περὶ Συρίαν *Balsamum crescit in Aulone (valle) Syriae.* Hic αὐλὼν est circa Jerichuntem. Ita a Justino haec explicantur *lib. XXXVI. Est namque vallis, quae continuis montibus velut muro quodam cincta ad instar castrorum clauditur. Spatium loci ducentum millia jugerum. Nomine Hiericho dicitur. In ea valle sylva est & ubertate & amoenitate arborum insignis, siquidem palmeto & opobalsamo distinguitur.* Ita Strabo quoque & Josephus testantur. Diodorus Siculus ἐν αὐλῶνι τινὶ balsamum crescere scribit, ἐν αὐλῶνι videlicet Ἱεριχέντος. Dioscorides ἐν Ἰεδαίᾳ κατά τινα αὐλῶνα. Ipse hic αὐλὼν vel πεδίον appellatur a Strabone Ἱερικὰς *lib. XVI.* Ἱερικὰς ἐστὶ, πεδίον περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι, *Jerichus est campus montibus circumdatus.* Quamobrem Galenus *lib. II. de alimentorum facult.* scribit ἐν Ἱεριχέντι in Jeri-

Jerichunte (i. e. in hoc campo) palmas optimas crescere. Ita & Plinius: *Nobilitas (palmis) in Judaea nec in tota, sed in Hierichunte maxime.* Balsamum non nisi in Judaea crescere Josephus testatur, Plinius & Dioscorides. Hos falli scribunt Prosper Alpinus & Petrus Bellonius, quoniam nunc in Judaea non provenit, nisi in hortis, & summa cura coli debet, atque ex Arabia, uti ex solo natali omne balsamum in alias regiones defertur. Ego tamen vera scripsisse Josephum & Dioscoridem puto. Nil vetat, quo minus plantae ante septendecim saecula in aliqua regione creverint, quae nunc in aliis longe regionibus proveniunt. Et quidni ipsa soli natura tot annorum intervallo mutari potuit, sic ut p. nunc non adeo benigna mater herbarum sit, quas olim fovit atque edi- 384. dit copiose? Non sunt illae rationes tanti ponderis, ut antiquorum testimonia ea re suspectae fidei habeamus. De frutice ipso balsami nihil addo. Oportet illum esse parum versatum in scriptis Romanorum & Graecorum, qui ignorat, quanti pretii balsamum fuerit, & quam excellens produxerit regio Jerichuntina.

Linum & lanam ad vestitum hominum necessaria quis dubitet, hanc terram produxisse, quum oves, de quibus mox egimus, lanam suppeditent, & lini כתנא Judaeis, nobis *catoen* dicti, felix etiam in his regionibus proventus sit, circa Lyddam praecipue & in campo Esdrelon? Sed quid diutius his immoror? ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Si tot hominibus sufficere potuit alendis, qui non aliunde sibi victum arcessivere, uti populi mercaturae dediti, sed agrorum proventu nutriebantur, oportet non adeo sterilem illam fuisse, ac a nonnullis depingitur. Hac ratione & Josephus *lib. III. de bello c. 2.* usus est scribens μέγιστον τεκμήριον ἀρετῆς καὶ εὐθηνίας esse τὸ πληθύειν ἀνδρῶν ἑκατέραν, *quod nempe & Samaritis & Judaea incolis refertae sint.*

Attendi etiam velim ad varietatem soli in Palaestina, montes, valles, litora aquis salsis & aquis dulcibus adsita, & similia, quae variis hominum ingeniis & studiis satisfacere potuerunt. Non possum, quin adscribam verba Dionysii Halicarnassensis in Antiquitatibus Romanis *lib. I. pag. 28.* Ἐγὼ τὸν ἐκ γῆς πλεῖστον ἐκ ἐν μίᾳ τίθεμαι καρπῶν ἰδέᾳ, ἐξ' εἰσέρχεταί μοι ζῆλος οἰκήσεως, ἐν ᾗ μόνον εἰσὶν ἄρεραι πίονες, τῶν δ' ἄλλων ἐδὲν ἢ βραχύ τι χρήσιμον· ἀλλ' ἥτις ἂν ᾖ πολυαρκεστάτη τε καὶ τῶν ἐπεισάκτων ἀγαθῶν ἐπιπολὺ ἐλάχιστον δεομένη, ταύτην κρατίστην εἶναι λογίζομαι. Τοῦτο δὲ τὸ πάμφορον καὶ πολυωφελὲς, παρ' ἣν τινα ἄλλην γῆν, Ἰταλίαν ἔχειν πείθομαι· οὐ γὰρ ἀρέρας μὲν ἀγαθὰς ἔχει καὶ πολλὰς, ἀδενδρος δ' ἐστὶν ὡς σιτοφόρος· ἐξ' αὖ φυτὰ μὲν ἐστιν ἱκανὴ παντοῖα θρέψαθαι, σπείρεσθαι δ' ὡς δενδρῖτις ὀλιγόκαρπος· ἐδ' ἄμφωμεν ταῦτα παρέχειν δαψιλῆς, προβατεύεσθαι δ' ἀνεπιτήδειος· ἐδ' ἄν τις αὐτὴν φαίη πολύκαρπον μὲν εἶναι καὶ πολύβοτον, ἐνδιαίτημα δ' ἀνθρώποις ὑπάρχειν ἄχαρι· ἀλλ' ἔστι πάσης, ὡς εἰπεῖν, ἡδονῆς τε καὶ ὠφελείας ἔμπλεως.

p. ἔμπλεως. *Ego terrae opes non aestimo in una fructus specie, nec me subit desi-*
385. *derium habitandi, ubi arva tantum sunt pinguia, aliarum vero rerum ad vitam utilium aut nulla aut exigua admodum est copia: sed quae sibi maxime sufficit, & bonis aliunde advectis minimum indiget, eam puto optimam. Hanc vero copiam & commoda, prae aliis terris, Italiae concessa esse, credo. Nec enim arva tantum bona habet, caret autem arboribus, ut frumenti ferax: neque plantis modo quibuslibet alendis est idonea, sed inutilis segetibus, ut agri arbusti: neque largiter quidem haec utraque suppeditat, sed parum apta est alendo pecori: neque dici potest, eam abundare fructibus & pascuis, injucundam vero illic esse hominibus habitationem: sed omnibus voluptatibus & commodis haec terra referta est.* Plura non addam ad commendationem Palaestinae, nec purum aërem, qui illic hauritur laudabo, quum in Aegpto ὁμιχλώδης καὶ δροσόβολος sit, Theophrasto teste *lib. VI. de causis plantarum cap. 26.* quoniam ad alia pergendum est.

Videamus porro diserta scriptorum testimonia & quidem profanorum; illis enim, non dubium est, majorem fidem habituros eos, qui diversam fovent sententiam, quam scriptoribus sacris: quod vel eo liquet, quod si testimonio scriptorum sacrorum crederent, dubitari non possit, fertilissimam hanc regionem fuisse, quare illam lacte & melle fluentem nuncupare solent.

Ex Josepho (& quis, sodes, eo melius haec scire potuit? quis fide dignior, quam non videatur voluisse aperte mentiri tunc, quum & a Judaeis & Romanis falsi convinci posset?) multa peti possunt ad demonstrandam Palaestinae fertilitatem. *Lib. III. de bello cap. 2.* ubi singulas ejus regiones describit, Galilaea, inquit, πίων πᾶσα καὶ εὔβοτος καὶ δένδρεσι παντοίοις κατάφυτος, ὡς ὑπὸ τῆς εὐπαθείας προσκαλέσασθαι καὶ τὸν ἥκιστα γῆς φιλόπονον, *tota pinguis & pascua est* (alibi, *Antiq. XV. 5.* Judaeam quoque χώραν εὔβοτον nuncupat) *omniumque generum arboribus consita, sic ut vel minime studiosos agriculturae ubertate sua provocent.* Et mox, ἐνεργὸς ὅλη καὶ συνεχής ἐστι καρποφόρος *tota culta & fructuum ferax.* Talmudici etiam
p. prae reliquis terrae Israëlitticae regionibus Galilaeae fertilitatem cele-
386. brant, scribentes *in Gem. Megilla 6. 1.* terram lacte & melle fluentem illam esse potissimum, quae XVI. milliaribus ab urbe Zippori, in medio Galilaeae sita, quaquaversum protenditur. Et Josephus *lib. II. c. 26.* de bello Galilaeam ἐλαιοφόρον μάλιστα vocat. Peraeam ibidem ἔρημον quidem maxima ex parte fatetur, sed tamen πέδια illic δένδρεσι κατάφυτα ποικίλοις *campos variis arboribus consitos, oleis, vitibus ac palmis.* Sed Peraea nos adeo non tangit: fuit enim extra terram a Deo promissam Israëlitis, uti capite primo & tertio demonstravimus. Samaritis, altera Palaestinae regio montuosa & campestris erat, ut Judaea, & de utraque ibidem Josephus testatur, esse εἰς γεωργίαν μαλθακὰς καὶ πολυφόρους, καταδένδρους τε καὶ

καὶ ὀπώρας ὀρεινῆς καὶ ἡμέρας μεστὰς, *ad colendum molles & fertiles, arboribus etiam consitas & fructibus sylvestribus & mansuetis plenas.* Deinde in iis *dulces admodum aquas* esse tradit, γλυκὺ νᾶμα πᾶν διαφόρως, *& pecudes* γαλακτοφόρας *lacte abundantes ob boni graminis copiam.* Eodem *libro, cap. XVIII.* Gennesaritin describit, quam amoenam ac fertilem regionem? Θαυμαστὴν esse, inquit, φύσιν καὶ κάλλος *natura & pulcritudine admirabilem:* in qua omnis generis arbores proveniant, nuces, palmae, ficus, oleae, vites &c. Compendii causa ipsa verba non adscribo. *Libro V. cap. 4.* regionem Jerichuntinam θεῖον χώριον, *tractum divinum* nuncupat, ubi palmae plurimae, unde & mel eliciunt non multum alio melle deterius, & plantae balsami, & cypri & myrobalani, ita, ut nullum κλίμα τῆς οἰκουμένης in aliis fructibus producendis ei fertilitate par sit. Confer, quae de eadem tradit *lib. XV. Antiq. cap. 5.* & quae de deliciis Χώρᾳ Ἥτταν habet, *lib. VIII. Antiquitatum, cap. 2.* de quibus vide *supra pag. 300.* Idem *contra Apionem lib. 1.* Χώραν ἀγαθὴν νεμόμενοι ταύτην ἐκπονοῦμεν, *quum regionem bonam nacti simus, eam colimus.* Et *lib. VII. 24.* Χώραν εὐδαίμονα, *fortunatam terram*, vastari cernere erat καὶ ποταμοὺς ῥέοντας οὐκ ἐπὶ γῆν γεωργουμένην οὐδὲ ποτὸν ἀνθρώποις καὶ βοσκήμασιν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἔτι πανταχόθεν φλεγομένης *flumina non per terras cultas & irriguas in hominum pecudumque usum labentia, sed per regionem exustam.*

Aristaeam addimus, scriptorem, qui quidem haud ille fuit, quem p.
se fuisse scribit, antiquum tamen, & Josepho, Eusebio, aliisque veteri- 387.
bus commemoratum, qui Palaestinam commendat ab oleis, frumento & leguminibus omnis generis, vineis, melle, palmis aliisque arboribus frugiferis innumerabilibus, jumentis, pecoribus, pascuis. Verba ipsa, compendii faciendi causa, non adscribimus, locum indicasse & per summa rerum capita ivisse contenti, sociosque ei jungentes alios scriptores duos Graecos, quorum prior est Hecataeus Abderites, qui paene decies trecenta millia jugerum optimae terrae atque uberrimae Judaeos possidere testatur, posterior Polybius *lib. V. histor.* qui de septentrionali terrae Israëliticae parte agens, quae circa Tyrum & Philoteriam sita est, testatur, agros ejus abunde suppeditasse, quod alendo exercitui Antiochi par erat: Vide ejus verba nobis notata infra *libro III.* ubi agimus de urbe *Philoteria.*

Tacitus *lib. V. cap. 6. histor.* de terra Judaeorum testatur, *Rari imbres, uber solum. Exuberant fruges nostrum ad morem, praeterque eas balsamum & palmae. Palmetis proceritas & decor.* Nimirum palmae arbores sunt, si quae aliae φιλόθερμοι, calorem amantes & salsuginem. Vide Theophrastum *de caus. plant. lib. II. cap. 4. & III. 22.* Utrumque in Palaestina invenire est. Excelluisse prae reliquis palmas Jerichuntinas supra

pra notavimus. Calor illic erat insignis, quare etiam metebant, non refragantibus Hebraeorum sapientibus, ante oblatum die sexto & decimo mensis Nisan manipulum, uti in Misna traditur. Ad oram Palaestinae maritimam etiam plus caloris erat, quam circa Hierosolymas, Gazae & vicinis in locis hodieque fructus multo ante maturi sunt, quam in montanis Judae. Hic aër & solum frigidiora sunt, ut mihi narrarunt αὐτόπται. Ammianus Marcellinus *lib. XIV. Ultima Syriarum est Palaestina per intervalla magna protenta, cultis abundans terris & nitidis, & civitates habens quasdam egregias.* Hieronymus, ipse Palaestinae incola, ad *cap. 20. Ezech. Inclytam esse terram Judaeae & cunctis terris fertiliorem dubitare non poterit, qui a Rhinocorura usque ad Taurum montem & Euphratem fluvium cunctam consideraverit terram & urbium potentiam amoenitatemque regionum.* His plura dicit Hieronymus, quam ipse dicta vellem. Paula & Eustochium in epistola ad Marcellam de Bethlechem, ubi
p. 388. erant, loquentes: *Quocunque te verteris, arator stivam tenens Alleluja decantat. Sudans messor Psalmis se avocat & curva attondens vitem falce vinitor aliquid Davidicum canit.* Aratoris mentio in verbis citatis in mentem mihi revocat, quod de modo arandi in Palaestina ad commendandam terrae hujus fertilitatem legitur apud Brocardum in descriptione terrae sanctae *cap. II.* se oculis suis saepe vidisse duobus tantum bobus aratrum inverti, quo ille efficit terram in cultura sua minimum laborem exigere, quum tamen multum fructum reddat. Videtur a natura soli id repetendum. Non patitur ratio terrae in Palaestina profundos sulcos agi, sic ut parvo labore superficies summa possit inverti. Theophrasti verba huc faciunt *lib. III. de causis plantarum cap. 25.* Ὡς ἐν Συρίᾳ κατὰ βάθος ἀρώσας ἐξήρανεν, ὑπὸ γὰρ τῷ θέρει διακαιομένη, ἐπιπλεῖον ὑπόπετρος ἔσα διέκαις· ᾗ μικροῖς ἀρότροις οἱ Σύροι χρῶνται. *Uti in Syria si solum aratro alte proscinditur siccatur: calore enim tosta & magna ex parte subtus petrosa existens aduritur. Ideo aratris exiguis Syri utuntur.* Idcirco asini boum loco, uti liquet ex *Deut. 22. 10.* & *Jes. 30. 24.* nonnunquam adhibiti fuere ad arandum in Palaestina (qui isti usui apti sunt *ubi terra levis est, velut in Campania*, teste Marco Varrone *de re rustica lib. 2. cap. 6.*) operibus & rebus necessariis ad agri culturam, ministrantes, uti Josephus scribit *lib. 2. contra Apionem*: & vir unus plerumque aratro adest eique regendo sufficit, teste Maundrello, qui & observavit, altera manu geri solere instrumentum octo pedes longum, ab hac extremitate acutum ad stimulandos boves, ab illa instructum spatha, ut lutum aratro adhaerens amoveatur, quod ille aptissimum judicavit ad istos usus, ad quos *Jud. 3. 30.* Schamgar מלמד בקר *stimulum boum* adhibuisse legitur. Sed redeamus in viam.

Verum

Verum sententiae nostrae opponunt faciem Palaestinae hodiernam. Nostrae autem? immo vero scriptorum sacrorum. Rabsace enim Assyrius *2. Reg. 18. 32. Jes. 36. 17.* exploratores a Mose missi *Num. 13. 28.* Zacharias *Zach. 7. 14.* Jacobus *Gen. 49. 11.* Moses *Deut. 8. 7.* & Deus ipse hujus terrae fertilitatem praedicant. *Exod. 3. 8. Ezech. 20. 6. Joël. 2. 3.* Magna pars terrae, dicunt, non nisi rupes & horridas sylvas continet. p. 389. Pauci sunt agri culti & consiti: fluvii & fontes fere nulli. Verum abunde puto demonstratum esse, laudem felicis ingenii & fertilitatis solo Palaestinae veteris negari non posse: sed postquam Judaei eo miseriarum venerunt, ut exturbati ex regione sua per orbem vagi & extorres spargerentur, tellus ipsa irae divinae vestigia gerens aliam longe faciem induit; inprimis postquam patrato bello, quod sacrum vocant, initumque a Christianis est, ut Mohammedanos Palaestina exuerent, Arabes aliique Nomades continentibus bellis inter se gestis universam regionem theatrum effusissimarum populationum constituerunt, & constituunt etiamnum, ita ut in orbe terrarum nusquam minus tutum ab insidiis iter carpatur, & frequentibus extorsionibus avarorum hominum magis molestum. Haec juxta mecum omnes sciunt, qui itineraria saeculo uno alterove abhinc edita perlegerunt. Quis ergo non deprehendit, temere judicari de pristino ingenio illius regionis ex facie hodierna? Solum sterile, nudas rupes, solertia humana converti posse in loca vineis induta & cultoribus suis alimentum praebere apta, liquet ex Maundrello (verba dedimus *pag. 310.*) quod ipsum experientia nostrorum temporum confirmat. Quid? quod & Plinius *lib. XVII. 4. Pucina vina* scribat *in saxo coqui*, & Chia vina praestantissima in rupibus, quae nonnisi quatuor digitorum spatio terra tectae sunt. Verum agri vel optimi cultu defecti quales evadunt? Et quid non hostium furor efficere valet in vastandis regionibus fertilissimis? Luculentum est hanc in rem Josephi de hujus ipsius Palaestinae parte testimonium, quod extat *lib. V. de bell. cap. 7.* Καθάπερ ὑπὸ τῶν ἀκρίδων κατόπιν ὕλην ἔχειν ἰδεῖν ἐψιλωμένην πᾶσαν, οὕτω τὸ κατὰ νώτου τῆς Σίμωνος στρατιᾶς ἐρημία κατελείπετο. Καὶ τὰ μὲν ἐμπιπράντες, τὰ δὲ κατασκάπτοντες, πᾶν δὲ τὸ πεφυκὸς ἀνὰ τὴν χώραν ἢ συμπατοῦντες ἠφάνιζον, ἢ νεμόμενοι ᾗ τὴν ἐνεργὸν ὑπὸ τῆς πορείας σκληροτέραν ἐποίουν τῆς ἀκάρπου, καθόλου τε εἰπεῖν, οὐδὲ σημεῖον τε κατελείπετο τοῖς πορθουμένοις τοῦ γεγονέναι. *Quemadmodum post locustas sylvae cernuntur spoliatae frondibus, sic quoque post terga exercitus Simonis vastitas relinquebatur. Alia quidem comburendo, alia diruendo, omniaque, quae ex solo edita erant, pedibus conculcantes delebant, aut* p. 390. *depascebant, terramque cultam ipsa inculta reddebant duriorem, ita ut ne signum quidem rerum vastatarum remaneret, unde liqueret, eas aliquando fuisse.* Quae de locustis Palaestinae narrat Josephus, illustrari merentur ex

hisce

hisce Hieronymi ad *cap. 11. Joëlis. Non declinabunt a semitis suis. Hoc nuper in hac provincia vidimus. Quum enim locustarum agmina venirent, & aërem, qui inter coelum & terram est, occuparent, tanto ordine, ex dispositione jubentis Dei, volitant, ut instar tesserularum, quae in pavimentis artificis figuntur, manu suum locum teneant, & ne puncto quidem, & ut ita dicam, ungue transverso declinent ad alteram . . . . .* & mox. *Nihil enim locustis invium est, quum & agros & sata & arbores & urbes & domos & cubiculorum secreta penetrent . . . .* & post pauca narrat, quomodo istae repulsae fuerint. *Etiam nostris temporibus vidimus agmina locustarum terram texisse Judaeam, quae postea misericordia Domini inter vestibulum & altare, hoc est inter crucis & resurrectionis locum, sacerdotibus & populis Dominum deprecantibus atque dicentibus*, parce populo tuo, *vento surgente, in mare primum & novissimum praecipitate sunt.* Mare primum est mare mortuum, novissimum, quod est ad occidentem, uti ipse ibidem docet. Cornelius Brunius in Itinerario narrat, in horto aedium, in quas diverterat Ramae Palaestinorum, locustas duarum horarum spatio omnes herbas frondesque consumpsisse, ipsosque caules fruticum solo infixos.

Sunt &, qui verba Strabonis Mosi putent adversari, quum Strabo de Hierosolymis scribat *lib. XVI.* ἐις τὸν τόπον τοῦτον, ὅπερ νῦν ἐςι τὸ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις κτίσμα. Κατέσχε δὲ ῥαδίως ἐκ ἐπίφθονον ὂν τὸ χωρίον, οὐδ' ὑπὲρ ὃ ἄν τις ἐσπουδασμένως μαχέσαιτο· ἔςι γὰρ πετρῶδες αὐτὸ μὲν ἔυυδρον, τῷ δὲ κύκλῳ χώρας ἔχον λυπρὰν καὶ ἄνυδρον τὴν δ' ἐντὸς ἑξήκοντα ςαδίων καὶ ὑπόπετρον. *Ad illum locum, ubi nunc Hierosolyma condita sunt (deduxit eos Moses) facileque obtinuit, quia aemulationi non erat obnoxius, nec dignus, de quo contenderetur. Est enim locus saxosus, aquis ipse quidem abundans, sed regio circumsita sterilis est atque sicca & intra spatia 60. stadiorum etiam solum inferne saxosum habet.*

Non dicam, errare Strabonem potuisse, qui tam multa memoriae
p. prodiderit de rebus Judaïcis plane commentitia, & in his verbis errat
391. plus semel: nec enim Moses Israëlitas usque ad Hierosolyma deduxit, nec Hierosolyma facile obtinuerunt, quum Jebusitae illam urbem usque ad Davidis tempora tenuerint. Sed demus, illum ita, ut res se habebat, scripsisse. Fuerat solum, in quo urbs Hierosolymitana sita fuit, ὑπόπετρον circumquaque per 60. stadia, id aptissimum erat condendae arci & gentis metropoli. Id liquet ex eventu. Quam restitit illa regibus Syriae atque Assyriae, & quantum negotii facessivit ipsis Romanis? Si quae autem natura negavit, arte & industria fuerunt suppleta, uti aquarum copia per aquae ductus & similia. Ipsum illud solum ὑπόπετρον allicere non una de causa incolas potuit, quum & in istiusmodi montibus terra tectis optime vites proveniant, uti mox vidimus,

dimus, & in Syria ipsum illud solum, quod aratur ὑπόπετρον esse ἐπιπκεῖον notaverit Theophrastus *lib. III. cap. 25. de causis plantarum*, & propter ὑπόπετρον τῶν αἰγιαλῶν Phoenices urbem Dora sibi elegerint in sedem, uti Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς scribit ad vocem Δῶρος. Sed mittamus haec omnia, & demus, solum omne circa Hierosolymas per stadia 60. fuisse saxosum, ita ut nihil plane proferre potuerit (quod tamen falsum est, & indicaret, Jebusaeos, quum hic sedes figerent, ineptissime egisse) num inde efficitur, omnem Palaestinam eodem modo se habuisse? Quid facit tantillum spatii ad universam Palaestinam?

FINIS LIBRI PRIMI.

JEREM. IX. 12. 13.

Hierosolymas constituam in acervos & lustrum draconum, urbesque Judae constituam loca desolata, ita, ut nemo eas incolat. Quis est vir sapiens, qui doceat istud, & id, quod pronunciavit os Dei, indicet, quamobrem pereat haec terra & incendatur, uti locus desertus, ita, ut nullus pertranseat. Dicit Deus, quia neglexerunt Legem meam, quam exposueram iis, nec obtemperarunt voci meae, nec ambulaverunt in illa.

PALAESTINAE

EX

MONUMENTIS VETERIBUS

ILLUSTRATAE

LIBER SECUNDUS.

IN QUO AGITUR

DE INTERVALLIS LOCORUM PALAESTINAE.

CAPUT I.

DE MENSURIS, QUIBUS INTERVALLA LOCORUM VETERES METIUNTUR.

Certa ab incertis distinguenda. Errores in mappis geographicis plurimi. Mensurae intervallorum veteres. Miliare Romanum *quid.* מיל *idem.* פרסה *quid. Miliare Romanum aequale bis mille cubitis Hebraeorum a nonnullis creditum. Hac ratione magnitudo cubiti Hebraici innotescit. Cubiti, quibus Josephus utitur, diversi a cubitis Talmudicorum. Stadium pars octava miliaris Romani. Polybii sententia octo stadiis tertiam partem stadii addendam esse, ut aequale sit spatium miliari Romano expensa. Origo hujus opinionis ex confusione pedum Graecorum & Romanorum. Aliorum sententia stadia 7. & dimidium conficere unum miliare Romanum unde nata.* ריס *idem quod* στάδιον. Parasangae *spatia 30. stadiorum.* Dieta *quid. Iter unius diei quale Graecis & Hebraeis.*

Quemadmodum in tradendis artibus ac disciplinis quibuscunque magnam utilitatem affert secretio rerum certarum ab incertis, ita mihi inprimis visa est, necessaria in hoc, quod tractamus argumento. Tabulas geographicas Palaestinae, quae magno numero in manibus hominum versantur, inepta haec permixtio, ita contaminavit, ut, qui errores omnes indicare & menda tollere in animum induceret, laborem in se susciperet incredibilem, addo & invidiosum. Interest tamen rei literariae, ut sciatur, quis situs locorum testimoniis veterum scriptorum confirmari queat, quis contra incertus sit, quidque de singulis auctores fide digni memoriae prodiderint. Haec explorata esse illi debent, qui in tabula geographica regionem describet, p. 396.

nec aliorum mappae paucis mutatis orbi denuo, uti novae exponendae sunt, & veteres errores propagandi. Quis non hoc tempore mappas Adrichomii celebrat, &, si quando usui venit, ut aut volumen sacri codicis, aut alia ornari oporteat insertione mappae geographicae Palaestinae, illas reliquis praeferat, &, nonnullis mutatis, denuo curat in aes incidi? Quod si quis explorare velit, in quam multis Adrichomius erraverit, & quam multa plane incerta certo loco posuerit, videat libro tertio, quae nos de locis singulis Palaestinae notavimus, e quibus manifestum fiet, quid certi ex scriptis veterum de locis illis hauriri possit. Conferat porro quisquam mappas nostras & adscripta testimonia veterum, quibus nixi hoc vel illo intervallo loca disponimus. Haec praedicenda habui, non obtrectandi, sed verum indigandi studio, utque omnes intelligant, quam haud facile sit, & expeditum, mappam Palaestinae conficere. Nunc ad rem ipsam aggredior, & ab ovo, quod ajunt, exorsus hoc libro ea junctim exponere atque excutere constitui, quaecunque in scriptis veterum deprehendi, quibus certa intervalla locorum Palaestinae per miliaria Romana, stadia, aut similes notas digeruntur, &, si quae pugnare videbuntur, conferre atque illustrare conabor.

Inter mensuras veteres intervallorum, quibus geographi in describenda Palaestina usi sunt, vix ulla usitatior est, miliari Romano. Complectitur illud mille passus, atque ita frequenter dici solet, tot millia passuum abesse hanc urbem ab illa. Passus continet pedes quinque; atque adeo miliare pedum Romanorum quinque millia, Graecorum vero, qui paullo majores erant, 4800. Haec miliaria comprehendebant octo stadia, quemadmodum mox fusius demonstrabitur, nec dubium est, haec quoque miliaria Romano ab Hebraeis intelligi, quando de מילין loquuntur. Tradunt autem מילין quatuor facere unam
p. 397. פרסה, adeoque Parsa efficit fere illud, quod nos dicimus intervallum horae itineris: quamvis in Palaestina, iter quum instituitur, fere singulis horis tria miliaria Romana conficiant, uti liquet ex itinerariis recentiorum. Judaei solent מיל statuere pro spatio bis mille cubitorum: vide Chinnuc R. Levi Barcelonitae, sect. v. הפרסה ד׳מילין והמיל אלפים אמה *Parsa est 4. miliaria, miliaria unum 2000. cubiti.* Maimonides id aequale facit bis mille passibus mediocribus, jubens, si quis in campo versetur & nesciat itineris Sabbathici spatium, ut eat אלפים פסיעות בינוניות *2000. passus mediocres*, וזה inquit הוא תחום השבת *& hoc est spatium itineris Sabbathici.* Ita ille in *Hilchoth Schabbath cap. 27. §. 4.* quod etiam Origenes (verba supra exhibuimus *pag. 341.*) tradidit. Quod si illa mensura certa esset, modum cubiti Hebraeorum inde disceremus, quoniam מיל sive miliare complectitur pedes Romanos 5000. (nam mille passus efficiunt pedes 5000.) atque ita cubitus Hebraeus

Hebraeus par esset duobus pedibus Romanis & dimidio. Haud difficulter id eruitur ex ante dictis:

Passus		Pedes
1.	complectitur	5.
1000.	complectuntur	5000.

Cubiti		Pedibus
2000.		5000.
2.	aequales sunt	5.
1.		$2\frac{1}{2}$.

Cum his confer cubitos, quibus Josephus utitur in metiendis locis sacris, templo &c. tertia parte aliquando minores esse, quam sunt cubiti, quibus scriptores Talmudici usi sunt. Ita altare Talmudici altum scribunt 10. cubitos, Josephus 15: portas atrii Talmudici 20. cubitos altas & latas 10, Josephus altas 30. cubitos & latas 15. Cubitus nempe Romanus sesquipedem comprehendit i. e. tria hemipodia, cubitus Hebraeus quinque hemipodia. Josephus autem in gratiam Gentium scribens usus videtur cubitis Romanis. Verum aliquando cubiti Jose- p.
phi cum Talmudicis conveniunt, uti quum ὕψος καὶ εὖρος altitudinem 398.
& latitudinem aedis sacrae in Templo II. facit 100. cubitorum; & numeri ejus a librariis saepe corrupti sunt, uti liquet ex diversa scriptura contextus Graeci & interpretum ejus Latinorum, sic ut iis fidere non liceat. Nec desunt alii, qui spatium bis mille cubitorum i. e. iter Sabbathicum aequale faciunt sex stadiis. Epiphanius, qui non videtur ignorare potuisse quantitatem itineris Sabbathici, quoniam ipse Judaeus olim fuit & in Palaestina natus, οὐκ ἐξῆν βαδίζειν ἐν σάββασιν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῶν ἓξ σταδίων scribit, *non licet ambulare in Sabbathis ultra sex stadia*, in haeres. LXVI. secundum hunc computum 2000. cubiti (i. e. 6. stadia) pares essent pedibus Romanis 3750, cubitis autem Romanis, quorum singuli sesquipedem continent, sive τρία ἡμιπέδια, 2500. adeoque cubitus unus Hebraeorum aequalis esset pedi Romano uni, & $\frac{1750}{2000}$ partibus pedis alterius.

Stadium complecti vulgo dicitur partem octavam miliaris Romani, adeoque quum miliare Romanum comprehendat mille passus, stadium comprehendit passus 125. id est pedes Romanos 625, teste Plinio *lib. II. cap. 23.* Graecos autem pedes 600. complectebatur. *Stadia enim in terra Graecia instituta pedum esse numero sexcentum* tradit Gellius Noctium Atticarum *lib. I. cap. 1.* Atque ita fere geographi veteres & historiarum scriptores intervalla locorum metiuntur, ut uni miliari Romano aequent stadia octo. Fatetur hoc ipsum Strabo *lib. VII.* Μιλίων ἐστὶ πεντακοσίων τριάκοντα πέντε· λογιζομένῳ δὲ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ, τὸ μίλιον ὀκτωστάδιον, τετρακισχίλιοι ἂν εἶεν στάδιοι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς διακόσιοι ὀγδοήκοντα· ὡς δὲ Πολύβιος προστιθεὶς τῷ ὀκτοστατίῳ δίπλεθρον, ὅ ἐστι τρίτον στάδιον, προσθετέου

ἄλλως

ἄλλας ςαδίας ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὀκτὼ, τὸ τρίτον τοῦ τῶν μιλίων ἀριθμοῦ. Est (*via Egnatia*) *miliarium* DXXXV. *Quod si miliare octo stadia complecti statuas, quod plurimi faciunt, stadiorum erit* IVCIOCCXXC. *Si autem Polybii sententiam sequaris, qui octo stadiis duo jugera addit, id est, tertiam partem stadii, addenda sunt alia stadia* CLXXVIII. *id est, tertia pars numeri miliarium.* Polybius *lib. III. historiarum, cap. 8.* morem hunc loquendi sequitur scribens, lapides miliares a Romanis in viis collocatos κατὰ ςαδίας ὀκτὼ, *ad octo stadia.* Vir ingenio & doctrina praestans H. Dodwellus in dissertationibus praefixis Syntagmati Geographorum veterum cura Hudsoniana edito, *tomo I. pag. 161.* monet ex Strabone, *modum stadii dedisse majorem* Polybium, ac per lapides miliares videretur definitus. *Sed*, addit, *ante Gracchi tribunatum, qui anno demum Varroniano* DCXXXI, *primus vias publicas per Italiam lapidibus designavit, ut in ejus vita tradit Plutarchus. Aliquot nimirum annis postquam historiae suae manum ultimam imposuerat Polybius. Ceterum ab illis usque Caji Gracchi temporibus nullus dubitandi locus est, quin idem fuerit ubique miliarii Romani modus in viis publicis militaribus nec alius proinde ab eo, quem in Egnatia via descripsit Strabo.* Polybius tamen, uti mox vidimus, Romanos singulis octonis stadiis circa Rhodanum & Iberum collocasse lapides, sive σημεῖα, scribit; ταῦτα βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ ςαδίας ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς. Tertiam stadii partem additam a Polybio & Eratosthene ducit ex eo, quod miliare pedes Graecos 4800. Latinos 5000. efficiat, & 200. pedes tertiam constituant apud Graecos stadii partem: & Plutarchum scribentem, miliare Romanum minus esse aliquando octo stadiis eodem modo deceptum autumat, non observato pedum Romanorum Graecorumque discrimine. Egregia porro sunt, quae ibidem notat de spatio stadiorum septem & dimidii, quod alii miliari Romano tribuendum censuerunt, illos nimirum, qui observarent, pedes Romanos 4800. a justo pedum Graecorum 4800. modo, qui mille passus explebant, deficere, plusquam tertia stadii parte contractiora fecisse miliaria, quam fecerint decessores Graeci, qui partem tertiam stadii ultra stadia octona ad miliaria Romana explenda necessariam fecissent. Edisserit deinceps, quomodo juniores Graeci miliare Romanum i. e. stadia octo mutilaverint stadio dimidio. Ceterum, quod ad institutum nostrum facit, notasse sufficit in illis, quibus utimur, Geographis sacris, stadia octo pro miliari uno Romano accipi: quemadmodum & plerisque veteribus ea consuetudo est, quam confirmarunt variis locis viri in hoc argumento, quod de priscis mensuris agit, versati, quos inter eminent nostra aetate Eduardus Bernardus & Johannes Caspar Eisenschmidius.

p. 399.

p. 400.

Idem habendum est de intervallo quod רוס vel ריס Judaei nuncupant. Ea vox ςάδιον notat, & quemadmodum nonnulli septem stadia & dimidium paria esse scripserunt uni milliari Romano, itaque quoque ריסין ז׳ ומחצה במיל *septem* ריסין *& dimidium milliari*, מיל, contineri tradunt Judaei: in *Gemara Bava Metzia, fol. 33. 1. & Gem. Joma*

fol.


Gradus unus latitudinis. distributus in 60 minuta, quae efficiunt miliaria Germanica 15.
5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60
Miliaria Romana. et מילין Hebraeorum.
5 10 15 20 25 30 35 40 45 50 55 60 65 70 74½
Stadia Graeca. et רחבי Hebraeorum.
40 80 120 160 200 240 280 320 360 400 440 480 520 560 596
Parasangae comprehendentes Stadia triginta.
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Iter unius horae in Palaestina. completens tria admodum miliaria Romana.
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
Quantitas pedis Romani.
MENSVRAE
quibus veteres Locorum intervalla
metiuntur.

WBP Opole

fol. 67. 1. & hinc reor, Syrum interpretem *Act. 1. 12. septem stadia circiter* scripsisse pro itinere Sabbathico, neglecto illo dimidio, quod vulgo in miliari Romano contineri credebatur, sic ut dubium mihi non sit, stadium esse idem quod ריס.

Parasangae, quemadmodum & schoeni, complectuntur stadia triginta. Confirmavi illud testimoniis veterum alio loco. Sunt, qui stadia sexaginta parasangae tribuant, uti jam Strabo notavit *lib. XI.* sed firmat me Herodoti & Xenophontis auctoritas.

Iter unius diei, quod spatium dietam vocant, certo intervallo definiri vix potest. Clarum est, pro locorum ratione, & modo iter faciendi, diversa spatia uno die confici. Fuerunt, qui mille & ducenta stadia cucurrerint uno die, qualis Anistis & Philonides, teste Plinio *lib. VII. cap. 20.* At non disquirendum, quae spatia possint, verum quae soleant, in illa regione, de qua agimus, confici. Herodotus iter diei vocat ducenta stadia & quinquaginta, *l. 5. c. 53.* Athenis Megaras millia passuum paulo amplius viginti sunt, teste Gellio *lib. VI. 10.* id spatium 200. stadiis definit Procopius Caesareensis *lib. I. de bello Vandalico cap. 1.* Μιᾶς δὲ ἡμέρας ὁδὸς ἐς δέκα καὶ διακοσίας διήκει ςαδίας, ὅσον Ἀθήνηθεν Μεγάρα δὲ ἶσται. *Iter unius diei est 210. stadiorum, quantum nempe inter Athenas & Megara est.* 210. stadia ultra 26. mille passus complectuntur.

Hebraei iter diei decem פרסאות definiunt, id est, quadraginta miliaribus Romanis, in *Gem. Pesachim fol. 93. 2.* sed in Misna *Maaser Scheni cap. 5. m. 2.* illud multo minus faciunt. Illic vineam anni quarti Hierosolymas allatam narrant undequaque ab intervallo מהלך יום אחד p. *itineris diei unius*, rogantque אי זו היא; *quid hoc est?* Respondetur, esse 401. אילת ab austro, Acrabba a septentrione, Lyddam ab occasu, Jordanem ab ortu. Notum est, Lyddam & Jordanem non abfuisse Hierosolymis miliaria Romana quadraginta. Sed de his alibi latius dicetur.

CAPUT II.

DE SIGNIS INTERVALLORUM, SIVE LAPIDIBUS MILIARIBUS IN VIIS PUBLICIS PALAESTINAE COLLOCATIS.

Columnae miliaris quomodo nuncupatae. Columnae miliaris inventae inter Sidona & Tyrum inscriptio in commentarios relata a Monconisio & Maundrello. Alterius columnae inter easdem urbes erectae inscriptio. Scriptura Monconisii emendata. Quintus Venidius Rufus *praeses Syriae quis.* Septimus & Septimius *Severus in saxis veteribus scriptum. Lapis vetus Romae in hortis Carpensibus conspicuus emendatur.*

LApides illos, quos ad singula miliaria Romani constituerunt, σημεῖα vocarunt, στήλας, & κίονας. Μίλιον χρυσοῦν appellatur lapis miliaris in foro Romano constitutus, qui aliis χρυσοῦς κίων. In Palaestina Romani quoque lapides miliares collocarunt per vias. Inde in Onomastico Eusebii toties legitur ἐν ἕκτῳ σημείῳ &c. Et supersunt in hunc usque diem istorum σημείων sive lapidum miliarium fragmenta. Apud Dominum de Monconys, in Hodoeporicis Syriae An. 1695. Lutetiae Parisiorum editis, haec inscriptio exstat columnae inventae inter Sidona & Tyrum,

IMPER. CAESAR. L. SEPTIMUS. SEVERUS. PIUS.
PERTINAX. AUG. ARABICUS. ADIABENICUS.
P. 402. PARTHICUS. TRIBUNICI. POTES. SEXTI. IMP.
ET. M. AURELIUS. ANTONINUS. AUGUSTUS.
FILIUS. EN. EX. VIA. ET. MILIARIUM. PER. Q.
VENIDIUM. RV. TEG. UCG. PR. PRAESIDEM.
PROVINC. SYR. RHCENIC. REN. VIV. II.

Haec mendosa esse facile deprehendimus, & danda venia est Monconisio, quod se inter legendum a formicis alatis miro modo infestatum conqueratur, sic ut omnia accuratissime exscribere non potuerit. At supplevit magnam partem reliqua & emendatiora pleraque exhibuit Maundrellus: sic ut ex collatione utriusque vera inscriptio haud difficulter erui possit. Ita Maundrellus, qui singulis versibus literas suas attribuit,

IMPERATORES
CAESARES
L. SEPTIMVS. SE
VERVS. PIVS. PER
TINAX. AVG. ARA
BICVS. ADIABENICVS.
PARTHICVS. MAXI
MVS. TRIBVNICIA
POTES. VI. IMP. XI. COS. ▯
PRO ϕ COS. ϕ P. ϕ P.
ET. M. ϕ AVREL. ANTONI
NVS. AVG. FILIVS ϕ EIVS
——— ET ——— ARIA
—— —— EN — ɔIVMϕRV
FVM —— —— —— ——
—— —— IC. PR. PRAET.
— —PROVINC. ϕ SYRIAE
——NIC. RENOVAVERUNT
ϕ ▯ ϕ

NB. pro foliis hederae, vel signis proxime ad illam figuram accedentibus, quae frequenter in veteribus marmoribus conspiciuntur, adscripsimus Graecum ϕ inversum.

Memi-

Meminit idem alterius columnae miliaris, quae medio loco inter Sidonem & locum prioris columnae (quae ad secundum miliare a Sidone P. 403. erecta fuit, ut liquet ex ultimo versu inscriptionis) ab nobili Anglo An. 1699. inventa, cujus inscriptio eadem erat cum praecedenti usque ad voces FILIUS EIUS: at deinceps haec ibi legebantur.

VIAS ET MILLIARIA
FR. ---- o ϕ VENIDIVM RV
FVM ϕ LEG ϕ AVGG ϕ
L --- PR ϕ PRAESIDEM
PROVINC ϕ SYRIAE PHOE
NIC ϕ RENOVAVERVNT.
ϕ I ϕ

Hinc illustratur inscriptio Moneonisii, qui pro *Legatum Augustorum* LEG. AVGG. legit. TEG. VCG. pro PHOENICE vocem nihili RHCEN. At vicissim ipse illud PER. Q. VENIDIVM rectius legit, quam Maundrellus, qui nec praenomen Q. nec PER agnoscit. Cetera lectoris industriae relinquimus. De Quinto autem Venidio Rufo monendum hoc ducimus, videri eundem esse, cujus meminit lapis vetus memoratus F. Modio in Lectionibus Novantiquis, *Epist. 3.* qui in arce Godesbergensi est.

FORTVNIS
SALVTARIBVS ....
AESCVLAPIO HYG ....
Q. VENIDIVS RVF ....
MARIVS MAXIM ....
CALVINIANV ..
LEG. LEG. I.M.P. ...
LEG. AVG. ..... RR.
PROVINC. CL .. C. ..
D.

Apud eundem *Epist. 108.* leve mendum est, in titulis Imperatoris ejusdem, cujus nostra Inscriptio meminit, *Septimi* uti hic quoque legitur & P. 404. alibi (vid. Gruteri Inscriptiones, *pag. XI. inscr. 4. pag. XXXII. 10. XXXIX. 3. XL. 12.* ubi etiam divisim legitur & hoc ordine

PRO. COS. P.P.

Proconsul. Pater Patriae. uti & *pag.* CXCI. 2. & CCLXIII. 5. 6.) vel *Septimi Severi.* Lapis extat Romae in hortis Carpensibus

IMP. CAES.
L. SEPTIMI SEVERI
PII. PERTINACIS
AVG. ARAE. ADIABEN.
&c.

Legen-

Legendum esse A R A B. pro A R A E, tum ex nostra columna Palaestina, tum aliunde certissimum est. Confer horum Imperatorum, L. Septimii Severi & M. Aurelii Antonini filii titulos in aliis monumentis antiquis, uti in fronte panthei Romani.

CAPUT III.

DE VIIS PUBLICIS PALAESTINAE.

Utilitas hujus disquisitionis de viis publicis. Index viarum, quas commemorant Eusebius & Hieronymus. Via ducens Aelia Diospolin maxime frequentata & quare. Cur Paulus dicatur Act. 9. 23. *κατελθεῖν Lyddam. Viae ab Aelia ducentes Ascalona, Nicopolin, Gazam, Jerichuntem, Neapolin atque Eleutheropolin. Via Antipatride Jamniam. Antipatris in via ducente a Caesarea Diospolin.* Act. 23. 21. *illustratur. Viae variae ab Eleutheropoli tendentes. Viae a Neapoli. Ἀνιόντων aut κατιόντων non semper Eusebius usurpat, licet loca sint altiora, aut humiliora. Viae in regione trans Jordanem & aliae.*

p. 405.

POstquam de lapidibus egimus, quos in viis publicis collocare solebant Romani, de viis ipsis scribere ingredimur ex Eusebii potissimum Onomastico. Utile hoc erit, ut sciatur, quae urbes in tractu montano, quae in campis & locis humilioribus sitae fuerint, quod ex vocibus *κατιόντων* & *ἀνιόντων*, quibus utitur, manifestum sit. Praeterea hinc discitur, quaenam urbes vicive celebriores fuerint & magis frequentati itineribus transeuntium; & in primis intervalla locorum a veteribus tradita clarius intelliguntur, quandoquidem illis in more positum est, spatium, quod una urbs ab altera abest, haud recta linea ducere, sed per vias publicas, quibus iter institui eo tempore solebat ab hac urbe ad illam. Si quis ad haec non attendat, scrupulos offendet nulla arte eximendos. Tempora itaque accurate notanda sunt, quibus scriptores, quos versamus, vixerunt, videndumque vel ex ipsis, vel auctoribus aequalibus, qua via inter unam alteramque urbem, cujus intervallum tradunt, iter id temporis institui consueverit. Nos, quum Eusebius & Hieronymus illi sint, quos praecipue duces sequimur, quod & accurate prae aliis intervallo locorum in scripta sua retulerint & optime ea scire potuerint, ipsius, quippe Palaestinae incolae, vias publicas, quas commemorant, ex ipsorum Onomastico locorum & urbium adnotavimus *κατὰ στοιχεῖον*, & contulimus aliquando cum sacris literis & Josepho. Sunt autem hae.

Aelia (id est, Hierosolymis) *Diospolin.*

Haec via erat tritissima, quod si quis ad portum Joppes appulsa nave Hierosolymas ire constituisset, per Diospolin iter faceret, & si quis

quis Hiesolymis Caesaream tenderet: nam in Itinerario Antonini iter ita digeritur

Caesaria M. P. XX.
Betaro M. P. XVIII.
Diospoli M. P. XXII.
& Caesarea Eleutheropolin. M. P. LXXVII. p. 406.
Betaro M. P. XXXI.
Diospoli M. P. XXVIII.
Eleutheropolin. M. P. XVIII.

In Itinerario veteri Hierosolymitano Lydda sive Diospolis hoc modo collocatur, in via ducente ab Aelia Caesaream. Ab Hierosolyma

Civitas. Nicopoli. M. XXII.
Civitas. Lidda. M. X.
Mutatio. Antipatrida. M. X.
Mutatio. Bethar. M. X.
Civitas. Caesarea. M. XVI.

Josephus *l. II. de bell. 11.* meminit hujus viae, *ἀνέβαινεν ὑπὸ Λυδδῶν εἰς Ἱεροσόλυμα, adscendit Lyddis* (ea est Diospolis) *Hierosolyma.* In hac via erat quoque Bethchoron, sita ad *δημοσίαν ὁδὸν, viam publicam*, uti Josephus ibidem & *lib. II. de bell. 23.* & Thamna, uti videtur colligendum ex Eusebio ad vocem *Ἀιναὰν*, & *Θαμνά*. Descendebatur, si quis Aelia Diospolin tenderet, a tractu montano ad campos. *Κατιόντων ἀπὸ Αἰλίας εἰς Διόσπολιν, descendentibus Aelia Diospolin* scribit propterea Eusebius in Onomast. ad V. *Βαάλ*. Ibi notat Kirjathjearim in hac via fuisse: quod & repetit ad vocem *Καριαθιαριείμ*. *Act. 9. 23.* de Paulo legitur contigisse eum *κατελθεῖν* descendere ad viros pios *κατοικοῦντας Λύδδαν*. Lydda nimirum sive Diospolis in campestri & humiliori loco sita erat, & propterea *ἰδίως* ac proprio nomine dicebatur ad illos *κατελθεῖν*.

Aelia Joppen.

Haec via prae multis aliis frequenter trita fuit olim & teritur hodie, quod ad portum Joppes navigia soleant appelli. Res nota est. Mentio fit ejus in vita Epiphanii *pag. 340.* *Ἐπορεύθημεν ἐν Ἱεροσολύμοις .... καθελθόντων ἡμῶν εἰς Ἰόππην εὕρομεν ἕτοιμον πλοῖον βαλόμενον πορεύεσθαι εἰς Ἀλεξανδρείαν*, & alibi.

Aelia Ascalona. p. 407.

Per Eleutheropolin hoc iter instituebatur, uti liquet ex itinerario Antonini. *Μεταξὺ Αἰλίας καὶ Ἀσκαλῶνος* legimus in Eusebio ad vocem *Ἀβενετέρ*.

Aelia Nicopolin.

Ἀπὸ Αἰλίας ἐπὶ τὴν εἰς Νικόπολιν ὁδόν, ab Aelia in via, quae ducit Nicopolin, est Bethchoron. Eusebius ad *voc. Βηθθορών*.

Aelia Gazam.

Fuisse viam aliquam ducentem Aelia (i.e. Hierosolymis) Gazam docemur *Act. 8. 26.* Creditur vulgo illa per Chebronem fuisse ducta, per quam nunc quoque Gazam tendunt: & illic fons ostenditur, in quo Philippus eunuchum baptizavit, cujus & Eusebius meminit ad vocem Βεδσὲρ. Poterat tamen iter quoque Hierosolymis Gazam confici per Diospolin, aut Eleutheropolin, atque ita porro Ascalona & inde Gazam. An αὕτη ἐστὶν ἔρημος *Act. 8. 26.* ad viam, an ad urbem Gazam, referri debeat in *libro III.* disputabimus, ubi de urbe *Gaza.*

Aelia Jerichuntem.

Καταιόντων ἀπὸ Αἰλίας εἰς Ἱεριχώ. *Descendentibus Aelia Jerichuntem.* Eusebius ad *voc. Achor* & *Adommim.* Iter hoc Christus confecit. Vide *Matth. 20. 29.* & *21. 1.* Nota, dici eum adscendisse Jerichunte Hierosolymas, (ex locis humilioribus ad altiora) *Marc. 10. 32. 33.* Haec via vetus est & nota, uti testatur Epiphanius *lib. I. tom. III.* adversus haereses, *Haer. XLII.* scribens, Marcionem ex Evangelio expunxisse caput, in quo Christi iter Jerichunte Hierosolymas legitur, ἀπὸ, pergit, τῆς Ἱεριχὼ καταλιπὼν πᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὁδοιπορίας, πῶς τε ἦλθον εἰς Βηθανίαν καὶ εἰς Βηθφαγήν. Φύσει γὰρ λεωφόρος, ἦν παλαιὰ, ἄγουσα εἰς Ἱερουσαλὴμ διὰ τῶν ὄρους τῶν ἐλαιῶν οὐκ ἄγνοως οὖσα τοῖς καὶ τὸν τόπον ἱστοροῦσιν, *Negligens omnem*
p. *seriem itineris a Jerichunte, & quomodo Bethaniam & Bethphagen pervenerit,*
408. *Vetus enim via publica illa erat, non arte formata, sed natura, ducens Hierosolymas per montem oliviferum, haud ignota illis, qui locum illum visunt.*

Aelia Neapolin.

Ἀπιόντων εἰς Αἰλίαν ἀπὸ Νέας πόλεως, *Pergentibus Neapoli Aeliam.* Eusebius ad *voc.* Ἀγγαὶ & Ἀνεά. Haec via, si quae alia, hodie trita est, quum Hierosolymis Ptolemaida tenditur. Τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν ἐπ' Αἰλίαν ἀπὸ Νέας Πόλεως nuncupat Eusebius ad *voc.* Λεζὰν & ad voces Φάραγξ βότρυος contra, τὴν ὁδὸν ἀπὸ Αἰλίας εἰς Νεάπολιν ἄγουσαν.

Aelia Eleutheropolin.

Liquet ex Itinerario Antonini iter institui consuevisse inter urbes has duas. *Adscendentibus de Eleutheropoli Aeliam* legitur in Hieronymo ad *voc. Bethmacha.* Ἀνιόντων ἀπ' Ελευθεροπόλεως εἰς Αἰλίαν legitur in Eusebio ad *voc.* Ἱερμὲς. Idem ad *voc.* Σοκχὼ habet ἀνιόντων ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως εἰς Αἰλίαν, ubi Hieronymus reddit *pergentibus*, ac si ἀπιόντων legisset, additque *viam* esse *publicam.*

Aelia Chebronem.

Τὴν φέρουσαν ὁδὸν ἀπ' Αἰλιὰς εἰς Χεβρῶν, *viam ducentem Aelia Chebronem*, commemorat Eusebius ad vocem Βηθλεέμ.

Anti-

Antipatride Jamniam.

Ἀνιόντων ἀπὸ Ἀντιπάτριδος εἰς Ἰαμνίαν. Eusebius ad *voc.* Γεθθά. Hieronymus reddit, *inter Antipatridem & Jamniam.*

Areopoli Arnonem.

Ab Areopoli pergentibus Arnonem. Hieron. ad *voc. Damnaba.* Videtur etiam Areopoli ducens ad Zoara via fuisse. Confer Eusebium ad vocem Λροὴθ.

Azoto Jamniam.

p. 409. Inter Azotum & Jamniam erat Accaron. Hieron. ad *voc.* Accaron. Videtur Accaron septentrionalior Azoto fuisse ex *Jos. 13. 3.*

Azoto Ascalona.

Ἀπιόντων ἀπὸ Ἀζώτου εἰς Ἀσκαλῶνα. *Pergentibus Azoto Ascalona.* Eusebius in Onom. ad vocem *Aser.* Μεταξὺ Ἀζώτου καὶ Ἀσκαλῶνος. Idem ad *voc.* Ἀσθαώλ.

Caesarea maritima Ptolemaidem.

Ἀπιόντων εἰς Πτολεμαΐδα ἀπὸ Καισαρείας. *Pergentibus Caesarea Ptolemaidem.* Eusebius ad *voc.* Ἰαφέθ. Confer Joseph. *de bell. II. 22.* Cestius ἀπὸ Πτολεμαΐδος εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖτο.

Caesarea maritima Sebasten.

Ex Josepho *lib. I. 17. de bello*, & *lib. II. 14.* colligitur iter eo duxisse.

Caesarea maritima Tyrum.

Ἀπιόντων πρὸς Τύρον ἐκ τῆς Καισαρείας Παλαιστίνης. *Pergentibus a Caesarea Palaestina Tyrum.* Eusebius ad *vocem* Δώρ.

Caesarea maritima Diospolin.

Ex itinerario veteri Hierosolymitano liquet, eo iter duxisse. Josephus quoque *lib. II. de bell. cap. 11.* narrat, Quadratum Caesarea Lyddam (i.e. Diospolin) & inde Hierosolymas profectum. Iter Caesarea instituebatur Diospolin per Antipatridem. Id liquet ex Itinerario veteri Hierosolymitano. Hoc itinere ductus fuit Paulus Hierosolymis Caesaream, ita ut noctem Antipatride ageret. Vide *Act. 23. 21.* Antipatride Lyddam profectum Josephus narrat Cestium, *lib. II. de bell. c. 23.*

Caesarea maritima Scythopolin.

p. 410. In Itinerario veteri Hierosolymitano id iter per Campum magnum Legionis describitur, nominatis locis, Maximianopoli & Stradela, i. e. Jizreël.

Chebrone Ailam.

Ἀπιόντων ἀπὸ Χεβρῶν εἰς Αἰλάμ. *Pergentibus Chebrone Ailam.* Eusebius ad *voc.* Ἀσασανθαμάν.

Diospoli

Diospoli Jamniam.

Μεταξὺ Διοσπόλεως καὶ Ἰαμνίας. *Inter Diospolin & Jamniam.* Eusebius ad *voc.* Βηθδαγών.

Diospoli Azotum.

Via erat Diospoli Jamniam & Azoto Jamniam, uti liquet ex ante dictis. Hae duae faciunt viam Diospoli Azotum. Ἰαμνεία erat μεταξὺ Διοσπόλεως καὶ Ἀζώτου. Vide Eusebium ad h. vocem.

Doris Ptolemaidem.

Ἀπιόντων ἀπὸ Δώρας εἰς Πτολεμαΐδα. *A Dora pergentibus Ptolemaidem.* Eusebius ad *voc.* Μαδιήλ.

Eleutheropoli Gazam.

Κατιόντων ἀπ' Ἐλευθεροπόλεως εἰς Γάζαν. *Descendentibus Eleutheropoli* Eusebius ad *voc.* Βηθαλαίμ, & Φαθουρά.

Eleutheropoli Nicopolin.

De Eleutheropoli pergentibus Nicopolin. Hieron. ad *voc. Bethsamis.* Eusebius ad *voc.* Ἐσθαώλ· ἀπιόντων ἀπ' Ἐλευθεροπόλεως εἰς Νικόπολιν. Ita quoque ad vocem.

p. 411.

Eleutheropoli Chebronem.

Ἀπιόντων ἀπ' Ἐλευθεροπόλεως εἰς Χεβρών. *Pergentibus ab Eleutheropoli Chebronem.* Eusebius ad *voc.* Κεειλά, & Ἰεδνά & Νεσίβ.

Eleutheropoli Diospolin.

Ἀπιόντων ἀπὸ Διοσπόλεως εἰς Ἐλευθερόπολιν. *Pergentibus Diospoli Eleutheropolin.* Eusebius ad *voc.* Γεδδὲρ & Γεθρεμμών. In hac vita erat *Gath*, 5. miliaribus ab Eleutheropoli, uti scribit ad *voc.* Γέθ.

Eleutheropoli Ascalonem.

Μεταξὺ Ἐλευθεροπόλεως καὶ Ἀσκάλωνος. Eusebius ad vocem Σαφείρ. Ex Itinerario Antonini liquet, viam publicam duxisse Eleutheropoli Ascalonem.

Joppe Caesaream.

Via haec ducit juxta litus maris. Meminit ejus Josephus *lib. V. cap. 14. de bello.* & *11. 12.*

Joppe Jamniam.

Hujus viae meminit Josephus *lib. V. de bell. cap. 14.*

Juliade Gamala.

Τῇ ὁδῷ (ἀπὸ Ἰουλιάδος) εἰς Γάμαλα ἀγούσῃ. Josephus, *in histor. vitae, pag. 1029.* Inde & via ducebat Canam. *Ibidem.*

Legione

Legione Ptolemaidem.

Ἀπιόντων ἀπὸ Λεγεῶνος εἰς Πτολεμαΐδα. *Pergentibus Legione Ptolemaidem.* Eusebius ad *voc.* Καμών. Haec via est, qua nunc quoque utuntur tendentes Ptolemaide Hierosolymas per campum magnum Esdrelon. Ceterum & Galilaei Hierosolymas proficiscentes solebant per eundem campum iter facere. *Joseph. 11. 11. de bello.* p. 412.

Liviade Esbuntem.

Ἀνιόντων ἀπὸ Λιβιάδος ἐπὶ Ἐσεβῶν. *Adscendentibus de Liviade in Esbum.* Eusebius ad *voc. Abarim* & *Araboth Moab.* Nota adscendi: nam Esbus sita erat in tractu montano, ἐν ὄρεσι, ut notat ad vocem Ἐσσεβών.

Neapoli Scythopolin.

Κατιόντων ἀπὸ Νέας πόλεως εἰς Σκυθόπολιν, *descendentibus Neapoli Scythopolin.* Eusebius ad vocem Ἀβελμαυλαί & Βεζέκ. Ad vocem Ἀσὴρ scribit, esse λεωφόρον *viam publicam* inter Neapolin & Scythopolin, in qua sita sit Aser. Ita quoque in Itinerario veteri Hierosolymitano legitur *Scio-poli, Aser, Neapoli.* Eusebius ad vocem Θηβῆς habet ἀπιόντων ἀπὸ Νέας πόλεως εἰς Σκυθόπολιν, non ἀνιόντων. Signum hoc est, non semper eum usum vocibus κατιόντων aut ἀνιόντων, licet ex locis humilioribus ad altiora iter esset, sed contentum voce generali ἀπιόντων.

Neapoli Jerichuntem.

Κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ὡς ἐπὶ Ἰεριχὼ διὰ τῆς Ἀκραβαττίνης. *Descendentibus ad Jordanem & Hierico per eam, quae appellatur Acrabattine.* Eusebius ad *voc.* Ἀκραβεείν. Idem ad *voc.* Θανὰθ, ἀπὸ Νέας πόλεως κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην.

Nicopoli Neapolin.

Iter hoc hodie non ita notum est, quod ab iis, qui Hierosolymas tendent, ex Europa vulgo a Joppe vel Ptolemaïde soleat iter institui, nec ab iis ea regio, quae Nicopolin inter & Neapolin jacet, lustrari. Olim tamen illic via fuit, & est hodieque. Vide, quae de illa notavimus supra *pag. 362.*

p. 413.

Paneade Damascum.

Μεταξὺ Δαμασκῆ καὶ Πανεάδος, *inter Damascum & Paneada* Abelam locat Eusebius in Onom. ad *voc. Abela.* Via hic erat publica, cujus meminit Josephus *lib. III. de bell. cap. 18.* Phiala lacus est, inquit, ἀνιόντων εἰς τὴν Τραχωνῖτιν ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι Καισαρείας, τῆς ὁδῆ κατὰ δεξιὸν μέρος ἐκ ἄπωθεν. *adscendentibus ad Trachonitin, 120. stadiis a Caesarea (Paneade) ad dexiram partem viae non longe inde.*

Paneade Tyrum.

Aestivas nives Paneade Tyrum deferri consuevisse, scribit Hieronymus ad vocem Κεδές. Eusebius notat, 20. miliaria Tyro eam abfuisse

 & ad-

& adſitam Paneadi. Hieronymus ad vocem *Dan, quarto a Paneade miliario euntibus Tyrum.*

Pella Geraſam.

Ἀνιόντων ἀπὸ Πέλλης ἐπὶ Γέρασαν *Adſcendentibus* (Hieronymus videtur ἀπιόντων legiſſe reddens *pergentibus*) *Pella Geraſam.* Euſebius in Onom. ad *voc.* Ἀσιρώθ. Ita quoque ἀπιόντων ἀπὸ Πέλλης εἰς Γερασὰν legitur in Euſebio ad vocem Ἰαβείς. Quare non dubitem, ἀνιόντων reponere ἀπιόντων.

Ptolemaïde Tyrum.

Hieronymus ad *voc. Achziph, in nono miliario Ptolemaidis pergentibus Tyrum.*

Tyro Sidonem.

Notiſſimum eſt, & olim fuiſſe, & nunc eſſe viam publicam inter utramque hanc urbem. Meminit & Hieronymus ad *voc. Sarepta.*

p. 414.

Raphia Aegyptum.

Ἀπὸ Ῥαφίας εἰσιόντων εἰς Αἴγυπτον. *Raphia euntibus Aegytum.* Euſebius ad *voc.* Βηθταφά. Iter hoc Joſephus deſcribit *lib. V. de bello cap. 14.* per φαθμὰς juxta litus maris mediterranei Caeſaream uſque hac ratione.

Peluſio ad templum Jovis Caſii.
Inde *Oſtracinem.*
Rhinocolura.
Raphiam.
Gazam.
Aſcalonem.
Jamniam.
Joppen.
Caeſaream.

Hinc diſcimus etiam Raphia Gazam iter inſtitui conſueviſſe.

Tiberiade Taricheas.

Διὰ πάσης ὁδῶ τῆς ἀπὸ Ταριχέων εἰς Τιβεριάδα φερούσης. Joſephus, *in vita ſua, pag. 1020.* Καταβὰς εἰς Τιβεριάδα, idem ſcribit *pag. 1003.* quia Tiberias in humili loco ad litus maris ſita erat.

Cum his conferri omnino debent illa, quae ex Itinerario Antonini, Itinerario Veteri Hieroſolymitano, & tabula Veteri Peutingeriana notabuntur capite ſequenti, ubi de intervallis locorum Palaeſtinae: ex illis enim liquebit, per quas urbes & loca illis temporibus iter inſtitutum fuerit in Palaeſtina.

CAPUT

CAPUT IV.

DE INTERVALLIS LOCORUM, PER QUAE VIAE PUBLICAE TENDUNT, UTI IN TRIBUS ANTIQUISSIMIS ITINERARIIS ROMANIS NOTATA SUNT.

Tria vetuſtiſſima itineraria Romana quae. Itinerarium Hieroſolymitanum, quo tempore conſcriptum. Itinerarium Antonini, num ita dictum ab Imperatore, aliquo Antoninorum. Tabula Peutingeriana quae. Excerpta ex tribus his itinerariis ad deſcriptionem Palaeſtinae facientia. p. 415.

INter pretioſas veteris aevi reliquias, quae ad manus noſtras pervenerunt, non ultimo loco collocanda eſſe, exiſtimem tria Itineraria Romana, quorum unum vetus itinerarium Hieroſolymitanum, & Burdigalenſe, dici ſolet, quod iter deſcribat Burdigala Hieroſolymas inſtitutum. Anno aerae Chriſtianae 333, urbis conditae 1085, id iter confectum fuiſſe ſcriptor ipſe docet, quum Conſulibus Zenophilo & Dalmatio III. ſe in itinere verſatum notat. Alterum Itinerarium Antonini nuncupari ſolet, quod, qui de Imperatore Antonino dictum credit, vehementer errat, quum in eo nomina urbium legantur, nata demum poſt exſtinctos Imperatores omnes Antoninos. At potuit ab Antonino aliquo alio dictum eſſe, uti & Itinerarium Antonini Martyris extat. Tertium, tabula eſt itineraria vetus ex muſeo Peutingeriano edita. Ex ſingulis, quae ad Palaeſtinam noſtram faciunt, locorum intervalla excerpemus.

EXCERPTA
Ex Itinerario veteri Hieroſolymitano.

Civitas Sidona.
Ibi Helias ad viduam adſcendit & petiit ſibi cibum.
Mutatio ad Nonum. M. IIII.
Civitas Tyro. M. XII.
Fit ab Antiochia Tyrum usque Mil. CLXXIIII.
Mutationes XX. *Manſiones* XI.
Mutatio Alexandroſchene. M. XII.
Mutatio Ecdeppa. M. XII.
Civitas Ptolomaida. M. VIII.
Mutatio Calamon. M. XII.
Manſio Sicamenos. M. III.
Ibi eſt mons Carmelus, ubi Helias ſacrificium faciebat. p. 416.
Mutatio Certa. M. VIII.

Fines Syriae & Paleſtinae.

Civitas Caeſarea Paleſtina id eſt Judaea. M. VIII.

Fit a Tyro Caeſaream Palaeſtinam miliaria LXXIII.

Mutationes II. *Manſiones* III.

Ibi eſt balneus Cornelii Centurionis, qui multas eleemoſynas faciebat. In tertio miliario eſt mons Syna, ubi fons eſt, in quem mulier ſi laverit, gravida fit.

Civitas Maxianopoli. M. XVII.

Civitas Stradela. M. X.

Ibi ſedit Achab Rex & Helias prophetavit.

Ibi eſt campus, ubi David Goliat occidit.

Civitas Sciopoli. M. XII.

Aſer, ubi fuit villa Job. M. VI.

Civitas Neapoli. M. XV.

⋮

Inde paſſus mille Sichar. Inde milia XXVIII. *Bethar.*

Inde Hieruſalem M. XII. *Fit a Caeſarea Palaeſtina Hieruſalem usque milliaria* CXVI.

Item ab Hieruſalem in Hiericho mil. XVIII.

⋮

Item ab Hiericho ad mare mortuum millia novem.

Eſt aqua ipſius valde amariſſima, ubi in totum nullius generis piſcis eſt, nec aliqua navis, & ſi qui hominum miſerit, ſe ut natet, ipſa aqua eum verſat.

Inde ad Jordanem, ubi Dominus a Joanne baptizatus eſt mil. 5.

Ibi eſt locus ſuper flumen monticulus in illa ripa, ubi raptus eſt Helias in coelum.

Item ab Hieruſalem euntibus Bethleem milia quatuor, ſuper ſtrata in parte dextra, eſt monumentum, ubi Rachel poſita eſt uxor Jacob. Inde milia duo a parte ſiniſtra eſt Bethleem, ubi natus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ibi
p. *Baſilica facta eſt juſſu Conſtantini. Inde non longe eſt monumentum Ezechiel,*
417. *Aſaph, Job & Jeſſe, David, Salomon, & habet in ipſa crypta ad latus deorſum deſcendentibus, Hebraeis ſcriptum nomina ſuperſcripta.*

Inde Bethaſora mil. 14. ubi eſt fons, in quo Philippus Eunuchum baptizavit.

Inde Therebintho mil. 9. ubi Abraham habitavit, & puteum fodit ſub arbore therebintho, & cum Angelis locutus eſt & cibum ſumpſit. Ibi baſilica facta eſt, juſſu Conſtantini, mirae pulcritudinis.

Inde Therebintho Cebron mil. 2. ubi eſt memoria, per quadrum ex lapidibus mirae pulchritudinis, in qua poſiti ſunt Abraham, Iſaac, Jacob, Sarra, Rebecca & Lia.

Item ab Hieroſolyma ſic.

Civitas Nicopoli. M. XXII.

Civitas

Civitas Lidda. M. X.

Mutatio Antipatrida. M. X.

Mutatio Betthar. M. X.

Civitas Caeſarea. M. XVI.

Fit omnis ſumma a Conſtantinopoli usque Hieruſalem mil. undecies centena LXIIII. *mil.*

Mutationes LXVIII. *Manſiones* LVIII.

Item per Nicopolim Caeſaream mil. LXXIII. *S.*

Mutationes V. *Manſiones* III.

In his excerptis, quamvis de ſingulis urbibus vicisque, quorum heic fit mentio, dicetur infra *libro tertio*, haec obiter notari velim. Quum ſcribitur, a Tyro Caeſaream Palaeſtinam eſſe millia LXXIII, manifeſtus error eſt. Lege LXIII. Summam effice ex ſpatiis ante conſtitutis. *Maxianopolis* eſt urbs, quae aliis Maximianopolis nuncupatur. *Stradela* eſt Jizreel urbs in Veteri Inſtrumento memorata, unde Graeci Ἐσδραηλὰ fecerunt. *Sciopoli* pro Scythopoli ſcribitur. *Aſer* illa eſt, cujus Euſebius in Onomaſtico meminit. Plura non addimus, ad neceſſitudinem rei haec ſatis eſſe rati, quod & infra de uno quoque loco heic memorato agere conſtituerimus, & integrum aliquando hoc Itinerarium Hieroſolymitanum notis illuſtratum edere nobis ſit propositum.

Adjungimus excerpta ex Itinerario Antonini, pauca quidem, ſed p.
magno compendio nobis futura in conficiendis tabulis Palaeſtinae geo- 418.
graphicis. Subjunximus iis notas Hieronymi Suritae & noſtras. Spem mihi fecit plus ſemel, quum familiari ſermone in mentionem illius libri incidiſſemus, adipiſcendi codicum aliquot manu exaratorum, Illuſtris Comes, Dominicus Paſſioneus, qui ingenium, quo valet, acerrimum literis doctrinaque excultum, nequaquam ita curis rei publicae conſecrat, ut ſtudiis bonarum artium ac diſciplinarum promovendis deeſſe videri poſſit. Nec dubito, quin utilem rei literariae operam aut ipſe praeſtarem, aut quis alius, ſi diligenter collatis codicibus manu ſcriptis nova illius Itinerarii editio pararetur. Sed videamus modo, quae ad Palaeſtinam noſtram faciunt.

EXCERPTA
Ex Itinerario Antonini,

Pag. 140. editionis Florentinae apud Juntas anno 1519. *curatae.*

Antiochia.

Platanos. M. P. XXV.

Catela. M. P. XXIIII.

Laudicia. M. P. XVI.

Gabala. M. P. XVIII.

Balanea. M. P. XXIIII.
Antarado. M. P. XXIIII.
Arcas. M. P. XXXII.
Tripoli. M. P. XVIII.
Biblo. M. P. XXXVI.
Berito. M. P. XXIIII.
Sidona. M. P. XXX.
Tyro. M. P. XXIIII.
Ptolemaidem. M. P. XXXII. (al. XXX.)
Sycamina. M. P. XXIIII.
Caesaria. M. P. XX.
Betaro. (1.) M. P. XVIII.
(2.) *Diospoli.* M. P. XXII.
p. 419. (3.) *Lamnia.* M. P. XII.
Ascalona. M. P. XX.
Gaza. M. P. XVI.
Rapa. M. P. XXII.
(4.) *Rino Corubra.* M. P. XXII.
Ostracena. M. P. XXIIII.
Cassio. M. P. XXVI.
Pentascino. M. P. XX.
Pelusio. M. P. XX.

*
ibidem, pag. 145.

In itinere a Beumari Neapolin.

Damasco. M. P. XXIIII.
Aere. M. P. XXXII. (al. XXXIV.)
Neue. M. P. XXX.
Capitoliada. M. P. XXXVI.

Gada-

(1.) Al. Cod. XIX. teste Hieron. Surita *pag. 311.*

(2.) *Hanc* scribit Surita *pag. 312. Diospolim Palaestinae ex Stephano esse arbitror. Plinius vero. Hinc, inquit, Syria desinente Phoenice, oppida Carne, Balanea, Paltos, Gabale promontorium, in quo Laodicea libera, Diospolis, Heraclea.* Hactenus Surita. Clarum est Diospolin, cujus hoc loco meminit Antoninus, non esse eandem cum illa, cujus Plinius mentionem facit, sed illam, quae olim dicta est vicina Jamniae Lydda.

(3.) Regium *Jamia*, Blandinianum *Jamnia*, Neapolitanum *Lamina*, Longolianum *Lannia.* Ptolemaeo, Stephano & Suidae Ἰάμνεια. In Plinii exemplaribus MSStis *Amnes duo*, unde in pervulgatis *Jamnes duae.* Haec ex Surita *pag. 312.* In Tab. Vet. Peutingeriana legitur etiam *Lamnia.*

(4.) Ita habent Blandinianum & Neapolitanum, sed regium melius Rinocorura. Livius *lib. XLV. Circa Rhinocolura.* Plinii vetusta exemplaria Rinocolura. Ex Surita *p. 313.*

Gadara. M. P. XVI.
Scythopoli. M. P. XVI.
In medio. M. P. X. (al. XII.)
Neapoli. M. P. VII.

*
* *pag. 145.*

(5.) *a Seriane Scythopolin.* M. P. CCCVIII. (al. CCCXVIII.)
Salaminiada. M. P. XXXII.
Hemisa. M. P. XVIII. p. 420.
Laudicia. M. P. XVIII.
Lybo. M. P. XXXII.
Heliopoli. M. P. XXXII.
Abila. M. P. XXXVIII.
Damasco. M. P. XVIII.
(6.) *Aere.* M. P. XXXII.
Neue. M. P. XXX.
Capitoliada. M. P. XXXVI.
(7.) *Gadara.* M. P. XVI.
Scythopoli. M. P. XVI.

Item a Caesarea Eleutheropolin. M. P. (8.) LXXVII. *sic.*
Betaro. M. P. (9.) XXXI.
Diospoli. M. P. XXVIII. (al. XVIII.)
Eleuteropolim. M. P. XVIII. (10.)

A Nea-

(5.) Regium *Scitopoli Occara*, & summae numeri desunt. In Blandiniano & Longoliano Scytopoli Occora M. P. CCCXVIII. dictio Occara nobis est ignota. Surita *pag. 359.*

(6.) Omnia MSSta in hanc lectionem consentiunt, & in sequentem *Neue*, teste Surita 361. Forte est idem cum *Aenos*, quod in tabula Veteri inter Canatham & Damascum locatur.

(7.) Regius Codex *Cadara* M. P. XX. cum supra *a Capitoliade Gadara* M. P. XVI. adjecisset. Surita, *ibid.*

(8.) Regius LXXVIII, quum numeri mansionum ejus exemplaris LXXVII. M. P. summam conficiant. Surita, *ibid.*

(9.) Numeros hos esse corruptos patet, quia supra aliter eadem intervalla definiuntur, aut illi supra memorati corrupti sunt.

(10.) Haec suspicor esse corrupta: nam si inter Diospolin & Eleutheropolin tantum 18. milliaria ponantur, Hierosolyma non potest ei dici esse ad septentrionem, nec Chebron ad orientem. Ita tamen Hieronymus solet loqui, in via, quae tendit Eleutheropoli Aeliam septentrionem versus, & in via, quae tendit Chebronem versus ortum. Videtur itaque legendum XXVIII. & excidisse X, uti saepe alias. Corruptos esse certe numeros in antecedenti versu XXXI. certum est, uti illic vidimus.

A Neapoli Ascalona. M. P. LXXIIII. *ead. pag.*
Elia. M. P. XXX.
Eleutheropoli. M. P. XX.
Ascalona. M. P. XXIIII.

p. Tertium Itinerarium, quo intervalla locorum Palaestinae illustra-
421. ri possunt, est tabula vetus Peutingeriana dicta, e qua partem in aes incisam heic exhibemus, quae Palaestinam describit.

CAPUT V.

DE LONGITUDINE ET LATITUDINE PALAESTINAE UNIVERSAE.

Verba Hieronymi de longitudine Palaestinae illustrata & confirmata. Mos veterum intervalla locorum per vias publicas ducentium. Intervalla singularium locorum inter Dan & Bersabee ex Josepho, Eusebio, & aliis veteribus notata. Quomodo pauca miliaria in computo superesse vel deesse nonnunquam possint. Latitudo terrae ab Hieronymo notata. Spatium inter Hierosolymas & Joppen. Intervallum inter Hierosolymas & Jordanem. Peraeae latitudo incerta. Situs urbis Philadelphiae.

PRius quam singalarium locorum intervalla veteribus memorata notemus, hoc capite de longitudine & latitudine totius Palaestinae disputare visum est. Viae dux nobis erit Hieronymus, Palaestinae incola, qui in epistola ad Dardanum scribit, *utique a Dan usque Bersabee, quae vix centum sexaginta millium in longum spatio tenditur.* Illud autem spatium facile in tabula aut charta describi potest, fateor; sed despiciendum omnino, quomodo conveniat cum intervallis locorum singularium in hoc magno spatio contentis. Solent enim intervalla locorum veteres non metiri linea recte ducta, sed per vias publicas, quibus ab una urbe ad aliam iter est. Conferamus illud cum Josepho, & videamus, an & quo pacto stare possit utriusque Geographia. Josephus quidem spatium a Dan, quae aut ipsa Paneas est, aut certe non longe inde remota, usque ad Hierosolymam per stadia describit:
p. verba ejus ipsa infra videri possunt. Primo quidem a Paneade usque
422. ad initium lacus Samochonitis certum stadiorum numerum haud definit, quamvis ita quibusdam videatur, quia cursum Jordanis a lacu Samochonite usque ad lacum Tiberiadis describens *l. III. de bell. c. 19.* dicit, eum labi per *alia* 120. stadia. Illud ἑτέρας ἑκατὸν εἴκοσι σταδίας *alia 20. stadia* indicare putant Jordanem, antequam in lacum Samochoniten incidat, etiam 120. stadia confecisse. Sed ista probatio infirma est, quoniam illa alia 120. stadia respicere possunt spatium 120. stadiorum, quod Jordanes sub terra means conficit inter lacum Phialam, qui verus Jordanis fons est, & Paneada: ipse autem Josephus hoc spatium esse

120.

WBP
Opole

120. ſtadiorum notat. Et ſane, quum Joſephus tam accurate ſtadia numerare ſoleat, & nullum fere intervallum aut certe exiguum ſtatuere videatur inter antrum Paneum & lacum Samochoniten, ſcribens, ἀρχόμενος δὲ φανερῶς ῥεύματος ὁ Ἰορδάνης ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἄντρου, κόπτει μὲν τὰ τῆς Σαμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη, *incipiens autem ex hoc antro conſpicuus labi Jordanes ſecat paludes lacus Samochonitis*, non videtur inter Paneada & lacum Samochoniten multum ſpatii collocandum. Pergamus itaque ad lacum Samochoniten: is longitudinem habet 60. ſtadiorum. Inde usque ad lacum Tiberiadis ſunt ſtadia 120. Lacus ipſe longus eſt 100. ſtadia, aut 140, uti Hegeſippus legit, & auctor vetus ἀποσπασματίων, quae vir Cl. & amicus noſter, Johannes Hudſonus, inſeruit *Tomo IV. geographorum minorum, pag. 39.* Deinde ad Scythopolin videntur circiter 90. ſtadia fuiſſe, quia Joſephus tradit, Scythopolin a Tiberiade ad lacum ſita abfuiſſe ſtadia 120: & a Tiberiade verſus auſtrum aberat 30. ſtadia vicus Gennabara, ad Jordanem probabiliter ſitus & ab *Abara* עברה, *tranſitu*, Jordanis nomen ſortitus. Sed ſunto hae conjecturae, dum certiora non ſuppetunt. Porro a Scythopoli Hieroſolymam ſunt 61. miliaria, ſecundum Itinerarium vetus Hieroſol. Et ab altera parte, id eſt, ad plagam auſtralem, ab Hieroſolymis usque ad Chebron erant miliaria 22, a Chebrone ad Berſabee 20, id eſt ſimul miliaria 42, ſive ſtadia 336, ſecundum Euſebium & Hieronymum. Colligamus haec omnia in ſummam & videamus, quomodo conſentiant.

Longitudo Palaeſtinae p. 423.

Digeſta per intervalla locorum ſingularium ex Joſepho, Euſebio, & Itinerario veteri Hieroſolymitano.

A *Berſabee* usque ad *Hieroſolymas* ſunt *mil.* --	42
Ab *Hieroſolymis* ad *Bethel* ex Itinerar. veter. Hieroſol. & Euſebio, *mil.* — — —	12
Inde ad *Neapolin.* ex eodem Itiner. *mil.* 28. vel	29
Inde ad *Aſer* ex eod. *mil.* — — — —	15
Inde ad *Scythopolin.* ex eod. *mil.* — — —	6
A *Scythopoli* ad *Lacum Tiberiadis*, 90. ſtadia id eſt, circiter, *mil.* — — — — —	11
Lacus ipſe 100. ſtadia aut, ut alii legerunt, 140. id eſt, circiter 18. *mil.* — — —	18
Inter *Lacum Tiberiadis* & *Samochoniten*, ſtadia 120. id eſt, 15. *mil.* — — —	15
Lacus ipſe 60. ſtadia, id eſt, circiter 8. *mil.* —	8
Hinc fiunt *miliaria* Romana	156.

Haec quam prope abſint a miliaribus 160, quibus univerſum ſpatium, quod a Dan usque ad Berſabee *vix* erat, ut Hieronymus definit, ſtadiorum 160, quilibet perſpicit. Et quum ſaepe numerus rotundus pro alio ſumi ſoleat (ne de ſpatio loquar, quod urbes ipſae occupant) quidni conjicere liceat, inprimis quum Euſebius, Hieronymus, auctor Itinerarii Hieroſolymitani, & illius, quod Antonini dicitur, ſemper integris miliaribus ſpatia metiantur, ſcribentes, hunc locum ab illo abeſſe miliaria 6, 7, atque ita porro, non habita ratione miliaris dimidii aut tertiae partis, illa dimidia miliaria facile abſorbere aliquot integra miliaria potuiſſe?

Latitudinem Palaeſtinae deſcribit Hieronymus in epiſtola ad Dardanum his verbis. *Putet dicere, latitudinem terrae repromiſſionis ne ethnicis occaſionem blaſphemandi dediſſe videamur. Ab Joppe usque ad viculum noſtrum Bethleem quadraginta ſex millia ſunt : cui ſuccedit vaſtiſſima ſolitudo plena ferocium barbarorum.* Quis dubitet, quin incola vici Bethleem Hieronymus & ſciverit & notaverit accurate ſpatium, quod inter illum vicum & Joppen erat. Certe non ego. Digeratur itaque hoc ſpatium per illas urbes, per quas iter ſolebat inſtitui a Bethleem uſque ad Joppen. Ita apparebit, vera ſpatia ab Hieronymo iſtis locis tributa eſſe. A Bethleem Hieroſolymas ſex miliaria Romana ſunt. Id tum ex Itinerario veteri Hieroſolymitano, tum aliis liquet, & his ipſis diebus, quum iter eo dirigitur, duarum horarum itineris intervallum eſſe dicitur inter Bethleem & Hieroſolymas, quod par eſt, pro ratione itinerum in Palaeſtina confici ſolitorum, ſex millibus paſſuum, ſive ſex miliaribus Romanis. Porro, qui iter ingreditur Hieroſolymis Joppen, proficiſcitur per montana Judaeae Ramam nunc (olim per Dioſpolim) & inde Joppen. Dioſpolis aberat Hieroſolymis miliaria Romana XXXII. Id docemur in Itinerario veteri Hieroſolymitano. Quumque illa fere eodem intervallo abfuerit a Joppe ac Rama, & Rama circiter VIII. vel IX. miliaria Romana abſit a Joppe (id poſtea demonſtrabimus, quum de ſingulis intervallis ex Joſepho agemus) clarum eſt, Hieronymum recte ſcripſiſſe inter Bethleem & Joppen 46. eſſe miliaria.

p. 424.

Verum, dicet aliquis, reliquam Palaeſtinae latitudinem ab Hieroſolymis ad Jordanem & ultra Hieronymus non tradit. Omiſit data opera, quod ſolitudo fuerit, de qua nos egimus *lib. I. pag. 375.* Poteſt autem ex aliis ſcriptoribus illud ſpatium erui. Ex Joſepho patet, ſi ſtadia, quibus ille utitur, convertamus in miliaria, Hieroſolymis Jerichuntem eſſe XVIII. miliaria, ab Hierichunte ad Jordanem miliaria VII: adeoque XXV. Hieroſolymis ad Jordanem. Verba ipſius dabimus infra, quum intervalla locorum ex Joſepho excerpta notabuntur. Ulterius trans Jordanem per quot miliaria ortum verſus ſe porrexerit Peraea, certo dici vix poteſt. XX. miliaria abfuiſſe a Jordane urbem Peraeae Cheſchbon, diſcimus ex Euſebii Onomaſtico. Philadelphiam usque a Jordane extendit Peraeae latitudinem Joſephus. Quot miliarium intervallo a

Jordane

MARIS MEDITERRANEI PARS.

GALILAEA.

GAULONITIS

SAMARIA

JUDAEA.

REGIO IDUMAEORUM.

ARABIAE PARS.

LACUS ASPHALTITES

Sidon
Tyrus
Alexandroschoene
Scala Tyriorum
Ecdippa
Ptolemais
Caesarea
Joppe
Ascalon
Portus Gazaeorum
Gaza
Raphia
Rhinocolura
Lacus Phiala
Dan
Paneas
Cades
Lacus Samochonites
Capitolias
Ulamma
Sipporis
Cammona
CAMPUS
Tiberias
Lacus Tiberiadis
Gadara, Metropolis Peraeae
Legio
Nazareth
LEGIONIS
Tabor
Sennabris
Hippos
Abela Batanaeae
Endor
Maximianopolis
Stradela
Scythopolis
Dothaim
Aser
Sebaste quae et Samaria
Neapolis
Acrabbim
Silo
Flumen Jordanes
Latitudo Campi magni ex Josepho.
Lydda quae et Diospolis
Gasara
Nicopolis
Jamnia
Azotus
Bethsamus
Gath
Kirjathjearim
Bethel
Micmas
Eleutheropolis
Socho
Jericho
Jerusalem
Keila
Lachis
Bethlechem
Thecoa
Chebron
Gerar
Jether
Carmelia
Bersabe
Chesbon
Abila Peraeae
Nabo
Beelmaus
VALLIS BAARAS
Machaerus terminus Peraeae
Zoar
Petra
Elath
SINUS ARABICI PARS.

A Gaza Illam usque portum Sinus Arabici sunt 1260. Stadia. id est. Milliaria Romana 157. teste Strabone & Marciano Heracleota sed secundum Plinium milliaria 150.

Ab Hierosolymis usque ad regionem Idumaeorum ex Hieronymo 75 milliaria.

ex Diodoro Siculo.

INTERVALLA LOCORUM PALAESTINAE digesta per MILIARIA ROMANA.

Numeris adscriptis sunt nomina auctorum, qui intermiliaria istis intervallis tribuunt: Josephi, Eusebii, Arriani, Diodori Siculi & itinerarii Antonini.

Qui autem numeri quibus adscriptum non ex quo desumti sint: ex itinerario veteri Hierosolymitano petiti sunt.

SCALA MILIARIVM ROMANORVM.

WBP Opole

Jordane abfuerit Philadelphia, colligere licet aliquo modo ex Eusebio p.
scribente, Jazer abesse 10. mill. ab Philadelphia versus occasum & 15. 425.
Cheschbone. Si constaret, has urbes in linea recta ab occasu versus ortum protensa sitas fuisse, latitudo Peraeae illic fuisset 45. miliarium Romanorum. Sed hoc incertum est. Immo Philadelphia videtur longe septentrionalior urbe Chesbon & vicinior Gerasis fuisse.

CAPUT IV.

DE INTERVALLIS LOCORUM IN SACRO CODICE NOTATIS, SITU EMMAUNTIS, BETHANIAE, ALIISQUE.

Locorum situs in Veteri Testamento variis modis descriptus. In Novo per stadia digeruntur locorum intervalla. De Emmaunte a Luca memorata disquiritur sitne eadem atque Nicopolis. Fuisse diversas demonstratur variis rationibus. Nicopolis longius aberat Hierosolymis, eratque in regione campestri. Hieronymi, doctorum Talmudicorum, Josephi, aliorumque loci, in quibus Emmauntis fit mentio.

QUandoquidem omnia invervalla locorum Palaestinae, quae a scriptoribus antiquis literis consignata sunt, notare hoc libro & conferre inter se in animum induximus, aequum est, a sacris tabulis initium duci. In illa parte, quae Vetus Testamentum audit, vix aliquid invenire est, quod huc referri possit, quoniam illic locorum intervalla nulla commemorantur, quantum videlicet una urbs ab altera abfuerit, Saepe quidem ab urbibus vicinus situs locorum describitur, uti *Gen. 13. 18. querceta Mamre prope Chebronem, 1. Reg. 17. 9. Sarepta prope Tzidonem. Jos. 7. 2. Ai prope Bethaven. 2. Chron. 14. 10. Vallis Zephata prope Maresam*, & quae sunt plura. Nonnunquam urbium situs declaratur a regione, in qua erant, vel tribuum respectu, vel camporum, aut montium. Ita nota est in libro Josuae singulis tribubus suas urbes dari. At- p.
que ita *Timnathserah* urbs sita esse dicitur *in montanis Ephraim Jes. 19. 50.* 426.
Chebron in montanis Judae. Jos. 20. 7. Inter Ramam & Bethel in montanis Ephraim. Jud. 4. 5. & sexcenta talia. Aliquando plagae coeli notantur, versus quas urbs una ab altera recedit, uti Ai sita legitur ad orientalem partem Bethelis *Jos. 7. 2. Schilo ad boream Bethelis versus ortum ad viam publicam, quae ducit a Bethele Sichemum & a meridie Lebonae.* Sic *Jos. 23. 32. Campi Moab ad alteram ripam Jordanes contra Jerichuntem ortum versus.* De illis consuli possunt, quae libro tertio de situ horum locorum a nobis notabuntur. Per horas autem itineris aut alia intervalla illic non declaratur locorum situs. Verum in Testamento novo per stadia digeruntur locorum quorundam intervalla. Sic ad cognoscendam latitudinem maris Tiberiadis facit, quod 30. stadia navigasse legan-

tur *Joh 6. 19.* quum Christus ad eos perveniret super undas maris ambulans. Emmaunta 60. stadiis abfuisse Hierosolymis docemur *Luc. 24. 13.* Bethaniam stadiis 15. *Joh. 11. 18.* Mons olivifer aberat Hierosolymis iter Sabbathi *Act. 1. 12.*

Quod attinet ad haec spatia, nihil in iis est, quod dubitationem habet, etiamsi quis sacrarum literarum auctoritatem neget, quoniam ex scriptoribus aliis confirmari abunde potest, accurate haec spatia esse literis tradita. Conferat quis illa, quae nos & hoc ipso libro libro *c. IX.* ex Josepho, & libro tertio ex aliis, notavimus de monte olivifero & Bethania. De latitudine maris Tiberiadis supra egimus *lib. I. cap. XXXIX.* Verum de Emmaunte magis ardua est disquisitio. Si enim Emmaus ab Hierosolymis non abfuit, nisi per spatium 60. stadiorum, quomodo sita dicitur *1. Macc. 3. 40.* in regione campestri? Campestris regio longius aberat ab Hierosolymis occasum versus. Id itineraria omnia & αὐτόπται uno ore affirmant. Decem miliarium Romanorum spacia circiter ab urbe Rama, per quam iter ducit a Joppe Hierosolymas, campis relictis, ad montana adscenditur, & per illa iter continuum fit usque ad Hierosolymas. Notius hoc certiusque est, quam ut negari possit. Confer ea, quae de campis Palaestinae a nobis notata sunt supra *lib. I. cap. LV.*
p. Praeterea Emmaus postea Nicopolis dicta est, quod libro III. quum de
427. Emmaunte agetur, pluribus testimoniis adstruetur. Atqui Nicopolis aberat Hierosolymis XXII. miliaria Romana, id est, 176. stadia, uti in Itinerario veteri Hierosolymitano legitur. Quantum differt hoc spatium a 60. stadiis? Praeterea multa habentur in scriptis veterum, quae miror tot viros doctos non advertisse, de Nicopoli tradita, quae nulla prorsus ratione Emmaunti a Luca memoratae conveniunt. Paucis dicam, quod res est. Emmaus, cujus Lucas meminit, & Emmaus urbs, quae Nicopolis nomen gessit, duo loca sunt disjunctissima maximeque diversa: quod ut clarum fiat, ad haec velim attendi.

Primo Emmaus a Luca commemorata erat κώμη, vicus, 60. stadiis ab Hierosolymis. Josephus idem testatur *lib. VII. de bello cap. 27.* appellatque Χώριον, scribens χώριον Ἀμμαὲς ἀπέχει τῶν Ἱεροσολύμων σταδίας ἑξήκοντα. Emmaus autem, quae Nicopolis dicta est, urbs fuit, & Hierosolymis aberat XXII. miliaria Romana, quae 176. stadiis paria sunt.

Deinde Emmaus (dicta Nicopolis) illic erat sita, ubi sunt campestria, & ubi montana Judaeae incipiunt consurgere. Ita scribit Hieronymus *in commentar. ad Danielem cap. XII. Juxta Nicopolin, quae prius Emmaus vocabatur: ubi incipiunt montana Judaeae consurgere.* Hoccine dici potest de loco, qui 60. modo stadia Hierosolymis abest? Num illic incipiunt montana Judaeae consurgere? At ubi Nicopolis erat, XXII. miliaribus ab Hierosolymis, & X. miliaribus ad Lydda, illic incipiunt montana Judaeae consurgere, ubi nunc ostenditur castrum boni latronis. Id omnes norunt, qui iter illud confecerunt, aut itineraria legerunt recen-

tia. Hoc etiam convenit cum testimonio Talmudicorum scribentium, *a Bethchorone usque ad mare esse regionem triplicem, a Bethchorone Emmauntem* עד אמאוס *esse montana, ab Emmaunte Lyddam campestria, a Lydda ad mare esse vallem.* Verba ipsa Hebraea dedimus supra *pag. 309.* Quam clara haec sunt, si Emmaus illic collocetur, ubi a nobis fit, X. miliaribus Romanis a Lydda ortum, id est, Betchoronem versus. Bethchoron p.
aberat Hierosolymis stadiis 90. adeoque 30. amplius quam vicus Em- 428.
maus a Luca memoratus. Quod si non nisi de illa Emmaunte, cujus Lucas meminit, hic cogitemus, quem sensum dabimus verbis Talmudicorum, qui Bethchoronem remotiorem a mari facerent Emmaunte? qui ultra Emmauntem montana Judaeae non constituerent? quae omnia ejusmodi sunt, ut vel invitum fateri cogant alteram Emmaunta, postea dictam Nicopolin, illic quaerendam esse, ubi in Itinerario veteri Hierosolymitano collocatur.

Praeterea Emmaus (Nicopolis dicta) jungitur cum Lydda, Joppe, aliisque locis campestribus. Plinius *lib. VI. 14. Fontibus irriguam Emmaum, Lyddam, Joppicam.* Hieronymus, (quo magis mirandum est, eum in epitaphio Paulae & libro de locis Hebraicis scribere potuisse Emmaunta Lucae memoratam eandem atque Nicopolin fuisse) *in comm. ad Obad. 1. pag. 1466. Qui autem habitant in Sephela hoc est in campestribus, Liddam & Emmaus, Diospolin videlicet Nicopolinque significant, possidebunt Palaestinos.* Idem in commentaria ad Ezechielis *caput. XLVIII.* ita describit regionem tribus Dan: *Septima Dan usque ad Joppen, ubi sunt turres Ailon & Selebi & Emaus, quae nunc appellatur Nicopolis.* Supra, *pag. 168.* notavimus pro *Ailon, Selebi, & Emaus,* legi in codicibus Hebraeis שעלבין אילון, & עיר שמש & pro עיר שמש, πόλις Σαμμαοὺς scriptum esse ab Interpretibus Alexandrinis. Unde etiam videri posset nomen hujus Emmauntis, non ut aliarum (vici nempe illius, quem Lucas commemorat, & illius, qui Tiberiadis vicinus fuit) a חמרין sive thermis sed a mutato paullum nomine שמש vel Σαμμαοὺς esse ductum. Sed quicquid id est, hoc clarum est Emmaunta, vicum a Luca memoratum, qui 60. modo stadia Hierosolymis aberat, in portione tribus Dan collocari non oportere, quae longius aberat Hierosolymis.

Porro Josephus Ammauntis plus semel meminit ita, ut perspicuum sit, non illam Emmaunta, quae 60. stadia aberat Hierosolymis, sed alteram illam, Nicopolin postea dictam, intelligi. *Lib. II. de bello cap. 25.* scribit, Θαμνᾶ τοπαρχίας Ἰωάννης ὁ Ἐσσαῖος στρατηγήσων ἐπέμφθη. προσκεκλήρωτο δὲ αὐτῷ Λύδδα καὶ Ἰόππη καὶ Ἀμμαὲς. *In toparchiam Thamnae missus* p.
est, qui eam administraret Johannes Essaeus. Illi additae sunt Lydda, Joppe & 429.
Ammaus. Ἀμμαὲς & Ἐμμαὲς idem est: nam quae *lib. II. de bello cap. 3.* Ἀμμαὲς Josepho dicitur, appellatur ei Ἐμμαὲς *Antiquitatum lib. XVII. 12.* Ita *lib. III. de bello cap. 2.* Θαμνᾶ, Λύδδα καὶ Ἀμαὲς junguntur. Et *lib. V. cap. 4.* Vespasianum cum exercitu venisse scribit Antipatrida, inde in

Thamniticam toparchiam, & Lyddam ac Jamniam, & porro εἰς Ἀμμαῦντα. Quis non videt, hanc Emmaunta vicinam magis Lyddae & Joppe & Jamniae fuisse, quam ut credi possit eadem ac vicus, qui 60. modo stadia aberat Hierosolymis? *Lib. I. de bello cap. 9.* scribit Γόφναν καὶ Ἀμμαῦν a Cassio fuisse vastatas. Nec dubito, quin eadem illa sit Emmaus ac Nicopolis. In libro *Antiquitatum XII. capite 11.* narrat, Gorgiam in Judaeam missum cum exercitu: *οἱ δ' ἄχρις Ἐμμαοῦς πόλεως ἐλθόντες ἐν τῇ πεδινῇ καταςρατοπεδεύονται, illi autem usque ad Emmaunta urbem progressi in regione campestri castra metantur.* Regio campestris, quod & ante monuimus, longius aberat Hierosolymis versus occasum quam 60. stadia, aut κώμη Ἐμμαοῦς Lucae memorata. Illic autem Judaei hostes fuderunt & persecuti sunt usque ad Gadara, Azotum, & Jamniam, camposque Idumaeae. Hinc discimus, ubi illa regio campestris quaeri debeat. At hanc victoriam respicit Hieronymus in commentario ad Danielis *cap. VIII.* scribens, *Judae Machabaei significat tempora, qui de vico Modin fratribus ac propinquis secum annitentibus, & multis de populo Judaeorum Antiochi duces superat juxta Emaus, quae nunc Nicopolis vocatur. Libro Antiquitatum XIII. 1.* munitam esse a Judaeis urbem Ἐμμαοῦν scribit, & turres in ea aedificatas. Confer *1. Macc. 9. 50.* ubi tamen interpres Latinus vocem Ἐμμαοῦμ non agnoscit. Harum turrium & munitionum, aut illarum, quas Romani postea exstruxerunt, reliquias ego esse suspicor rudera, quae nunc ad latus dextrum viae publicae ducentis a Joppe conspiciuntur, & *castrum boni latronis* solent dici. Spatium certe decem miliarium Romanorum, quod illa rudera absunt Diospoli, & quod Nicopolis Diospoli abfuisse scribitur, est idem.

p. 430. In libris Chasmonaeorum etiam haec Emmaus memoratur. Vide *1. Macc. 3. 40.* ubi Syri leguntur castra metati prope Ἐμμαοῦμ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ, *in campestribus.* Alii legunt illic Ἐμμαοῦμ, sed male, uti apparet ex collatione *commatis 57. & c. 4. 3.*

In iisdem libris tres urbes vidi, quarum situs per stadia describitur, portum Jamniae, Bethsur, & Scythopolin. Stadia 240. dicitur portus Jamnitarum abfuisse Hierosolymis *2. Macc. 12. 9.* Hoc spatium justo minus est: id liquet ex Itinerariis veteribus capite IV. memoratis: nam Diospolis XXXII. miliaria aberat Hierosolymis, quod plus est, quam stadia 240. Lege potius 340. stadia. Bethsur *2. Macc. 11. 5.* abfuisse legitur Hierosolymis stadia quinque: sed & hic numerus corruptus est. Longius enim abfuit urbs sita κατὰ πρόσωπον Ἰδουμαίας *1. Macc. 4. 61.* Confer, quae de hac urbe dicimus *lib. III.* Denique Scythopolis 600. stadia Hierosolymis abfuisse legitur *2. Macc. 12. 29.* Sed & hunc numerum esse corruptum suspicor, pro 500. quod adversetur aliorum & veterum & recentiorum testimoniis, qui id intervallum multo minus faciunt. Vide supra *cap. IV.*

CAPUT

CAPUT VII.

DE INTERVALLIS LOCORUM IN ORA MARITIMA PALAESTINAE A SCYLACE ET STRABONE TRADITIS.

Scylacis Geographi aetas. Ejus descriptio orae maritimae Palaestinae mutila. Descriptio ejusdem orae ex Strabone. Numerus stadiorum, quae Sidon abest a Beryto, Tyrus a Sidone, Palaetyrus a Tyro, Joppe a monte Casio, mons Casius a Pelusio, Jamnia ab Ascalone, Gaza a mari & portu Gazaeorum, Aelana urbs sinus Arabici a Gaza. Descriptio orae maritimae Palaestinae ex Dionysio Periegeta.

A Sacris scriptoribus transitum facimus ad profanos, indagaturi, si qua intervalla locorum Palaestinae per stadia aut miliaria digesta in scriptis eorum memorie sint prodita. Scylaci primum locum damus, Geographo antiquissimo, quem Dodwellus quidem Polybio aequalem statuit, verum qui secundum rationes Gronovianas sub imperio vixit Darii Hystaspis. Hic in periplo oram maritimam Syriae & Phoenices describit, & nonnullarum urbium intervalla stadiis metitur: sed dolendum est, mutilum illa parte, quam nos maxime desideramus, ad manus nostras pervenisse Scylacem. Quicquid tamen id est, lectorum oculus heic subjicimus. p. 431.

Ἔςι μετὰ Κιλικίαν ἔθνος Σύροι. Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἰκοῦσι τὰ παρὰ θάλατταν Φοίνικες ἔθνος, ἐπὶ ςενὸν ἔλαττον ἢ ἐπὶ τέτταρας ἕντας ςαδίους ἀπὸ θαλάττης· ἐνιαχῇ δὲ ἐδὲ ἐπὶ ςαδίους ἱ τὸ πλάτος· Ἀπὸ δὲ Θαψάκε ποταμοῦ ἐςὶ Τρίπολις Φοινίκων, Ἄραδος νῆσος καὶ λιμὴν, (1) βασίλεια Τύρε ὅσον ἡ ςάδια καὶ λιμὴν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ ἐν τῇ χερρονήσῳ ἑτέρα πόλις Τρίπολις· αὕτη ἐςὶν Ἀράδε καὶ Τύρε καὶ Σιδῶνος ἐν τῷ αὐτῷ τρεῖς πόλεις, καὶ περίβολον ἑκάςη τὸ τεῖχος ἴδιον ἔχων, καὶ ὄρος Θεοῦ πρόσωπον (2) Τῆρος καὶ λιμὴν (3) Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν βορεινὸς, Πορφυρέων πόλις, Σιδὼν πόλις καὶ λιμὴν κλειτὸς, Ὀρνίθων πόλις Σιδωνίων. Ἀπὸ Λεόντων (4) πόλεων μέχρι Ὀρνίθων πόλεως Τυρίων πόλις (5) Σάρα. Εἶτα ἄλλη πόλις Τύρος λιμένα ἔχουσα ἐντὸς

(1) Haec ita restitue βασίλεια Τύρε καὶ λιμὴν, ὅσον ἡ ςαδία ἀπὸ γῆς. Sic scribit Vossius. Sed mox Scylax notat regiam Tyri tria stadia abesse a continente.

(2) Legendum Τριήρης monent adnotationes Gronovianae & conferre jubent Stranonem *lib. XVI. p. 754.* & Polybium *lib. V. c. 68.* Meminit etiam hujus urbis Stephanus in Ἐθνικοῖς. Τριήρης, πόλις Συρίας, quod non est mutandum in Λυκίας, uti quidam volunt.

(3) Βηρυτὸς πόλις καὶ λιμὴν βορεϊνός. Salmasius.

(4) Πόλεως Voss. Illud ἀπὸ & μέχρι videtur secum postulare πλῆς vel simile quid, uti ςαδία. At nec ante meminit Leontopolis.

(5) Haec Tyrus esse non videtur, licet & illam Sarram dictam notum sit, sed alius locus, forte Σέρα in libris Apocryphis. Statim mentio fit Tyri, ἄλλη πόλις Τύρος .... Salmasius legit pro *Sara*, Σάρεπτα.

ἐντὸς τείχους. Αὕτη δὲ ἡ νῆσος (6) Βασίλεια Τυρίε καὶ ἀπέχει ςάδια ἀπὸ θα-
p. λάττης γ'. (7) Πάλιν Τύρος πόλις καὶ ποταμὸς διὰ μέσης ρεῖ καὶ πόλις τῶν
432. (8) .... καὶ ποταμὸς, καὶ Ἄκη πόλις, ἔξω πη πόλις τυ .... ὄρος ἱερὸν Διός,
(9) Ἄραδος πόλις Σιδωνίων .... καὶ ποταμὸς Τυρίων. Δῶρος πόλις Σιδωνίων .... θῆναι φασὶν ἐνταῦθα - - Συρίας παράπλυς, κοίλης Συρίας - - - - Ἀσκαλῶνος ςάδια ἀψ - - *Post Ciliciam gens Syrorum sequitur. Syriae tractum litoralem Phoenicum natio inhabitat: ea qua maxime coarctatur, ne quatuor quidem stadiis a mari abest, ubi autem maxime lata est, non plus quam decem. Ultra Thapsacum fluvium est Tripolis Phoenicum, Aradus insula & portus, Regia Tyri & portus 8. circiter stadiis a terra distans, & in peninsula alia urbs Tripolis: ea ex Arado & Tyro & Sidone deducta, & una in urbe urbes tres, muroque unaquaeque diverso contjnetur, & Dei facies, Terus & portus Berytus & portus Borinus, Porphyreon urbs, Sidon urbs cum portu clauso, Avium urbs, quae est Sidoniorum. A Leonum urbe usque ad Avium urbem est Tyriorum urbs Sura. Dein alia urbs Tyrus portum habens intra murum. Haec insula est Tyriorum regia distans 3. stadia a mari, Palaetyrus urbs, quam fluvius mediam perlabitur, & urbs ..... & flumen & Ace urbs, dein urbs Ty.. mons sacer Jovi, Aradus urbs Sidoniorum ..., expositam ferunt illic Andromedam ... Ascalon urbs Tyriorum, & regia illic ..... Syriae periplus, Cavae Syriae .... Ascalone, stadia 1700.* -

Scylaci subjungimus Strabonem, idem litus describentem, quem notum est sub imperio Augusti & Tiberii vixisse. Hic libro eximii operis sexto & decimo varia notat intervalla locorum Palaestinae, e quo nos haec excerpsimus, quibus litus Palaestinae a Sidone usque ad Rhino-
p. colura describit. Nam in reliquis ad descriptionem Palaestinae medi-
433. terraneae facientibus non invenio stadia notata, si paimetum Jerichuntinum excipias, quod longum esse stadia centum scribit, & quod solum intra 60. Sadia ab Hierosolymis saxosum esse adnotat. Audiamus ergo Strabonem.

(6) Puto, sequentia a prioribus esse divellenda, ut sensus sit, regiam Tyriorum 3. stadiis a mari esse remotam: quis enim dixerit, insulam esse 3. stadiis a mari remotam? dici debuisset a continente. Ceterum βασιλεία Τυρίων legit Vossius.

(7) Παλαίτυρος Voss.

(8) Haec mirum in modum exesa fuisse testatur Vossius, se tamen vestigiorum reliquiis insistendo hoc potuisse exsculpere. Τῶν Ἐκδίππων καὶ ποταμὸς καὶ Ἄκη πόλις. Ἑξῆς Βῆλος πόλις Τυρίων, Κάρμηλος ὄρος καὶ ἱερὸν Διός, Ἄραδος πόλις Σιδωνίων, Συκαμίνων, πόλις Σιδωνίων, Ἰόππη· Ἐκτεθῆναι φασὶν ἐνταῦθα τὴν Ἀνδρόμεδαν τῷ κήτει. Ἀσκάλων πόλις Τυρίων καὶ βασίλειον ἐνταῦθα τῆς κοιλῆς Συρίας, id est, *urbs Ecdipporum, & flumen & Ace urbs. Deinde Belus, urbs Tyriorum, Carmelus, mons & Templum Jovis, Aradus urbs Sidoniorum, Sycaminon urbs Sidoniorum. Joppe. Ferunt, illic Andromedam expositam balenae fuisse, Ascalon urbs Tyriorum & regia illic cavae Syriae.*

(9) Aradus hic nulla ab aliis memoratur.

Ἐπεὶ οὖν τὴν ἰδίως λεγομένην Κοιλὴν Συρίαν ἐπεληλύθαμεν, ἐπὶ τὴν Φοινίκην μέτειμεν. Ταύτης δὲ τὰ μὲν ἀπὸ Ὀρθωσίας μέχρι Βηρυτῆ λόγε τετύχηκε. Μετὰ δὲ Βηρυτὸν ἐςὶ Σιδὼν, ὅσον ἐν τετρακοσίοις ςαδίοις. μεταξὺ δὲ ὁ Ταμύρας ποταμὸς καὶ τὸ τῆ Ἀσκληπιῆ ἄλσος καὶ Λεόντων πόλις. Μετὰ δὲ Σιδόνα μεγίςη τῶν Φοινίκων καὶ ἀρχαιοτάτη πόλις Τύρος ἐςὶν, ἡ ἐναμιλλος αὐτῇ κατά τε μέγεθος καὶ κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἀρχαιότητα ἐκ πολλῶν μύθων παραδεδομένη. *Postquam ergo de Coelesyria proprie dicta egimus, ad Phoenicum transimus. Hujus illam partem, quae est ab Orthosia Berytum usque descripsimus. Post Berytum est Sidon, 400. stadiis inde remota. Inter illas autem flumen Tamyras, Aesculapii nemus & urbs Leonum. Post Sidonem maxima & antiquissima Phoenicum urbs Tyrus est, & magnitudine, & nobilitate, & antiquitate cum ea comparanda, & multis fabulis celebrata.*

⋮

Διέχει δὲ τῆς Σιδόνος ἡ Τύρος ἐ πλείςε τῶν διακοσίων. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πολίχνιον, Ὀρνίθων πόλις λεγομένη, εἶτα πρὸς Τύρῳ ποταμὸς ἐξίησι. Μετὰ δὲ τὴν Τύρον ἡ Παλαίτυρος ἐν τριάκοντα ςαδίοις. Εἶθ' ἡ Πτολεμαὶς ἐςι μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον· ἣ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Μεταξὺ δὲ τῆς Ἄκης καὶ Τύρε θινώδης αἰγιαλός ἐςιν ὁ φέρων τὴν ὑαλίτιν ἄμμον. *Distat autem Sidone Tyrus non pluribus quam 200. stadiis. Inter illas media est urbs * avium dicta. Deinde prope Tyrum fluvius erit. Post Tyrum est Palaetyrus 30. stadiis inde dissita. Dein Ptolemais, urbs magna, olim Ace dicta, quo Persae portu ad Aegyptum navigantes usi sunt. Inter Acen & Tyrum litus est arenae tumulis obsitum, unde vitraria arena est.*

Μετὰ δὲ τὴν Ἄκην Στράτωνος πύργος πρόσορμον ἔχων. Μεταξὺ δὲ ὅ τε p.
Κάρμηλος τὸ ὄρος καὶ πολιχνίων ὀνόματα, πλέον δ' ἐδὲν, Συκαμίνων πόλις, 434
Βυκόλων, καὶ (1) Κροκοδείλων πόλις καὶ ἄλλα τοιαῦτα. εἶτα δρυμὸς μέγας τις· Εἶτα Ἰόππη, καθ' ἣν ἡ ἀπὸ τῆς Αἰγύπτε παράλια σημειωδῶς ἐπὶ τὴν Ἄρκτον κάμπτεται, πρότερον ἐπὶ τὴν ἕω τέταμένη. Ἐνταῦθα δὲ μυθέυεσί τινες τὴν Ἀνδρόμεδαν ἐκτεθῆναι τῷ κήτει· ἐν ὕψει γάρ ἐςιν ἱκανῶς τὸ χώριον, ὥς τ' ἀφορᾶσθαι φασὶν ἀπ' αὐτῆ τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν τῶν Ἰεδαίων μητρόπολιν· καὶ δὴ καὶ ἐπινείῳ τέτῳ κέχρηνται καταβαίντες μέχρι θαλάττης οἱ Ἰεδαῖοι· τὰ δ' ἐπίνεια τῶν λῃςῶν λῃςήρια δηλονότι ἐςί. Τέτων δὲ καὶ ὁ Κάρμηλος ὑπῆρξε καὶ ὁ δρυμός· καὶ δὴ καὶ ἐυάνδρησεν ἔτος ὁ τόπος, ὥς τ' ἐκ τῆς πλησίον κώμης Ἰαμνείας καὶ τῶν κατοικιῶν κύκλῳ τέτταρας μυριάδας ὁπλίζεσθαι. Ἐισὶ δ' ἐνθεῦθεν εἰς τὸ Κάσιον τὸ πρὸς Πηλεσίῳ μικρῷ πλείςε ἢ χίλιοι ςαδίοι· τριακόσιοι δ' ἄλλοι πρὸς αὐτὸ τὸ Πηλέσιον. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ (2) ἡ Γαδαρίς ἐςιν, ἣν ἡ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰεδαῖοι· εἶτ' Ἄζωτος ἡ Ἀσκάλων. Ἀπὸ δὲ Ἰαμνείας εἰς Ἄζωτον ἡ Ἀσκάλωνα εἰσὶν ὅσον διακόσιοι ςαδίοι. Κρομμύων τ' ἀγαθός ἐςιν ἡ

* Vel gallorum. Ὄρνις enim κατ' ἐξοχὴν gallum notat.

(1) De hac urbe & aliis heic memoratis videnda illa sunt, quae infra *lib. III.* notabuntur suo loca.

(2) Γάζαρα גזר in V. T. dicitur, uti Casaubonus observat, non confundenda cum Gadaris in N. T. memoratis.

χώρα τῶν Ἀσκαλωνειτῶν· πόλισμα δὲ μικρόν. Ἐντεῦθεν ἦν Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος, μικρὸν πρὸ ὑμῶν γεγονώς. Ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων Φιλόδημός τε ὁ Ἐπικούρειος γεγονὼς καὶ Μελεάγρος καὶ Μένιππος ὁ (3) σπουδογελοῖος καὶ Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς Ῥήτωρ. εἶθ' ὁ τῶν Γαζαίων λιμὴν πλησίον· ὑπέρκειται δὲ καὶ ἡ πόλις ἐν ἑπτὰ σταδίοις, ἔνδοξός ποτε γενομένη, κατεσπασμένη δ' ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ μένουσα ἔρημος. Ἐντεῦθεν δ' ὑπέρβασις λέγεται χιλίων διακοσίων ἑξήκοντα σταδίων εἰς Αἴλαν πόλιν ἐπὶ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀραβίου κόλπου κειμένην· δίττος δ' ἐστίν· ὁ μὲν εἷς ἔχων τὸ πρὸς τῇ Ἀραβίᾳ καὶ τῇ Γαζῇ μέρος, ὃν Ἐλανίτην προσαγορεύουσιν ἀπὸ τῆς
p. ἐν αὐτῷ πόλεως· ὁ δ' εἰς τὸ πρὸς Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν Ἡρώων πόλιν, εἰς ὃν ἐκ
435. Πηλουσίου ἡ ὑπέρθεσις ἐπιτομωτέρα, δι' ἐρήμων δὲ καὶ ἀμμωδῶν χωρίων αἱ ὑπερβάσεις ἐπὶ καμήλων· πολὺ δὲ καὶ τὸ τῶν ἑρπετῶν ἐν αὐταῖς πλῆθος. Μετὰ δὲ Γάζαν Ῥαφία, ἐν ᾗ μάχη συνέβη Πτολεμαίῳ τε τῷ τετάρτῳ, καὶ Ἀντιόχῳ τῷ μεγάλῳ. Εἶτα Ῥινοκόλουρα ἀπὸ τῶν εἰσωκισμένων τὰς ῥῖνας (4) οὕτω καλουμένη· τῶν γὰρ Αἰθιόπων τὶς ἐπιελθὼν ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον ἀντὶ τοῦ ἀναιρεῖν τοὺς κακούργους ἀποτέμνων τὰς ῥῖνας ἐνταῦθα κατῴκισεν, ὡς οὐκ ἂν ἔτι τολμήσοντας ἀνελθεῖν διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως. Καὶ αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀπὸ Γάζης λυπρὰ πᾶσα καὶ ἀμμώδης· ἔτι δὲ μᾶλλον ἑφεξῆς τοιαύτον ὑπερκειμένην ἔχουσα τὴν Σιρβωνίδα λίμνην. *Post Acen est Stratonis turris stationem navium habens. Inter illas Carmelus mons, & oppidorum nomina, praeterea nihil, urbs Sycaminon, Bucolon & urbs Crocodilorum, aliaque similia. Postea ingens sylva: deinde Joppe, juxta quam litus*
p. *ab Aegypto huc protensum notabiliter flectitur versus borcam, quum ante versus*
436. *orientem * tendat. Illic fabulantur quidam Andromedam ceto expositam fuisse.*

Editus

(3) Forte ita dictus, quod scriptor fuerit facetiarum vel libri alicujus σπουδογελοιῶν, uti in Ἐθνικοῖς Stephani memoratur Βλαῖσος σπουδογελοίων ποιητής ad vocem Καπρίη. Sic Josephum dicimus τὸν Ἀρχαιολόγον, i. e. scriptorem Ἀρχαιολογίας. Memoratur quoque apud Stephanum ad vocem Ταρὰς quidem Φλύαξ τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων ἐς τὸ γελοῖον, homo ut videtur genii non multum ab illo σπουδογελαίῳ dissimilis. Praelusit ille recentioribus Caporali, Scarron. aliisque.

(4) Hic aliquid desiderari certum est. Ego post ῥῖνας collacarem vocem ἠκρωτηριασμένων. Verba enim Strabonis exprimit Stephanus in Ἐθνικοῖς ad vocem Ῥινοκούρα ita scribens, ἀπὸ τῶν εἰσωκισμένων ἐκεῖ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπων, τὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων οὕτω καλουμένη. Proprie ἀκρωτηριάζειν significat ἄκρα τῶν ὤτων ἀποτέμνειν, sive aures praecidere, uti scribit auctor Etymologici magni ad hanc vocem. Vide & Harpocrationem ad vocem Ἠκρωτηριασμένοι.

* Si verum sit, juxta Joppen litus Palaestinae inflecti septentrionem versus, quum antea versus ortum tendat, oportet Ascalona longius abfuisse ab Hierosolymis, quam in omnibus itinerariis veteribus traditur. Quoniam enim Joppe ab Hierosolymis abfuit 40. miliaria Romana, longius quam 40. aut 48. abfuisse debuit Ascalon, si litus a Joppe Aegyptum versus inflectatur in plagam occidentalem, quod tradit Strabo. Affirmarunt etiam a me consulti αὐτόπται, falsum esse circa Joppen demum litus Palaestinae septen-

*Editus enim locus est sic, ut inde dicant Hierosolyma posse conspici Judaeorum metropolin: quin & Judaei, qui usque ad mare descendunt, hoc portu utuntur. Portus hi vere sunt latronum receptacula. Illorum quoque est & Carmelus & * Sylva. Hic locus adeo hominibus abundavit, ut ex Jamnia vico proximo & vicinis in circuitu habitationibus 40000. hominum armarentur. Inde ad Casium montem Pelusio proximum paulo plus quam 1000. stadia sunt, & inde usque ad Pelusium alia 300. Interjacet Gadaris, quam Judaei sibi adsciverunt, deinde Azotus & Ascalon. A Jamnia autem usque ad Azotum & Ascalonem sunt 200. stadia. Cepas optimas producit regio Ascalonitarum, urbs autem exigua est. Inde erat Antiochus Philosophus, qui aetate nos paulum antevertit. Gadaris autem ortus fuit Philodemus Epicuraeus Meleagrus, & Menippus dictus Spudogeloeus, & Theodorus Rhetor, qui nostra aetate vixit. Postea est portus Gazaeorum, a quibus 7. stadiorum intervallo urbs Gaza distat, olim quidem illustris facta, sed ab Alexandro diruta & huc usque deserta. Inde dicitur esse ad urbem ** Aëlam, in recessu sinus Arabici sitam, intervallum stadiorum 1260. Duplex autem recessus est sinus Arabici, alter versus Gazam & Arabiam tendens, qui Elaniticus dicitur ab urbe ad eum sita: alter versus urbem Heroum, ad quam a Pelusio compendiosius iter est, sed camelis conficiendum per loca deserta atque arenosa. Est etiam illic magna serpentum † multitudo. Post Gazam sequitur Raphia, ubi Ptolemaeus quintus cum Antiochio magno. Deinde Rhinocolura, ab incolis, qui naribus truncati erant, ita dicta; nam aliis Aethiopum Aegyptum invadens non nece, sed nasi truncatione maleficos coërcuit, & eos ibi collocavit, quos domum redire pudebat ab oris*
p. *deformitatem. Omnis autem ora a Gaza usque sterilis est & arenosa: magis etiam*
437. *quae inde est juxta Sirbonidem lacum mari parallelum.*

Non

septentrionem versus duci. Quod si vel maxime pars litoris, quae circa Joppen est, conspecta ab homine in litore constituto, videatur occasum versus duci ad partem australem Joppes, & septentrionem versus ad partem Joppes septentrionalem, num inde efficitur universum litus ita protendi? Oculi spectatorum de parte exigua tantum judicare possunt, non de omni litore, quod est inter Joppen & Aegyptum. Praeterea observationes recentiorum, inter quas celebratur plurimum descriptio litoris Palaestinae, quae Chazellio debetur (vide doctissimi viri, Bernardi Lamy, apparatum Chronologicum & Geographicum *pag. 273.*) repugnant huic testimonio Strabonis. Ne quid addam de via Hierosolymis Gazam ducta & nunc & olim per Chebronem, quod vix concipi potest, si Gaza una cum litore Palaestinae adeo versus occasum recedat.

* De qua mox locutus fuit. Videlicet intelligit per δρυμὸν *campestria Saronis*. Vide supra *lib. I.*

** Est ea, quae Elath. in V. T. dicitur, Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς Αἴλανον, πόλις Ἀραβίας, τινὲς δὲ κόλπον Αἴλα φασί. Ceterum Marcianus Heracleota in Periplo idem tradit ἀπὸ Γάζης usque ad illum sinum esse 1260. stadia, atque inter Gazam & hunc sinum continentis partem esse angustissimam.

† Idem *Deut. 8. 15.* dicitur.

Non deerunt forsitan, quibus taedio fuit prolixa haec commentatio litoris Palaestini. Quod ut tollam, & animum lectoris suavitate carminis deliniam, Dionysii periegetae versus nonnullos hic adscribam, quibus idem hoc litus depingit. Sic canit *vers. 905.*

Οἱ δ' ἁλὸς ἐγγὺς ἐόντες, ἐπωνυμίην Φοίνικες
Τῶν δ' ἀνδρῶν γενεῆς οἱ Ἐρυθραῖοι γεγάασιν,
Ὅι πρῶτοι νήεσσιν ἐπειρήσαντο θαλάσσης,
Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλιδινέος ἐμνήσαντο
Καὶ βαθὺν ἠερανίων ἄστρων πόρον ἐφράσσαντο.
Οἱ τ' Ἰόπην, ἠ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναίεσι,
Καὶ Τύρον Ὠγυγίην, Βηρύτε τ' ἄιαν ἐρανηὴν †
Βύβλον τ' ἀγχίλον ἠ Σιδόνα ἀνθεμόεσσαν
Ναιομένην χαρίεντος ἐφ' ὕδασι Βοσφηνοῖο
Καὶ Τρίπολιν λιπαρήν. &c.

Haec in Latinum carmen conversa ita dederunt prisci duo illius poëtae interpretes, quorum alter est Rufus Festus Avienus, qui sic canit.

—— *Salso quicquid pulsatur ab aestu*
Phoenicum regio est. Hi rubro a gurgite quondam
Mutavere domus, primique per aequora vecti
Lustravere salum, primi docuere carinis
Ferre cavis orbis commercia, sidera primi
Servavere poli. Populis Phoenicibus ergo
Urbs Jope, sterilisque dehinc habitatur Elais,
Gazaque proceris assurgens undique muris.
His Tyrus est opulens, & Berytus optima, Byblos,
Sidoniique lares; ubi labens agmine amoeno
p. 438. *Cespitis irrigui Bostrenus jugera findit.*
Nec minus hic Tripolis pingui sola porrigit agro.

Sic autem Priscianus.

—— *Sed litora juxta*
Phoenices vivunt, veteri cognomina dicti,
Quos misit quondam mare rubrum laudibus auctos.
Chaldaeo nimium decoratam sanguine gentem,
Arcanisque Dei celebratam legibus unam,
Quod pelagus primi tentantes navibus altis

Dis-

† In Codice Vossiano scriptum hic fuisse ἐρατεινὴν, quod metri legibus repugnat, annotavit Berkelius in Commentario ad Stephani Ἐθνικὰ in voce Βηρυτός. Scholion nempe ex margine irrepserat in textum.

Disjunctas gentes docuerunt jungere mercem,
Et primi stellis numeros nomenque dedere,
Atque oculis mirum voces sentire figuris.
Hi muros Jopes, Gazamque & Elaida complent,
Antiquamque Tyrum, Beryti & moenia gratae,
Vicinamque mari Byblum, Sidonaque pulcram,
Quam juxta liquido Bostrenus gurgite currit,
Et pinguem Tripolin.

CAPUT VIII.

DE INTERVALLIS LOCORUM A PLINIO ET SOLINO MEMORATIS.

Intervalla ex Plinio notata. Syriae universae longitudo inter Arabiam & Ciliciam. Palaestinae longitudo a Caesarea maritima usque ad fines Arabiae 189. miliarium Romanorum. Magnitudo lacuum Asphaltitis & Tiberiadis. De Tyro quaedam. Gaza quot miliaria abfuerit ab Aelana portu sinus Arabici. Quaedam ex Solino.

EX libris historiae naturalis, quorum auctor est Plinius, intervalla quaedam locorum Palaestinae possunt erui, digesta per mille passus, sive miliaria Romana, quorum & nonnulla in Polyhistora suum transtulit Solinus. Plinius quidem *l. V. c. 12.* Syriam describere ingressus, partes ejus pluribus nominibus distingui notat, Palaestinae videlicet, Judaeae, Coeles, Phoenices, Damascenae, atque aliis. Tum, quod ad institutum nostrum propius facit, *longitudinem ejus* scribit *inter Ciliciam & Arabiam* CCCCLXX. *millia passuum esse.* Mox Ostracine *Arabiam*, quam inter Aegyptum & Palaestinam usque ad litus maris mediterranei extendit, *finiri* scribit *a Pelusio* LXV. *millia passuum* (in itinerario Antonini LXVI. millia passuum inter Pelusium & Ostracinen constituuntur) atque ita pergit: *Mox Idumaea incipit & Palaestina ab emersu Sirbonis lacus, quem quidam* CL. *mill. pass. circuitu tradidere, Herodotus Casio monti applicuit: nunc est palus modica, oppida Rhinocolura & intus Rhaphea: Gaza & intus Anthedon, mons Angaris. Regio* (1.) *per oram Samaria: oppidum Ascalo liberum, Azotus: Jamnes duae, altera intus; Joppe Phoenicum antiquior terrarum inundatione, ut ferunt: insidet collem praejacente saxo, in quo vincu-* p. 439.

 lorum

(1.) In MSto compendio Plinii per Robertum Criceladiensem, qui vixit sub Henrico II. Angliae Rege saeculo XII, concinnato legi *Regio Pea Samaria.* Forsitan legendum *Regio per oram Sephela*, aut *Adora*, *Marissa*; certe Samaria ipse in fine hujus capitis alium situm eumque verum tribuit Plinius.

lorum Andromedae vestigia ostendunt. Colitur illic fabulosa Derceto. Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Caesarea, ab Herode Rege condita, nunc colonia prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta: finis Palaestines, centum octoginta novem millium passuum a confinio Arabiae. (2.) *Deinde Phoenice. Intus autem Samariae oppida Neapolis, quod antea Mamortha dicebatur, Sebaste in monte altiore, Gamala.* (3.)

p. 440. Deinde capite XIV. & XV. longitudinem latitudinemque duorum lacuum praecipuorum Palaestinae tradit, (de quibus plura dicemus *cap. IX.* quum intervalla ex Josepho expendemus) Jordanis cursum secutus, his verbis. *Jordanis amnis oritur fonte Paneade, qui cognomen dedit Caesareae, de qua dicemus: amnis amoenus, &, quatenus locorum situs patitur, ambitiosus, accolisque se praebens, velut invitus Asphaltiten lacum dirum natura petat, a quo postremo ebibitur, aquasque laudatas perdit pestilentibus mistas: ergo ubi prima convallium fuit occasio, in lacum se fundit, quem plures Genesaram vocant,* XVI. *mill. pass. longitudinis,* VI. *mill. latitudinis, amoenis circumseptum oppidis; ab oriente Juliade & Hippo, a meridie Tarichea, quo nomine aliqui & lacum appellant: ab occidente Tiberiade, aquis calidis salubri. Asphaltites nihil praeter* (4.) *Bittumen gignit: unde & nomen: nullum corpus animalium recipit: tauri camelique fluitant: inde fama, nihil in eo mergi. Longitudine excedit centum mill. pass. latitudine maxima* XXV. *implet, minima sex. Prospicit eum ab oriente Arabia Nomadum, a meridie Macherus, secunda quondam arx Judaeae ab Hierosolymis. Eodem latere est calidus fons medicae salubritatis Callirhoe, aquarum gloriam ipso nomine praeferens.*

Ubi ad Tyri descriptionem perventum est, haec quoque illic per passus & stadia digesta leguntur. *Tyrus quondam insula, praealto mari septingentis passibus divisa, nunc vero Alexandri oppugnantis operibus continens, olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Utica, & illa Romani imperii aemula Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis: nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat.*

Deni-

(2.) Id est ab Ostracine, ubi Arabia finitur, uti *cap. XII.* ipse scripsit. Verum in Itinerario Antonini interest Ostracinem & Caesaream tantum 156. miliaria constituuntur.

(3.) Non credo, adeo crasse erravisse Plinium, ut existimaverit, notissimam urbem Gamala, ad orientem lacus Gennesareth sitam, inter Samariae oppida locum habuisse. Crediderim potius, hanc vocem a librariis corruptam, & sub ea aliam urbem latere.

(4.) Meminit & *lib. VII. 15.* in lacu Judaeae (qui vocatur Asphaltites) certo anni tempore supernatans bitumen nequit sibi avelli, ad omnem contactam adhaerens praeterquam &c. *lib. 28. 7. bitumen in Judaea nascens: & 35. 15. Bituminis vicina est natura alibi limus alibi terra: limus e Judaeae lacu, ut diximus, emergens. Terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum.*

Denique Gaza quot miliaria abfuerit a sinu Arabico & portu ejus Aila his verbis enarrat, *cap. XI. Heroopoliticus vocatur, alterque Aelaniticus sinus rubri maris in Aegyptum vergentis CL. millia passuum intervallo inter duo oppida Aelana & in nostro mari Gazam. Agrippa a Pelusio Arsinoën Rubri maris oppidum per deserta CXXV. millia passuum tradit: tam parvo distat ibi tanta rerum naturae diversitas.* p. 441.

Solinus, quum Plinium describere soleat, vix quicquam de Palaestina tradit, quod in Plinio non invenerit. Utile tamen est, si eum cum Plinio conferamus, quod inde liqueat, quid ille in Plinio legerit jam olim, ut scriptura contextus Pliniani confirmetur. Capite XXXV. magnitudinem lacus Gennesareth ita notat. *Est & lacus Genesara, extentus passuum sedecim millibus, circumsessus urbibus plurimis. Sara* legi in omnibus Solini codicibus testatur Salmasius *in exercitationibus Plinianis ad Solinum pag. 408.* sed, uti & vir magnus observat, sine dubio scribendum est *Gennesara*: nam sub voce *Sara* latere nequit lacus Samochonites, nec illi haec magnitudo convenit, aut tot urbes aliaque. Liquet id ipsum quoque ex Plinio, qui iisdem fere verbis hunc lacum describit.

CAPUT IX.

DE INTERVALLIS LOCORUM PALAESTINAE QUAE IN SCRIPTIS JOSEPHI COMMEMORANTUR.

Hierosolyma quot stadia abfuerit a Jerichunte & Jordane. Quot abfuerit ab Ascalone, a Caesarea, a Bethlechem, a Gibeone, ab Emmaunte, a Ramathone, ab Herodio, ab Engaddi, ab lacu Asphaltite, ab monte olivifero, ab Anatoth, & Scopo. Quot stadia pateat in longitudinem ac latitudinem lacus Asphaltites. Quot lacus Tiberiadis. Quot lacus Samochonites. Intervallum inter lacum Asphaltiten & Tiberiadis. Lacus Phiala quot stadia abfuerit Paneade. Situs Tiberiadis, Gadarorum, Hippi, Scythopolis, Tarichea, Sennabris. Situs Machaeruntis. Intervallum inter Joppen & Antipatrida. Situs Ptolemaidis, Carmeli, Scalae Tyriorum & fluminis Beli. p. 442.

INtervalla a Flavio Josepho prodita singularem attentionem merentur, quod & plurima sint numero, & optimae illa scire potuerit, nec dubitari possit, quin ea, qua oportuit fide, illa ad posteros transmiserit. Fateor, in numeris errores committi potuisse a librariis, quos in Josepho describendo non magis accuratos, quam aliis scriptis fuisse credendum est, verum & antiquae versiones ejus Latinae, & quae ab aliis scriptoribus magna copia ex eo jam ante multa saecula descripta sunt, & quod ipse nonnunquam bis terve iisdem numeris stadiorum

rum idem intervallum definiat, aut alia addat, e quibus lux aliqua effulgere potest, ad deprehendendum verum stadiorum numerum, certa magis reddidisse videntur locorum Palaestinae intervalla, quae apud ipsum leguntur, quam quae apud multos alios. Notabimus ergo primum illa intervalla, quae ad urbem Hierosolymitanam spectant, quot stadia nimirum illa abfuerit a Jerichunte, Ascalone, Caesarea aliisque urbibus & locis vicinis. Deinde & alia, quae in scriptis Josephi extant, per stadia digesta locorum intervalla lustrabimus.

Hierosolymam abfuisse a Jerichunte centum & quinquaginta stadia scribit Josephus *lib. V. de bell. Jud. c. 4.* Ἀπέχει δὲ Ἱεροσολύμων μὲν σταδίους ἑκατὸν πεντήκοντα, τοῦ δὲ Ἰορδάνου ἑξήκοντα, *abest (Hiericho) Hierosolymis stadia 150, a Jordane vero 60.* Unde discimus, Hierosolymam a Jordane 210. stadia abfuisse; quod spatium esse aequale diaetae sive itineri unius diei, Procopius Caesareensis testatur *lib. I. de bello Vandalico cap. 1.* Μιᾶς δὲ ἡμέρας ὁδὸς ἐς δέκα καὶ διακοσίους διήκει σταδίους, *iter unius diei est 210. stadiorum.* Atque ita quoque doctores Hebraei Jordanem iter unius diei abesse Hierosolymis testantur. Verba dedimus supra *pag. 401.* Videamus, quomodo hoc intervallum cum testimoniis aliorum conveniat. Stadia octo efficiunt mille passus sive unum miliare Romanum, atque adeo 150. stadia, quot sunt Hierosolymis Hierichuntem, efficiunt
p. miliaria Romana 18. & paullo plus, nondum tamen 19. miliaria. Idem
443. plane intervallum auctor Itinerarii veteris Hierosolymitani definit, scribens: *Item ab Hierusalem in Hiericho mil. 18.* Illud autem spatium, quod inter Jerichuntem & Jordanem est, alii 6. miliarium Romanorum esse scribunt, uti auctor Itinerarii Antonini Martyris, cujus haec verba sunt, *de Jericho usque ad Jordanem sunt milia sex*, alii vero 5, quemadmodum colligitur ex iis, quae Hieronymus tradit in Onomastico ad vocem *Area, Atad*, atque ex eo Procopius Gazaeus in Comment. ad *Genes. 50. Aream scilicet Atad abesse tria miliaria a Jerichunte, duo a Jordane.* Nisi itaque in numeris erratum sit, dicendum est, longiorem viam tempore Josephi tritam fuisse & per spatia non ita recta ductum.

Hierosolyma distabat Ascalone 520. stadiis. Josephus *lib. III. cap. 1. de bell. Jud.* Ὥρμησαν ἐπ' Ἀσκάλωνα. Πόλις ἐστὶν ἀρχαῖα, τῶν Ἱεροσολύμων εἴκοσι πρὸς τοῖς πεντακοσίοις ἀπέχουσα σταδίους. *Ascalonem profecti sunt. Urbs haec antiqua erat, Hierosolymis distans spatio 520. stadiorum.* Rufinus legit 720: sed hoc intervallum nimium est. Hoc spatium ita posset digeri. Ab Ascalone Jamniam erant 200. stadia, i. e. 25. miliaria. Ita legitur in Strabone. A Jamnia Diospolin 12. erant miliaria, secundum Antonini Itinerarium. A Diospoli sive Lydda Hierosolymam erant 32. miliaria, uti supra visum est *p. 417.* Essent itaque universim ab Ascalone Hierosolymam usque miliaria LXIX, i. e. 552. stadia. Sed quum per loca alia, uti per Eleutheropolin & vicina, multo brevior via possit confici, uti ex Antonini itinerario liquet, non est dubium, 520. stadia a Josepho recte huic intervallo tribui potuisse.

Caesa-

Caesarea ab Hierosolyma aberat stadia sexcenta. Josephus *lib. I. de bell. Jud. cap. 3.* Χωρίον δ' αὐτῷ πρὸς σφαγὴν Στράτωνος πύργος εἵμαρτο. Καὶ τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθεν ἐστίν. *Locus autem fato ejus destinatus Stratonis turris est. Est autem ea hinc (Hierosolymis) 600. stadiis remota.* Eadem vero Caesarea est & turris Stratonis. Idem *Antiquit. lib. XIII.* tradit τοῦ χωρίου (Στράτωνος πύργου) σταδίους ἀπέχοντα νῦν X, *a loco (turre Stratonis) remotum per stadia 600.* Eundem numerum stadiorum in Josepho legit Zonaras *Annalium lib. V. pag. 219*, & Hegesippus p.
de excidio Hieros. lib. I. cap. 7. Quod si cum Itinerario veteri Hierosoly- 444.
mitano conferamus, videtur intervallum justo esse majus. Illic Hierosolymis Caesaream statuuntur miliaria haec

Nicopoli	XXII.
Lidda	X.
Antipatrida	X.
Betthar	X.
Caesarea	XVI.
	LXVIII.

Faciunt autem miliaria 68. stadia 544. Nec videtur Josephus id intervallum appellare posse stadiorum 600. Illud tamen praetereundem non est, in eodem Itinerario Hierosolymitano legi, *ab Hierusalem usque ad Caesaream per Nicopolim esse miliaria LXXIII.* Hoc efficit stadia 584: & is numerus videtur a Josepho posse nominari numerus sexcentorum stadiorum, quod exiguus 16. stadiorum defectus respectu sexcentorum attendi non mereatur; & sic vulgo hodieque loquamur sexcentis annis abhinc, sexcentis perticis inde, atque ita porro. Alterutrum itaque dici debet, vel numerum LXXIII. esse corruptum, vel in aliis numeris, quibus singularia intervalla notantur, vitium esse; hi enim LXVIII. efficiunt, ille LXXIII. Quum itaque liberum sit, hoc vel illud statuere, in illis numeris, qui juncti LXVIII. efficiunt, mendum esse suspicarer, quod auctoritas Josephi in his rebus magni apud me fiat, & plus uno in loco hoc intervallum ita definiverit, & jam olim alii e veteribus in eo ita legerint. Accedit, quod in Antonini Itinerario majus quibusdam locis ex hisce intervallum tribuatur, uti a Betar Diospolin (i. e. Lyddam) M. P. XXII. a Betar Caesaream M. P. XVIII. Atque adeo quatuor miliaria adduntur ad intervalla assignata in Itinerario Hierosolymitano, quae si jungas τοῖς LXVIII. habebis LXXII, quod quantum absit a LXXIII. (in ipso Itinerario Hierosolymitano notatis) & intervallo 600. stadiorum, quod Josephus memoriae prodidit, quilibet intelligit: ne jam dicam in Itinerario Antonini & veteri p.
illo Hierosolymitano nullam rationem habitam fuisse miliarium dimi- 445.
diorum aut aliarum partium; quum tamen credibile non sit, omnium

loco-

locorum in iſtis itinerariis recenſitorum intervalla integris miliaribus conſtitiſſe: imo contrarium doceri poſſit ex eorundem intervallorum deſcriptione, ab aliis auctoribus tradita per numerum ſtadiorum. Unde facile animadvertere eſt, numerum ſtadiorum, ſi exigatur ad iſtiusmodi miliaria, neglectis portionibus, in quas dividuntur, ſemper pro integris habita, excreſcere poſſe aliquo usque, & numerum ſtadiorum ſuperare. Ne denique loquar de ſpatio, quod ipſae urbes occupant, quodque omitti ſolet in itinerariis Antonini & Hieroſolymitano, quamvis ſi per ſex ſeptemve urbes easque majores intervalla locorum ducantur, hinc notabile incrementum diſtantiae unius loci ab alio accedat. Illud heic quidem monuiſſe ſufficiat, ne cogar ea identidem repetere, quum uſui veniet. Quod ſi haec quoque negligamus, ex ipſis illis veteribus itinerariis rem expedire poterimus, miliaria LXXIII. conſtituentes inter Caeſaream & Hieroſolymas, uti in veteri Itinerario Hieroſolymitano legitur, & illa digerentes hoc modo

Hieroſolymis Dioſpolin ſunt *miliaria* — — XXXII.
ſecundum Itinerarium vetus Hieroſolym.
Dioſpoli Betarum, *mil.* — — — — XXII.
ſecundum Itinerarium Antonini
Betaro Caeſaream *mil.* — — — — XIX.
ſecundum Itinerarium Antonini

LXXIII.

Quum natalibus Soſpitatoris noſtri inclaruerit urbs Bethlechem, in primis de ſitu ejus & intervallo, quo Hieroſolymis abeſt, nos ſollicitos eſſe oportet. Joſephus *Antiq. VII. 10.* videtur illam 20. ſtadiis ab urbe Hieroſolymitana collocare. Τῆς δὲ τῶν ἐχθρῶν παρεμβολῆς ἐν τῇ κοιλάδι κειμένης, ἡ μέχρι πόλεως Βηθλεὲμ διατείνει, ϛαδίοις Ἱεροσολύμων ἀπεχούσης εἴκοσι, *Exercitu hoſtili caſtra metante in valle, quae uſque ad urbem Bethleem*
p. *extenditur, ab Hieroſolymis diſſitam ſtadiis viginti.* Eſt tamen, cur de hoc
446. intervallo dubitemus. Nam & Hieronymus, qui tot annos Bethlechemi exegit, atque optime ſcire poterat, quantum hic vicus Hieroſolymis diſtaret, & Euſebius ſex miliarium intervallum hoc eſſe tradunt. Ita quoque auctor Itinerarii Hieroſolymitani, Severus Sulpitius, Phocas, &c. Efficiunt autem miliaria ſex ſtadia 48. Sed error hic non eſt Joſephi, verum ex verbis ejus male intellectis natus. Inſpice verba Graeca. Illud ἀπεχούσης refertur ad πόλεως Βηθλεὲμ, ſic ut ſenſus ſit, urbem Bethleem diſtare 20. ſtadiis ab urbe Hieroſolymitana. Sed refer illud ad vocem παρεμβολῆς & hoſtilem exercitum: atque ita Joſephus ſcripſit caſtra inimicorum, quae erant in valle ſe extendente usque ad urbem Bethleem, abfuiſſe Hieroſolymis 20. ſtadia; non ipſam urbem Bethleem Hieroſolymis abfuiſſe 20. ſtadiorum intervallum. Peccant itaque verſiones, quae Joſephum ita loquentem inducunt.

Hiero-

JNSCRIPTIONES DUAE PALMYRENAE

Num. 1.



Num. 2.



Hierosolymas Gabaone removet Josephus spatio 40. stadiorum, *l. VII. Ant. cap. 10.* ἐν Γαβαὼν, κώμη δ' ἐςὶν αὕτη ςαδίοις ἀπέχουσα τεσσαράκοντα τῶν Ἱεροσολύμων. *Gabaone, qui vicus est Hierosolymis distans 40. stadiis.* Mentio fit loci Γαβαὼ inter Bethoron & Hierosolymas in *lib. II. de bell. Judaico cap. 23.* & facile quispiam sibi persvaderet, eundem locum esse ac praecedentem, sed illic apud Josephum legitur, eum abesse Hierosolymis 50. stadia. Διὰ Βαιθωρῶν ἀναβὰς ςρατοπεδεύεται κατά τινα χῶρον Γαβαὼ καλούμενον ἀπέχοντα τῶν Ἱεροσολύμων πεντήκοντα ςαδίους. *Per Betheron profectus castra metatur ad locum quendam Gabao dictum dissitum Hierosolymis 50. stadiorum intervallo.* Quod si vel alterutra vel utraque sit celebris urbs Gabaon vel Gibeon, non video, quomodo cum Eusebio & Hieronymo hic situs conveniat. Hi enim 4. miliaria a Bethel versus occasus scribunt Gabaonem abfuisse. Bethel autem, secundum eosdem & multos alios, 12. miliaria Romana aberat Hierosolymis. Adeoque ad minimum per 8. aut 9. imo per 10. vel 11. miliaria abfuit Hierosolymis. Ad minimum, dico, abfuit per 8. miliaria, i. e. 64. stadia: etiamsi enim collocetur ad occidentem Bethelis, ita ut quam maxime versus austrum vergat & propinqua fiat Hierosolymis, debet abfuisse per 8. miliaria, quia Bethel ab Hierosolymis distat per 12. & Gabaon a Bethel per 4. Suspicor itaque, maxime quum in uno loco 40. in alio 50. legatur, nec duo loca ejusdem nominis adeo vicina fingere necesse sit, Josephi numeros hic esse corruptos. p. 447.

Bethoronis distantia ab urbe Hierosolymitana ex Josepho erui potest, si conferamus illa, quae *lib. II. de bello cap. 11.* leguntur cum *Antiquit. lib. XX. cap. 4.* Illic legitur; Κατὰ τὴν Βαιθωρὼ δημοσίαν ὁδὸν Στεφάνε τινὸς δέλε Καίσαρος ἀποσκευὴν κομιζομένην διήρπασαν λῃσαὶ προσπεσόντες. *In via publica ad Bethoron latrones quidam Stephanum servum Caesaris suppellectilem vehentem aggressi spoliarunt.* Hic vero, Τινὲς κατὰ τὴν δημοσίαν ὁδὸν ὡς ἑκατὸν ςαδίων ἄπωθεν τῆς πόλεως Στέφανον Καίσαρος δέλον ὁδοιπορέντα λῃσεύσαντες ἅπασαν αὐτε κτῆσιν διαρπάζεσιν. *Quidam in via publica, 100. stadiis circiter ab urbe, Stephanum Caesaris servum aggressi omnia, quae secum habebat diripuerunt.* Aberat ergo Bethoron 100. circiter stadia ab urbe Hierosolymitana. Quod mire convenit cum Eusebii & Hieronymi testimonio scribentium, Bethoron abesse Hierosolymis spatium duodecim miliarium. Atqui centum stadia efficiunt miliaria 12. cum dimidio: & quum dimidia miliaria semper ii negligant, nec nisi integra numerent, vix potuit aliter spatium 100. stadiorum, quam miliaribus 12. definiri.

Legitur in historia Evangelica vicum Emmaunta dissitum fuisse Hierosolymis spatio 60. stadiorum: sic ut ex Josepho id discere non sit necesse. Lubet tamen ejus verba adscribere, ne quid praetermisisse videamur, & ut testimonia scriptorum sacrorum ejus dicta firmentur. Ita scribit *lib. VII. cap. 26.* Ὀκτακοσίοις δὲ μόνοις ἀπὸ τῆς ςρατιᾶς διαφειμένοις χωρίον ἔδωκεν εἰς κατοίκησιν, ὃ καλεῖται μὲν Ἀμμαῦς, ἀπέχει δὲ τῶν Ἱεροσολύμων ςαδίους ἑξήκοντα. *Solis octingentis militibus illic (in Judaea) relictis*

locum dedit, quem incolerent, qui vocatur Ammaus: distat autem Hierosolymis stadiis sexaginta. Latinus Interpres legit τριάκοντα, uti & Zonaras, sed numerus 60. cum historia sacra convenit *Luc. 24. 13.* adeoque retinendus.

Meminit Josephus urbis Ramathonis, quae eadem est cum רמה *Rama* Benjaminis, locatque illam 40. stadiis ab urbe Hierosolymitana, p. 448. *lib. VIII. Antiquit. cap. 6.* Ἐπῆλθε πόλει τινὶ τῶν ἐκ ἀφανῶν Ῥαμαθῶνι τὄνομα, σταδίων ἀπεχούσῃ Ἱεροσολύμων τεσσαράκοντα. *Aggressus est urbem non ignobilem, Ramathonem nomine, distantem Hierosolymis 40. stadiis.* Efficiunt autem 40. stadia miliaria Romana quinque. Eusebius & Hieronymus hanc urbem in sexto ab Hierosolymis miliario collocant, quod cum Josepho satis bene convenit, si per 41. aut 42. stadia abfuerit, & numero rotundo id Josephus per 40. expresserit. Et quam parva est stadii unius quantitas, ut vel omitti vel addi potuerit?

Duplex arx fuit ab Herode condita, nomine Herodium, quarum una Hierosolymis aberat 60. stadia, teste Josepho *Antiq. lib. XV. cap. 12.* Τοῦτο δὲ τὸ φρούριον ἀπέχει μὲν Ἱεροσολύμων περὶ ξ' σταδίους. *Arx haec aberat Hierosolymis 60. stadia.* Esse autem hanc arcem Herodium dictum apparet ex eo, quod dicatur ab illo condita eo loco, quo Judaeos olim profligavit. Illud autem alibi de Herodio traditur *Antiquit. XIV. cap. 25.* Συνεπέθεντο δὲ καὶ οἵτοι γενομένοις ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα τῆς Πόλεως προσβαλόντές τε καὶ εἰς χεῖρας ἐρχόμενοι κατὰ τὴν ὁδόν. Οὓς δὴ τρεψάμενος καὶ κρατήσας ἐχ' ὡς ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀνάγκη τις τοιαύτη καθεστὼς, ἀλλ' ὡς κάλλιστα καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος, πρὸς πόλεμον παρασκευασμένος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ἐν ᾧ τῶν Ἰουδαίων ἐκράτησε μετὰ χρόνον βασιλεύσας ἔκτισε καὶ βασιλεῖον κατεσκεύασεν ἀξιολογώτατον καὶ πόλιν περὶ αὐτὸ Ἡρωδίαν προσαγορεύσας. *Sexagesimo ab urbe stadio eum aggressi ad pugnam coëgerunt. Ille autem victis iis & fugatis ita, ut videretur jam ante praeparatus, non ex necessitate, praelium commisisse, in eo loco, ubi Judaeos superavit, postea throno admotus regiam condidit & urbem nomine Herodium.*

Aberat Engaddi ab urbe Hierosolymitana stadia trecenta, teste Josepho *Antiquitatum lib. VIII. cap. 1.* Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐστράτευον ἐπ' αὐτὸν Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται, συμπαραλαβόντες καὶ Ἀραβῶν μεγάλην μοῖραν καὶ καταστρατεύονται πρὸς Ἐγγαδδὲ πόλιν κειμένην πρὸς τῇ Ἀσφαλτιδι Λίμνῃ τριακοσίους ἀπέχουσαν σταδίους τῶν Ἱεροσολύμων. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῇ φοίνιξ ὁ κάλλιστος, καὶ ὀποβάλσαμον. *Eodem tempore Moabitae atque Ammonitae cum Arabum auxiliis bellum ei inferunt & castra metantur prope urbem Engaddi vicinam Lacui Asphaltiti, & disjunctam ab Hierosolymis 300. stadia. Crescunt autem illic optimae palmae & opobalsamum.* p. 449. Non est ducenda linea hujus spatii 300. stadiorum recta Hierosolymis ad mare mortuum, quia non abest illud ab urbe tanto intervallo, sed secundum consuetudinem Josephi per Jerichuntem, quia ista via trita erat, & forte prius a Jerichunte Jordanem usque, atque inde ad Engaddi. Atque ita 150. stadia sunt Hierosolymis Jerichuntem, inde ad Jordanem 60. & inde 89. aut 90. usque ad Engaddi. Hieronymus quidem hic non meretur fidem, maxime quum decipi potuerit hac in re, & Engaddi ejus aetate non superfuerit, quando scribit, Engallim esse ad mare mortuum, ubi Jordanes in id illabitur & Engaddi ad oppositam, i. e. australem extremitatem maris mortui. Tunc enim plus quam 600. stadia Hierosolymis abfuisset, quandoquidem Lacus ipse longitudine complectitur 580. stadia, uti testatur Josephus.

Idem intervallum Josephus attribuit Hierosolymis & lacui Asphaltiti, sic ut Engaddi non longe a principio ejus collocari debeat. *Antiquitat. lib. XV. cap. 9.* Ἐπὶ τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην. Αὕτη δὲ ἀπέχει τῶν Ἱεροσολυμιτῶν ὅρων σταδίους τ'. *Ad Lacum Asphaltiten, qui a finibus Hierosolymitanis abest 300.* Quum tamen hoc spatium confero cum eo, quod alii inter Hierosolymas & hunc Lacum statuunt, videtur esse justo majus, etiamsi per Jerichuntem & inde ad Jordanem atque ita porro austrum versus iter instituatur: nam stadia 250. circiter intercedunt aut paullo plus; sic ut forsitan, quia numerus stadiorum propior erat numero 300. quam 200. aut quia Jericho (remota ab Hierosolymis 150. stadia uti ipse Josephus scribit) in media parte viae, conficiendae Hierosolymis ad lacum, censebatur, scripserit 300. stadia Hierosolymas a lacu Asphaltite abfuisse.

Quinque stadia aberat mons olivifer ab Hierosolymis teste Josepho *Antiquit. lib. XX. cap. 6.* Συμβαλλόντων τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ τρὸς ὄρος τὸ προσαγορευόμενον Ἐλαιῶν ἔρκεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως ἄντικρυς κείμενον ἀπέχει στάδια πέντε. *Plebi persuadens, ut secum montem olivarum adscenderet, qui e regione urbis situs est & inde abest quinque stadia. Act. 1. 12.* dicitur iter Sabbathi abfuisse ab Hierosolymis; quod fuit bis mille cubitorum. At p. 450. bis mille cubiti Hebraici efficiunt 6. circiter stadia, uti quidam volunt, uti alii, 8. de qua re vide supra *pag. 397.* Inter Josephum & scriptores sacros discordia nulla intercedit: quum enim integri stadii spatium admodum sit exiguum, respectu magni montis oliviferi, utpote necdum par 50. perticis Rhenolandicis, & initium montis, ubi assurgere incipit ex valle Kedron, a diversis locis paullulum distantibus duci possit, quidni unus scriptor dicere possit, eum ab Hierosolymis abesse 5. stadia, alter 2000. cubitos (si vel maxime illos pares esse 6. stadiis constaret) tertius, finge, 5. stadia & $\frac{1}{2}$. Non video, quid obstet, quum fragmenta sive partes stadiorum a scriptoribus sacris negligi soleant. Posset etiam quis meo judicio vere scribere, 6. stadia hunc montem ab Hierosolymis abfuisse: & hoc ipsum forsan Josephus credidit, quando *lib. VI. de bell. 3.* scribit, legionem decimam in monte, (vel juxta montem, uti alii) olearum sexto ab urbe stadio castra metatam. Προσετέτακτο αὐτοῖς ἓξ ἀπέχοντας τῶν Ἱεροσολύμων σταδίους στρατοπεδεύσασθαι κατὰ τὸ Ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ὁ τῇ πόλει πρὸς ἀνατολὴν ἀντίκειται. *Illis praeceptum fuit sexto ab Hierosolymis stadio castra metari in monte olearum, qui ad ortum urbi objacet.*

Viginti ſtadia Hieroſolymis abfuiſſe patriam Jeremiae Anathoth Joſephus ſcribit *Antiq. lib. X. cap. 10.* Ἐις τὴν πατρίδα παραγενέσθαι λεγομένην Ἀναθὼθ, ϛαδίας δὲ ἀπέχεσαν Ἱεροσολύμων εἴκοσι. *Ad patriam reverti, nuncupatam Anathoth, disjunctam ab Hieroſolymis intervallo 20. ſtadiorum.* Convenit hoc cum teſtimonio Euſebii & Hieronymi, qui illum vicum ὡς ἀπὸ σημείων γ', in tertio miliario ab Hieroſolymis ſitum fuiſſe tradunt. Efficiunt autem 20. ſtadia miliaria duo cum dimidio.

Σκοπὸς locus abeſt ſeptem ſtadia Hieroſolymis verſus ſeptentrionem, & hinc primum urbs conſpici poteſt, teſte Joſepho *lib. II. de bell. cap. 24.* Στρατοπεδευσάμενος ἐπὶ τοῦ καλουμένου σκοποῦ, διέχει δὲ οὗτος ἑπτὰ τῆς πόλεως ϛαδίας. *Caſtra metatus in loco, ſcopo dicto, qui abeſt ſeptem ſtadia Hieroſolymis.* Et *lib. VI. cap. 3.* Ἐπὶ τὸν σκοπὸν καλούμενον προέσεισιν· ἔνθεν
p. 451. ἥτε πόλις ἤδη κατεφαίνετο καὶ τὸ τοῦ Νεῶ μέγεθος ἔκλαμπρον καθὰ τῷ βορείῳ κλίματι τῆς πόλεως χθαμαλὸς συνάπτων ὁ χώρος ἐτύμως σκοπὸς ὠνόμαϛαι, τῆς δὲ πόλεως ϛαδίας ἑπτὰ διέχων. *Ad locum, qui ſcopus nuncupatur, pervenit, unde & urbs & eximia templi magnitudo clare conſpiciuntur, qua parte ſeptentrionalem regionem urbis locus humilior contingit, appoſite ſcopus dictus, ab urbe ſeptem ſtadiorum intervallo disjunctus.*

Poſtquam ſitum urbis Hieroſolymitanae reſpectu tredecim locorum circumjacentium ex Joſepho firmavimus, idem in tribus lacubus, qui praecipue fuere terrae Iſraëliticae, tentabimus. Horum primus eſt lacus Aſphaltites, cujus longitudinem & latitudinem his verbis deſcribit *lib. V. de bell. cap. 5.* Ταύτης τῆς λίμνης μῆκος μὲν ὀγδοήκοντα καὶ πεντακόσιοι ϛάδιοι, καθὸ δὴ μέχρι Ζοάρων τῆς Ἀραβίας ἐκτείνεται, εὖρος δὲ πεντήκοντα καὶ ἑκατόν. *Hujus lacus longitudo eſt quingentorum & octoginta ſtadiorum, quo uſque ad Zoara Arabiae extenditur, latitudo autem centum & quinquaginta.* Ita quoque (ex Joſepho, uti videtur, quem alibi citat) Adamnanus *lib. 2.* de locis ſanctis *cap. 15.* *Qui (Arculphus) etiam ejuſdem ſuperius memorati lacus maritimam frequentavit oram, cujus longitudo ad Zoaros Arabiae, ſtadiis quingentis octoginta dirigitur, latitudo ſtadiis centum quinquaginta, uſque ad viciniam Sodomorum.* Ultima male addita ſunt ex perperam intellecto Joſepho, qui deſcriptioni exhibitae ſubjungit, Γειτνιᾷ δὲ ἡ Σοδομῖτις αὐτῇ, *vicina eſt illi lacui regio Sodomitis.* Quod ad latitudinem lacus reſpectum non habet. Ita quoque Ζοαρῶν, ambiguum an Ζοαροὶ, an vero a Ζοαρὰ eſſet, peperit *Zoaros* apud Adamnanum, & qui eum ſecutus eſt in pleriſque Bedam *l. II. c. 12.* de locis ſanctis. Quod ſi ad miliaria vetera Romana redigatur, longitudo hujus lacus erit 72. miliarium, latitudo 18. Plinius *Hiſtor. lib. V. 16. Longitudine excedit C. M. paſſuum, latitudine maxima XXV. implet, minima VI.* Maundrellus in itinerario ſcribit, dici lacum Aſphaltiten longum eſſe 24. leucas & 6. latum. Id cum Joſephi teſtimonio ſatis bene convenit, ſi leucam ſtatuamus tria miliaria Romana complecti, ſive 72. ſtadia.

Alter

Alter lacus, iſque fauſtioris memoriae, quod praeſentia & operibus Venerandi Soſpitatoris noſtri nobilitatus fuerit, eſt lacus Genneſareth p.
ſive Tiberiadis, cujus longitudinem latitudinemque his verbis tradit Jo- 442.
ſephus *lib. III. de bell. Jud. cap. 18.* Ἡ δὲ λίμνη Γεννησὰρ μὲν ἀπὸ τῆς προκείμενης χώρας καλεῖται ϛαδίων εὖρος ἔσα τεσσαράκοντα καὶ πρὸς τούτοις ἑτέρων ἑκατὸν τὸ μῆκος γλυκεῖά τε ὅμως ἐϛὶ καὶ ποτιμωτάτη. *Lacus Genneſar nomen habet a regione, cui adjacet, & latus quidem eſt ſtadia quadraginta, longus centum, aquam habens dulcem & potabilem.* Verum pro 100. ſtadiis in Joſepho jam olim 140. lectum fuit, quod praetulerim. Vide ſupra *p. 422.*

Magnitudinemque lacus Samochonitis idem tradit *lib. IV. de bell. cap. 1.* Πρὸς τῇ Σεμεχωνίτιδι λίμνῃ. Ταύτῃ τριάκοντα μὲν εὖρος ἑξήκοντα δὲ μῆκος ϛάδια. *Ad lacum Samochoniten. Huic latitudo eſt ſtadiorum triginta, longitudo ſexaginta.* Quae redacta ad miliaria vetera Romana, efficiunt longitudinem miliarium 7. & $\frac{1}{4}$. latitudinem 3. & $\frac{3}{4}$.

Ex eodem auctore docemur, quantum intervallum hi lacus a ſe invicem abfuerint. Inter lacum Tiberiadis & Samochoniten ſtadia 150. interceſſerunt. *Lib. III. de bell. cap. 18.* Ἀρχόμενος δὲ φανερᾶ ῥεύματος ὁ Ἰορδάνης ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἄντρου, κόπτει μὲν τὰ τῆς Σεμεχωνίτιδος λίμνης ἕλη καὶ τέλματα, διαμείψας δὲ ἑτέρους ἑκατὸν εἴκοσι ϛαδίους μετὰ πόλιν Ἰουλιάδα διεκτέμνει τὴν Γεννησὰρ μέσην. *Ab hoc antro (Panio) incipit Jordanes ita labi, ut conſpicuus ſit, & ſecat paluſtria lacus Samochonitis, & per alia 120. ſtadia lapſus poſt urbem Juliada, mediam Genneſar ſecat.* Illa alia 120. ſtadia reſpiciunt illa, quorum paullo ante meminerat, quae ſub terra & inconſpicuus Jordanes permeat. Nec enim videtur ex his verbis effici debere ab antro Panio uſque ad lacum Samochoniten etiam eſſe 120. ſtadia. Certe Joſephus id non dicit, ſed contra Jordanam, ubi coepit conſpicuis labi, ſecare ſcribit lacum, & alibi ἕλη paluſtria hujus lacus extendit uſque ad regionem Δάνην (nunc Δάφνην legitur) id eſt uſque ad Dan, vide *lib. IV. de bell. cap. 1.* Quumque non niſi ſemel antea mentionem 120. ſtadiorum fecerit, & mox addat ἑτέρους, *alia* 120. ſtadia, non videtur ad alia reſpexiſſe, quam illa, quae commemoraverat.

Non tradidit expreſſis verbis Joſephus ſpatium, quo Lacus Aſphal- p.
tites abeſt a Lacu Tiberiadis, ſed ex quantitate Campi Magni ſive Με- 443.
γάλου Πεδίου, quod a Jordane medium ſecatur, colligere licet, intervallum, quod a lacu Aſphaltite ad lacum Tiberiadis eſt, paullo majus eſſe longitudine lacus Aſphaltitis. Illud Μέγα Πεδίον longitudinem habuit 1200. *ſtadiorum*, ϛαδίων χιλίων διακοσίων, uti ſcribit *lib. V. cap. 4.* Eſt autem longitudo ejus a vico Gennabri uſque ad lacum Aſphaltiten, i. e. uſque ad ultimas lacus hujus extremitates verſus auſtrum, uti ipſe paullo ante dixerat, μέχρι τῆς Σοδομιτῶν χώρας καὶ τῶν περάτων τῆς Ἀσφαλτίτιδος, *uſque ad regionem Sodomitarum & fines lacus Aſphaltitis.* Atqui Sodoma fuit prope Zoar, quem locum & Joſephus ad auſtralem extremitatem hujus lacus collocaverat & recte. Praeterea intelligendum

eſſe

esse finem lacus, non initium, liquet ex eo, quod ab altera Jordanis ripa μέγα Πεδίον dicatur se extendere a Juliade usque ad fines urbis Arabum Petrae. Illa autem aberat a lacu Asphaltite 300. stadia versus austrum: & si usque ad initium lacus Asphaltitis se extendere μέγα Πεδίον dicere voluisset, quidni Machaeruntem illic sitam terminum huic magno campo assignat? Certum itaque sit, μέγα hoc Πεδίον a lacu Tiberiadis (nam Sinnabris illa aut Gennabris 30. stadia aberat a Tiberiade austrum versus, quippe sita inter Tiberiada & Scythopolin, uti Josephus scribit *lib. III. de bell. cap. 16.*) extendi usque ad extremitatem australem lacus Asphaltitis. Certum quoque sit, secundum Josephi testimonium, lacum Asphaltiten occupare 580. stadia. His demtis ad 1200. spatium paullo majus, quam 600. stadia restabit, illi intervallo dandum, per quod se μέγα Πεδίον extendit ab extremitate boreali Lacus Asphaltitis ulterius boream versus.

Addamus & his tribus lacubus quartum, quantitate licet imparem, illum tamen, ex quo aquae ad tres modo memoratos deferuntur. Lacum Phialam dico, fontem verum Jordanis, quem admodum docuit Josephus. Abest hic lacus stadia centum a Paneade sive Caesarea Philippi. *Lib. III. de bell. c. 18.* haec leguntur Ἡ δὲ (φιάλη) ἔστιν ἀνιόντων εἰς τὴν Τραχωνῖτιν ἀπὸ σταδίων ἑκατὸν εἴκοσι Καισαρείας τῆς ὁδῷ κατὰ δέξιον μέρος ἐκ ἄπωθεν, ἐκ μὲν ἓν τῆς περιφερείας ἑτοίμως φιάλη κέκληται, τροχοειδὴς οὖσα λίμνη. *Est autem Phiala non longe a via ad dextram, qua ad Trachonitidem ad-*
p. 454. *scenditur, 120. stadiis a Caesarea; apposite lacus hic Phiala nuncupatur a rotunditate & forma rotae.*

Inter urbes Galilaeae Tiberias excellit, cujus situm respectu aliquot urbium vicinarum Josephus variis locis definivit. In vitae suae historia *pag. 1025.* Ἡ γὰρ σὴ πατρὶς, ὦ Ἰόσε, κειμένη ἐν τῇ Γεννησαρίτιδι λίμνῃ ἀπέχουσα Ἵππου μὲν στάδια τριάκοντα, Γαδάρων δὲ ἑξήκοντα, Σκυθοπόλεως δὲ εἴκοσι ἑκατόν. *Tua autem patria,* (i. e. Tiberias) *o Juste, ad lacum Gennesariten distat ab Hippo 30. stadia, Gadaris 60. Scythopoli 120.* Confer cum Itinerario Antonini, quod a Scythopoli ad Gadara statuit XVI. M. P. Aberat porro Tiberias a Tarichea stadia 30. Idem Josephus vitae *pag. 1010.* Εἰς Ταριχέας ἀπεχομένου μοῦ τῆς Τιβεριάδος ἀπεχούσας στάδια τριάκοντα, *me Taricheas profecto Tiberiade, quae hinc absunt stadia triginta.* Denique a Tiberiade 30. stadia versus plagam Taricheis oppositam, id est, ad austrum erat vicus Sennabris. *Lib. III. de bell. Judaico cap. 16.* Στρατοπεδεύεται μὲν ἀπὸ τριάκοντα τῆς Τιβεριάδος σταδίων κατά τινα σταθμὸν εὐσύνοπτον τοῖς νεωτεροῖς. Σεννάβρις ὀνομάζεται. *Castrametatur triginta stadiis a Tiberiade, mansione conspicua novarum rerum studiosis, cui nomen Sennabris.*

Machaerus, quandoquidem Peraeae sive regionis trans Jordanicae terminus est ad austrum, quemadmodum Pella ad septentrionem, eo accuratius in ejus loci situm inquirendum est. Aberat is non longe a mari mortuo sive lacu Asphaltite & eo loco, ubi Jordanes in hunc illabitur.

Sexaginta stadiorum intervallo Josephus Machaerunta a Lacu Asphaltite disjungit, *Lib. VII. de bell. Judaico cap. 25.* ἡ γὰρ ἀπὸ τῆς Ἑσπέρας περιτέμνουσα παρατείνει σταδίους ἑξήκοντα, πέρας αὐτῆς τὴν Ἀσφαλτῖτιν ποιουμένη λίμνην. *Quae ab occidente (Machaeruntem) vallis est, extenditur stadia sexaginta, terminum ejus faciens lacum Asphaltiten.*

Celebris urbs est Joppe, quam portum quasi urbis Hierosolymitanae dicere posses, quum & olim & nunc naves ad illum locum appelli soleant, quae iter in Palaestinam conficiunt, quamvis nunc quidem urbs nulla sit, & nonnisi ruinae duarum turrium in colle supersint, quarum omnia fere itineraria Hierosolymitana mentionem faciunt. Quantum p.
ab hac urbe abfuerit Antipatris ex Josepho discimus ita scribente *lib.* 455.
Antiquitat. XIII. cap. 23. Δείσας δὲ Ἀλέξανδρος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ ταφρὸν ὀρύττει βαθεῖαν ἀπὸ τῆς Χαβαρζαβᾶ καταρξάμενος, ἡ νῦν Ἀντιπατρὶς καλεῖται, ἄχρι τῆς εἰς Ἰόππην θαλάσσης ἣ καὶ μόνον ἦν ἐπίμαχον· τεῖχος τε ἐγείρας καὶ πύργους ἀναστήσας ξυλίνους καὶ μεσοπύργια ἐπὶ σταδίους οὗ τὸν Ἀντίοχον ἐξεδέχετο. *Timens Alexander invasionem ejus fossam profundam duxit a Caphar saba, quae nunc Antipatris appellatur, usque ad mare Joppense, qua solum patebat accessus. Muro itaque exstructo & turribus ligneis per intervalla exstructis, usque ad spatium 150. stadiorum Antiochum praestolabatur.* Vel solus hic locus Josephi docet, Antipatrida non fuisse urbem maritimam: quorsum enim fossa duceretur ab una urbe maritima ad aliam, ad arcendum exercitum hostilem, qui terra non mari iter faciet? Et si Antipatris ad mare fuit, quidni relicta Antipatride ad orientem litoris marini, ubi planities erant (nulli enim montes erant a Carmelo Joppen usque & ulterius) pergere poterat? Quod autem ad spatium attinet 150. stadiorum, efficit 18. miliaria Romana. Atqui tantum aberat Antipatris a Joppe. Nam a Joppe usque Lyddam erant 8. miliaria, quia a Joppe ad Hierosolymas erant 40. ab Hierosolymis Lyddam 32. ergo inde Joppen versus 8. A. Lydda autem usque ad Antipatrida erant 10. miliaria, aut paullo plus. Sed praestat hoc spatium juxta fossam recta ducere.

Alterius quoque portus ad mare magnum, Ptolemaidis videlicet, situm respectu locorum vicinorum satis accurate descriptum exhibet Josephus *bell. II. cap. 2.* Πόλις αὕτη τῆς Γαλιλαίας παράλιος κατὰ τὸ μέγα πέδιον ἐκτισμένη, περιέχεται δὲ ὄρεσιν ἐκ μὲν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν κλίματος ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα τῶν τῆς Γαλιλαίας, ἀπὸ δὲ τοῦ μεσημβρινοῦ τῷ Καρμήλῳ διέχοντι σταδίους ἑκατὸν εἴκοσι, τῷ δὲ ὑψηλοτάτῳ κατ' ἄρκτον, ὃ καλοῦσι κλίμακα Τυρίων οἱ ἐπιχώριοι καὶ τοῦτο δὲ σταδίους ἀφέσηκεν ἑκατόν. Τοῦ δὲ ἄσεως ἀπὸ δύο σταδίων ὁ καλούμενος Βήλους ποταμὸς παραῤῥεῖ παντάπασιν ὀλίγος. *Est haec urbs Galilaeae maritima, in magno campo sita, cincta montibus, quorum ille quidem, qui ad ortum est 60. inde stadiis remotus Galilaeae est, qui ad austrum 120.* p.
inde stadiis Carmelus, qui ad Septentrionem isque altissimus ab accolis Scala Tyrio 456.
rum nuncupatur. Duobus autem stadiis ab urbe fuit Beleus, flumen prorsus exiguum.

CAPUT X.

DE INTERVALLIS LOCORUM PALAESTINAE A PTOLEMAEO NOTATIS.

Ptolomaei aetas. Diligentia ejus singularis. Excerpta ex descriptione Phoenices. Descriptio Batanaeae. Descriptio Galilaeae, Samariae, & Judaeae. Errores innumeris Ptolemaicis. Excerpta ex Ptolemaei tabula urbium insignium.

PRoximus temporibus Flavii Josephi fuit Claudius Ptolemaeus, praeclare de omni Geographia meritus, qui, imperante Antonino Pio, scripsit, adeoque circa medium saeculi a Christo nato secundi. Hic quod & gente fuerit Aegyptius, & in Arabiae descriptione, quae id temporis partem regionis ab Israëlitis possesse complectebatur, singulari cura versatus ab Stephano scriptore τῶν Ἐθνικῶν fuisse dicatur, & longitudines latitudinesque singulis locis adscripserit, omnino a nobis consulendus est, ut urbes vicosque Palaestinae & intervalla eorum cognoscamus. Quod si nec ipse nec librarii in notandis numeris peccassent; nulli plus deberemus, quam huic auctori, & ex eo solo tabula Geographica Palaestinae confici potuisset. Verum quoniam ex collatione numerorum variorum in ipso Ptolemaeo liquet, illos corruptos esse, (uti ostendemus) alii quoque ad partes vocandi fuerunt. Adscribemus ergo, quae in eo leguntur ad institutum nostrum facientia ex *lib. V. c. 15. tab. IV.* Asiae.

ΦΟΙΝΙΚΗΣ, PHOENICES.

p. 457. (1.) Λευθέρα, *Leutheri fluvii ostia* 68. 34. $\frac{1}{3}$. $\frac{1}{12}$.
Ἰμύρα. *Himyra.* 67. $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ $34\frac{1}{3}$.
Ὀρθωσία. *Orthosia.* 67. $\frac{1}{6}$. $34\frac{1}{3}$.
Τρίπολις. *Tripolis.* 67. $\frac{1}{2}$. $34\frac{1}{3}$.
Θεᾶ πρόσωπον. *Dei facies, promontorium.* 67. $\frac{1}{3}$. $34\frac{7}{8}$.
Βότρυς. *Botrys.* 67. $\frac{1}{2}$. $34\frac{1}{12}$.
Βίβλος. *Biblus.* 67. $\frac{2}{3}$. 33. $\frac{11}{23}$ $\frac{1}{12}$.
Ἀδωνίς. *Adonii, fluminis ostia.* 67. $\frac{2}{3}$. 33. $\frac{11}{24}$.
Βήρυτος. *Berytus.* 67. $\frac{1}{2}$. $33\frac{2}{3}$.
Λέοντος. *Leontis, fluminis ostia.* 67. $\frac{1}{2}$. $33\frac{1}{12}$.
Σιδών. *Sidon.* 67. $33\frac{1}{2}$.
Τύρος. *Tyrus.* 67. $33\frac{1}{3}$.
Ἐκδίππα. *Ecdippa.* 67. $\frac{1}{6}$. $33\frac{1}{4}$.
Πτολεμαΐς. *Ptolemais.* 66. $\frac{11}{23}$. 33.
(2.) Συκαμίνων. *Sycaminon.* 66. $\frac{11}{23}$. 32. $\frac{11}{23}$ $\frac{5}{12}$.

Κάρμη-

(1.) Ἐλευθέρα.
(2.) Συκαμίν.

Κάρμηλος. *Carmelus mons.* 66. $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$. 32. $\frac{11}{23}$ $\frac{1}{12}$.
(3.) Δῶρα. *Dora.* 66. $\frac{1}{2}$. $32\frac{2}{3}$.
(4.) Χορσία. *Chorsei, fluminis ostia.* 66. $\frac{1}{3}$. $32\frac{1}{2}$ $\frac{1}{12}$.

A meridie Judaea, Ἰουδαία, *juxta lineam inde descriptam versus orientem, quae ad meridiem flectitur & situm habet* $67\frac{1}{2}$. $32\frac{1}{3}$.

Finiturque juxta situm 68. $31\frac{1}{3}$.

Et parte Arabiae Petraeae, Πετραίας Ἀραβίας, *juxta lineam productam a fine praedicto, quasi ad memoratam Arabiam usque finem, cujus gradus habet* $70\frac{1}{2}$. $31\frac{11}{23}$.

Ab ortu solis linea inde producta juxta Arabiam desertam, ἔρημον Ἀραβίαν, *usque alveum Euphratis juxta Thapsacum,* Θάψακον, *cujus finis super Euphrate gradus habet* 73. $35\frac{1}{12}$.

Et deinde parte Euphratis fluvii penes Mesopotamiam usque finem fluvii versus Cappadociam, qui gradus habet 71 $\frac{2}{3}$. 34. p. 458.

Montes autem in Syria insignes sunt

Πιάρα, *Piara, mons, cujus medium habet gradus* $69\frac{2}{3}$. $35\frac{2}{3}$.
Κάσιος, *Casius mons, cujus medium gradus habet* $68\frac{11}{24}$. $35\frac{11}{24}$.
Λίβανος, *Libanus, mons, cujus fines habent gradus* $68\frac{11}{24}$. 34 & 70. $33\frac{5}{4}$.
Ἀντιλίβανος, *Antilibanus, mons, cujus fines habent gradus* 68. $33\frac{1}{3}$. & $69\frac{2}{3}$. 32.

Et juxta Arabiae deserta

Ἀλσάλαμος, *Alsalamus mons, cujus medium gradus habet* 71. 33. *Penes Judaeam autem*

Ἵππος, *Hippus mons, cujus medium gradus habet* $68\frac{1}{2}$. 32.

Irrigant regionem & alii fluvii, ut

Ἀραπαλυναρέων. *Arapalynareon, cujus fines gradus habent* $71\frac{3}{4}$. $34\frac{11}{24}$. & $71\frac{3}{4}$. $33\frac{1}{3}$.

Et a Damascis montibus, Δαμασκῶν, *fluvius* Χρυσορρόας *Chrysorroas appellatus, cujus fines gradus habent* $69\frac{1}{4}$. $33\frac{1}{2}$. & $69\frac{11}{24}$. 32.

 Et

(3.) Ex hac latitudine sequeretur, Dora locanda supra Carmelum & Sycaminon, quod falsum.

(4.) Hic idem est fluvius, cujus meminit postea nomine Χρυσορρόα. Vid. *cap. XVI.* in initio. Est tamen diversus a Chrysorroa Damasceno, nam ipse paulo post extrema Chrysorroae Damasceni definit ab una parte grad. long. $69\frac{1}{4}$. lat. $33\frac{1}{4}$. ab altera parte grad. long. $69\frac{1}{2}$. & lat. 32. sed hic quoque in numeris mendum est in grad. sc. long. nec inter eundem gradum, & quidem partes $\frac{1}{2}$. & $\frac{1}{4}$. id flumen describi potest.

Et Jordanis, Ἰορδάνε, *fluvii pars, quae penes Gennesaritiden*, Γεννησαρίτιδην, *lacum est, cujus medium habet gradus* $67\frac{2}{3}$. $32\frac{1}{3}$.

* *

ΦΟΙΝΙΚΗΣ, PHOENICES, *urbes.*

Ἄρεα. *Area.* $68\frac{1}{6}$. 34.
Παλαιόβιβλος. *Palaeobiblus.* $68\frac{11}{24}$. 34.
Γαβάλα. *Gabala.* $67\frac{1}{4}$. $33\frac{1}{6}$.
Καισάρεια Πανιάς. *Caesarea Panias.* $67\frac{2}{3}$. 33.

ΚΟΙΛΗΣ ΣΥΡΙΑΣ, CAVAE SYRIAE, *urbes hae*

Ἀβίλα, *Abila cognomine* (5.) Λυσανίου, *Lysanium.* $68\frac{11}{24}$. $33\frac{2}{3}$.
p. 459. Σαάνα. *Saana.* $69\frac{1}{2}$. $33\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.
Ἴνα. *Ina.* $68\frac{1}{2}$. 33.
Δαμασκός. *Damascus.* 69. 33.
Σαμαλίς. *Samulis.* $67\frac{1}{2}$. $32\frac{1}{2}$.
(6.) Ἀβίδα. *Abida.* $68\frac{1}{4}$. $32\frac{11}{24}$.
Ἵππος. *Hippos.* 68. $32\frac{1}{2}$.
Καπιτωλίας. *Capitolias.* $69\frac{11}{24}$. $32\frac{1}{2}$.
Γαδάρα. *Gadara.* 68. $32\frac{1}{6}$.
Ἄδρα. *Adra.* $68\frac{2}{3}$. $32\frac{1}{6}$.
Σκυθόπολις. *Scythopolis.* $67\frac{1}{3}$. $31\frac{11}{23}\frac{1}{12}$.
Γέρασα. *Gerasa.* $68\frac{1}{4}$. $31\frac{11}{24}$.
Πέλλα. *Pella.* $67\frac{2}{3}$. $31\frac{2}{3}$.
Δῖον. *Dium.* $67\frac{11}{23}$. $31\frac{11}{24}$.
Γάδωρα. *Gadora.* $67\frac{11}{24}$. $31\frac{1}{2}$.
Φιλαδελφία. *Philadelphia.* 68. $31\frac{1}{2}$.
Κανάθα. *Canatha.* $68\frac{11}{23}$. $31\frac{11}{24}$.

* *

ΒΑΤΑΝΑΙΑΣ, BATANAEAE, *regionis, in cujus orientali parte est.*

Σακκαία. *Saccaea.*
Et haec sunt sub (7.) (Ἀλσαδάμου) *Alsadamo monte* Τραχονῖται Ἄραβες, *Trachonitae Arabes.*
Γέρρα. *Gerra.* 70. $32\frac{11}{23}$.
Ἐδέρη. *Edera.* 70. $32\frac{2}{3}$.
Νελάξα. *Nelaxa.* $70\frac{1}{6}$. $32\frac{1}{2}$.
Ἀδράμα. *Adrama.* $69\frac{1}{6}$. $31\frac{1}{2}$.

Insulae

(5.) Λυτανίου.
(6.) Ἄξιλα.
(7.) Supra dicitur Ἀλσάλαμος proclivi mutatione Λ in Δ ut in Ἄξιδα.

Insulae autem adjacent Syriae

Ἄραδος, *Aradus.* 68. $34\frac{1}{2}$.
Τύρος. *Tyrus, fere in continenti.* 67. $33\frac{1}{2}$.

p. 460.

Excerpta

EX CAP. XVI.

DESCRIPTIO PALAESTINAAE JUDAEAE.

Tab. IV. Asiae.

Παλεστίνης, Palestinae, *Syriae, quae* Ἰουδαία *Judaea appellatur, situs.*

Palestina, quae & Judaea Syria, terminatur a septentrione Syria juxta lineam expositam, ab oriente atque meridie Arabia Petraea juxta lineam, quae ab orientali termino juxta Syriam usque finem juxta Aegyptum extenditur. Hujus finis, ut dictum est, habet gradus $64\frac{1}{4}$. $30\frac{2}{3}$.

Ab occasu parte deinde usque ad mare praedictum Aegypti protensa, & inde pelago usque ad Syriae limitem, secundum hanc descriptionem.

Post Χρυσορρόα *fluminis ostia.*

(1.) Καισάρειας Στράτωνος. *Caesareae Stratonis.* $66\frac{1}{4}$. $32\frac{1}{2}$.
Ἀπολλωνία. *Apollonia.* 66. $32\frac{1}{4}$.
Ἰόπη. *Jope.* $65\frac{2}{3}$. $32\frac{1}{12}$.
(2.) Ἰαμνητῶν. *Jamnensium, portus.* 65. 32.
Ἄζωτος. *Azotus, portus.* 65. $31\frac{11}{23}\frac{1}{12}$.
Ἀσκαλών. *Ascalon.* 65. $31\frac{2}{3}$.
Ἀνθηδών. *Anthedon.* $64\frac{11}{23}$. $31\frac{2}{3}$.
Γαζαίων. *Gazaeorum, portus.* $64\frac{11}{24}$. $31\frac{1}{2}$.

Fluit autem per Judaeam pars fluvii Jordanis juxta Asphaltidem, Ἀσφαλτιδα, *lacum, cujus medium habet gradus* $66\frac{11}{23}$. $31\frac{1}{3}$.

Sunt in ea urbes mediterraneae.

ΓΑΛΙΛΑΙΑΣ, GALILAEAE.

(3.) Ἀπφαρεί. *Apphuri.* $65\frac{2}{3}$. $32\frac{11}{23}\frac{1}{12}$.

(1.) Καισάρεια.
(2.) In MSto Arundelliano memorato Seldeno de Synedriis *l. II. c. 15.* legitur ut hic Ἰαμνητῶν (non ut vulgo Ἰαμνείτων) & collocatur in gradu long. ξέγο lat. λβ. i. e. 65. 140. Lat. 3.
(3.) Est Sephoris. Sed secundum hos gradus si locetur, in mari sita fuit, nam Caesarea Stratonis habet long. $66\frac{1}{4}$. lat. $32\frac{1}{2}$.

p. 461. Καπαρκότια. *Caparcotia.* $66\frac{11}{23}$. $32\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.
Ἰελίας. *Julias.* $67\frac{1}{12}$. $31\frac{1}{4}$.
Τιβέριας λίμνη. *Tiberias, lacus.* $67\frac{1}{4}$. $32\frac{1}{12}$.

ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ, SAMARIAE.

Νεάπολις. *Neapolis.* $66\frac{11}{23}$. $31\frac{11}{23}$.
(4.) Θῆνα. *Thena.* $67\frac{1}{12}$. $31\frac{11}{24}$.

ΙΟΥΔΑΙΑΣ, JUDAEAE.

(5.) Ῥαφεία. *Raphia.* 65. $31\frac{1}{2}$.
(6.) Γάζα. *Gaza.* $65\frac{1}{2}\frac{1}{12}$. $31\frac{1}{4}$.
Ἰαμνία *Jamnia.* $65\frac{2}{3}$. 32.
Λύδα. *Lyda.* 65. 32.
Ἀντιπατρίς. *Antipatris.* $66\frac{1}{3}$. 32.
(7.) Δρουσίας. *Drusias.* $66\frac{1}{2}$. $31\frac{11}{23}\frac{1}{12}$.
(8.) Σεβάστη. *Sebaste.* $65\frac{2}{3}$. $32\frac{1}{2}$.
(9.) Βαιτογάβρά *Baetogabra.* $65\frac{1}{2}$. $31\frac{1}{2}$.
Σεβός. *Sebus.* $65\frac{2}{3}$. $31\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.
(10.) Ἐμμαοῦντα. *Emmaunta.* $65\frac{11}{24}$. $31\frac{13}{24}$.
Γοῦφνα. *Guphna.* $66\frac{1}{8}$. $31\frac{11}{24}$.

(11.) Ἀρ-

(4.) Meminit illius Eusebius ad vocem Θανὰθ (nec puto, praeter eum, alius veterum) his verbis Θανὰθ φυλῆς Ἰωσὴφ· ἡ νῦν ἐςὶ κώμη Θηνὰ ἀπὸ σημείων ἑ Νεαπόλεως ἐπ' ἀνατολὰς κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην. Hieronymus. *Thenath in tribu Joseph. Hodieque est villa Thena in decimo miliario Neapoleos contra orientem descendentibus in Jordanem.*

(5.) Atqui Azoto supra tribuitur eadem longitudo eademque latitudo.

(6.) Confer hoc cum gradibus longitud. & latitudinis, in quibus portus Gazaeorum supra locatur, & videbis nimis a se invicem sejungi illa duo loca.

(7.) Atqui eadem longitudo & latitudo data quoque fuit Neapoli. Vide supra.

(8.) Supra eundem situm attribuit urbi Ἀπφερεί, & necessario tam haec, quam illa in mari mediterraneo erit locanda ante Caesaream Stratonis, quae in litore sita eandem habet latitudinem $32\frac{1}{2}$. & longitudinem majorem $66\frac{1}{4}$.

(9.) Hic situs, cum respectu longitudinis tum latitudinis datur etiam infra Emmaunti, & Archelaidi: atqui non fuere haec omnia eodem in loco sita. Argumentum erroris. Betogabrae meminerunt etiam acta Sanctorum. Vide infra, *l. III.*

(10.) Longitudo haec $65\frac{1}{2}$. & latitudo $31\frac{1}{2}$ supra jam data fuit Baetogabrae.

(11.) Ἀρχελαΐς. *Archelais.* $66\frac{1}{2}$. $31\frac{11}{24}$. p. 462.
Φασηλίς. *Phaselis.* $66\frac{11}{23}\frac{1}{12}$. $31\frac{1}{2}\frac{1}{12}$.
(12.) Ἔρικος. *Ericus.* $66\frac{11}{23}$. $31\frac{1}{2}\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.
Ἱεροσόλυμα *Hierosolyma, quae nunc* Καπιτωλιάς *dicitur.* 66. $31\frac{2}{3}$.
Θάμνα. *Thamna.* $66\frac{1}{4}$. $31\frac{1}{2}$.
(13.) Ἐνγάδδα. *Engadda.* $66\frac{1}{2}$. $31\frac{1}{4}$.
(14.) Βηδωρά. *Bedora.* $66\frac{1}{2}$. 31.
(15.) Θαμαρώ. $66\frac{1}{3}$. $30\frac{11}{23}$.

Ad orientem Jordanis.

Κόσμος. *Cosmus.* $67\frac{1}{4}$. $31\frac{1}{2}\frac{1}{12}$.
Λιβίας. *Libias.* $67\frac{1}{6}$. $31\frac{1}{3}\frac{1}{12}$.
Καλλιῤῥόη. *Callirrhoë.* $67\frac{1}{12}$. $31\frac{1}{6}$.
(16.) Γάζωρος. *Gazoros.* $67\frac{1}{2}$. $31\frac{1}{4}$.
(17.) Ἐπίκαιρος. *Epicaerus.* 67. 31.

ΙΔΟΥΜΑΙΑΣ, IDUMAEAE.

Quae tota est occidentem ad Jordanis.

Βερζάμμα. *Berzamma.* $64\frac{11}{23}$. $31\frac{1}{4}$.
Καπαρόρσα *Caparorsa.* $65\frac{1}{2}$. $31\frac{1}{4}$.
Γεμμαρεῖς. *Gemmaruris.* $65\frac{11}{23}$. $31\frac{1}{6}$.
Ἔλεσα. *Elusa.* $65\frac{1}{6}$. $30\frac{11}{23}$.
Μαψή. *Mapse.* $65\frac{2}{3}$. $30\frac{11}{23}$.

EX

(11.) Haec longitudo & latitudo tribuitur etiam supra Baetogabrae & Emmaunti, infra quoque Phaselidi, & Jerichunti.

(12.) Haec est Jerichus, sed idem situs attribuitur supra urbi Neapoli.

(13.) Si hoc situ locetur, incidet in lacum Asphaltiten, nam ejus medium supra definivit grad. long. $66\frac{1}{2}$. & $31\frac{1}{3}$.

(14.) *Bethoronem* hoc nomine indicari suspicor, aut Betarum, cujus mentio in Itinerario Antonini & Veteri Hierosolymitano.

(15.) Eadem longitudo & latitudo tribuitur infra oppido Arabiae Calguiae.

(16.) Jazer.

(17.) Josephus *de bell. III. 25.* scribit sitam esse Machaerunta trans Jordanem 60. stadiis a Jordane ἐν ἐπικαίρῳ, sed hoc non ut nomen proprium, sed appellativum redditur.

p. 464.

EX CAP. XVII.

Quo ARABIA PETRAEA describitur.

Urbes ejus mediterraneae haec sunt.

(18.) Ἐβόδα.. *Eboda.* $65\frac{1}{4}$. $30\frac{1}{2}$.
Μαλιάθα. *Maliatha.* $65\frac{11}{24}$. $30\frac{1}{6}$.
(19.) Καλγυϊα. $66\frac{1}{3}$. $30\frac{1}{2}$.
Λύσα. *Lysa.* $65\frac{11}{24}$. $30\frac{1}{4}$.
Γῶϐϐα. *Gubba.* $65\frac{11}{24}$. 30.
Γυψαρία. *Gypsaria.* $65\frac{2}{3}$. $29\frac{11}{24}$.
Γεράσσα. *Gerassa.* $65\frac{1}{2}$. $29\frac{1}{2}$.
Πέτρα *Petra.* $66\frac{1}{24}$. $30\frac{1}{3}$.
Χαρακμῶϐα. *Characmoba.* $66\frac{1}{6}$. 30.
Ἀυάρα. *Auara.* $66\frac{1}{6}$. $29\frac{2}{3}$.
Ζανάθα. *Zanatha.* $66\frac{11}{24}$. $29\frac{11}{24}$.
(20.) Ἄδρου *Adri.* 67. $38\frac{1}{3}$.
Ζοάρα *Zoara.* $67\frac{1}{3}$. $30\frac{1}{3}$
Θάνα. *Thana.* $67\frac{1}{2}$.

* Μόκα.

(18.) In editione Hudsoniana, tomo III. Geogr. vet. min. ita harum urbium longitudines & latitudines extant

Βόδα. (ita scribitur)	65.15.	30.30.
	65.45.	30.30.
	66.20.	30.30.
	65.50.	30.15.
	65.45.	30. 0.
	65.40.	29.45.
Γέρατα (ita ibi legitur)	65.30.	29.30.
	66.45.	30.20.
	66.10.	30. 0.
	66.10.	27.40.
	66.45.	29.50.
	67. 0.	39.55.
	67.20.	20.30.
	67.30.	30.30.

(19.) Urbes Judaeae Thamaro in eodem gradu longitudinis & latitudinis collocatur. Ergo vel hic vel illic mendum esse oportet.
(20.) Forte Ἄδρον.

p. 464.

* Μόκα. *Moca.* $67\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. $30\frac{1}{6}$.
(21.) Κληθαρώ. *Cletharo.* 67. $32\frac{1}{3}$.
Νέκλα. *Necla.* $67\frac{1}{2}$. $30\frac{1}{4}$.
(22.) Ἐσβῶτα. $68\frac{1}{2}\frac{1}{3}$. 31.
(23.) Ζίζα. $68\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. 31.
Μαγέζα. *Maguza.* 68. $30\frac{1}{2}\frac{1}{4}$.
(24.) Μηδύνα. *Meduna.* $68\frac{1}{2}$. $30\frac{1}{2}\frac{1}{4}$.
Λυδία *Lydia.* 69. $30\frac{2}{3}$.
(25.) Ῥαϐμαθώμ. *Rabmathom.* $68\frac{1}{2}$. $30\frac{1}{3}$.
Ἀνίθα. *Anitha.* $68\frac{2}{3}$. $31\frac{1}{4}$.
Σαρράθα. *Suratha.* $69\frac{1}{4}$. $31\frac{1}{6}$.
Βόστρα, legio. $68\frac{1}{2}\frac{1}{4}$. $31\frac{1}{2}$.

Xx (26.) Me-

* Longitudines & latitudines harum urbium ita extant in editione Hudsoniana.

67.50.	30.10.	69. 0.	30.40.
67. 0.	30.20.	68.30.	30.30.
69.30.	30.15.	68.40.	31.15.
68.50.	31. 0.	69.15.	31.10.
68.45.	31. 0.	69.45.	31.30.
68. 0.	30.45.	60.20.	31.20.
68. 0.	30.45.	69.40.	31.20.

(21.) Hi gradus latitudinis ferri nequeunt. Si enim secundum hos urbs haec collocetur, erit inter lacum Tiberiadis & montem Carmelum, uti ipse Ptolemaeus & lacus illius & montis situm definivit: ubi sane urbs nulla Arabiae poni potest.
(22.) Uti supra Ἐμμαοῦντα pro Ἐμμαὲς, sic hic Ἐσβοῦντα scripsisse videtur pro Ἐσβούς. Sed iidem gradus longitudinis & latitudinis tribuuntur etiam urbi Zizae mox.
(23.) Estne Ζία vel Μία. Vide infra de *Zia, lib. III.*
(24.) Μήδαυα est in Cod. MSto, quo usus est Hudsonus: nec dubitandum, eam esse veram lectionem: nam & illa legitur Μήδαυα inter Πέτραν & Βόστρα in tabula Ptolemaica urbium insignium ab eodem edita *pag. 36.* Sed 30. legendum est pro 36. & ibi latitudo Medauae datur 36. 15. In Cod. MSto, quo usus est Hudsonus, post Ἄδρα additur Κοράκη. 68. 0. 30. 5.
(25.) Est Rabbathmoba. In Codice MS. quo usus Hudsonus Ῥαϐμαθμῶμ legitur.

(26.) Μεσάδα. *Mesada.* $69\frac{1}{3}$. $31\frac{1}{3}$.
Ἄδρα. *Adra.* $69\frac{2}{3}$. $31\frac{2}{3}$.

p. 465. Quum hanc seriem urbium ex Ptolemaeo descripsissem, coepi mappam Geographicam conficere, secundum mentem Ptolemaei, & unicuique harum urbium situm dare, quem ille assignavit. Sed vix quatuor aut quinque loca notaveram, quum deprehendi, nullo modo ea ita posse collocari, uti Ptolemaeus, vel potius uti librarii ipsius, qui numeros ab eo notatos perverterunt, jubent. Erant enim in litore Phenices loca, de quorum situ ex Josepho & aliunde certi sumus, quae disponi, secundum gradus Ptolemaïcos, plane non possunt. Quum vero ultra perrexi, mappam universam contemplatus stupui, quod loca hic sibi mutuo vicina esse cernerem, quae dubitari non potest longissimo terrarum intervallo sejuncta fuisse, & contra longe remota, quae propinqua fuisse noveram. Scythopolis hic propior erat lacui Asphaltiti, quam lacui Tiberiadis, Gaza remotior a portu Gazaeorum, quam lacu Asphaltite, Antipatris orientalior, quam Hierosolyma & multa similia, quae non erudire spectatorem, sed in crassissimos nec ferendos errores inducere apta sunt. Quapropter consultum non duxi, eam mappam ex mente Ptolemaei descriptam hic adjicere. Qui vult, ipse eam conficere poterit, aut tabulas Ptolemaïcas vulgatas inspicere, quamvis monitum eum velim, ne iis nimium fidat: non enim in iis satis accurate ipse locorum situs, uti a Ptolemaeo descriptus est, exhibetur. Quod tamen exhibetur, sufficiet ad demonstrandam veritatem eorum, quae dixi, de vitiis, quae vel Ptolemaeo vel librariis debentur, & non possunt non ejusmodi mappam reddere valde imperfectam. Ceterum utilis nobis est Ptolemaeus, eo, quod nomina urbium & regionum nobis conservaverit. Addimus ex eodem

Excerpta ex tabula urbium insignium.

Tyrus. 67. 0. 33. 20.
⋮
Caesarea Paneas. 67. 20. 33. 20.
⋮
Caesarea Stratonis. 66. 15. 32. 30.

Ascalon.

(26.) Aliis Masada.

NOTA. Nomina Graeca regionum atque urbium ex Ptolemaeo excepta ita descripsimus, uti expressa sunt a Philesio ex codice Graeco manuscripto Joannis Francisci Pici Comitis Mirandulani, in editione Geographiae Ptolemaei, quae prodiit anno 1513. Argentinae, cura Jacobi Eszler J.U.D. & Georgii Ubelin. Quum enim ea editio rarissima sit, scriptionem nominum, quae in illa extat, sequi maluimus, ut cum aliis editionibus minus raris conferri queat.

Ascalon. 65. 0. 34. (a) 20. p. 466.
Scythopolis. 66. 20. 32. 5.
Tiberias lacus. 67. 15. 32. 5.
Neapolis. 65. 50. 31. 50.
Sebaste. (b) 67. 50. 34. 50.
Hierosolyma. 62. 20. 31. 20.

(a) Haec latitudo falsa est, nam minor esse debet latitudine Caesareae Stratonis.

(b) Falsa est & latitudo & longitudo; aut falsa est praecedens: sunt enim urbes vicinae admodum.

CAPUT XI.

DE UTILITATE SCRIPTORUM GEOGRAPHICORUM EUSEBII AC HIERONYMI, ET QUAE IN ILLIS DEFICIUNT.

Auctoritas libri Eusebii de locis sacris. Versio ejus Hieronymiana utilis, quod scripturam Eusebii saepe confirmet, quod Eusebium corrigat, quod multa ei addat, & errores librariorum indicet. Errores Hieronymi vicissim ex Eusebio emendantur. Quis modus in his adhibendus. Notantur aliqua, quae in utroque desiderantur, veluti quod urbium illarum, a quibus intervalla reliquarum ducunt, situm non indicaverint; quod nonnisi quatuor plagas mundi memorent, versus quas urbs una ab altera recedat; quod in eodem intervallo versus eundem tractum plures urbes collocent; quod non ubique intervalla urbium per miliaria aut certas notas distinxerint, sed tantum scripserint, esse illas vicinas huic vel isti urbi; quod a librariis scripta eorum foede contaminata sint; quod ad mentionem urbis cujusdam ob affinitatem soni aliarum urbium longissime inde remotarum meminerint; quod denique scholia ex margine in contextum irrepserint.

Videamus porro, quid Eusebius (quem Pamphili nuncuparunt veteres ab amicitia martyris, fere uti Plinius *lib. XXXIII. 11.* Junium ab amicitia Gracchi dictum Gracchanum narrat) & Hieronymus nobis suppeditent ad illustrandam Geographiam sacram. Conscripsit quidem ille librum singularem περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, *de nominibus propriis locorum, quae in sacro codice leguntur*, qui eo majorem fidem meretur, quod auctor episcopus fuerit Caesareae Palaestinae, adeoque vel ipse illa loca viderit, vel de situ eorum facile edoceri potuerit, cum ob dignitatem muneris, tum locorum viciniam. Librum hunc Eusebii Hieronymus, & ipse Palaestinae incola, convertit in Latinum sermonem, quibusdam additis & mutatis. p. 467.

Diffitendum non est, ex Eusebio, qui eundem sibi scopum proposuit, quem nos, Geographum sacram luculenter illustrari. Nec minus fortasse

fortasse debemus Hieronymo, licet hic interpres modo fuerit, quia per versionem ejus certi evadimus de vera lectione, quae in Eusebio exhibetur, si cum eo consentiat. Sane ea magni momenti res est, quum Eusebius per literas numerales, uti η' ί ιβ' locorum intervalla describat, quae facillime a librariis corrumpi potuere; inprimis si attendamus in vocibus Graecis iisque talibus, quarum vera scriptio ab homine mediocriter docto cognosci potest, saepe literas ab iis mutatas fuisse. Quod si pro ι' scripsisset librarius κα', homo linguae Graecae peritissimus errorem non animadverteret, adeoque sphalma in plurimos libros posset irrepere, non corrigendum, nisi ab eo, qui ipse situm illorum locorum, quorum intervallum notatur, haberet exploratum. Si itaque versio Hieronymi conspiret cum Eusebio, vehementer id nos confirmat.

Praeterea multum debemus Hieronymo, quod ipse nonnunquam accuratius inquisiverit in illa, quae ab Eusebio annotata invenerat, & aliquando eum correxerit. Sic ut inde non immerito conjicere liceat in iis, in quibus dissensum suum ab Eusebio non profitetur, eum acquiescere in descriptione Eusebii; vel contrarium ejus demonstrare non
p. 468. potuisse, videlicet ubi de situ locorum agitur: nam ubi de vocum interpretationibus sermo est, non probat semper eam, quae ab Eusebio probatur, etiam ubi silentio illam praeterit. Id ipsum monet ad vocem *Elmoni* his verbis. *Elmoni, locus quispiam interpretatur, pro quo Aquila & Theodotion transtulerunt τὸν δεῖνα, quod nos dicere possumus hunc vel illum. Porro, licet lector agnoscat, quod in principio quoque libri hujus aliqua ex parte perstrinxi, me non omnia, quae transfero, comprobare, sed idcirco quaedam juxta auctoritatem Graecam relinquere: quia de his in libris Hebraicarum quaestionum plenius disputavi.* Nimirum ad vocum interpretationes respicit, non situm urbium Judaïcarum. Nec enim probabile est, si certo scivisset Hieronymus, urbem ab Aelia per 5. miliaria remotam fuisse, & Eusebius scripsisset, per 8. vel 10. eum noluisse lectorem suum erroris Eusebiani admonere. Ut hoc credamus, facit viri candor, & consuetudo: saepe enim Eusebium corrigit in hoc ipso libello. Sic ut situs urbis alicujus ab utroque & Eusebio & Hieronymo designatus, non unius modo Eusebii, sed & Hieronymi, adeoque nixus testimonio duorum scriptorum, censeri debeat. Ita in voce *Anob*, postquam ea, quae Eusebius habet, Latine reddidisset, addit, *plerique autem affirmant, in octavo ab ea miliario sitam & appellari Bethannaba.* Eusebius autem dixerat sitam in quarto miliario. Ad vocem Ἀδασὰ Eusebius notaverat φυλῆς Ἰούδα, καὶ ἔτι ἔστι νῦν κώμη ἐγγὺς Ταφνῶν (legendum esse Γεφνῶν patet ex Hieronymo) Haec non modo vertit Hieronymus hoc modo, *Adasa in tribu Juda, usque hodie vicus juxta Gufnas*, verum etiam corrigit, addens: *Sed miror, quomodo Gufnensem regionem in tribu Juda posuerit, cum perspicuum sit, secundum librum Jesu, in sortem eam tribus Ephraim cecidisse.* Ita ad vocem Δαναβὰ, vel *Damnaba*, postquam reddidisset verba Eusebii, *civitas Balach filii Beor, regis Edom, post quem regnavit Job*, subjungit, *licet mihi videatur longe aliter*

aliter. Ad vocem *Emath* Eusebius scripserat μή ποτε αὕτη ἐστὶν ἡ Ἐπιφάνεια, sed Hieronymus contrarium: *diximus de hac & supra* (ad vocem *Aemath*) *quod nobis videretur hanc esse Epiphaniam.* Idem dicit ad *cap. 6. Amos.* & 47. Jesaiae. Ad vocem *Enakim* Eusebii sententiam deserit his verbis: *Sed mihi non videtur nomen esse loci, sed habitatorum Chebron.* Ad vo- p.
cem *Accaron, in tribu Dan*, addit, *sive, ut ego arbitror, in tribu Judae.* Ad vo- 469.
cem *Ephrata*, quam Eusebius tribui Benjamin adscribit, Hieronymus ita, *Est autem in tribu Juda, licet plerique male aestiment in tribu Benjamin.*

Nec his tantum finibus continetur utilitas versionis Hieronymianae, verum multa addit de suo. Uti ad vocem *Chennereth: Sed & oppidum, quod in honorem Tiberii Caesaris Rex Judaeae postea instauratum appellavit Tiberiadem, ferunt hoc primum appellatum nomine.* Ad vocem *Bethel: Porro quod quidam putant secundum errorem Graecorum voluminum Valaumaulas antiquitus nuncupatum vehementer errant. Verbum quippe Hebraeum & nomen ipsius civitatulae pariter miscuerunt cum* ullam *significet prius, id est,* πρότερον: Luza *vero amygdalum, & sit sensus: vocabatur autem Bethel prius Luza. Nec non & hoc, quod Bethaven aliud oppidum suspicantur, Hebraei putant eandem esse Bethel* &c. Ad vocem *Abelmaula* Eusebius notaverat eam esse in Campo magno 18. (vel 10. ut alii) miliaribus a Scythopoli. Hieron. addit *contra australem plagam.* Ad vocem Ἀιθὰμ addit Hieronymus: *Ego autem investigans reperi Emath urbem Coeles Syriae appellari, quae nunc Graeco sermone Epiphania dicitur.* Ad vocem Ἀιλεχθμὼν (natam ex Βααλεχμὼν, quo nomine Chermon dicitur apud Eusebium: vide eum ad hanc vocem) haec addit descriptioni Eusebianae: Hebraeus vero, quo praelegente Scripturas didici, affirmant montem Aermon Paneadi imminere, quem quondam tenuere Haevaei & Amorrhaei, de quo nunc aestivae nives Tyrum ob delitias feruntur.

Denique ex versione Hieronymi multa sphalmata, quae in nomina propria locorum & alia irrepserunt apud Eusebium, tolli queunt. Sic in voce Ἀρωνναειὶμ legitur apud Eusebium ἐν ὄρεσι τῆς κατὰ Μωαβίτιδος. Sed legendum est ἐν ὁράσει τῆ κατὰ Μωαβίτιδος. Hieronymus enim reddit, *juxta Esaiam viae nomen est* in visione *contra Moab.* Utitur Eusebius eadem phrasi ad voces Ἀιλεὶμ, Ἰέσσα, Ἐλεάλε, Δαβὼν & Δωδανεὶμ. In voce Ἀκθαριμὰκ, σύνοδος τῶν κατασκόπων, legendum est Ἀκθαρὶμ, AK. ΣΥΜ. Ὀδὸς, uti liquet ex Hieronymo vertente *Abetharim, pro quo* Aquila & Symmachus *exploratorum* viam interpretati sunt. Ita ad vocem Ἀχὼρ legi- p.
tur ἐν ὀρίοις Ἰεριχὼ, lege ἐν βορείοις, quia Hieron. habet *ad septentrionem* 470.
Hierico. Simile mendum est in voce Ἀταρὼθ. Ad vocem Ἀιλὼμ, ἐγγὺς κώμης ἔστι νῦν Ἀιλὼν καλεμένη, lege ἐγγὺς κώμης ἔτι νῦν, ut Hieronymus, *villam quae usque nunc* &c. Ad vocem Ἀιαλὶν, ὅθεν νῦν. Lege ὅθεν ἦν, uti Hieron. *de qua fuit.* Ad vocem Βηδαγὼν ... μεγίστη Παραδαγών. Lege Καπαρδαγών. Ita Hieron. *Capherdago.* Et כפר est *vicus.* In voce Μαδιὰμ, ultima ἑτέρας πόλεως ἥτις νῦν ἔρημος ἅσα δείκνυται, mutila sunt. Debet

bet praeponi, Ἔςι δὲ ὄνομα uti liquet ex Hieronymo: *Haec alia civitas est ὁμώνυμος*, &c. *cujus nunc ruinae tantum demonstrantur.* In voce Κάρμηλος ... κώμη Χειμαλλά. Hieronymus vertit *Carmelia.* Ipse Eusebius in voce Ζείφ appellat vicum illum Χερμαλά. In voce Ζοὸβ patet ex Hieronymo transponenda esse ultima, & ita legendum hunc titulum Ζοὸβ πόλις Ἀρνὼν ἐν τῷ Ἀμορραίῳ (vel potius τῶν Ἀμορραίων, quamvis τὸ Ἀμορραῖον usurpari possit, uti τὸ Γαλιλαῖον & τὸ Σαμαρειτικὸν apud Josephum pro Galilaea & Samaritide) ἐν τῷ Ἀρνὼν κειμένη. Διὰ τοῦτο λέγεται ἐν βίβλῳ πολέμων Κυρίου, τὴν Ζοὸβ ἐφλόγισαν καὶ τοὺς χειμάῤῥους Ἀρνών. In voce Νινευὴ ... περὶ τὴν ἀγωνίαν. Liquet legendum γωνίαν. Hieronymus enim vertit *in angulo.* In voce Ναραθὰ ... νῦν ἐςὶν Ωοράθ. Lege ἔςι Νοοράθ, vel Ναοράθ. Ita Hieronymus: *nunc est Naorath.* Ad vocem Ἀραβὰ legitur in Eusebio Ἀραβὰ, Ἀκύλας κενὸν, ἄλιον ἐν τῇ πεδιάδι. Haec mendosa sunt. Ita vertit Hieronymus: *Araba. Aquila planam, Symmachus campestrem interpretatur.* Lege itaque Ἀραβὰ. Ἀκ· ἐν ὁμαλῇ (en vestigia harum vocum in κενὸν ἄλιον, uti nunc legitur, vel clarius in Ἀκενομαλείᾳ, uti in MS. codice extare scribit Martianaeus ad hanc vocem in Hieronymo) Σ· ἐν τῇ πεδιάδι. Ne quis de veritate emendationis dubitet, facit textus parallelus Eusebii Ἐναραβᾶ. Ἀκύλας, ἐν ὁμαλῇ. Σύμμαχος, ἐν πεδινῇ: quae ita reddit Hieronymus: Enaraba, *pro quo Aquila transtulit in humili vel in plano: porro Symmachus in campestri.* Confer & ea, quae habentur in iis ad vocem *Misor.* Haec postquam
p. ita notavi, vidi Ed. Bernardum in notis ad Josephi *Antiquitat. lib. IV. cap. 6.*
471. *pag. 265.* ita emendasse, ut ego conjeceram: vult enim legi Ἀκύλας ἐν τοῖς ὁμαλοῖς. Σύμμαχος ἐν τῇ Πεδιάδι. *Fere*, dixi: quoniam ego malo ἐν ὁμαλῇ & Ἀκ. per compendium, ut appareant vestigia scripturae verae in depravata, atque cum codice MS. Martianaeano conveniat.

Nec tantum ex Hieronymo Eusebius, sed vicissim ex Eusebio Hieronymus emendatur, & loca plurima corruptissima restituuntur in integrum. Hieronymus scribit, Masera, in tribu Juda, cujus nunc tantummodo sunt ruinae in secundo lapide Eleutheropoleos. Ex Eusebio docemur, legendum esse Maresa, quae celebris illa urbs est Idumaeae Josepho Μαρίσσα dicta: ita enim hic, Μαρησὰ &c. In Eusebio legitur Ἀσαρωὰθ Σωφάρ. Hieronymus rectius Astaroth Sophan. Eusebius Βαθέμ. Hieronymus melius Bathul. Eusebius ad vocem Βααλμεὼν, ... διεςῶσα τῆς Ἰεβᾶς corrigendus est ex Hieronymo, qui reddit *distans ab Esbus.* Ad vocem Βηρὼθ legitur in Eusebio esse eam sitam in via, quae ducit Aelia Nicopolin. Legendum mihi videtur (aliter sentit Bonfrerius) Neapolin, uti habet Hieronymus. Dicitur enim hic sita sub colle Gabaon, Gabaon autem collocatur ab Eusebio juxta Ramam non longe a Bethel; Bethel in via, quae Aelia ducit Neapolin. Haec omnia ex excerptis nostris Eusebianis *cap. seq.* firmari queunt. Vocem Κεδὲκ in Eusebio legimus, quae significet orientem, in Hieronymo Cedem קדם. Codices Eusebiani Χαλμὲρ habent, Hieronymiani verius Charmel: illi χοίλη, hi Chisil,

sil, atque ita plurimis in locis melior est scriptio vocum in Hieronymo, quam Eusebio.

Nec tamen haec ita velim intelligi, ac si ea, quae Hieronymus praetermisit, & tamen in Eusebio nunc leguntur, tolli debeant & adjecta censeri contextui Eusebiano ab aliena manu. Saepe enim sensum magis respicit Hieronymus, quam verba, quod quum pluribus exemplis possem illustrare, vel ex hoc intelligi potest, quod attentionem meretur. Legitur in Eusebio Βεελσεφὼν, πρὸς τῇ ἐρήμῳ σαθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐξιόντων ἐξ Αἰγύπτου διὰ τοῦ κλύσματος παρὰ τὴν θάλασσαν. Haec ita reddit Hieronymus *Beelsephon, in deserto castra filiorum Israël juxta mare rubrum* p.
egredientibus Aegyptum. Perspicuum est, verba διὰ τοῦ Κλύσματος hic ab 472.
Hieronymo Latine non reddi. Ideone illa ex Eusebio tollenda sunt? Audiamus, quid de iis censeant tres viri docti, qui ad haec verba Eusebii commentati sunt. Bonfrerius ita scribit, *illud διὰ τοῦ κλύσματος merito superfluere videtur, cum nec apud Hieronymum habeatur & sensum turbet.* Martianaeus haec notat, *haec verba διὰ τοῦ κλύσματος redundantia visa sunt Bonfrerio & forte Hieronymo, qui ea praetermittit. Nescio, an hoc significet, quod in eum locum confluxerint Israëlitae, quasi aquarum multarum inundatio.* Johannes autem Clericus sequentia ad haec verba habet, *non puto, haec abundare verba, sed hoc voluisse Eusebium, transiisse, nempe, Israëlitas per aestuarium maris rubri; hoc enim solum potest his intelligi voce κλύσμα, quod nimirum aqua marina κατακλύζεται Ezechielus Poëta de Aegyptiis illic submersis apud Eusebium, Praep. Evang. lib. IX. cap. 29.*

—— —— καὶ συνεκλύσθη πόρος
Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ σρατὸν διώλεσε.

Inundatus est transitus Erythraei maris & exercitum perdidit. *Igitur hic κλύσμα est πόρος, qui postea fuit κεκλυσμένος. Quod cum ita sit, quis ferat, Martianaeum hic habentem:* nescio an hoc significet, quod in eum locum confluxerint Israëlitae, quasi aquarum multarum inundatio? *At nemo Graece sciens dubitabit, an haec sententia sit aliena a verbis Graecis διὰ τοῦ κλύσματος.* Ego vero illa διὰ τοῦ Κλύσματος omnino retinenda autumo, & recte ita scripta ab Eusebio, sed ab Hieronymo praetermissa, quod abesse possent, nec necessario requirerentur. Puto autem, illis indicari Israëlitas profectos per sinum illum maris, qui nomine proprio Κλύσμα nuncupatur. Quum enim mare inter Arabiam & Aegyptum duos sinus efficiat, alter quidem, per quem transiverunt Israëlitae, Κλύσμα appellatur. Audiamus Philostorgium *Histor. Eccles. lib. III. cap. 6.* Ἡ μέν τοι ἐρυθρὰ ἐπὶ πλεῖςον μηκυνομένη εἰς δύο τινὰς ἀπομερίζεται κόλπους· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπ' Αἰγύπτου χωρεῖ Κλύσμα, καθ' ὃ τελευτᾷ τὸ ἐπώνυμον Φέρον· δι' οὗ πάλαι καὶ τὸ Ἰσραηλιτικὸν φεύγοντες τοὺς Αἰγυπτίους ἀβρόχῳ τὸ ῥεῖθρον διεπεραιώθησαν ποδί. Τὸ δὲ ἕτερον μέρος ἐπὶ Παλαιςίνης ἔρχεται κατὰ πόλιν Ἀσκλὰ p.
ἐκ παλαιοῦ καλουμένην. *Rubrum quidem mare* (intellige sinum Arabicum) 473.
maxime in longum porrectum in duos sinus scinditur, quorum alter versus Aegyptum

ptum tendit & Clysma secundum nomen loci, in quo desinit, appellatur. Per hunc sinum olim Israëlitae fugientes Aegyptios sicco pede transiverunt. Alter vero in Palaestinam (nota ἐν παρόδῳ nomen hoc late sumtum) *fertur juxta urbem Aila jam olim nuncupatam.*

Quamvis autem utilissimum sit utriusque & Eusebii & Hieronymi scriptum, utilius tamen esse potuisset, si vel scriptores ipsi vel librarii ad haec attendissent, quae nunc ordine indicabo. Primum quidem & praecipuum, quod jure desideratur, in utroque hoc est: in unaquaque regione terrae Israëliticae intervalla locorum definiri ab urbe illius regionis primaria, sic ut dicantur esse a tali urbe tot miliaria, & eos neglexisse annotare, quo loco istae urbes primariae sitae fuerint. Erat hoc inprimis necessarium scitu, quia inde dependet situs omnium illarum urbium, quarum distantia ab ea urbe veluti a centro ducitur. Dicet aliquis, eas urbes adeo notas fuisse tempore Eusebii, ut supervacaneum duxerit notare, ubi fuerint sitae. Verum, quum non iis tantum hominibus, qui tunc erant, sed iis, qui futuri essent, istam operam utilem esse posse credere deberet, & ex hoc ipso libro edoceri posset, urbes maximas brevi spatio vicos factos ignobiles, profecto oportebat situm illarum urbium, quo ignorato, exiguus aut nullus esset fructus operae suae, accuratius notasse, ducto termino a mari, lacu, vel fluvio aliquo celebri, quae tot mutationibus non sunt obnoxia. In Judaea sunt praecipue Aelia sive Hierosolyma (sed mittamus hanc: demus, certo sciri hujus situm potuisse, & Eusebium vere praevidisse ob loci celebritatem sanctitatemque singularem nunquam incertum fore ejus situm) Eleutheropolis, Nicopolis, Diospolis & Chebron. Si ultimam excipias nullius harum situm assignavit. Interim a sola Eleutheropoli plus quam viginti urbium situm definit: quid si itaque nesciam, ubi fuerit Eleutheropolis, quomodo sciam, ubi illae urbes sitae fuerint, quas
p. ille 10. vel 12. miliaria abesse, ab Eleutheropoli scribit. Sic in Samariti-
474. de a Neapoli & Sebaste omnium fere urbium & vicorum distantiam metitur, nec tamen tradit, ubi Neapolis, ubi Sebaste, fuerit. In Galilaea Diocaesarea & Legio ei inserviunt, ut quantum inde abfuerint hae vel illae urbes notet. In tegione trans Jordanica Pella, Philadelphia & Hesbus illae sunt, a quibus situs reliquarum dependet. Hesbus, fateor, aberat 20. miliaria a Jordane, & e regione Jerichuntis esse dicitur. Sed quid de reliquis? Πόλεις sunt ἐπίσημοι, inquit, *urbes nobiles.* At quot urbes olim nobiles nunc ignorantur, uti hoc ipsum argumentum docet? Unde liquet, mappam Geographicam totius terrae Israëliticae ex solo Hieronymo vel Eusebio confici non posse, sed tot mappas singulares fieri debere, quot sunt urbes ἐπίσημοι, a quibus distantia urbium vicinarum petenda est. Uti una, in qua Eleutheropolis centrum est, & circa eam urbes aliae certis intervallis miliarium remotae, altera Aeliae, tertia Neapoleos, atque ita porro. Quomodo autem illae omnes conjungi debeant, ut certo spatio distat Eleutheropolis ab Aelia, haec a Neapoli, fruſtra

fruſtra in Eusebio & Hieronymo quaeras. Nos itaque, ne plane fructus speratus intercideret, maluimus quibusdam ex istis urbibus praecipuis certum locum assignare, de quo aliunde edocti eramus, quam tot exiguas mappas dioeceseos videlicet Eleutheropolitanae, Neapolitanae, & aliarum veluti minuta fragmina exhibere. Eleutheropolin itaque collocavimus, ut cum itinerario Antonini conveniat, distantem Aelia XX. mil. p. Diospoli XVIII. mil. Ascalone XXIV. mil. Eodem modo Nicopolis mappae nostrae inserta est, quae Emmaus olim dicta fuit, & cujus distantia ab Aelia XXII. mill. p. est. In Philadelphiae situ mihi satisfacere non potui, quare illam omisi, licet locorum quorundam intervalla inde petantur, uti Jazer Ramoth, Zia &c. Nec enim capio, quod in voce Ἰαζήρ scribit, Jazer abesse 10. miliaria a Philadelphia ad occasum, & 15. miliaria ad Hesbon, & in voce Ῥαμὼθ, Ramoth Gileaditidis distare a Philadelphia ad occidentem 15. miliaria & in voce Ἰαβὼκ, flumen Jaboch fluere inter Philadelphiam & Gerasam. Certe quum Hesbon ab eo collocetur e regione Jerichus, longius videtur abfuisse ab ea Philadelphia & Jaboch & Ramoth.

Alterum, quod in Eusebio & Hieronymo merito quis requirat, est p. 475.
accuratior locorum designatio, respectu plagarum mundi. Quatuor duntaxat plagas memorant, ortum & occasum, septentrionem & meridiem. Corum, Caeciam, Eurum, Africum aliosque ventos plagasve intermedias negligunt: unde situs urbium maxime incertus est & per quadrantem circuli, vel arcum 90. graduum, variare potest, & eo quidem plus, quo majus est intervallum, quia circulus major fit. Id ex hoc schemate intelligitur, quod si suo Onomastico praefigere voluisset Eusebius, radiisque octo, vel sedecim, e centro a peripheriam tendentibus ornare, quorum singulos vel gemina litera, uti solent Mathematici, vel alio nomine indicare potuisset, & loca a locis abesse monuisset tot miliaria juxta lineam, verbi gratia AB, accuratius nossemus locorum situm.



Si enim urbs Eleutheropolis collocetur in puncto dato quocunque, velut in A, dicaturque ab ea urbs quaedam remota esse per 10. milia-

 ria

ria versus orientem, collocabitur quidem recte in puncto D. Verum non est credibile, omnes urbes Eusebio memoratas, ad rectam lineam, quod ajunt, remotas fuisse ab illa urbe, unde distantia earum petitur; & si hoc tamen quispiam velit contendere, quid fiet de duabus tribusve urbibus, quae versus eandem plagam eodem intervallo protenduntur, uti si duae tresve urbes dicantur ortum versus ab Eleutheropoli abesse
p. 10. miliaria? Certe nec urbes duae in eodem puncto collocari queunt,
476. nec ita, quin notabile intervallum inter utramque sit, quum urbes sibi mutuo tam vicinae esse non soleant. Quum igitur una a puncto illo D dimoveri debeat, quorsum recedet, an ad B vel ad C? Quis hoc pro certo affirmabit? Videmus ergo incertum esse urbis situm, qui hoc modo describitur. Et potest urbs sita in B dici ad orientem Eleutheropoleos sitae in A. Nam quum non nisi quatuor nominibus plagarum utantur ad describenda omnia puncta circuli E D G F, sequitur illud, quod inter D & G intermedium est, vel debere dici ad orientem vel austrum τοῦ A esse situm. Atqui punctum B quum sit intermedium inter orientem & austrum, nulla est ratio, cur urbs in B sita magis dicatur sita ad austrum τοῦ A quam ad orientem. Ergo & ad austrum & ad orientem τοῦ A sita recte dici potest.

Hinc intelligimus, quomodo unus idemque locus dicatur ab Eusebio situs esse versus austrum Chebronis, & alibi, versus orientem. In voce Χαλμὲρ (lege Χαρμὲλ) Φυλῆς Ἰούδα κώμη μεγίστη ἐν τῷ Δαρωμᾷ ὅθεν ἦν Ναβὰλ πλησίον Χεβρὼν πρὸς Νότον. Ibi dicitur esse ad austrum: ad in voce *Ziph*, qui mons adjacebat huic vico Carmeliae, Hieronymus ait, *eum esse in octavo miliario Chebron contra orientem:* & ipse Eusebius in voce Κάρμηλος ἔνθα ἦν Ναβὰλ .... κώμη ... ἀπὸ δεκάτου σημείου Χεβρὼν πρὸς ἀνατολάς & Hieron. *ad orientalem plagam.* Videlicet erat locus inter orientem & austrum intermedius.

Tertium, quod in illo scriptorum pari desideramus, hoc est. Quum duae, tres, pluresve urbes collocantur in eadem via, ducente ab una urbe ad aliam, & quidem in aequali intervallo, debuisset notatum esse, quae ad dextram, quae ad sinistram alterius, & quo intervallo, sita fuerit. Exemplum capiamus ex tribus hisce *Sarda*, *Esthaol*, & *Bethsames*. Describuntur singulae esse sitae in decimo lapide ab Eleutheropoli tendentibus Nicopolin. Atqui hinc non edoceor, quomodo collocandae sint respectu habito ad se invicem, quae septentrionalior, quae australior, fuerit, quae medio loco sita. Ita se res habet cum situ *Enaddae* &
p. *Jermuchae*. Utraque pari intervallo ab Eleutheropoli, utraque erat in
477. via versus Aeliam. Est tamen aliqua medicina huic malo. Saepe enim ex collatione situs duarum triumve urbium inter se discimus, ad quam plagam urbs aliqua inclinare debeat. Verbi gratia Jether dicitur ab Eleutheropoli versus austrum abesse 20. miliaria. Poterat ergo ad occidentem urbis Jettan collocari. At statuenda est vicinior orienti.

Quam-

Quamobrem? Quia Malatha urbs fuit vicina Jether, uti ibidem scribit Eusebius. At ubi Malatha? Liquet ex situ urbis Arad. Illa aberat Chebrone 20. millia p. & a Malatha 4. Quapropter ut Jether & Malatha viciniores fiant, videtur ad orientem urbis Jettan collocanda. Sic Kiriath Jearim & Bethsemes, quum urbes vicinas fuisse ex Sacro Codice constet, intelligimus, quo linea ab Eleutheropoli ad Bethsames ducenda sit.

Quartum, quod minus utilem nobis reddit operam Eusebii & Hieronymi est, quod non ubique locorum intervalla per miliaria distinxerint, sed saepe tantum notaverint, urbem aliquam esse πλησίον, *vicinam*, alii cuidam, vel esse in via, quae ducit v. c. Neapoli Scythopolin. Id nimis vagum est. Non scio, an quatuor an sex miliaribus distet. Istae enim voces relativae, uti Philosophi loquuntur, incertum me reddunt. Nescio, an sit ad ortum vel occasum. Plane haereo. Adeoque nec in mappa Geographica tales urbes locari queunt. Ego omnia illa loca, quae per miliarium intervalla versus plagam aliquam mundi, vel aliam urbem notam, ab Eusebio & Hieronymo aliisve veterum non diriguntur, in mappa mea praeterii, maluique certa ab incertis distinguere & minus repletam nominibus locorum dare, quam oculos lectorum fumo pascere, qui omnium locorum, quae notata vident, situm aeque certum esse arbitrantur. Satis adhuc superque incerta remanent, uti ex iis, quae modo dixi, patet. Sed candide agere volui, & fateri, ubi haeream, & quid me suspensum teneat. Si conatu meo doctiores incitari vel juvari possint, erit quod mihi gratuler.

Quintum est, saepe nominibus locorum, quae explicanda sumunt aliorum locorum nomina subjungi, quae nec ex vero, nec ex illorum sententia, eadem loca esse possunt, uti quum dicit, hanc vel illam esse ur- p.
bem tribus Benjamin, & addit, suo tempore adhuc superfuisse villam 478.
ejusdem nominis in Galilaea vel Arabia. Hoc utique nihil ad rem facit, nec ipse Eusebius credere potuit, situm loci in Benjamin illustrari posse ex eo, quod villula quaedam in Galilaea ejusdem nominis sit. Nobis tamen utile est, eos id praestitisse, & quidem ut liqueat, ea nomina locorum aetate Eusebii & Hieronymi fuisse, ut hac ratione scripta auctorum medii aevi illustrentur. Nec hoc ita vitio verti Eusebio debet, ac si ipse pueriliter credidisset, situm loci in Benjamin ex loco in Galilaea illustrari posse, qui forte aliorum licet disjunctissimorum locorum nomina addidit, ut origini & significationi nominis loci alicujus inde lucem inferre quispiam posset.

Sextum est (& haec querela non tantum versatur circa Eusebium & Hieronymum, sed omni lexica & onomastica antiqua) non videri omnia, quae nunc Eusebii nomine veniunt, ab una manu profecta, aut si profecta sint, ex variis aliorum scriptis, secundum diversas eorum hypotheses & opiniones, excerpta. Id liquido patet, quum bis, ter quaterve

 unius

unius loci nomen in hoc onomastico legitur, quum unus idemque locus modo in hac tribu, modo in alia, locatur. Quae sine incredibili inconstantia ab uno scriptore, qui hoc agit, nequeunt proficisci. Exemplis hoc confirmarem, sed qui duas modo horas in lectione Eusebii ponit, satis superque veritatem horum dictorum experietur. Haec sunt, quae de scriptoribus ipsis dicenda habebam. Unum addam de librariis.

Hi jam olim (nam ex Hieronymi versione saepe id patet) nomina propria omiserunt: qua ratione factum est, saepe nunc sub unius urbis nomine illa legi, quae ad duas vel tres pertinebant, unde confusio incredibilis nascitur. Ita legitur in Eusebio Ἀρμενία, Ἡσαΐας, Ἀρασά, Σαρασά; quam duae voces posteriores nec ab Hieronymo agnoscantur, nec ad vocem Ἀρμενία pertineant. Ad vocem Ἀσαδδὰ haec leguntur, Ἀσαδδὰ ὅριον τῆς Ἰεδαίας βόρειον· ἀπέχει δὲ Χεβρῶνος σημεῖοις κ' πρὸς νότον. Quis non videt, haec a calamo Eusebii proficisci non potuisse, nec enim
p. locus distans Chebrone versus austrum 20. miliaribus potest dici esse
479. terminus Judaeae borealis. Sed nec Hieronymus illa posteriora legit, tantum ita haec reddens, *Azadada confinium Judae respiciens ad aquilonem.* Quare illud ἀπέχει & quae sequuntur ad aliam vocem pertinent. Ad vocem Βεελμεὼν legitur in Eusebio ἐντεῦθεν ἦν Ἐλισσαῖος ὁ προφήτης. Illa alio spectant, ad vocem nempe Βελμακλὰ, i. e. *Abelmeula*, quae hic excidit: nam ipse Eusebius ad vocem Ἀβελμαελαὶ notat ὅθεν Ἐλισσαῖος, *unde fuit Elisaeus*, & Sacer Codex id firmat. Voces autem ab A. incipientes saepe in hoc Onomastico sine A. initiali recensentur. Uti Ἀβηλὰ, Βηλά· Ἀχεσελὼθ, Χεσαλὰς· Ἀερμὼν, Ἑρμὼν &c. Ad vocem Βοὸν notatum in Eusebio est φυλῆς Βενιαμὶν εἰς τὴν πεδιάδα. Sed Hieronymus non agnoscit, nisi *Boon in tribu Benjamin.* Reliqua alio revocanda sunt, fortasse ad sequens Βορκοννεὶμ, quod Theodotion verterat εἰς τὴν πεδιάδα.

CAPUT XII.

DE INTERVALLIS LOCORUM QUORUM EUSEBIUS ET HIERONYMUS MEMINERUNT.

Excerpta ex Eusebii Onomastico ad intervalla locorum facientia. Versio Hieronymiana. Excerpta ex aliis operibus Hieronymi. Recensentur κατὰ στοιχεῖον intervalla ex Eusebio, illustrantur, atque emendantur variis locis.

HOc capite illa complecti visum est, quae in Eusebii onomastico leguntur locorum intervalla, verum ea tantum, quae per miliaria Romana digesta sunt. Si modo urbis situm describat a vicinia alterius, vel quod in portione hujus illiusve tribus, aut finibus regionis

gionis Eleutheropolitanae, Aeliensis, Diospolitanae aliarumve fuerit, haec quidem libro tertio, quum de singulis urbibus vicisque dicemus, loco suo adnotabimus: sed hoc libro nonnisi illa lectorum oculis subji- p.
ciamus, ex quibus locorum intervalla constitui debent. Hieronymi 480.
versionem addimus, quae, uti mox vidimus, Eusebianam commentationem illustrat, & si qua in aliis Hieronymi operibus invenimus ad hoc ipsum argumentum facientia, illa inseruimus ubi oportuit.

Abela. Eusebius *ad hanc vocem.* Καὶ ἄλλη πόλις ἐπίσημος Ἀβελὰ οἰνοφόρος καλουμένη διεστῶσα Γαδάρων σημεῖος ιβ' πρὸς ἀνατολάς. Hieronymus. *Alia quoque est civitas nomine Abela vini fertilis, in duodecimo a Gaderis* (ita scribit non *Gadaris*) *miliario contra orientalem plagam.*

Acrabbim. Eusebius. Ἀκραββεὶν, ὅριον τῆς Ἰεδαίας ἀνατολικὸν, φυλῆς Ἰέδα. Κώμη δὲ ἐστὶ μεγίστη μόγις διεστῶσα Νέας πόλεως σημείοις θ' ἐν ἀνατολαῖς κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ὡς ἐπὶ Ἰεριχὼ διὰ τῆς καλουμένης Ἀκραβαττίνης. Hieronymus. *Adorabi* (leg. Acrabbim) *terminus Judaeae provinciae ad orientem respiciens, tribus Judae. Est autem & vicus huc usque grandis novem millibus a Neapoli contra orientem, descendentibus ad Jordanem & Hiericho per eam, quae appellatur Acrabitene.*

Adollam. Eusebius. Ἀδολὰμ, φυλῆς Ἰεδα· κώμη νῦν ἔστι μεγίστη πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως ὡς ἀπὸ σημείων ι. Hieronymus. *Adollam in tribu Juda: & est usque hodie vicus non parvus ad orientem Eleutheropoleos in decimo ejus miliario, qui hoc nomine vocatur.* Eusebius ad vocem Ἐγλὼμ, ἡ καὶ Ὀδολλὰμ . . . φυλῆς Ἰεδα· καὶ νῦν ἔστι κώμη μεγίστη πρὸς ἀνατολὰς Ἐευθεροπόλεως ἀπὸ σημείων ι. Sed illic legit Hieronymus ιβ', ad vocem *Eglom*, reddens *in duodecimo ab Eleutheropoli lapide.*

Aenon. Eusebius. Ἀινῶν . . . Δείκνυται εἰς ἔτι νῦν ὁ τόπος ἀπὸ ἡ σημείων Σκυθοπόλεος πρὸς νότον πλησίον Σαλεὶμ, καὶ τοῦ Ἰορδάνου. Hieronymus. *Aenon . . . ostenditur usque nunc locus in octavo lapide Scythopoleos ad meridiem juxta Salim & Jordanem.*

Agla. Hieron. in voce Bethagla. *Est autem visus euntibus Gazam de Eleutheropoli in decimo lapide, qui Agla appellatur, & alia villa Bethagla maritima in octavo a Gaza miliario.* Circa hunc ergo vicum (si versus austrum Gazae fuit) incipit solitudo, quam ex Palaestina Aegyptum proficiscentes transire solent. Hieronymus in vita S. Hilarionis. *Solitudi-* p.
nem, quae a Majoma, Gazae emporio, per litus euntibus Aegyptum ad laevam 481.
flectitur, ingressus est.

Aigaleim. Eusebius ad vocem Ἀρωννειὶμ, ἐν ὄρεσι τῆς κατὰ Μωαβίτιδος· καὶ νῦν ἐστὶν Ἀιγαλειὶμ κώμη πρὸς νότον Ἀρεοπόλεως διεστῶσα σημείοις ἡ. Lege ἐν ὀράσει τῇ κατὰ Μωαβίτιδος, uti supra indicavimus.

Anathoth. Eusebius. Ἀναθὼθ . . . περὶ τὴν Ἀιλίαν ὡς ἀπὸ σημείων γ'. Hieron. prooem. ad Hoseam. *Anathoth est viculus in tertio miliario ab urbe situs.* Idem in comm. ad cap. 1. Jeremiae ait fuisse *contra septentrionem in tertio miliario.*

Anea. Eusebius. Ἀνεὰ ἐςὶ κώμη Ἰεδαίων μεγίςη (ἔτω) καλεμένη ἐν Δαρωμὰ, πρὸς νότον Χεβρὼν σημείων θ'. Hieronymus. *Est & alia villa grandis Judaeorum nomine Anea.* Hujus vici, ni fallor, mentio fit in Actis Sanctorum *Tomo 1.* ex Menaeis: *Profectus est hic e finibus Eleutheropolis vico Aneas dicto.* Agitur de Petro Balsamo, qui vixit anno aerae Christianae 291.

Anua. Eusebius. Ἀνεὰ . . . ἐςι κώμη Ἀνεὰ, ἀπιόντων, ἀπὸ Νέας πόλεως ἐπὶ τὴν Ἀιλίων σημείοις διεςῶσα ιέ. Hieronymus legit ί, nam reddit, *in decimo miliario.*

Aphraim. Eusebius. Ἀφραὶμ, πόλις κλήρε Ἰσάχαρ. Καὶ ἔςι κώμη Ἀφραὶμ νῦν καλεμένη ἀπέχεσα Λεγεῶνος βορείοις μιλίοις ἕξ. Hieronymus. *Aphraim, civitas tribus Isachar, est hodieque villa Affarea nomine in sexto miliaris Legionis contra septentrionem.*

Araba. Eusebius. Ἄραυα . . . ἐςὶ δὲ κώμη ἀπὸ τριῶν σημείων Σκυθοπόλεως πρὸς δυσμάς. Hieronymus. *Araba. Est villa tribus millibus a Scythopoli contra occidentem.*

Area atad. Hieronymus. *Area atad. Locus trans Jordanem* (sc. respectu eorum, qui ex Aegypto venerunt) *in quo planxerunt quondam Jacob tertio ab Hiericho lapide duobus millibus a Jordane, qui nunc vocatur Bethagla.* Unde apparet, inter Jerichuntem & Jordanem nonnisi 5. miliarium intervallum ab Hieronymo constitui.

Arad. Eusebius. Ἄσαδα. Ὅριον τῆς Ἰεδαίας βόρειον. Ἀπέχει δὲ Χεβρῶνος σημείοις κ' πρὸς Νότον. Hieronymus. *Arath, civitas olim Amorrhaeorum vicina deserto Cades, & usque nunc ostenditur villa ab oppido Malathis in quarto lapide, a Chebron vicesimo, in tribu Juda.* Hinc liquet, vocem
p. 482. Ἄραδ ex Eusebio excidisse, uti jam observavit Cl. Clericus. Hieronymus, post ea, quae ex ipso edidimus, iterum haec habet, *Arath, terminus Judae, distans a Chebron millibus viginti ad meridiem, de quo supra positum est.* Si de eadem urbe, uti videtur, sermo est, aliquid hinc potest erui ad indagandum situm urbis *Malatha.* Nam Arath 20. miliaria abfuit Chebrone & 4. a Malathis. Malatha autem (uti Eusebius in voce *Jether* scribit) non longe erat a Jether. Jether 20. miliaria aberat Eleutheropoli, eratque sita in Daroma. Eusebius quoque ad vocem Ἀραμὰ illa habet, quae ex Hieronymo mox dedimus ad vocem Arath: sc. Ἀραμὰ πόλις Ἀμορραίων παρακειμένη τῇ ἐρήμῳ καλεμένη Κάδδης· καὶ ἐςὶν εἰς ἔτι νῦν κώμη ἀπὸ τετάρτε σημείε Μαλααθὶ, τῆς δὲ Χεβρὼν ἀπὸ εἴκοσι, φυλῆς Ἰεδα.

Asan. Eusebius. Ἀσὰν . . . φυλῆς Ἰεδὰ· ἡ ἔςι νῦν κώμη Θηβασὰ (lege Βηθασὰ) καλεμένη ἐν ὀρείοις Ἀιλίας πρὸς δυσμὰς ἀπὸ σημείων ις'. Hieronymus. *Asan in tribu Juda. Est usque hodie vicus nobilis Bethasan ad Aeliam pertinens in decimo quinto* (legit ergo ιέ) *ab ea miliario.* Vide, an haec non sit eandem cum *Bosasan* vel *Besaran*, uti nunc legitur in Eusebio & Hieronymo. Ita ille: Βωσασὰν, ἔνθα ἀπέςειλε Δαβὶδ τῶν σκύλων. Hic autem. *Besaran, ad quem locum David praedae partem misit.*

Aser.

Aser. Eusebius. Ἀσὴρ, πόλις φυλῆς Μανασσῆ· καὶ νῦν ἐςὶ ἡ καλεμένη κώμη, κατιόντων ἀπὸ Νέας πόλεως ἐπὶ Σκυθόπολιν ἐν πεντεκαιδεκάτῳ σημείῳ πρὸς αὐτῇ τῇ λεωφόρῳ. Hieronymus. *Aser, civitas tribus Manasse: nunc demonstratur villa descendentibus a Neapoli Scythopolim in decimo quinto lapide juxta viam publicam.*

Atharus. Eusebius. Ἐςὶ κώμη Ἀταρὲθ ἐν ὁρίοις Σεβαςῆς ὡς ἀπὸ δ' μιλίων. Hieronymus. *Vicus ad aquilonem Sebastes in quarto ejus miliario Atharus dicitur.*

Beteben. Eusebius. Βατναὶ, φυλῆς Ἀσὲρ· ἡ νῦν καλεῖται κώμη Βεβετὶν ἀπὸ ὀγδόε σημείε Πτολεμαΐδος εἰς ἀνατολήν. Hieronymus. *Bathne in tribu Aser, & nunc appellatur vicus Bethebem in octavo miliario Ptolemaidis contra orientem.*

Baitoanaea. In voce Ἀνεὶρ Eusebius. Ἀνεὶρ κλήρε Ἀσήρ. Κώμη Βαιτοανεία, Καισαρείας ἀπέχεσα σημείοις ιέ, ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ ἐν ὄρει κειμένη ἔνθα λᾶτρα λέγεται ἱματικά. Suspicor eundem esse vicum, cujus nomen p. 483.
Βατναὶ apud Eusebium legitur, qui in Aser collocatur. At quomodo vicus tribus Aser tantum 15. miliaribus a Caesarea dissitus fuit versus orientem? Idem ejus meminit in voce Βηθαναθὰ, scribens, φυλῆς Νεφθαλείμ· ἡ ἔςι κώμη Βαταναία ἀπὸ ιέ σημείων Καισαρείας ἐν ᾗ λέγεται εἶναι λᾶτρα ἱάσιμα κεῖται δὲ ἡ ἀνωτέρω Ἀναία. Legitur in voce Ἀνεὶρ, & Aniel apud Hieronymum. Estque idem locus hic Batanaea, ibi Baetoanaea, appellatus. Vide lector, an non haec Baetoanaea (in Samaritide sita) nomen dederit regioni circumjacenti & hinc emendari possit Eusebius scribens ad vocem Θαρσιλὰ, eam esse κώμην Σαμαρειτῶν ἐν τῇ Βαταναίᾳ? Nam Batanaea, regio trans Jordanem, Samaritanorum non fuit. Quia tamen Batanaea notior quam Baetoanaea, facile una vox pro alia poni potuit. Mentio Batanaeae in mentem mihi reducit aliam locum Eusebii, quem corruptum suspicari possumus. Extat in voce Ἀνωθὼ Ἰαείρ, ubi haec lego. Αὕτη ἐςὶν ἡ Βασὰν (leg. forsitan τῆς vel ἐν τῇ, sed id leve est) Ἐςὶ δὲ κῶμαι Ἰαεὶρ ἐν τῷ ὄρει Γαλαάδ, ἃς ἐλάβετο ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ. Καὶ ἐισὶν ἐν τῇ καλεμένῃ γωνίᾳ τῆς Βαταναίας. Hieronymus reddit *Avoth Jair, quod interpretatur* ἐπάυλεις (vulgo ἐπάυλις) *Air. Haec est in Basan, in qua sunt vici sexaginta in monte Galaad, qui ceciderunt in sortem dimidiae tribus Manasse, qui locus nunc vocatur Golam in terra Batanaea.* Legit ille Γαυλῶνι, non Γωνία: atque hinc medela petenda esset alii loco Eusebii voce Νινευὴ, πόλις Ἀσσυρίων . . . . Ἔςι δὲ ἡ Ἰεδαίων εἰς ἔτι νῦν πόλις Νινευὴ καλεμένη περὶ τὴν ἀγωνίαν τῆς Ἀραβίας. Hieronymus *in angulo Arabiae*, sed vide, an non & hic legi debeat τὸν Γαυλῶνα, (uti ὁ Τραχὼν dicitur & Τραχωνῖτις) vel τὴν Γαυλωνίαν pro ἀγωνίαν: nam Gaulonitis est pars Arabiae eo sensu, quo Eusebius voce Arabiae utitur: & nota, dici esse urbem Judaeorum, nec videri extra terram eorum quaerendam. Addamus & hunc locum Eusebii, Καρναεὶμ Ἀσαρὼθ ἐςὶ νῦν κώμη μεγίςη (hic legit Hieronymus ἐν γωνίᾳ) τῆς Ἀραβίας ἥτις ἐςὶν ἡ Βαταναία λεγομένη ἐπέκεινα τε Ἰορδάνε. Hieronymus ita haec reddi-

dit *Carnaim Aſtaroth, nunc vicus eſt grandis in angulo Bataneae & appellatur*
p. *Carnea trans fluenta Jordanis.* Liquet, hic deſcribi locum trans Jorda-
484. nem ſitum, & quidem in Batanaea. Quare ſi Γαυλὼν poſſit dici eſſe in Batanaea, (uti mox vidimus Golan ab Hieronymo in Batanaea locari, & ab Euſebio in voce Γαυλὼν dicitur eſſe πόλις ἐν τῇ Βασανίτιδι, ubi monet, regionem circa urbem etiam Γαυλῶνα dici) nil obſtat, quominus credamus, hic ſcripſiſſe Euſebium ἐν Γαυλῶνι τῆς Ἀραβίας, ἥτις ἐςιν ἡ Βαταναία, vel ἐν τῇ Βαταναίᾳ. Quod ſi quis id non probet, credat, hic ſcriptum fuiſſe ἐν γωνίᾳ τῆς Ἀραβίας, & ita quoque legat in locis aliis ex Euſebio a me collectis, certumque ſit, regionem illam dictam fuiſſe Γωνίαν τῆς Ἀραβίας, uti revera a ſitu & forma id nomen gerere poteſt: nam & regio omnis ad orientem Jordanis eo tempore nuncupabatur Arabia, & ille tractus, qui Antilibano erat vicinus, olim quoque Arabiae attribuebatur. Arrianus de exp. Alexandr. *lib. III.* ἐπ' Ἀραβίας ἐέλλεται εἰς τὸν Ἀντιλιβάνον καλαμένον.

Beeroth. Euſebius. Βηρὼθ, ὑπὸ τὴν Γαβαών· ἡ ἔςι νῦν κώμη πλησίον Ἀιλίας κατιόντων ἐπὶ Νικόπολιν ἀπὸ ζ' σημείων. Legendum eſt ἐπὶ Νεάπολιν, uti & legit Hieronymus. Nam quia prope Gabaon fuit, fuit in via, quae ducit Aelia Neapolin. Gabaon enim 4. miliaribus diſtabat a Bethel ad occidentem & erat vicina Ramae. Rama autem diſtabat 6. miliaribus ab Aelia in via, quae ducebat ad Bethel verſus ſeptentrionem. Bethel autem diſtat ab Aelia 12. miliaribus verſus Neapolin. Haec omnia conſtant ex Euſebio ad voces Ἀγαί, Γαβαών, Ῥάμα. Hieronymus quoque hanc emendationem confirmat. *Beerooth, ſub colle Gabaon, oſtenditur hodieque villa ab Aelia pergentibus Neapolin in ſeptimo lapide.*

Bera. Euſebius. Βηρά. Ἀπέχει ἡ κώμη Ἐλευθεροπόλεως σημείοις ἡ ἐν τοῖς βορείοις. Hieron. *Bera . . . diſtat vicus Bera ab Eleutheropoli octo millibus ad aquilonem.*

Berſabee. Euſebius. Βηθσαμαιέ. Φυλῆς Ἰεδα ἢ Συμεών. Ἔτι ἡ νῦν ἐςὶ κώμη μεγίςη ἀπέχουσα Χεβρὼν σημείοις εἴκοσι πρὸς νότον, ἐν ᾗ ἡ Φρέαρ ςρατιωτῶν ἐγκάθηται, ὅθεν ἀρχὰς εἶχεν τὰ ὅρια τῆς Ἰεδαίας, παρατείνοντα ἐπὶ τὴν Δὰν, τὴν πλησίον Πανεάδος. Clarum eſt, hic agi de Berſabee, quare corrigatur vox prima. Hieronymus. *Berſabee in tribu Juda ſive Simeonis, eſt uſque hodie vicus grandis in viceſimo a Chebron miliario vergens ad*
p. *auſtrum, in quo & Romanorum militum praeſidium poſitum eſt, a quo loco ter-*
485. *mini Judaeae terrae incipientes tendebantur uſque ad Dan, quae juxta Paneadem cernitur.* Sunt autem a Dan uſque ad Berſabee vix centum ſexaginta millia, uti Hieronymus ſcribit in Epiſt. ad Dardanum. Euſebius ad vocem φρέαρ ὁρκισμὲ eam collocat in regione Geraritica. Νῦν καλεῖται Βηρσαβεὶ ἐν Γεραριτιτῇ.

Bethagla. Vide *Area Atad.*

Bethania. Hieronymus. *Villula in ſecundo ab Aelia milliario in latere montis Oliveti.*

Betha-

Bethaſimuth. Euſebius. Βηθασιμὲθ, τόποι τῆς Ἰσμὲθ, ἀντικρὺ Ἱερειχῶ ἀπὸ μιλίων ί, πρὸς νότον παρακειμένη τῇ Νεκρᾷ θαλάσσῃ. Hieronymus. *Bethſimuth, hoc eſt, domus Iſimuth contra Hiericho decem ab ea millibus diſtans in meridiana plaga, juxta mare mortuum.* Meminit ejusdem loci Euſebius in voce Ἰσιμώθ· ἔνθα ἐκρύπτετο Δαβίδ. Κεῖται ἡ ἀνωτέρω Βηθσιμὲθ καθὰ δεδήλωται. Et Hieronymus. *Iſimuth, ubi abſconditus eſt David: de qua & ſupra quid nobis videretur diximus, ponentes Bethſimuth.*

Bethel. Euſebius ad vocem Ἀγγαί. Κεῖται δὲ Βηθὴλ ἀπιόντων εἰς Ἀιλίαν ἀπὸ Νέας τῆς πόλεως ἐν λαίοις τῆς ὁδὲ ἀμφὶ τὸ δωδέκατον ἀπ' Ἀιλας σημεῖον. Hieronymus ad vocem *Agai*, quae eſt urbs עי Ai. *Sita eſt Bethel euntibus Aeliam, de Neapoli in laeva parte viae, duodecimo circiter miliario ab Aelia.* Memoratur idem locus ab Euſebio ad vocem Λεζάν. Ταύτην ἐπωνόμασεν Ἰακὼβ Βηθλεέμ· οἰκεῖται δὲ εἰς ἔτι κώμη ἔσα ἐπ' ἀριςερᾷ τῆς ὁδὲ τῆς ἀγάσης ἐπ' Ἀιλίαν ἀπὸ Νέας πόλεως, & ab Hieronymo, ex quo liquet, Βηθὴλ in Euſebio ſcribendum, *Luza . . . quam poſtea Jacob cognominavit Bethel. Eſt autem uſque hodie villa in ſiniſtra parte viae de Neapoli pergentibus Aeliam.* Liquet etiam ex iis, quae leguntur in Euſebio ad vocem Ὀυλαμμᾶς, legendum Βηθὴλ vel Βαιθὴλ, nam ibi ſcribit, Λεζά. Αὕτη ἐςιν ἡ καὶ κληθεῖσα Ζαβελὰ, καὶ μετὰ ταῦτα ΒΑΙΘΗΛ. Et addit ſupra jam ejus mentionem feciſſe, δεδήλωται ἀνωτέρω, reſpiciens hunc locum; alibi enim non puto, eum hujus loci meminiſſe hoc modo.

Bethanin. Euſebius ad vocem Ἀρί. Ἐςὶ κώμη νῦν Βηθανὶν λεγομένη ἀπὸ β' σημείων τῆς Τερεβίνθε, Χεβρὼν δὲ ἀπὸ τεσσάρων. *Atqui Terebinthus diſtabat 2. miliaria ab Hebrone verſus auſtrum.* Ita Euſebius ad vocem, p.
Ἀρκώ, & Hieron. ad vocem Arboch. Hieron. ad vocem *Ain:* Eſt us- 486.
que hodie villa Bethennim nomine in ſecundo lapide a terebintho, hoc eſt tabernaculo Abraham, 4. millibus a Chebron. Meminit quoque hujus vici Euſebius ad vocem Ἠναίμ· Φυλῆς Ἰεδά. Καὶ νῦν ἐςὶ κώμη Βεθενὶμ περὶ τὴν Τερέβινθον. Hieron. *Enaim, in tribu Juda. Hodieque villa eſt Bethenim circa Terebinthum.*

Bethlehem. Euſebius. Βηθλεὲμ Φυλῆς Ἰεδά, Ἀιλίας ἄποθεν σημείοις ς' πρὸς τὰ νότια, ἐπὶ τὴν φέρουσαν εἰς Χεβρὼν ὁδόν. Hieronymus. *Bethlehem, civitas David in ſorte tribus Judaei, in qua Dominus noſter atque Salvator natus eſt, in ſexto miliario ab Aelia contra meridianam plagam juxta viam, quae ducit ad Chebron.* Idem Hieronymus in commentar. ad Matthaeum ſcribit, fuiſſe etiam Bethleem aliquam in Galilaea, & ideo a Matthaeo aliam Bethlehem Judae dici. Hieronymus in epiſtola ad Dardanum ſcribit, Bethleem a Joppe abfuiſſe miliaria 46. *Pudet dicere latitudinem terrae repromiſſionis, ne ethnicis occaſionem blaſphemandi dediſſe videamur. Ab Joppe uſque ad viculum noſtrum Bethleem quadraginta ſex millia ſunt, cui ſuccedit vaſtiſſima ſolitudo plena ferocium barbarorum.*

Betho-

Bethoron. Eusebius. Βηθωρών .... Εἰσὶ κῶμαι δύο, ὡς ἀπὸ σημείων Ἀιλίας ιβ' ἐπὶ τὴν εἰς Νικόπολιν ὁδόν. Hieronymus. *Bethoron ... Sunt autem duo vici in duodecimo ferme ab Aelia lapide Nicopolin pergentibus.*

Bethsames. Eusebius. Βηθσάμες, πόλις ἱερατικὴ φυλῆς Βενιαμίν. καὶ ἔςι εἰς ἔτι νῦν ἀπέχουσα Ἐλευθεροπόλεως σημείοις ί πρὸς ἀνατολὰς μεταξὺ Νικοπόλεως. Hieronymus. *Bethsames, civitas sacerdotalis in tribu Benjamin, quae usque hodie demonstratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolin in decimo miliario contra orientalem plagam.* In voce Ἐσθαὰλ via dicitur Eleutheropoli ducere Nicopolin versus boream, Ἐλευθεροπόλεως εἰς βορρᾶν ἀπιόντων εἰς Νικόπολιν. Adeoque suspicor, legendum esse μεταξὺ Νικοπόλεως καὶ Ἀιλίας, *inter Nicopolin & Aeliam* : nam & illic Kirjathjearim, urbs
p. vicina τῇ Betschemesch, sita fuit. Eusebius ad vocem Ἀβενέτερ, eam
487. collocat μεταξὺ Ἀιλίας καὶ Ἀσκαλῶνος πλησίον Βηθσάμες.

Bethsalisa. Eusebius ad vocem Βαιθσαρισάθ· ἐν ὁρίοις Διοσπόλεως ἀπὸ σημείων ιέ τοῖς βορρᾶν ἐν τῇ Θαμνιτικῇ. Hieronymus. *Bethsalisa ... est villa in finibus Diospoleos, quindecim ferme ab ea millibus distans contra septentrionem in regione Thamnitica.*

Bethnabaris. Eusebius Βηθναβρὰν ... ἔςι νῦν κώμη Βηθναβαρις ὡς ἀπὸ σημείων ε. Λιβιάδος ἐν βορείοις. Hieronymus. *Bethamnaram ... Est hodieque villa Bethnamaris in quinto a Libiade milliario contra aquilonem.* Ejusdem loci meminit nomine Βηθνέμρα & collocat πλησίον Λιβιάδος, *prope Liviada.*

Bethsoron. Eusebius Βεθσὼρ ... ἔςι νῦν κώμη Βηθσορὼν ἀπὸ Ἀιλίας εἰς Χεβρὼν ἐν εἴκοσι σημείοις. Hieronymus. *Bethsur ... Est hodie Bethsoron vicus euntibus nobis ab Aelia Chebron in vicesimo lapide.*

Bezec. Eusebius. Βεζὲκ .... Νῦν εἰσι κῶμαι δύο Βεζὲκ, πλησίον αλλήλων, Νέας πόλεως ἀπέχουσαι σημείοις ιζ' κατιόντων ἐπὶ Σκυθόπολιν. Hieronymus. *Bezech ... Hodieque duae villae sunt nomine Bezech vicinae sibi in septimo decimo lapide a Neapoli descendentibus Scythopolim.*

Cades. Eusebius. Κεδὲς ... αὕτη ἐςὶ Κυδοσσὸς, ἀπέχουσα Τύρου σημείοις κ' παρακειμένη Πανεάδι. Hieron. *Cedes ... nunc Cydissus appellatur in vicesimo Tyri miliario juxta Paneadem.*

Camona. Eusebius in Καμὼν, Ἔςι νῦν Καμμωνὰ κώμη ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ, ἀπέχουσα Λεγεῶνος ς' ἐν βορείοις ἀπιόντων εἰς Πτολεμαΐδα. Hieronymus. *Appellatur hodie vicus Cimana in campo latissimo sex millibus a Legione ad septentrionalem plagam pergentibus Ptolemaidem.*

Cariatha. Eusebius. Καριαθιείρ ... Νῦν ἐςὶν ὅλη Χριςιανῶν κώμη παρὰ Μηδαβὰν πόλιν τῆς Ἀραβίας λεγομένη Καριάθα ἀπὸ ί σημείων τῆς Μηδαβᾶς πρὸς δύσμας ἐπὶ τὸν Βάριν. Hieronymus. *Cariathaim ... Nunc est vicus Christianis omnibus florens juxta Medabam urbem Arabiae, & appellatur Coriatha in decimo miliario supra dictae urbis contra occidentalem plagam, vicinus*

ejus loci, qui appellatur Bare. Haec lucem accipiunt ex iis, quae Eusebius habet ad Βεελμεὼν, κώμη μεγίςη πλησίον τοῦ ὄρους τῶν θερμῶν ὑδάτων & Hieronymus diserte loci *Baara* meminit ibidem. *Est vicus juxta* p.
Baara in Arabia, ubi aquas calidas sponte humus effert, cognomenta Beelmaus 488.
distans ab Esbus millibus novem.

Cariathjearim. Eusebius ad vocem Βαάλ. Αὕτη ἐςὶ Καριαθιαρεὶμ, πόλις Ἰαεὶρ, φυλῆς Ἰεδα καὶ ἔςι κατιόντων ἀπὸ Ἀιλίας εἰς Διόσπολιν κώμη Καριαθιαρεὶμ ὡς ἀπὸ σημείων δέκα. Hieronymus. *Baal. Haec est Cariathjarim, id est villa sylvarum, sive, ut quidam putant, civitas Jarib in tribu Juda : & est usque hodie vicus descendentibus ab Aelia Diospolim Cariathjarim in decimo miliario.* De Cariathjearim Eusebius ad vocem hanc Καριαθιαρεὶμ, μία τῶν Γαβαωνιτῶν, φυλῆς Ἰεδα, μεταξὺ Ἀιλίας καὶ Διοσπόλεως ἐπὶ τῆς ὁδοῦ κειμένη ἀπὸ σημείων θ' Ἀιλίας. Hieronymus quoque, *euntibus ab Aelia Diospolin in miliario nono.* Supra scripsit, in decimo.

Carmelia. Eusebius. Κάρμηλος ... Κώμη ἐςι εἰς ἔςι νῦν Χειμαλὰ ὀνομαζομένη, ἥτις ἑρμηνεύεται Κάρμηλος, ἀπὸ δεκάτου σημείου Χεβρὼν πρὸς ἀνατολάς. Hieronymus. *Carmelus ... nunc villa est Carmelia nomine decimo lapide oppidi Chebron vergens ad orientalem plagam.* Ita tamen vergebat ad orientem, ut simul ad austrum vergeret. Testis est ipse Eusebius in voce Χαλμὲρ ... ἐν τῷ Δαρωμᾷ, ὅθεν ἦν Ναβὰλ, πλησίον Χεβρὼν πρὸς νότον. Nota πλησίον, *prope* Chebron: aberat autem 10. milliaria. In Comment. ad Amosum *cap. 8.* Hieronymus ita meminit hujus loci. *Si absconditi fuerint in vertice Carmeli, vel juxta Phoenices, terminos in septentrionali plaga, vel ad meridiem, propter eremi vastitatem, ubi habitavit quondam Nabal Carmelius,* & in Comment. ad *Jes. 29.* de Carmelo monte ita scribit, *in confinio Palaestinae & Phoenices Ptolemaidi imminet, licet & alius in scripturis sanctis mons Carmelus appellatur, in quo fuit Nabal Carmelius.*

Ceila. Eusebius. Κεειλὰ ... εἰς ἔτι νῦν κώμη Κηλὰ πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως ἀπιόντων εἰς Χεβρὼν ὡς ἀπὸ σημείων ιζ. Videtur rectius legisse Hieronymus : ita hic. *Ceila ... nunc villula Ceila ad orientalem plagam Eleutheropoleos pergentibus Chebron quasi octavo miliario.* Si enim 17. milliaria Eleutheropoli abfuisset, adeo vicina fuisset Chebroni, ut fine dubio inde petita fuisset distantia, non a remota maxime Eleutheropoli, scripsissetque geographus, abest 5. vel 6. miliaribus Chebrone ἀπιόν- p.
των εἰς Ἐλευθερόπολιν. Memoratur eadem urbs, uti mihi quidem vide- 489.
tur, in voce Ἐχελὰ, de qua haec Eusebius tradit, ibi absconditum fuisse Davidem, distare ab Eleutheropoli septem miliaribus, & illic ostendi sepulcrum Habacuci. Quae tria ad vocem Κεειλὰ etiam notata sunt. Bonfrerius putat, Echela esse collem Hachila, sed is longius Eleutheropoli aberat : nec inde, sed ab Chebrone, petita fuisset mensura miliarium.

 Chasa-

Chasalus. Eusebius ad vocem Ἀκσάφ. ... Λέγεται τις κώμη Ἐξαδὰς ἐν τῇ πεδιάδι παρὰ τὸ ὄρος Θαβὼρ ἀπέχουσα Διοκαισαρείας σημείοις ἡ. Hieron. ad vocem Achsaph ... *Appellatur hodie villula Chasalus in octavo lapide Diocaesareae ad radicem montis Thabor, in campestribus.* Eusebius ad vocem Ἀχσελώθ.... Λέγεται τις κώμη Χελὲς ἐν τῇ πεδιάδι, παρὰ τὸ ὄρος Θαβὼρ, ἀπέχουσα Διοκαισαρείας σημείοις ἡ πρὸς ἀνατολάς. Hieron. *Acchaseluth ... appellatur quidam vicus Chasalus juxta montem Thabor in campestribus in octavo miliario Diocaesareae ad orientem respiciens.* Eusebius ad vocem Χασελὲς, τοῦ Θαβὼρ ὅριον Ζαβουλών. Hieron. *Chaselath, juxta Thabor, terminus Zabulon.* Vid. *Jos. 19. 18.* Hinc emendantur vitiosa hujus loci nomina mox recensita.

Chebron. Eusebius. Χεβρὼν, τὸ παλαιὸν ἐκαλεῖτο Ἀρβόκ. ἔκτισται δὲ πρωτέρα Τάνεως Αἰγύπτου ἔτεσιν ἑπτά· κεῖται δὲ καὶ ἀνωτέρω καὶ δεδήλωται. Hieronymus. *Chebron, quae quondam vocabatur Arbe, licet male in Graecis codicibus habeatur Arboch: condita est autem ante septem annos, quam Tanis urbs Aegypti conderetur.*

Dan. Eusebius. Δὰν, ἅτω καλουμένη κώμη Πανεάδος ἀπὸ σημείων δ' κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Τύρον. Hieron. *Dan, viculus est quarto a Paneade miliario euntibus Tyrum.* Idem in Comment. ad *Ezech. 48.* ubi regiones unicuique tribui assignatas recenset: *Septima Dan usque ad Joppem, ubi sunt turres Ailon, & Selibi, & Emaus, quae nunc appellatur Nicopolis; licet postea legerimus, quod coeperint sibi transcensis aliis tribubus urbem Lesem in tribu Dan, quae hodie appellatur Paneas.*

Dora. Eusebius. Δὼρ τοῦ Ναφάθ. Αὕτη ἐστὶν ἡ παράλια Δῶρα πρὸς Τύρον ἐκ τῆς Καισαρείας Παλαιστίνης ἀπιόντων. Hieron. *Dornaphet, quod Symmachus transtulit Dor maritima, haec est Dora in nono miliario Caesareae Palaestinae pergentibus Tyrum.* Eusebius ad vocem Ναφεθδὼρ (Σ.) ἐν τῇ παραλίᾳ Δώρα· αὕτη ἐστὶν ἀπὸ θ' σημείων Καισαρείας. Hieronymus. *Nepheidor, quod Symmachus interpretatur maritimam. Dor autem est oppidum jam desertum in nono miliario Caesareae pergentibus Ptolemaidem.*

p. 490.

Ecdippa. Eusebius ad vocem Ἀκζίφ, Αὕτη ἐστὶν Ἐκδίππα σημείοις θ' Πτολεμαΐδος ἀπιόντων. Hieron. ad vocem Achziph .... *Haec est Ecdippa in nono miliario Ptolemaïdis, pergentibus Tyrum.*

Edomia. Eusebius. Ἐδομιὰ... καὶ νῦν ἐστὶ κώμη ἐν τῇ Ἀκραβατινῇ ὡς ἀπὸ ιβ' σημείων πρὸς ἀνατολὰς τῆς Νέας πόλεως. Hieronymus. *Edomia ... nunc ostenditur villa Eduma in Acrabatene, 12. ferme millibus distans Neapoli contra orientalem plagam.* Non puto, (situs enim non patitur, licet nomina conveniant aliqua ex parte) eundem hunc esse vicum atque illum, cujus hoc modo meminit Hieronymus in comment. ad Abdiae *cap. 1. Unus ergo atque idem tribus nominibus appellatur, Esau, Edom, Seir, posseditque eam regionem, quae nunc Gebalena dicitur & in finibus est Eleutheropoleos, ubi ante habitaverant Horraei, qui interpretantur liberi, unde ipsa urbs postea*

postea sortita vocabulum est. Quod ergo Hebraice Edom & Graece dicitur Ἰδουμαία, *nunc viculus Palaestinae est, a conditore sic imposito nomine.*

Enadda. Eusebius. Ἡναδδά... ἔστι κώμη ἀπόντων ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως εἰς Αἰλίαν περὶ τὸ ἰ σημεῖον. Hieron. *Enadda .... est villa pergentibus de Eleutheropoli Aeliam quasi in decimo miliario.*

Endor. Eusebius ad vocem Ἀηδὼρ ... Ἔστι νῦν μεγίστη κώμη Ἀενδὼρ πλησίον τοῦ ὄρους Θαβὼρ ἐπὶ νότου ὡς ἀπὸ σημείων δ'. Hieronymus. *Aendor ... Est hodie grandis vicus Aendor juxta montem Tabor ad meridiem in quarto miliario.* Dicitur esse ἀμφὶ τὴν Σκυθόπολιν, *circa Scythopolim & prope Naim*, ab Eusebio ad vocem Ἠνδὼρ, & Hieron. in Endor.

Ephraim. Eusebius ad vocem Ἐφρὼν .... φυλῆς Ἰουδά. Ἔστι νῦν κώμη Ἐφραὶμ μεγίστη περὶ τὰ ὄρια (lege βόρεια) Αἰλίας ὡς ἀπὸ σημείων ἡ. Hieron. *Ephron ... in tribu Juda. Est & villa praegrandis Ephraea nomine contra septentrionem in vicesimo ab Aelia miliario.* Videtur spatium 8. miliarium praeferendum, quod Eusebius habet; quia si ab Aelia 20. miliaria abfuisset versus septentrionem, non fuisset in tribu Juda. Convenientia literarum H & K errori ansam dedit. Sed nec dicit Eusebius, vicum Ephraim in tribu Juda fuisse: caeteroquin etiamsi 8. tantum miliaria abfuisset ab Aelia septentrionem versus, non fuisset in tribu Juda.

p. 491.

Eremmon. Eusebius. Ἐρεμβὼν, κώμη Ἰουδαίων μεγίστη ἀπὸ ις' σημείων Ἐλευθεροπόλεως. Hieron. *Eremmon, vicus Judaeorum praegrandis in decimo sexto ab Eleutheropoli miliario contra meridiem in Daroma.* Ejusdem videtur meminisse Eusebius ad vocem Ῥεμμὰ ... ἔστι δὲ καὶ κώμη Ῥεμμὰς ἐν τῷ Δαρωμᾶ. Ubi Hieron. *Est autem & villa Remmus in Daroma.* Illa, quae iidem habent ad vocem Ῥεμμὼν, praetereo: egent enim manu medica ex correctis MStis.

Esthaol. Eusebius. Ἐσθαὰλ .... εἰς ἔτι νῦν ἐστὶν ἀπὸ ἰ σημείων Ἐλευθεροπόλεως εἰς βορρᾶν ἀπιόντων εἰς Νικόπολιν. Hieron. *Esthaul .... usque hodie ostenditur in decimo Eleutheropoleos miliario contra aquilonem pergentibus Nicopolin.*

Esbus. Eusebius. Ἐσσεβὼν ... Καλεῖται νῦν Ἐσβὰς ἐπίσημος πόλις τῆς Ἀραβίας ἐν ὄρεσι τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἱεριχὼς κειμένη ὡς ἀπὸ σημείων κ' τοῦ Ἰορδάνου. Hieron. *Esebon ... Nunc vocatur Esbus urbs insignis Arabiae in montibus, qui sunt contra Hiericho viginti a Jordane milibus distans.*

Gabaon. Eusebius. Γαβαὼν ... Ἔστι κώμη νῦν ἅτω καλουμένη πλησίον Βαιθὴλ πρὸς τὰς δυσμὰς, ὡς ἀπὸ σημείων δ' παράκειται δὲ τῇ Ῥαμᾷ. Hieron. *Gabaon ... nunc ostenditur villa eodem nomine in quarto miliario Bethelis contra orientalem plagam juxta Rama.* Dissentiunt Eusebius & Hieronymus, sed videtur praeferenda lectio Eusebii.

Gadara. Eusebius. Γάδαρα. Πόλις ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀντικρὺ Σκυθοπόλεως

λεως καὶ Τιβεριάδος πρὸς ἀνατολαῖς ἐν τῷ ὄρει. *Hieron. Gadara, urbs trans Jordanem contra Scythopolim & Tiberiadem ad orientalem plagam sita in monte.*

p. Galgulis. Eusebius ad vocem Γέλγελ, ἐςὶ καὶ νῦν κώμη Γαλγελῆς λε-
492. γομένη Ἀντιπάτριδος ὡς ἀπὸ σημείων ἓξ ἐν τοῖς βορείοις. Hieron. *Nunc ostenditur villa Galgulis dicta ab Antipatride in sexto miliario contra septentrionem.*

Galgala. Eusebius. Γάλγαλα .... πρὸς ἡλίε ἀνατολαῖς τῆς πάλαι Ἱεριχὼ ἔισω τε Ἰορδάνε. Hieron. *Galgala .... ad orientalem plagam antiquae Hierichus cis Jordanem ... ostenditur usque hodie locus desertus in secundo Hierichus miliario.* Eusebius ad vocem Γολγών .... ἡ δὲ Γάλγαλα τόπος ἐςὶ τῆς Ἱεριχῆς. Idem ad vocem Βῆνος ἀκροδυςιῶν, τόπος ἐν Γαλγάλοις ... ὡς ἀπὸ δύο σημείων Ἱεριχῆς.

Gath. Eusebius ad vocem Γεθθά ... κώμη παριόντων ἀπὸ τῆς Ἐλευθεροπόλεως περὶ Διόσπολιν περὶ πέμπτον σημεῖον τῆς Ἐλευθεροπόλεως. Hieron. *Geth .... vicus in quinto miliario ab Eleutheropoli euntibus Diospolim.*

Gazara. Eusebius. Γαζὲρ, κλήρε Ἐφραίμ .... Νῦν καλεῖται Γαζάρα κώμη Νικοπόλεως ἀπέχεσα σημείοις δ' ἐν βορείοις. Hieronymus. *Gazer, in sorte tribus Ephraim. Nunc Gazara villa dicitur in quarto miliario Nicopoleos contra septentrionem.*

Geba. Eusebius ad vocem Γηβενά ... καὶ νῦν ἐςὶ Γηβὰ κώμη ἀπὸ σημείων ἑ Γεφνῶν ἐρχομένων εἰς Νέαν πόλιν. Hieronymus. *Gebin .... & est villa Geba in quinto miliario a Gufnis euntibus Neapolin.*

Gederus. Eusebius. Γεδὲρ ... Νῦν ἐςὶ Κέδες κώμη μεγίςη ἀπὸ ἱ σημείων Διοσπόλεως ἀπιόντων Ἐλευθερόπολιν. Hieronymus. *Gaedur ... hodieque vocatur Gedrus, vicus praegrandis in decimo miliario Diospoleos pergentibus Eleutheropolim.*

Gerara. Eusebius. Γεραρὰ, ἀφ' ἧς νῦν καλεῖται ἡ Γεραριτικὴ ὑπὲρ τὸν Δαρωμὰν (ita legendum pro Δωρομὰν) κειμένη, ἀπέχεσα Ἐλευθεροπόλεως σημείοις κέ πρὸς νότον· ἦν δὲ τὸ παλαιὸν τῶν Χαναναίων. Hieronymus. *Gerara, ex cujus nomine nunc Geraritica vocatur regio trans Daroma procul ab Eleutheropoli viginti millibus & quinque ad meridiem. Erat autem olim terminus Chananaeorum ad australem plagam.* Regionis Gerariticae meminit Eusebius in voce Φρέαρ κρίσεως, & Φρέαρ ὁρκισμῆ, Hieronymus ad voces Puteus juramenti.

Geth. Hieronymus prooem. in Jon. *Geth, quae est in Opher haud grandis est viculus, in secundo Sephoris miliario, quae hodie appellatur Diocaesarea,*
p. *euntibus Tiberiadem.*
493. Gethremmon. Eusebius. Γεθρεμμὼν,... Νῦν ἐςὶ κώμη μεγίςη ἀπὸ σημείων ιβ' Διοσπόλεως ἀπιόντων εἰς Ἐλευθερόπολιν. Hieron. *Gethremmon .... est nunc villa praegrandis in duodecimo miliario Diospoleos pergentibus ad eam de Eleutheropoli.* Forsitan haec est eadem ac Gath, quam in via, quae ducit

ducit Eleutheropoli Diospolin, collocavit ad quintum lapidem. Locus fere convenit: nam a Diospoli Eleutheropolin sunt XVIII. miliaria, secundum itinerarium Antonini. Legendum in Hieronymo, *pergentibus ab ea Eleutheropolin.*

Gophna. Eusebius ad voces Φάραγξ βότρυος .... Λέγεται εἶναι ἡ Γοφνὰ, ἄμπελος, ἑρμηνευομένη, ἀπέχεσα Ἀιλίας σημείοις ιε' κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Νεάπολιν ἄγεσαν. Ζητεῖται δὲ εἰ ἀληθὴς ὁ λόγος. Hieronymus ad vocem Adasa, *in tribu Juda, usque hodie vicus juxta Gufnas. Sed miror, quomodo Gufnensem regionem in tribu Juda posuerit, cum perspicuum sit, secundum librum Jesu, in sortem eam tribus Ephraim cecidisse.*

Jabes. Eusebius. Ἰαβεῖς Γαλαὰδ .... καὶ νῦν ἔςι κώμη πέραν τε Ἰορδάνε ἀπὸ ς' σημείε Πέλλης πόλεως ἐπὶ ὄρες κειμένη ἀπιόντων εἰς Γέρασαν. Hieronymus. *Jabis Galaad ... Nunc est vicus trans Jordanem in sexto miliario civitatis Pellae super montem euntibus Gerasa.*

Janua. Eusebius. Ἰανὰν .... κώμη νῦν ἐςὶν Ἰανὰ διεςῶσα τῆς Λεγεῶνος ἀπὸ τριῶν σημείων κατὰ νότον. Hieron. *Janum. Est villa Janua in tertio miliario Legionis contra Legionis contra meridiem.*

Idumaea. Regio haec 75. miliaria abest Hierosolymis versus meridiem. Hieron in epist. ad Dardanum. *Idumaeos quoque a meridiana plaga vix septuaginta quinque millibus ab Jerosolyma separatos.*

Jedna. Eusebius. Ἰεδνα, ἀπὸ ς' σημείων Ἐλεροπόλεως ἀπιόντων εἰς Χεβρών. Hieron. *Jedna, in sexto ab Eleutheropoli lapide pergentibus Chebron.*

Jermucha. Eusebius. Ἱερμᾶς ... κώμη νῦν ἐςιν Ἱερμοχὼς ἀπὸ σημείων ἱ Ἐλευθεροπόλεως ἀνιόντων εἰς Ἀιλίαν. Hieron. *Jermus ... Est usque hodie villa Jermucha in decimo ab Eleutheropoli lapide ascendentibus Aeliam.* Vicinas fuisse Esthaol & Jermucham Eusebius notat ad vocem Ἰαβεῖς & 4. sed ibi p.
excidit *Jarimuth*, nam ad hanc id pertinet, uti liquet ex Hieronymo: & 494.
ibi Jarimuth dicitur Eleutheropoli distare quatuor tantum miliaribus. Quare crediderim, aut corruptos esse codices Eusebianos, aut duas fuisse Jermuchas.

Jether. Eusebius. Ἰεθὲρ .... ἔςι νῦν κώμη μεγίςη Ἰεθειρὰ ὡς ἀπὸ σημείων κ' Ἐλευθεροπόλεως, ὅλη Χρισιανῶν ἐν τῷ ἔσω Δαρωμᾶ πλησίον Μαλάθων. Hieronymus. *Jether .... Nunc est villa praegrandis Jethira nomine in vicesimo miliario Eleutheropoleos; habitatores quoque ejus omnes Christiani sunt. Sita est autem in interiore Daroma juxta Malatha.* Videtur eadem describi ab Eusebio nomine Ἐθὲρ, κλήρε Σιμεὼν, καὶ νῦν ἐςὶ ἑτέρα (lege Ἰεδειρὰ) κώμη μεγίςη ἐν τῷ ἐσωτέρῳ Δαρωμὰ, παρακειμένη Μαλάθης, & Hieronymo, *Ether, sortis Simeonis. Et nunc est villa praegrandis nomine Jethira in interiore Daroma juxta Malatham.*

Jettan. Eusebius. Ἰεττὰν .... ἐςὶ νῦν κώμη μεγίςη Ἰεδαίων Ἐλευθεροπόλεως ἀπὸ σημείων ιη' πρὸς νότον ἐν τῷ Δαρωμᾷ. Hieronymus. *Jethan ... est hodie-*

hodieque vicus praegrandis Judaeorum in decimo octavo lapide ab Eleutheropoli ad australem partem in Daroma.

Lachis. Eusebius. Λάχης ... εἰς ἔτι νῦν κώμη Ἐλευθεροπόλεως ἀπέχκσα σημείοις ζ' πρὸς νότον ἀπιόντων εἰς τὸν Δαρωμᾶν. Hieronymus. *Lachis ... nunc est villa in septimo miliario ab Eleutheropoli euntibus in Daromam.*

Maceda. Eusebius. Μακηδὰ ... καὶ νῦν ἐςὶ πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως ἀπὸ σημείων ή. Hieron. *Maceda ... & nunc est in octavo miliario Eleutheropoleos contra solis ortum.*

Machmas. Eusebius. Μαχμά, εἰς ἔτι νῦν κώμη μεγίςη ἐν ὁρίοις Ἀιλίας Μαχμὰς ἐπικαλεμένη, ἀπὸ σημείων θ', πλησίον Ῥαμά. Hieron. *Machmas, usque hodie vicus grandis ostenditur in finibus Aeliae antiquum nomen retinens, novem ab ea millibus distans juxta villam Rama.* Non longe erat a Bethel, uti licet colligere ex his Eusebii verbis ad vocem Βηθὰν, Φυλῆς Βενιαμὶν τῆς Γάιης καὶ Βεθὴλ ἔναντι Μαχμάς. Hieron. *Bethnaim, in tribu Benjamin juxta Gai & Bethel contra Machmas.*

Magdiel. Eusebius. Μαδιὴλ, κλῆρος Νεφθαλείμ· καὶ ἔςι νῦν κώμη μεγάλη ἀπὸ θ' σημείων Δώρας ἀπιόντων εἰς Πτολεμαΐδα. Hieronymus. *Magdihel, in tribu Nephthalim: & hodie parvus vicus ostenditur in quinto miliario*
p. 495. *Dorae pergentibus Ptolemaidem.*

Maresa. Eusebius. Μαρησὰ, φυλῆς Ἰεδα· ἔρημος ἐςι νῦν ἀπὸ σημείων β' Ἐλευθεροπόλεως. Hieronymus. *Masera, in tribu Juda, cujus nunc tantummodo sunt ruinae in secundo lapide Eleutheropoleos.* Mihi quidem videtur Eleutheropolis ex vicinis Maresae ruderibus nata, uti Neapolis ex vicina Sichem. Distinguit enim Hieronymus & Eusebius Neapolin a Sichem ita, ut non longe a Neapoli rudera urbis Sichem ostendi scribant, quod tamen non impedit, quo minus recte dici possit, Sichem esse & Neapolin eandem. Videtur & in voce Μωραθεὶ Eusebius aliquid notasse, quod accuratius situm Maresae notat, nimirum fuisse ad orientem Eleutheropolis. Ita ille, Μωραθεὶ ὅθεν ἦν Μιχαίας ὁ προφήτης πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως. Hieronymus. *Morasthi, unde fuit Michaeas Propheta. Est autem vicus contra orientem Eleutheropoleos.* Epiphanius quoque in vitis Prophetarum sic utitur voce Μωραθεὶ (ita enim illic legendum est pro Μωραθεὶ, quod editi codices praeferunt) de Micha scribens ἐγεννήθη ἐν Μωραθεί. At clarum est, *Morasthi* Hebraeis esse nomen gentile deductum a *Moreschet*, aut *Moresa*.

Matthana. Eusebius. Μαθθανέμ, αὕτη νῦν λέγεται Μασχανά. Κεῖται δὲ ἐπὶ τῆ Ἀρνῶνος ἀπὸ σημείων ιβ' πρὸς ἀνατολὰς Μηδαβῶν. Hieron. *Mathane, quae nunc dicitur Mathana, sita autem est in Arnone duodecimo miliario procul, contra orientalem plagam Medebae.* Videtur Hieronymus legisse ἐν τῷ Ἀρνωνᾷ & scripsisse *in Arnona*, uti Eusebius habet ad vocem Βαθὼ (lege Βαμὼθ) ἐν τῷ Ἀρνωνᾷ: sc. Ἀρνωνᾶς, uti Σαρωνᾶς, vel Ἀρνὼν, uti & Σαρὼν

Σαρὼν & Σαρωνᾶς. Ita & Eusebius ad vocem Δαβὼν habet, παρὰ τὸν Ἀρνωνὰν, ad vocem Ναανιὴλ, πλησίον τῆ Ἀρνωνᾶ. Ad vocem Ἀερμὼν, ἀπὸ φάραγγος τῆ Ἀρνωνά. Hieron. *a praerupto Arnon.* Ad vocem Ἀρὼτ τόπος τῆ Ἀρνωνά. Ad vocem Βαμὼθ, ἐν τῷ Ἀρνωνά. Videtur nomen regionis ab Arnone fluvio ita dictae. Hieronymus in voce *Arnon*, scribit, *ostendunt regionis illius accolae locum vallis in praerupta demersae satis horribilem & periculosum, qui usque nunc a plerisque* Arnonas *appellatur extenditurque ad septentrionem Areopoleos.* In Eusebio ibi est Ἀρνών. Non ergo hic & alibi Ἀρνῶν & Arnonas fluvii nomen est. Sed quum nomen Arnonis flu- p.
vii notum esset prae alio, illud substitutum fuit a librariis. Hinc corri- 496.
gendum puto Hieronymum in voce *Damnabo* scribentem, esse *villam in octavo miliario Areopoleos pergentibus Arnonem.* At ipsa Areopolis sita erat ad Arnonem, (uti Hieron. ad vocem *Madian*) quomodo ergo dicitur Arnon inde remotus ultra 8. miliaria? Lege Arnonam, nempe regionem.

Mechanum. Hieron. ad vocem Bethmacha ... *Est ascendentibus de Eleutheropoli Aeliam in octavo lapide nunc villa, quae Mechanum dicitur.*

Medaba. Eusebius. Μεδδαβὰ, πόλις ἡ μέχρι νῦν ἔςι τῆς Ἀραβίας Μηδαβὰ εἰς ἔτι νῦν καλεμένη πλησίον Ἐσσεβῶν. Hieronymus. *Medaba, usque hodie urbs Arabiae antiquum nomen retinens juxta Esebon.*

Migdal Senna. Eusebius ad vocem Σενναὰ, ὅριον τῆς Ἰδουμαίας καὶ ἔςι νῦν Μεγάλη Σενναὰ (legendum est Μιγδὰλ Σένναα) ἀπὸ ὀγδόε σημείε Ἰεριχῶς εἰς βορᾶν. Hieron. *Senna. Terminus Judae & usque hodie ostenditur in septimo lapide Hierichus contra septentrionalem plagam villa nomine Magdal Senna, quod interpretatur turris Senna.*

Nabo mons. Eusebius. Ναβαῦ, ὄρος ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἀπέναντι Ἰεριχῶς ἐν τῇ Μωὰβ, ἔνθα ἐτελεύτησε Μωυσῆς. Καὶ δείκνυται εἰς ἔτι νῦν ἀπὸ ς' σημείε Ἐσεβὲς εἰς δυσμάς. Hieron. *Nabau, quod Hebraice dicitur Nebo, mons supra Jordanem contra Hierichum in terra Moab, ubi Moyses mortuus est, & usque hodie ostenditur in sexto miliario urbis Esbus contra orientalem plagam.* Lege occidentalem: videamus & alios locos Eusebii, quibus situm hujus montis illustrat. Haec scribit in voce Ἀβαρείμ ... Λέγεται δὲ εἶναι ὄρος Ναβαῦ καὶ ἔςιν ἡ γῆ (lege ἐν τῇ) Μωὰβ ἀντικρὺ Ἰεριχὼ ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην ἐπὶ κορυφῆν Φασγώ. Καὶ δείκνυται ἀνιόντων ἀπὸ Λιβιάδος ἐπὶ Ἐσεβῶν, τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καλεμένον πλησίον τῆ Φόγωρ ὄρες. Hieron. *Abarim ... Dicitur autem & mons esse Nabau in terra Moab contra Jericho, supra Jordanem in supercilio Phasga. Ostenditurque adscendentibus de Libiade in Esbum antiquo hodieque vocabulo juxta montem Phogor.* Est autem Libias, vel Li- p.
vias, urbs olim dicta Batharamphta. Ita Eusebius: Βηθραμφθὰ παρὰ 497.
Συρίοις, αὕτη δὲ ἐςὶν ἡ καλεμένη Λιβιάς. Hieron. *Betharam, civitas tribus Gad juxta Jordanem: quae & Syris dicitur Betramphta, & ab Herode in honorem Augusti Libias cognominata est.* Huc etiam facit, quod Eusebius habet in voce Ἀραβὼθ Μωάβ ..... ἐςὶν ἐπὶ τῆ Ἰορδάνε κατὰ Ἰεριχώ. Καὶ ἔςι τόπος

πος εἰς δεῦρο δεικνύμενος παρὰ τῷ ὄρει Φογώρ, ὁ παράκειται ἀνιόντων ἀπὸ Λιβιάδος ἐπὶ Ἰεβὲς (legendum, uti patet ex ante dictis & Hieronymo, Ἐσσεβὲς) τῆς Ἀραβίας ἀντικρὺ Ἰεριχώ. Hieron. *Araboth Moab ..... Est usque hodie locus juxta montem Phogor euntibus a Libiade in Esbum Arabiae contra Hierico.* Montem Phogor esse dissitum circiter septem miliaribus ab eadem urbe, docet Eusebius ad vocem Δαναβά ..... Ἔστι νῦν κώμη Δαννεὰ ἀπὸ ἡ σημείων τῆς Ἀρεοπόλεως· ἑτέρα δὲ ἐπὶ τὲ Φογὼρ ὅρας ἀπὸ ζ' σημείων τῆς Ἰεβὲς. Nota hic idem mendum Δεβὲς pro Ἐσεβὲς. Hieronymus haec reddidit ad vocem Damnaba, & legit *Esbus.* Ita & in voce Βεελμεὼν, apud Eusebium Ἰεβὲς legitur, apud Hieronymum rectius Esbus. Porro idem mons Phogor etiam Φεγὼρ ab Eusebio nominatur in voce Βεελφεγὼρ, diciturque ab eodem in voce Βεθφογὸρ situs esse, vel potius urbs Bethphogor vicina monti Phogor sita esse, ἀπέναντι Ἰεριχὼ, ἀνωτέρω Λιβιάδος σημείοις ς' contra Jericho sex millibus supra Libiadem: quumque idem mons circiter 7. miliaria abfuerit ab Chesbon, videtur Livias & Chesbus 13. miliarium tantum intervallo dissitae fuisse.

Naim. Eusebius. Ναΐμ. ... νῦν ἐστὶ κατὰ νότον ἀπὸ ιβ' σημείων Θαβὼρ πλησίον Ἀηνδώρ. Atqui Endor (vide supra) distat 4. miliaribus a Thabor, quomodo vicus, qui 12. miliaribus a Thabor distat, vicinus potest dici Endor? Sed mendum est, & legendum β' non ιβ', uti & Hieronymus habet. *Naim .... usque hodie in secundo miliario Thabor montis ostenditur contra meridiem juxta Endor.*

Nazareth. Eusebius. Ναζαρέθ ... Ἔτι νῦν ἐστὶν ἐν Γαλιλαίᾳ ἀντικρὺ τῆς Λεγεῶνος, ὡς ἀπὸ σημείων ιε' πρὸς ἀνατολὰς, πλησίον τὲ ὄρας Θαβώρ. Hieron. *Nazareth .... Est autem usque hodie in Galilaea viculus contra Legionem, in quinto decimo ejus miliario ad orientalem plagam, juxta montem Thabor, nomine Nazara.* Dicitur esse contra Legionem, quamvis sat magno intervallo inde remota sit, quia per planitiem interjectam urbem illam respicit. p. 498.

Nezib. Eusebius. Νεσίβ ... ἀπὸ θ' σημείων Ἐλευθεροπόλεως ἐπὶ Χεβρών. Hieron. *Neesib ... in septimo miliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron.*

Rama. Eusebius. Ῥαμὰ, φυλῆς Βενιαμὶν, πόλις Σαὺλ, ἀπὸ ς' σημείων εἰς βορρᾶν ἀπέναντι Βηθήλ. Hieronymus. *Rama in tribu Benjamin, civitas Saulis in sexto miliario ab Aelia ad septentrionalem plagam contra Bethel.* Idem in *c. 5.* Hoseae. *Rama est urbs in tribu Benjamin in septimo lapide ab Hierosolymis sita.* Ibid. *Gaba juxta Rama.*

Remmon. Eusebius. Ῥεμμὼν ... νῦν Ῥεμμὼν ἐστὶ πλησίον Αἰλίας κώμη ἐν βορείοις ἀπὸ σημείων ιέ. Itane vero? estne hoc πλησίον Αἰλίας; Hieronymus. *Remmon ... hodieque est vicus Remmon juxta Aeliam contra aquilonem in quintodecimo ejus miliario.*

Sarda. Eusebius. Σαρδὰ κώμη ἐστὶν ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως πρὸς βορρᾶν ἀπιόν-

ἀπιόντων εἰς Νικόπολιν ὡς ἀπὸ σημείων ί. Hieronymus. *Saara, vicus in finibus Eleutheropoleos contra septentrionem pergentibus Nicopolin, quasi in decimo miliario.*

Sebaste. Urbs olim dicta Samaria aberat a Dothaim versus austrum 12. miliaria, a Merro totidem, ab Atharo 4. Ita Eusebius ad voces *Dothaim, Merran* & *Ataroth.*

Silo. Eusebius. Σηλὼ, φυλῆς Ἐφραΐμ ... ὡς ἀπὸ σημείων ιβ' ἐν τῇ Ἀκραβαττινῇ. Deest terminus, a quo tantum abest. Hieronym. *Selo in tribu Ephraim ... est autem in decimo miliario Neapoleos in regione Acrabittena.*

Soco. Eusebius. Σοκχώ ... κῶμαι εἰσὶ δύο ἀνιόντων (vel ἀπιόντων ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως εἰς Αἰλίαν ἐν τῷ θ' σημείῳ. Hieron. *Soccho, in tribu Juda. Sunt autem usque hodie viculi duo pergentibus Aeliam de Eleutheropoli in nono miliario viae publicae.*

Sulem. Eusebius. Σαβὴμ κλήρε Ἰσσάχαρ. Καὶ νῦν ἐστὶ κώμη Σελὴ, ὡς ἀπὸ σημείων ε τὲ Θαβὼρ ὅρας κατὰ νότε. Hieron. *Sulem. .... usque hodie vicus ostenditur nomine Sulem in quinto miliario Thabor montis contra australem plagam.* Eusebius ad vocem Σωνὰμ, ὅθεν ἦν ἡ Σωναμῖτις, κώμη ἐστὶν ἐν ὁρίοις Σεβαστῆς ἐν τῇ Ἀκραβαττινῇ Σανὶμ καλουμένη. Hic Bonfrerius putat, eandem describi, quae Sulem modo dicta fuit. Sed mihi non videtur illa Sulem posse dici in Acrabattene sita, quum 5. miliaria tantum a Thabor abfuerit & in Isaschar sita, ipso fatente Eusebio. p. 499.

Thabatha. Hieronymus in vita S. Hilarionis. *Hilarion ortus vico Thabatha, qui circiter quinque millia a Gaza urbe Palaestinae ad austrum situs est.*

Thabor. Eusebius. Θαβὼρ, ὄριον Ζαβελών. Ἔστι δὲ ὄρος ἐν τῇ πεδιάδι κείμενον ἀπὸ σημείων ί Διοκαισαρείας κατὰ ἀνατολάς. *Thabor, terminus Zabulon. Est autem mons in Galilaea, mira rotunditate sublimis, distans Diocaesarea decem millibus contra orientalem plagam.*

Thalcha. Eusebius. Θαλχὰ, φυλῆς Συμεών. νῦν Θαλᾶ καλεῖται Ἰουδαίων μεγίστη κώμη ὡς ἀπὸ σημείων ις' Ἐλευθεροπόλεως ἐν τῷ Δαρομά. Hieron. *Thalcha in tribu Simeon; nunc vicus grandis Judaeorum dicitur Thella, quasi in sexto decimo miliario Eleutheropoleos contra australem plagam.*

Thanath. Eusebius. Θανάθ ... νῦν ἐστὶ κώμη Θανὰθ ἀπὸ σημείων ί Νεαπόλεως ἐπ' ἀνατολὰς κατιόντων ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην. Hieronymus. *Thenath .... hodieque villa est Thenath in decimo miliario Neapoleos contra orientem descendentibus Jordanem.* Haec est Θῆνα Ptolemaei in Samaria. Vide supra *pag. 461.*

Thebes. Eusebius. Θήβης ... Ἔστιν ἐν ὁρίοις Νεαπόλεως Θήβης νῦν λεγομένη κώμη, ὡς ἐπὶ Σκυθόπολιν ἀπιόντων ἐπὶ τὸ τεῖς καὶ δέκατον σημεῖον. Hieron. *Thebes ... est autem usque hodie vicus nomine Thebes in finibus Neapoleos pergentibus Scythopolim, quasi in tertio decimo ejus lapide.*

Thecua. Eusebius ad vocem Ἐκθεκαέ, φυλῆς Ἰούδα καὶ νῦν ἐςὶ Θεκαὰ ἀπὸ σημείων ιβ' ἐξ ἀνατολῶν (adde Αἰλίας) Hieronymus. *Elthei, in tribu Juda, est hodieque Thecua vicus in nono ab Aelia miliario contra meridianam plagam.* Alibi tamen Hieronymus scribit (in prooem. ad Amos) *Thecua est oppidum, quod sex millibus ad meridianam plagam abest a Sancta Bethleem* (quam 6. miliaribus dissitam ab Aelia idem tradidit) *quae mundi genuit Salvatorem, & ultra nullus est viculus, ne agrestes quidem casae; tanta est eremi vastitas, quae usquae ad mare rubrum Persarumque & Aethiopum atque Indorum terminos dilatatur.*

Vallis spinarum. Hieronymus, in *cap. 3.* Joël. *Vallis seu torrens spinarum est locus juxta Liviadem trans mare mortuum, sexto ab ea distans miliario.*

p. 500. Vallis Jezraël. Hieron. in *cap. 1.* Hoseae. *Jezraël, quae nunc juxta Maximianopolim est, fuit metropolis regni Samariae; prope quam sunt campi latissimi & vallis nimiae vastitatis, quae plusquam decem millium tenditur passibus.* Ubi autem collocanda sit illa vallis, colligitur ex iis, quae habet ad vocem *Endor*, dicitur enim Ἀενδὼρ ἡ ἐν Ἰεσραήλ. Endor autem erat in quarto miliario a Thabor versus austrum. At quae est Maximianopolis? Hieronymus id indicat ad *cap. 12.* Zachariae. *Adadremmon, pro quo* LXX. *transtulerunt* ῥοῶνος, *urbs est juxta Jezraëlem* (ita legendum est, non *Jerusalem*, quod habetur in excerptis Geographicis Tomo II. *novae editionis* Hieronymi insertis *pag. 494.*) *quae hoc olim vocabulo nuncupata est, & hodie vocatur Maximinianopolis in campo Mageddon.*

Ulamma. Eusebius. Οὐλαμμᾶς .... Ἔςι δὲ καὶ ἄλλη Οὐλαμμὰ ἀπὸ ιβ' σημείων Διοκαισαρείας πρὸς ἀνατολάς. Hieron. *Ulamaus .... Sed & quaedam villa nomina Ulama in duodecimo Diocaesareae lapide ostenditur contra solis ortum.*

Ziph. Hieronymus. *Ziph in octavo miliario Chebron contra orientem usque hodie vicus ostenditur, ubi absconditus est David. Fuit autem tribus Juda in Daroma, in finibus Eleutheropoleos.* Dubito, an ultima eo pertineant.

CAPUT XIII.

DE INTERVALLIS A PROCOPIO GAZAEO NOTATIS.

Procopius Gazaeus usus scriptis Geographicis Eusebii & Hieronymi. Conferuntur intervalla ab eo commemorata cum Eusebianis, & modo ejus scriptura confirmatur ex Hieronymo vel Eusebio, modo labefactatur. Quae de monte Gerizim habet, pluribus illustrantur.

Ad

AD illustrationem eorum, quae mox ex Eusebio & Hieronymo descripsimus, conferri debent illa, quae Procopius Gazaeus, adeoque & ipse Palaestinus, commentariis suis in sacrum codicem inseruit. Illa, secundum ordinem elementorum, ita disposuimus, & Latinae tantum damus, cum observationibus nonnullis.

Arad, urbs Amorrhaeorum, est vicina deserto Cades, hoc est Pharan. Hac autem tempestate vicus est ad quartum lapidem a Malathis, ab Chebrone vero ad vicesimum. Ita scribit Procopius in comm. ad librum Judicum.

Eadem leguntur in Eusebio & Hieronymo, quibus auctoribus eum usum fuisse, patet ex eo, quod saepe illos nomine citet, uti & Ἑβραίων ὀνομάτων ἑρμήνειαν. Hic autem addit, abesse ab Chebronne 20. miliaria versus austrum.

Area Atad. Situs est locus ille ad tertium lapidem ab Hierichunte, & distat ab Jordane duobus lapidibus. In comm. ad *Gen. 50.*

Ergo inter Jerichuntem & Jordanem spatium erat 5. miliarium: ita quoque Hieronymus in Onomastico ad voces Area Atad. Josephus spatium hoc esse 60. stadiorum dicit, id est 7. miliarium & $\frac{1}{2}$.

Beroth (ita legendum pro Bethor, & sacer codex & Eusebius docent) *vicus nunc est prope Aeliam descendentibus Nicopolim ad septimum lapidem.* In comm. ad Josuam.

Ex Eusebio petitum est. Nota Procopium quoque Νικόπολιν legisse, quum rectius Hieronymus habeat *Neapolin.*

Bethel sita est a Neapoli Aeliam versus in sinistra parte viae ad duodecimum ab Aelia lapidem. In comm. ad Josuam. Convenit cum Eusebio.

Ut ex praesenti loco erudimur, in meditullio Judaeae sitam esse Bethel colligere datur. Terram enim, in qua tu stas, tibi, inquit, dabo. Judaea secundum latitudinem in 4. patet sectiones. Bethel itaque ut intermedia sita est, sicut docet LXXVIII. Psalmus. In Comm. ad *Gen. 28.*

Juxta Bethel fuit Amorrhaeorum habitatio, seque extendit trans Jordanem usque Philadelphiam. In comm. ad *Gen. 15.*

Videtur itaque Philadelphia quasi e regione Bethelis collocanda.

Chebron prope Chermel est a septentrione. In comm. ad Josuam. Eusebius Carmeliam hanc ad orientem Chebronis collocat. Adeoque fuit ad austrum & partim ad orientem illius urbis. p. 502.

Ciriathjearim. Sita est inter Aeliam & Diospolim in via ad nonum lapidem, cui vicina est Massepha. In Comment. ad Jos.

Idem legitur apud Eusebium & Hieronymum. Iidem ad vocem Μασφὰ Massepham מצפה collocant in finibus Eleutheropolis ad septentrionem. Hieronymus addit *pergentibus Aeliam*, at via Eleutheropoli Aeliam versus spectabat orientem. Ad vocem Μασσηφὰ dicunt, eam

eam juxta Cariath jearim fuisse. Ergo fuit in via Diospoli (non Eleutheropoli) Aeliam versus.

Dan. Isto nomine extat adhuc vicus, distans a Paneade 14. lapidibus, qua itur Tyrum. Is vicus sane limes erat Judaeae. Ibi quoque Jordanes evolvitur. In Comm. ad *Gen. 14.*

Numerus 14. videtur pro 4. positus. Ita Eusebius & Hieron. ἀπὸ σημείων δ', *quarto a Paneade miliario.*

Gabaon. Nunc vicus est, servato nomine, prope Bethel ad occasum ad quartum lapidem. Vicina vero est Rama, quae Levitis quoque addicta est prope Remmon, ubi Salomon sacris operatus unctionis dignitatem accepit. In comm. in Josuam.

Desumpta haec sunt ex Eusebii Onomastico, quod hinc illustratur: nam Eusebius scripsit, esse πρὸς δυσμὰς *ad occasum* Bethelis (uti & in illo legit Procopius noster, & legi debet) sed in Hieronymo (culpa, ut opinor, librariorum, de quibus ipse Hieronymus alibi conqueritur, quod in tractatus ejus menda irrepserint eorum vitio) legitur, contra orientalem plagam Bethelis.

Gerar. Hinc cognominatur Geraritica ea regio, quae sita est supra Daromam, distans ab Eleutheropoli versus austrum lapidibus 25. In comm. ad *Gen. 10.*

Eadem habent Eusebius & Hieronymus in Onomastico locorum.

Gerar. Civitas est Palaestinae, unde etiam appellatur Σάλτον Γεραριτικὸν *Saltus Geraritícus circa Eleutheropolin.* In Comment. ad Paralipom. *l. II. c. 14.*

Gergesaei insederant Gadarae, & Gergesae finitimam regionem & solitudinem, quae praetenditur stagno Tiberiadis. In comm. ad *Gen. 15.*

p. 503. *Gerizim & Ebal. Siti autem montes isti sunt ab orientali parte Jerichuntis ultra locum Galgal. Caeterum Samaritae Sicimis urbi, quae & Sichem dicta, eos adjacere putant; ubi videlicet Dominus apud puteum cum muliere Samaritica disseruit, quae nunc Neapolis vocatur. Nec non vero Samaria nuncupatur, siquidem mons ille, quem Garizim dicunt, Someri, qui filium habuit Somoron, dictum erat. Verum enimvero nomen illud robur suum post tempus illud, quo ab Assyriorum Rege coloniae in eam terram ductae sunt, est adeptum. Porro etiam ex vicinis gentibus, quae cor Samaritanorum perverterunt, ut orantibus, quocunque terrarum tractu aut situ essent ac preces funderent, ad montem illum respiciendum esset. Nam Gentium septuaginta sacrificuli, cognito quod Ezras, qui, quoniam Legem Dei idololatras lapidare praecipientem tenebat, idola abominaretur, advenisset, citra moram aedium sublimium idola convulserunt, ac in caverna quadam montis Garizim (quemadmodum traditio habet) absconderunt. Cum itaque subtus idola jaceant, quamvis id ignoraverint, eo conversi adorant. Non enim Scriptura potest fallere, quae inquit: permanserunt facien-*

facientes legem Dei, & adorantes ipsorum idola. Ceterum super monte isto, quem Garizim putabant, cum Templum exstruxissent, ibidem vota sua faciebant. Atqui vero, si Garizim & Gebal montes, qui sunt altissimi, Neapoli adjacebant, quomodo fieri potest, ut inferne benedictio seu maledictio superne in utraque immensa, ut etiamnum videre est, altitudine edita exaudiretur? Cum videlicet in montem, qui apud illos Garizim appellatur, sexcentorum millium & unius graduum sit adscensus. Habet insuper etiam series libri Josue, quod duo isti montes ab oriente Hierichuntis siti fuerint, ubi locus quoque Galgala, qui ab urbe ad secundum lapidem distat. Sichima vero ad septentrionem & occasum Hierichuntis vergit magis, ac ad quinquagesimum secundum lapidem ab ea distat. In comment. ad Deuteronom.

Multa in his notanda sunt, quae summa tantum fastigia rerum sequendo, indicabo

1. Montes Gerizim & Ebal collocari juxta Hierichuntem, quod jam ante Eusebius & Hieronymus statuerunt in Onomastico ad vocem Γεβὰλ, putantes, male eos, qui Neapoli adjacent, his nominibus appellari. Sed contra hos est *Jud. 9.*
2. Male Neapolin eandem credi ac Samariam. Haec res in tanta literarum luce, qua nunc fruimur, vix eget confirmatione. p. 504.
3. Sacri Codicis testimonium de idololatria Samaritanorum male referri ad idola sub monte Garizim abscondita: nam contrarium ipse Sacer Codex docet, idola nominatim recensens, quae colerent, non infra terram defossa (unde enim hoc liquet, & ubi id dicitur?) sed supra terram conspicua. Verum & alii idem de Samaritanis, quod Procopius, narrant.
4. Templum exstructum fuisse in monte Garizim, alter Procopius, & ipse Palaestinus, uti noster, Caesareensis quippe, negat, loquens de sua aetate; nam olim ibi templum fuisse certum est. Testantur id Josephus, & nummi veteres Flaviae Neapolis, montem Gerizim inscriptum habentes cum templo superstructo.
5. Gradus, quibus ad verticem montes Garizim adscenditur, memorari, sed in numero erratum esse: nec enim ullus in universo terrarum orbe mons est ea altitudine: quod res ipsa clamat. Praeterea αὐτόπτης auctor itinerarii veteris Hierosolymitani gradus hos fuisse numero trecentos asseverat, quod magis est veri simile: & in Nummis veteribus isti gradus conspiciuntur, quos in aes inscriptos videre est in Patini nummis coloniarum aliisque.
6. Galgalam abesse a Jerichunte 2. miliaria: quod & Hieronymus tradidit. At falsum est, in sacro codice, legi montes Gerizim & Ebal ad ortum esse Jerichuntis. Vide *Deut. 11. 29.*
7. Sichima i. e. Neapolin a Jerichunte abesse 52. miliaria. Quod si per-

per Hierosolyma iter hoc instituatur secundum nostrum computum, esset 58. miliarium. Sed alia & breviori via (quam hinc colligere licet 6. miliarum spatio breviorem fuisse, relicta ad sinistram Hierosolyma & ipso monte olivifero) potuit Jerichunte Bethelem iter institui.

p. 505. *Jabis est ultra Jordanem posita. Nunc vero vicus est ad vicesimum lapidem a Pella oppido dissitum, ad sexaginta vero adscendentibus Garasam.* In comment. ad lib. Judicum.

Hinc videretur 80. miliaria inter Pellam & Gerasam fuisse. Eusebius scribit, Jabis a Pella 6. miliaria abfuisse in via, quae ducit Gerasam: sed de 60. miliaribus illic nihil.

Jerimuth ad decimum quartum lapidem ab Eleutheropoli, est circa Esthael vicum Odollam. In comm. ad Josuam.

Eusebius & Hieronymus habent *ad quartum lapidem.*

Lachis vicus hoc tempore est, qui ab Eleutheropoli ad septimum lapidem versus austrum euntibus Daromam distat. In comment. ad Josuam.

Eadem leguntur apud Eusebium & Hieronymum.

Macedo. Est sita haec ab oriente Eleutheropolis ad octavum lapidem. In comm. ad Josuam.

Eusebius & Hieronymus idem tradiderant.

Merom. Vicus est Sebastae ab ea ad duodecimum lapidem dissitus. In comment. ad Josuam.

Esse vicum eo loco, cui nomen Μέρος & *Merrus* notarunt Eusebius & Hieronymus: sed is non est idem ac מרום *Merom:* nec id, opinor, Eusebius dicere voluit, qui vicos nomine affines saepe memorat, licet ad illustrandum situm loci, de quo agitur, nil faciat. Et est, quod ei gratias habeamus, quae alias aeterna nocte sepulta jacuissent. Tantum abest, ut illi irascar.

Salem oppidum est Sichimorum, ut perhibet Scriptura sacra. Est isto nomine vicus ab occasu Aeliae, & alius isto nomine in campo Salumiae, Scythopolis. Veruntamen Josephus testatur, eam urbem, quae Hierusalem vocatur, revera esse Salem, & in ea regnasse Melchizedecum. In comm. ad *Gen. 15.*

Haec corrupta ex Eusebio & Hieronymo facile restituuntur ad vocem Σαλήμ· πόλις Σικίμων, ἥτις ἐςὶ Συχέμ, ὥς φησιν ἡ γραφή. Ἔςι δὲ καὶ ἄλλη κώμη εἰς ἔτι νῦν διαμένεσα. Hieronym. *Salem civitas Sicimorum, quae est Sichem: sed & alia villa ostenditur usque in praesentem diem juxta Aeliam contra occidentalem plagam hoc nomine, in octavo quoque lapide a Scythopoli in campo vicus Salumias appellatur. Josephus vero Salem esse affirmat, in qua regnavit Melchizedec.* Ex hoc specimine liquet, Procopium descripsisse verbo tenus Eusebium & Hieronymum; utilemque esse collationem Pro- p. 506.

Procopii cum illorum Onomastico, ut menda tollantur, & liqueat, quomodo sua aetate Procopius in Eusebio & Hieronymo legerit.

Sichem, Sicima & Selom sunt in suburbanis Neapolis. Ab oriente Bethel &c. Bethel prius dicta est Namaus. Si quis proficiscatur ab Hierusalem Neapolim, ad lapidem duodecimum dextram versus sita est. In comm. ad *Gen. 12. Selom* est Σηλὼμ, Schilo, quam male confundit cum Sichem: & *Namaus* natum est ex verbis Sacri Codicis, nomen Bethel fuisse אולם לוז quod Οὐλαμμᾶς Graeci scripsere.

Thabor, mons, (ita enim legendum pro Bathor, uti mox Bethor pro Beeroth) *in planitie situs est ad decimum a Diocaesarea lapidem ab oriente.* In comm. ad librum Judicum.

Non dissentit ab Eusebio.

Thenach non cepit Manasse tribus. Nunc vicus est permagnus a Legeone ad tertium lapidem dissitus. In comm. ad lib. Judicum.

Eadem habent Eusebius & Hieronymus.

CAPUT XIV.

DE INTERVALLIS LOCORUM MEMORATIS AB ARRIANO, DIODORO SICULO, THEOPHRASTO, JUSTINO MARTYRE, ORIGENE, ET ALIIS.

Gaza & portus Gazaeorum, quantum abfuerint a se invicem, Arriani verba cum Strabonis collata. Lacus Samochonites quantum a mari abfuerit. Verba Theophrasti illustrata. Justini Martyris testimonium de distantia vici Betlehem ab Hierosolymis, & Origenis de Jordane examinatur. Intervalla quaedam ex incerto auctore Graeco.

Vidimus praecipua veterum scriptorum testimonia, quibus intervalla locorum Palaestinae illustrantur. Hoc capite aliqua addemus, quae sparsim hic illic offendimus in eorum scriptis ad institutum nostrum facientia. Initium ducemus ab Arriano, ubi Gazam describit, *lib. II.* de expeditione Alexandri, his verbis: Ἀπέχει ἡ Γάζα τῆς μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιςα ςαδίους, καὶ ἔςι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα εἰς αὐτὴν ἡ ἄνοδος· καὶ ἡ θάλασσα ἡ κατὰ τὴν πόλιν πεναγώδης πᾶσα. *Abest Gaza a mari stadiis summum viginti, & accessus ad eam sabulosus & profundus, & mare urbi propinquum limosum est.* p. 507.

Hinc videtur colligendum λιμένα Γαζαίων sive portum Gazaeorum, uti loquitur Ptolemaeus (vide supra *pag. 460.*) abfuisse ab urbe Gaza duo circiter miliaria Romana cum dimidio. Tantum enim valent stadia viginti. Strabo autem, cujus verba supra dedimus *pag. 436.* scribit, septem stadiorum intervallum abesse Gazam a portu Gazaeorum. Sed aut alteruter, aut librarii errarunt, aut Gaza postea major & vicinior litori evasit. At vix dici potest majorem factam, quia Strabo de illa loquitur, uti erat tempore Alexandri, de qua & Arrianus, & usque ad suam aetatem eam desertam manere testatur.

Gaza quantum abfuerit ab Azoto, Diodorus Siculus nos docet *lib. XIX. cap. 95.* Pugna enim peracta juxta Gazam, περὶ Γάζαν τῆς Συρίας, ita pergit, Τῆς δὲ μάχης τοιῶτο τὸ τέλος λαβόσης Δημήτριος μὲν διέτεινεν ἐις Ἄζωτον περὶ μέσας νύκτας διελθὼν ςαδίοις ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίοις. *Quum pugna hunc exitum sortita esset, Demetrius quidem Azotum contendit noctu stadia ducenta & septuaginta emensus.* Idem *lib. XIX. cap. 108.* notavit lacum Asphaltiten a Petra urbe Arabum, quae Arabiae Petraeae nomen dedit, abesse stadia trecenta. Verba ejus jam notavimus supra *pag. 92.* & ibidem longitudinem lacus Asphaltitis describit quingentis stadiis, latitudinem sexaginta.

Theophrastus videtur lacum Samochoniten describere *lib. IX. de historia plantarum cap. 7.* Nam scribit, inter Libanum & alium parvum montem (non Antilibanum) in valle quadam exigua calamum odoratum nasci juxta lacum, in palustribus quum siccantur, & occupare plus quam triginta stadia. Lacum ipse a mari abesse notat 150. stadia. Haec omnia satis bene conveniunt cum iis, quae de lacu Samochonite dicta sunt libro I. capite XL. Verba ipsa Theophrasti haec sunt: Ὁ δὲ κάλαμος γίνεται καὶ ὁ σχοῖνος ὑπερβάλλοντι τὸν Λίβανον, μεταξὺ τέ τε Λιβάνε καὶ ἄλλε τινὸς ὄρες μικρε ἐν τῷ αὐλονίσκῳ τέτῳ· καὶ ἐχῶς τινές φασι τε Ἀντιλιβάνε· καὶ μεταξὺ τέτων ἐςὶν, ὃν αὐλῶνα καλέσι πεδίον πολὺ καὶ καλόν. ὅπε δὲ ὁ κάλαμος καὶ ὁ σχοῖνος φύεται, λίμνη μεγάλη τυγχάνει· πρὸς ταύτην δὲ ἐν τῷ ἕλει τῷ ἀνεξηραμένῳ πεφύκασι· τόπον δὲ ἔχεσι πλεῖον ἢ τριάκοντα ςαδίων· ἐκ ἔζεσι δὲ χλωροὶ, ἀλλὰ ξηρανθέντες· τῇ προσόψει δὲ εὖ διαφέρεσι τῶν ἄλλων· εἰσβάλλοντι δὲ εἰς τὸν τόπον, εὐθὺς ὀσμὴ προσβάλλει, ἐὰν μὴ πορρωτέρω γε ἡ ἀποπνοὴ γίνεται, καθάπερ τινές φασι ταῖς προσφερομέναις ναυσὶν εἶναι πρὸς τὴν χώραν· καὶ γὰρ ὁ τόπος ἔτος ἀπὸ θαλάττης ἀπέχει πλείες ἢ ἑκατὸν πεντήκοντα ςαδίες. *Calamus vero & juncus trans Libanum montem, inter ipsum Libanum, & alium quendam montem parvum, valle minima crescunt; non, ut quidam dixere, inter Libanum, atque Antilibanum. Inter quos campus amplissimus & pulcherrimus est, quem Aulonem appellant. Qua vero calamus & juncus proveniunt, lacus amplus extenditur, juxtaque eum palustribus siccatis isti assurgunt. Plus autem quam triginta stadiorum occupant locum. Virides nequaquam odorati sunt, sed sicci: forma vero nihil ab aliis differunt.*

p. 508.

Lacum ingredienti protinus odor aspirat, non tamen longius spirat, ut quidam referunt: a navibus eo cursum tenentibus sentiri. Hic enim locus plus quam centum quinquaginta stadia abest a mari. Hinc apparet in Plinio *lib. XII. 22.* legendum *tricenis adeo* (non *ab eo*) *stadiis calamus & juncus odorati gignuntur.*

Justinus Martyr, Bethleem abesse Hierosolymis 35. stadia, scribit, nisi corrupti sint ejus numeri. Verum Hieronymo, Bethleemi incolae, credendum prae Justino, qui sex miliaria Romana huic intervalla tribuit: nec hic tantum, sed plures alii id affirmant, quos inter & Sulpicius Severus *Dialogo 1. §. 4. Bethleem oppidum ab Hierosolymis sex millibus disparatur.*

Origenes in Evangel. Johannis tomo VIII. Jordanem dicit distare Hierosolymis stadiis centum & octoginta. Βηθανία γὰρ, ὡς αὐτὸς ὁ Εὐανγελιςὴς φησιν, ἡ πατρὶς Λαζάρε καὶ Μάρθας καὶ Μαρίας, ἀπέχει τῶν Ἱεροσολύμων ςαδίοις δεκαπέντε· ἧς πόρρω Ἰορδάνης ποταμὸς ὡς ἀπὸ ςαδίων πλατεῖ λόγῳ ρπ'. *Bethania enim, uti idem Evangelista ait, patria Lazari, Marthae, & Mariae, stadia 15. abest Hierosolymis, & inde* (a Bethania) *rudi calculo centum & octoginta stadia aberat, Jordanes.* Sed hoc spatium justo minus est, scilicet πλατεῖ λόγῳ addidit) quum Josephus centum & quinquaginta stadia ponat inter Hierosolymas & Jerichuntem (quod plane convenit cum computo Itinerarii Veteris Hierosolymitani, quod miliaria 18. dicit esse inter Jerichuntem & Hierosolymas: atqui stadia 150. efficiunt miliaria 18. & aliquid plus, nondum tamen miliaria 19.) & a Jerichunte ad Jordanem stadia 60. Josephum autem & auctorem Itinerarii Hierosolymitani praestat hic sequi, quam Origenem, quum illi in isto loco fuerunt, Origenes non: quod ex hoc ipso tomo VIII. liquet, ubi scribit: Δείκνυοθαι δὲ λέγεσι παρὰ τῇ ὄχθῃ τε Ἰορδάνε τὰ Βηθαβαρᾶ, ἔνθα ἱςορέσι τὸν Ἰωάννην βεβαπτικέναι. *Dicunt, ostendi circa ripam Jordanis Bethabara* &c. Si ipse vidisset, non ita scripsisset. Vidisset autem, quia eodem tomo dicit se ad loca sancta profectum, ut Christi & discipulorum Prophetarumque vestigia inspiceret. Inspexisset ergo ad Jordanem quoque illa loca, si ibi fuisset.

p. 509.

Addamus excerpta ex apospasmatiis incertae aetatis, quae primus edidit Hudsonus noster, qui praeclare de re literaria meretur, quod monumenta ejusmodi in lucem protrahat, tomo IV. geographorum minorum. Μετὰ τὸ Πηλεσιακὸν ςόμα τε Νείλε Πηλέσιον πόλις ἐςὶ παρὰ τὴν θάλασσαν. Ἑξῆς δὲ τὸ Κάσιον ὄρος· εἶτα τὰ Ῥινοκόρεκρα. Μέσον δὲ τε Κασίε ὄρες καὶ τῶν Ῥινοκορέκρων ἡ Σιρβωνὶς λίμνη· μετὰ τὰ Ῥινοκόρεκρα ἡ νέα (ita Hieronymus quoque in libro de nominibus & urbibus sacri codicis meminit *antiquae Gazae, & ejus, quae nunc cernitur in alio loco aedificata*) Γάζα κεῖται πόλις ἔσα καὶ αὐτή· εἶθ' ἡ ἔρημος Γάζα· εἶτα ἡ Ἀσκαλὼν πόλις· μετὰ ταύτην ἡ Ἄζωτος· ἑξῆς ἡ Ἀκκάρων πόλις· ἔπειτα Λύδδα πόλις·

πόλις· εἶθ' Ἰόππη· ἑξῆς ἡ Καισάρεια Παλαιςίνης πόλις· εἶθα ἡ Δῶρα· μετὰ ταύτην τὸ Καρμήλιον ὄρος, εἶτα ἡ Πτολεμαΐς πόλις· εἶτα ἡ Τύρος, ἑξῆς ἡ Σίδων· μετὰ ταύτην ἡ Βήρυτος· εἶτα ἡ Βύβλος πόλις ἐσχάτη πασῶν ἐν τῷ μυχῷ τῆς θαλάσσης· Ἡ Γενισαρὲτ λίμνη· εὖρος μέν ἐςι μ' ςαδίων, μῆκος δὲ ρμ'. Διὰ μέσης ταύτης ῥέει ὁ Ἰορδάνης. Ἡ δ' Ἀσφαλτῖτις λίμνη· εὖρος μέν ἐςι ρν' ςαδίων, μῆκος δὲ Φπ' ςαδίων. Ἡ Σιδὼν τῆς Φοινίκος (lege Φοινίκης) ἐ πλεῖον διακοσίων ςαδίων διέχει Τύρε. Haec in ſermonem Latinum converſa ita ſe habent: *Poſt oſtium Nili Peluſiacum eſt Peluſium ad mare ſitum: deinde mons Caſius, tum Rhinocorura. Inter Caſium vero montem & Rhinocorura lacus eſt Sirbonis. Poſt Rhinocorura ſita eſt Gaza nova, quae & ipſa urbs eſt, deinde Gaza deſerta. Dein Aſcalon urbs, poſt quam Azotus, deinde Accaron urbs, Lydda urbs, & Joppe. Dein Caeſarea Palaeſtinae urbs, tum Dora, & poſtea mons Carmelius. Porro urbs Ptolemais, Tyrus & Sidon, & Berytus, deinde Byblus ultima urbium in ſinu hoc maris ſitarum. Lacus Geniſareth latitudo eſt ſtadiorum 40, longitudo 140. Hunc medium perlabitur Jordanes. Lacus Aſphaltitis latitudo eſt 150. ſtadiorum, longitudo 580. Sidon urbs Phoenices non amplius Tyro abeſt quam 200. ſtadia.*

p. 510.

Atque ita quidem perreptavimus ea monumenta antiquitatis, quae nobis nota ſunt, ut ex iis intervalla locorum Palaeſtinae excerperemus. In mappis noſtris nulla loca notavimus, niſi quae veteres teſtantur tot miliaria aut ſtadia (quae in miliaria Romano redegimus) abfuiſſe ab hac vel illa urbe locove. Id patet ex illa mappa, in qua per lineas, adſcripto miliarium Romanorum numero, intervalla praecipua locorum digeſſimus. Et quoniam in una mappa citra confuſionem loca omnia ita notari vix poterant, quorum ſitum veteres deſcripſerunt, cetera, ſi quae in aliis mappis noſtris notata leguntur, non eſt, quod quis ſibi perſuadeat, illa a nobis ibi per conjecturam aliquam, vel ad exemplum aliorum geographorum recentium, eſſe collocata, ſed illorum ſitus nititur teſtimoniis a nobis adductis, quae ubi extent, vel ex indice videri poteſt, modo nomen urbis, vicive quaeratur, de quo quis ſcire velit, cur eo loco collocetur. Una forſitan Samaria eſt, cui locum in mappis noſtris conceſſimus, de qua veterum nullus, quod ſciam, tradidit, quot ſtadia aut miliaria abfuerit ab alio certo loco. Ptolemaei enim numeri nimis corrupti ſunt, quam ut aliquid inde certi poſſit elici. Ex intervallo, quo Sebaſte abeſt a Dothaim, teſte Euſebio (vide ſupra *pag. 498.*) videlicet 12. miliaria, aliquid colligi poteſt: nam Dothaim erat *ἀπέναντι Ἐσδραήλων in conſpectu Eſdraelorum*, nec longe a Scythopoli, uti legitur in libro Judith, *cap. 3. comm. 11.* Plura *lib. III.* ad vocem Samaria ea de re dicentur. Ex Eugeſippo, ſcriptore ſaeculi a Chriſto nato undecimi, tantum abeſſe Neapoli Samariam,

p. 511.

LONGITUDINES LATITUDINQUE URBIUM PALAESTINAE,

EX SCRIPTIS GEOGRAPHORUM COLLECTAE AB ABULFEDINCIPE HAMAE IN SYRIA, ANNO AERAE CHRISTIANAE 1321,
EX CODICE MANUSCRIPTO HEIC EDITA IN SERMONEM LATINUM CONVERSAE.

SYRIA.

Nomina urbium.	Nomina scriptorum ex quibus numeri sequentes petiti sunt.	Longitudo. grad.	Longitudo. min.	Latitudo. grad.	Latitudo. min.	Clima.	Regio.
GAZZA. Haec est quae Gaza dicitur Graecis & Romanis.	*Alfaras.* *Said.*	56. 56.	10. 8.	32. 32. 30.	8. 8. 0.	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
ASKELAN. Ascalon veteri nomine.	*Alfaras.* *Kiàs* *& Ibn Said.*	56. 56.	30. 10.* 14.*	32. 32.	55. 10.	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
JAPHA. Joppe.	*Alfaras.* *Albiruni.* *Kiàs.*	56 56. 56.	40. 20.	32. 33. 32.	20. 8. 40.* 23.*	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
CAISARIA SYRIAE. Caesarea maritima, quae turris Stratonis olim dicta fuit.	*Albiruni.* *Alfaras.* *Ptolemaeus.* *Kiàs.*	55. 57. 57. 56.	20. 30. 30. 15. 25.	32. 32. 33. 32.	50. 30. 15. 40.* 33.*	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
ARSUF.	*Albiruni* *& Ptolemaeus.* *Kias.*	56. 56.	30. 15.* 50. 25.	32. 32.	45. 45.* 33.*	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
ALRAMLA. Rama nunc vulgo dici solet.	*Alfaras.* *Kiàs.* *Albiruni.*	56. 56. 56.	50. 20. 20. 28.*	32. 32. 32.	10. 35.* 40. 23.*	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
ACCA. Acco olim & Ptolemais dicta.	*Tabula Alhariri.* *Said.* *Albiruni.* *Alfaras.* *Ptolemaeus.* *Kiàs.*	56. 53. 53 53. 56. 54.	50. 8. 20. 15. 25. 30.	32. 33. 33. 32. 33. 33.	30. 20. 20. 30. 20. 0.	ex climate tertio.	*Ex urbibus litoralibus Syriae.*
TZUR. Tyrus.	*Alfaras.* *Kiàs.*	58. 57.	35. 8.* 34.*	30.* 32.* 32.* 33.*	40. 45.* 40.*	ex climate tertio.	*Ex urbibus litoralibus regionis Damascenae.*
NABOLOS. Flavia Neapolis, olim Sichem dicta.	*Alfaras.* *Kiàs.*	57. 56.* 57.*	35. 25. 30. 30.	32. 32.	10. 8.* 27.*	ex climate tertio.	*Ex regione Jordanica.*
BEITO 'L MAKDIS. Hierosolyma. Alii Arabes scribunt *Beito' Lmokaddes.*	*Alfaras.* *Albiruni.* *Said.* *Ptolemaeus.*	56. 56. 56.* 56.* 57.	30. 8. 31. 8.	31. 33. 30. 32.	50. 8. 8. 8.	ex climate tertio.	*Ex Palaestina, vel regione Jordanica.*
BEITO 'L HEBROUN. Ubi sepulcrum est amici Dei (Abrahami) cui pax sit. Chebron.	*Tabula Alhariri.* *Kiàs.*	56. 56.	30. 30.	31. 32.	35. 8.	ex climate tertio.	*ex Palaestina.*
TZAPHT. Saphet in Galilaea.	*Alfaras.* *Kiàs.*	56. 56. 57. 57.	35. 30.* 35.*	32. 32.	32.* 50.* 10.* 32.*	ex climate tertio.	*ex regione Jordanica.*
BEISAN. Bethsan, quae & Scythopolis.	*Alfaras.* *Kiàs.*	58. 57.	15. 30. 0. 34.	32. 32.	50. 50.* 27.	ex climate tertio.	*ex regione Jordanica.*
TABRIJA. Tiberias.	*Alfaras.* *Ptolemaeus.* *Ibn Said.* *Kiàs.*	58. 57. 56. 0. 57.	15.* 45. 35. 0. 44.* 34.*	30. 32. 32. 32.	31. 8. 10. 0. 30.	ex climate tertio.	*ex regione Jordanica.*
TZAIDA. Sidon.	*Alfaras.* *Albiruni* *& Ptolemaeus.*	58. 59.	15. 20.	33. 33.	8. 55.	ex climate tertio.	*ex urbibus litoralibus regionis Damascenae.*
BANIAS. Caesarea Paneas.	*Kiàs.*	59.	20.	33.	20.	ex climate tertio.	*ex regione Damascena.*
ADRAAT. Adraa.	*Alfaras.* *Quidam.* *Liber Kiàs.*	60 39. 60	8. 8. 8.	31. 32. 32.	15. 20. 20.	ex climate tertio.	*ex regione Damascena.*
BOTZRA.	*Albiruni.* *Alfaras.*	60. 59.	8. 20.	32. 31.	35. 30.	ex climate tertio.	*Metropolis regionis Hauràn.*

الشام

غزه	اطوال سعيد	نو نو	ي ح	لب لب ل	ح ح 2	من الثالث	من فلسطين
عسقلان	اطوال قياس و ابن سعيد	نو نو	ل *ي *يب	لب لب	نه ي	من الثالث	من فلسطين
يافا	اطوال قانون قياس	نو نو نو	م ك *نه ني	لب لج لج	ك *ح *م كح	من الثالث	من فلسطين
قيساريه الشام	قانون اطوال رسم قياس	نه نر نر نو	ك ل ل *نه *ك	لب لب لج لج	ن يه *م *لح	من الثالث	من فلسطين
ارسوف	قانون ورسم قياس	نو نو	ل *يه ك	لب لب	مه *مه *لح	من الثالث	من فلسطين
الرمله	اطوال قياس قانون	نو نو نو	ن *ك *كر	لب لب لب	ي *له م *كح	من الثالث	من فلسطين
عكا	زريج سعيد قانون اطوال رسم قياس	نو نح نح نح نو نو	ن ح ك يه ك ل	لب لج لج لج لج لج	ل ك ك ك ك 2	من الثالث	من سواحل الشام
صور	اطوال قياس	نح نر	له *ح لد	*ل *لب *لب *لج	*م *مه *م	من الثالث	من سواحل دمسق
نابلس	اطوال قياس	نر *نو *نر	له ك ل ل	لب لب	يب *ح ك	من الثالث	من الاردن
بيت المقدس	اطوال قانون سعيد رسم	نو نو *نو *نو نر	ل ح لا ح	لا لج لب لب	ن ح ح ح	من الثالث	من فلسطين او الاردن
بيت الحبرون به مغبره الخليل عم	زريج قياس	نو نو	ل ل	لا لب	له ح	من الثالث	من فلسطين
صفد	اطوال قياس	نو نو نر نر	له *ل *له	لب لب	*لب *ن *يب *لب	من الثالث	من الاردن
بيسان	اطوال قياس	نح نر	*يه *ل 2 * *له	لب لب	ن *ن *ك	من الثالث	من الاردن
طبريه	اطول رسم سعيد قياس	نح نر نو نر	يه مه *له ه *مد لز	ل لب لب لب	لا ح يح ل	من الثالث	من الاردن
صيدا	اطوال قانون ورسم	نح نط	يه ك	يج يج	ح نه	من الثالث	من سواحل دمسق
بانياس	قياس	نط	ك	لج	ك	من الثالث	من اعمال دمسق
ادرعات	اطوال بعضهم قياس	س لط س	ح ح ح	لا لب لب	يه ك ك	من الثالث	من اعمال دمسق
بصره	الصواب قانون واطوال	س نط	ح ك	لد ل	له ل	من الثالث	قاعده حوران

WBP
Opole

mariam, quantum Hierosolymis Bethlechemum discimus. At illi soli fidem haud haberemus. Idem testantur alii, & hodieque eximia rudera illic conspicua nobis illud intervallum verum esse probare videntur. Quod si quis haec omnia conferat, videbit, vix alio loco constitui debere Samariam, quam illo, quo nos constituimus. Ita enim & tantum aberit a Neapoli ac Eugesippus & alii tradunt, & a Dothaim aberit duodecim miliaria, uti Eusebius & Hieronymus scribunt, & Dothaim erit in conspectu Ἐσδραήλων, (quae Stradelae nomen gerit in mappa nostra, quod ita nuncupetur in itinerario veteri Hierosolymitano) & non longo erit a Scythopoli. Reliquum est, ut omnes urbes vicosque Palaestinae, quorum & in scriptis sacris & profanis extat memoria, peragremus.

FINIS LIBRI SECUNDI.

JOS. XVIII. 8. 9.

Tunc accinxerunt se viri isti, & iter capessiverunt. Josua autem iis proficiscentibus, ut regionem illam describerent, mandata haec dedit: ite, & perlustrate regionem illam, atque describite: quo facto redite ad me, ut sortes ducam vobis in conspectu Dei. Iverunt itaque isti viri, & perlustrarunt regionem, eamque descripserunt secundum urbes suas in septem partes in libro singulari, reversique sunt ad Josuam in castra, quae erant Schilunte. Tunc sortitione facta per Josuam in conspectu Dei, partitus est regionem inter Israëlitas Josua, secundum partitiones suas.

PALAESTINAE

EX

MONUMENTIS VETERIBUS

ILLUSTRATAE

LIBER TERTIUS.

IN QUO

DE URBIBUS ET VICIS

PALAESTINAE AGITUR.

LIBER TERTIUS
DE URBIBUS ET VICIS
PALAESTINAE.

HOc libro urbes & vicos Palaestinae lustrare visum est, & quidem κατὰ ςοιχεῖον. Recensebuntur ergo urbes vicique, quorum in sacro codice fit mentio, & apud scriptores veteres profanos. Quum autem Palaestina in tres partes, primam, secundam, & tertiam divisa quoque fuerit, harum trium urbes suo loco inserentur, licet extra fines terrae tribubus Israëliticis a Mose & Josua adsignatae fuerint. Si quae urbes semel tantum in codice sacro commemorantur, praefigi curabimus asterisicum earum nominibus, ut primo conspectu id appareat, & eo magis miretur lector Geographorum etiam magni nominis temeritatem, qui ausi fuerunt, urbibus non nisi semel in serie urbium quarundam hujus illiusve tribus recensitis locum in mappis suis concedere; quod quo colore fieri possit, equidem non video. Disposui autem nomina urbium, secundum ordinem elementorum Latinorum, & nomina Hebraea Graeca aliaque flexi ad modum illorum, literam *Ain* more
p. veterum negligens, & literis Hebraeis Cheth, Caph, aliisque illum so-
516. num tribuens, quem maxime cum vera earum pronuntiatione convenire judicabam. Sic Chebron scribo, ad exemplum Hieronymi, quod alii Hebron & Ebron. Sed quid plura de his moneam? Qui volet, pervolvat librum ipsum, & uno alterove specimine docebitur, quem morem servaverim.

Urbes ipsae a Judaeis in majores minoresque distinguuntur. כרך ipsis dicitur urbs, quae aetate imperatoris Josuae muro cincta fuit, quod convenit cum Syriaco כרכא quo πόλις redditur in Novo Testamento. עיר vero urbs, quae post tempora Josuae muro circumdata est. Urbs autem (עיר), quae muro cincto non est, nec arce instructa, פרזי dicitur. כפר vicus est, plerumque exiguus cujus incolae se ad urbem (כרך vel

vel עיר) conferre solebant precum publicarum fundendi causa in synagogis & litium deferendi ad judices. Quapropter dies hebdomadis secundus & quintus ימי הכנסה dies congregationis nuncupantur. Erant tamen & כפרים vici majores, quibus erant synagogae. Hoc ipso libro, ad vocem *Caphar* plura loca notabuntur, quae oppidorum magis, quam vicorum nomen merentur, quod ex parvis initiis creverint & priscum nomen retinuerint: quod & in nominibus urbium nostrae patriae cernere est.

Vici & villae dicuntur, quae Graecis κώμαι. Suberant illae urbi majori. Sic Josephus *lib. III. de bello cap. 15.* memorat τὰς περιοίκιδας κώμας καὶ πολίχνας τῆς Ἰόππης. Sic *lib. III. cap. 5.* Ὀυ μόνον αὐτὴν τὴν πόλιν (loquitur de Gadaris) ἀλλὰ καὶ πέριξ κώμας πᾶσας τε καὶ πολίχνας. *Non modo urbem ipsam, sed & vicos circa eam & oppidula.* Originem hujus nominis notat Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς ad vocem κώμη. Ἐν ταῖς μακραῖς ὁδοῖς μέσα χωρία ἔκτισαν, πρὸς τὸ κοιμᾶσθαι νυκτὸς ἐπιγιγνομένης· ὅθεν καὶ ἐπικέκληται, ὡς Φιλόξενος· ὁ οἰκήτωρ ἐγκώμιος. Ἡσίοδος,

Ἐι γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο.

Καὶ Κωμαῖος καὶ Κωμήτης ἀρσενικῶς &c. *In viis longis intermedia loca aptarunt capiendo somno, nocte ingruente, unde & nomen datum est ei, uti scribit Philoxenus. Qui ea loca incolit appellatur* encomius. Hesiodus,

Si enim tibi aliquid negotium ἐγκώμιον *sit.* p.

Hesychius. Ἐγκώμιον, ἔνδημον. Κώμαι γὰρ τὰ τῶ δήμε συςήματα. Ita le- 517.
gendum. Κώμαι *sunt ubi populus congregatur.* Videntur illa χωρία non multum diversa fuisse ab istis *Chane*, sive locis publicis, in quibus iter facientes dormire solent in Palaestina, Persia, Armenia & alibi. Vicos plures in Palaestina fuisse liquet ex Josepho, qui soli Galilaeae fere quadringentos attribuit (verba dedimus supra *p. 183.*) & Zonara, qui, impe-
rante Hadriano 985. vicos Judaeorum eversos fuisse testatur, *lib. XI. pag. 500.* Φρέρια μὲν γὰρ αὐτῶν τὰ κρείττω πεντήκοντα κατεςράφησαν, κῶμαι δὲ πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐπ' ἐννακοσίαις ὀνομαζόταται κατεσκάφησαν. *Arces eorum L. firmissimae expugnatae sunt, pagi celeberrimi DCCCC. & LXXXV. eversi.* Haec Zonaras hausit ex Dione, quem Xiphilinus in epitome sua, *pag. 263. edit. Stephan.* ita loqui facit: Καὶ Φρέρια μὲν αὐτῶν πεντήκοντα τάγε ἀξιολογώτατα, κῶμαι δὲ ἐννακόσιαι καὶ ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ὀνομαζόταται κατεςράφησαν. *Quinquaginta quidem eorum arces insignes, vici autem nobiles nongenti octoginta & quinque eversi sunt:* a Julio nempe Severo, quem Hadrianus Imperator contra Judaeos miserat. Horum vicorum pauci quidem nomine nobis noti sunt: quos invenimus, loco suo in hac serie posuimus. Inseruimus etiam nomina locorum, quae licet certo nobis non liqueret vicos fuisse, vvici tamen esse poterant. Nonnunquam & urbes & vicos commemoravimus extra fines Palaestinae sitos, ideo tamen, ut

urbes in Palaestinae sitae inde illustrentur, aut aliorum errores notemus.

Videamus nunc de singulis aliqua. Nec enim omnia de iis, nec nihil, dicemus. Praecipuae illae, quae ad situm & rem Geographicam attinent, prosequemur. In reliquis non adeo religiose ordinem servabimus dicendorum, sed fere, uti illa a nobis in schedas relata sunt, variis temporibus ea promemus, unde lector petat, quae sibi usui futura existimet. Errores omnium aliorum virorum, qui ante nos scripserunt, indicare non constituimus. Id molem hujus voluminis nimium auxisset. Nec consuetudinis nostrae est, magnam seriem clarorum hominum texere (quod facile potuissemus) quos errasse credimus. Malumus nos quidem

Parcere personis, dicere de vitiis.

p. §18. Verum indagare studemus, & neminem laedere. Errorem ipsum coarguere, ut ab eo homines avertantur, necessarium est: numerum errantium scire, non item. Poterit tamen lector, conferendo sententiam aliorum cum nostra, facili negotio deprehendere, qui & quot viri erraverint. Sed nec nos ab erroribus magis liberi sumus, quam illi, qui ante nos in hoc argumenti versati fuerunt, & conamur quotidie proficere ac meliora edoceri. Quare uti nec ipsi iniquius nobiscum agi volumus, ita nec alios, qui in vivis sunt, lacessere, aut mortuorum existimationem violare, placuit.

ABDON.

Nomen hoc Hebraice scribitur עַבְדּוֹן, Urbs erat in regione tribus Aser, & Levitis quidem adsignata *Jos. 21. 30. 1. Chron. 6. 74.* In Onomastico Eusebii male scribitur hoc nomen ΑΡΔΩΜ, quod & ipsa literarum series & versio Hieronymi ostendit. Videtur tamen scripsisse ipse Eusebius ΑΒΔΩΜ, vel ΑΒΔΩΝ, sed ablato a litera B. ductu inferiore facta est P. & hinc ΑΡΔΩΜ scriptum pro ΑΒΔΩΜ. Mirum sane in serie urbium tribui Aser adsignatarum *Jos. 29. 22.* non legi hanc urbem. Verum & Acco fuit urbs Aseritarum, quod docemur *Judic. 1. 31.* & Achlab & Chelba, quae tamen nec ipsae in serie urbium Aseriticarum a Josua memorata leguntur. Ἀϐδῶ & Ἀϐδὼν, & Δαϐϐὼν scribitur haec urbs in versione Graeca *Jos. 21. 30.* sed Ῥαϐῶθ *1. Chron. 6. 74.* in codicibus quibusdam. Nec tamen invenio, Graecos ipsos interpretes nomina urbium Aseriticarum recensentes urbis hoc nomine meminisse. Legitur apud illos nomen urbis Ῥαϐϐὼθ *Jos. 19. 21.* quae *Harabbith*, חרבית, Hebraeis est, sed illa erat in portione tribus Jissascar. Videtur itaque urbs haec עברון latere in urbe עברון, quae inter Aseriticas recensetur *Jos. 19. 28.* Plura de hac urbe dici vix posse videntur, quum nec ex sacris literis, nec aliis monumentis vetustis aliquid hauriri possit, quod ad uberior-

uberiorem urbis hujus descriptionem aut situm faciat. Quis ergo non miretur, in mappis Geographicis hanc urbem videre notatam juxta p. flumen non longe a Tyro, ad orientem Sarephtae? Unde haec constant? §19. Quo auctore, quo teste, hic ei locus tribuitur? Non scitur, nisi urbem hanc in regione tribus Aser fuisse & datam Levitis. Quo loco sita fuerit, an in limitibus ejus australibus, an septentrionalibus, an in medio illius regionis, aut alibi, quis affirmabit? Quam temere ergo collocatur illa urbs isto loco, quo eam sitam fuisse non magis est probabile, quam triginta miliaribus ab illo? Atque utinam de sola hac urbe conqueri possemus! Ita cum plerisque aliis, quarum situs non magis certus est, actum videmus. Sed desinimus querelarum. Nos pauca, sed certa innumeris iisque incertis anteferimus, קב ונקי.

ABEL.

אָבֵל, Urbs illustris in terra Israëlitica, & mater nuncupata *2. Sam. 20. 19.* Videtur sita fuisse in parte septentrionali terrae Israëliticae, quia Joab eam obsidens dicitur per omnes tribus Israëlis fuisse progressus. Eadem dicitur *1. Reg. 15. 20. Abel Beth Maacha* אבל בית מעכה. Fuit tamen locus Beth Maacha distinctus ab Abel, quod liquet ex *2. Sam. 20. 14.* אבלה ובית מעכה *Abela & Beth Maacha*, & forsitan, ut ab aliis urbibus Abelae nomine dictis distingueretur, a loco vicino Bethmaacha dicta est urbs Abel Bethmaacha, uti Sarepta Sidonis, Thaanat Silo &c. Credidit Theodoretus *quaest. 39. in 2. lib. Reg.* hanc urbem suo tempore Abelam vocatam esse. Ἐις τὴν Ἀϐὲλ κατέφυγε πόλιν. Ἔςι δὲ αὕτη πόλις τῆς Παλαιςίνης, Ἀϐελᾶ νῦν ὠνομασμένη. *Confugit in Abel. Est autem haec urbs Palaestinae nunc Abela appellata.* Quam Abelam intelligat incertum est: fuere enim loca hoc nomine plura. I. Abel, vicus 6. miliaribus a Philadelphia. II. Abel, urbs, 12. miliaribus a Gadaris ortum versus. III. Abel inter Paneada & Damascum. Ita Eusebius scribit in Onom. Valde dubito, an una ex tribus hisce eadem fuerit ac Abela Beth Maacha. Si aliqua eligenda esset, illam, quae inter Paneada & Damascum p. est, eligerem. Sed, ut verum fatear, quaerere eam malo in Galilaea ad §20. occidentem vel austrum Paneadis, quam ad ortum boreamve in via Damascena. Conjungitur enim cum aliis locis Galilaeae, & in historia progressus Regis Benhadad collocatur inter Dan, quae erat ad occasum Paneadis, ac tractum Kinnereth ad litus maris Galilaeae, his verbis *1. Reg. 15. 20.* Misit duces exercitus sui contra urbes Israëlis & percussit Ijon, Dan, Abel Beth Maacha, & totum tractum Kinnereth & totam terram Nephtali. Eadem historia narratur *2. Chron. 16. 4.* & illic *Abel Maim* nuncupatur. Meretur tamen notari, esse locum מעכרת Maachath in Basan & habitasse מעכתי inter Israëlitas, nec deletos fuisse, *Jos. 13. 13.* unde forsitan Abel Beth Maacha esse dicta posset. Josepho Ἀϐελμαχέα appellatur *Ant. VII. 10.* urbs munita & μητρόπολις Ἰσραηλιτῶν. Apud eunddem *Ant. VIII. 6.* Ἀϐελλάνη scribitur urbs ad regnum decem

decem tribuum pertinens & rege Damasci direpta. Sed hoc nomen corruptum est ex Ἀβελμαχέα.

ABEL BETH MAACHA.

Est urbs eadem ac illa, de qua mox egimus, nomine *Abel*.

ABEL HASSCHITTIM.

אָבֵל הַשִּׁטִּים, Non longe a mari mortuo sita in solo palmarum ferace: cujus meminit Josephus *l. IV. c. 7.* & *v. 1.* scribens, ad Jordanem Moses congregavit populum *ὅπε νῦν πόλις ἐςὶν Ἀβίλη ubi nunc est urbs Abila.* De urbe Abila dicetur infra suo loco. Non est improbabile, hanc esse Abel hasschittim in campestribus Moab. Josephus *lib. V. de bell. cap. 3.* jungit Ἄβιλα, Ἰελιάδα (haec Livias est) καὶ Βησιμώθ. Erant autem omnia haec loca vicina. Quidam putant, hunc locum esse Abel Mizraim ad Jordanem *Gen. 50. 11.* de quo mox agetur: videturque fuisse ille ad occasum Jordanis, quum *Abel Hasschittim* fuerit ad ortum. Josephus Abel Statim *in init. l. V. Ant. 60.* stadiis a Jordane removet. Et Eusebius ad vocem Σταγεῖν scribit, eam adsitam esse monti Phogor. Videtur hic
p. locus nomen habere ab arboribus שטים *Schittim* dictis, quarum hic co-
521. pia fuit major fortasse, quam in reliquis locis, vel major proceritas. Nec enim crede nullo quam hoc loco (qui non longe a Jordane fuit, uti liquet ex *Num. 33. 49.* ubi Israëlitae castra metati leguntur *a Bethjesimoth usque ad Abel Schittim*, & *Mich. 6. 5.* ubi Balac rex Moabitarum dicitur consilium contra eos cepisse, & in memoriam sibi revocarent, quid gestum esset, *a Schittim usque ad Gilgalem*) provenisse: nam *per eremum montis Sina hodie quoque gignuntur*, uti tradit Hieronymus, qui ad *Mich. 6.* ita hanc arborem describit: *Est autem genus arboris in eremo spinae albae simile, colore & foliis, non magnitudine: alioquin tam grandes arbores sunt, ut latissima ex illis tabulata caedantur; lignumque fortissimum est & incredibilis levitatis ac pulchritudinis, ita ut ex his etiam vasa torcularium, quae ἄρσενας & θήλυας* (ita nunc quoque cochleas mares & faeminas dicimus) *vocant, ditissimi quique & studiosissimi faciant.* Et idem ad *Joël. 3.* notat *haec ligna in locis cultis & in Romano solo, absque Arabiae solitudine non inveniri.* Quia autem arbor haec spinae erat similis, videtur Theodotion Schittim per ἄκανθον spinam reddidisse. Meminit etiam Plinius *lib. XIII. cap. 19. & XXIV. 12.* hujus spinae, quae *in Aegyptum* (nam hujus Arabicae eremi magna pars Aegypto attribuitur) *provenit, incorrupta etiam in aquis durat, & utilissima est navium costis.* Confer Theophrastum *histor. plantar. lib. IV. 3.* scribentem, ἄκανθον esse arborem, e qua δωδεκάπηχυς ὕλη caeditur, nigram, & incorruptam, quae in fabrica navium ad costas adhibetur.

ABEL KERAMIM.

אָבֵל כְּרָמִים, Sunt, qui putent, hunc locum, quo usque Jephta dicitur Ammonitas persecutus *Jud. 11. 35.* terrae Israëliticae attribuendum.

Ego

Ego existimo ad Ammonitas pertinuisse & recte Eusebium in Onomastico notasse, ubi de hoc loco agit, ἡ ἐςὶ εἰς νῦν κώμη ἀμπελοφόρος Ἄβελ, ἀπὸ ς' σημείων Φιλαδελφίας, qui usque in praesentem diem vicus est vitifer, Abel, 6. miliaribus a Philadelphia. Esse autem Philadelphiam eandem, quae Rabbath Ammon olim dicta est, constat veterum testimoniis.

ABEL MAIM. p. 522.

Vide Abel Beth Maacha.

ABELMEA.

Ἀβελμέα. Villula inter Neapolin & Scythopolin. Eusebius. Ibi Ἀβελνέα legitur. Sed Hieronymus legit *Abelmea.*

ABEL MECHOLA.

אָבֵל מְחוֹלָה, *Jud. 7. 22.* patria Elisae *1. Reg. 19. 16.* non longe a Bethsan sive Scythopoli. *1. Reg. 4. 12.* Videtur haec urbs collocanda in portione dimidiae tribus Menassis cis Jordanem, nam ex eodem illo loco liquet, eam vel in Jissascar, vel in Menassitide fuisse. Atqui in Jissascar non fuit, (nam illa erat praefectura ordine decima, haec autem quinta) vel si fuit, possessa certe fuit a Menassitis, uti Bethschean, Taanach & Megiddo, quae Menassitarum erant *Jos. 17. 11. Gen. 50. 11.* Eusebius ad hanc vocem scribit, esse vicum Βηθμαελα in Aulone i. e. magno campo Jordanis, situm 16. miliaribus a Scythopoli austrum versus, & esse Ἀβὲλ νέαν (Hieronymus legit *Abelmeam*) villulam inter Neapolin & Scythopolin. Epiphanius patriam Elisae scribit fuisse Ἀβελμαὲθ (ita corrupte haec vox ibi legitur) oppidum γῆς Ῥαβὶμ *terrae Ruben.* Alii codices habent Ἀμεμαὴλ. In Chronico Alexandrino sive Paschali legitur Ἀβελμαὲλ.

* ABEL MITZRAIM.

אָבֵל מִצְרַיִם, Locus haud longe a Jordane. *Gen. 50. 11.* In *area Atad* גורן עטד quam vallem vel planitiem spinarum reddunt, Ἄλωνα Ἀτὰδ Graeci. Sed *Atad* interpretes vertunt *Ps. 58. 10.* per ῥάμνον, & quia eodem commate illam distinguunt ab ἀκάνθαις, videtur mihi scri-
p. ptores sacros, qui ἐξ ἀκάνθων Christo coronam esse paratam notant,
523. non voluisse ῥάμνον indicare (quod Petro Bellonio visum est, quia circa Hierosolymas non invenit alium fruticem spinosum, si cappares paucas excipias, quam rhamnum) nam scripsissent ille ἐκ ῥάμνε, puto, non ἀκάνθων. Vide *Matth. 27. 29.* Alii putant, ex arbore acacia factam hanc coronam, quia illa arbor veteribus ἀκάνθη dicitur κατ' ἐξοχήν. Sed tunc ἐξ ἀκάνθης scripsissent, non ἀκάνθων. Fuerint itaque spinae aliae, & forte ipsae illae cappares spinosae, quas Bellonius ibi crescere notavit: aut aliae minores, quae inter segetes crescunt. Tales certe ἀκάνθαι passim memo-

* Hic astericus nootat, nomen hujus loci semel tantummodo legi in sacro codice.

memorantur N. T. Ceterum ita dictus hic locus est a luctu Aegyptiorum. At reliquorum locorum *Abel* nuncupatorum nomen a planitie duxerim. Nam אבל Chaldaei per מישר reddunt. Hieronymus Abel Mitzraim locat ad occasum Jordanis, dictumque postea Bethaglam notat. Vide eum in Onomastico ad voces *Area Atad:* & excerpta nostra ea eo supra *pag. 481.* & ex Procopio Gazaeo, *pag. 501.* Invenio & nomen אבל *Abel* aliis locis tributum. Sic *1. Sam. 6. 18.* אבל דגדולה ubi interpretes quidam אבן pro אבל legerunt. At hic vicus non fuit. Video & memoratum in Misna Eruvin. VIII. 7. stagnum Abel, אמת של אבל sed incertum est, ubi sit quaerendum.

ABELA.

Eusebius & Hieronymus in Onomastico commemorant Abelam urbem nobilem, οἰνοφόρον dictam, quae a Gadaris 12. miliaria aberat ortum versus: & aliam Abelam Phoenices inter Damascum & Paneada (quae non est eadem ac Abila Lysaniae, caput Abilenes: illa enim inter Damascum erat & Heliopolin: Vide supra *pag. 122.* & infra ad vocem *Abila*) tertiamque *Abel*, κώμην ἀμπελοφόρον, 6. miliaribus a Philadelphia, de qua vide ad voces *Abel Keramim.*

ABESAROS.

Ἀβέσαρος. Urbs patria primae conjugis Davidis. Josephus *Antiquit. VI. 14.*

p. 524.

* ABETZ.

Urbs in tribu Jissascar. *Jos. 19. 20.* וְאַבֵּץ, Quidem putant, ob accentum Abetz scribi, quum alias Ebetz אֶבֶץ scribatur. Sed quis id certum esse dixerit? Non enim nisi hoc loco legitur.

ABILA PERAEAE.

Haec est, quam Josephus urbem τῆς Περαίας & sitam κατὰ τὴν Περαίαν appellat: vide *lib. II. de bell. Judaico*, & *lib. V. cap. 3.* jungit ibidem cum Juliade & Besimoth: quae loca quum non longe ab influxu Jordanis in mare mortuum abfuerint, in vicinia eorum fuisse haec Abila censenda est. Aberat autem haec Abila a Jordane 60. stadia, quod colligitur ex eo, quod *Antiq. IV. 7.* & *V. 1.* scribat, coetum a Mose congregatum ὅπε νῦν πόλις Ἀβίλη, *ubi nunc urbs Abila est*, & 60. stadiorum intervallo a Jordane eum locum removeat. Hujus meminisse puto Stephanum ἐν Ἐθνικοῖς & appellasse urbem sitam prope Jordanem. Ἀβίλη, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. ἔςι δὲ καὶ ἄλλη πόλις Φοινίκης Ἄβιλα, ἐξ ἧς ἦν Διογένης ὁ διασημότατος σοφίςης. Ὀυδετέρως δὲ ἄυτη ἡ πόλις Ἄβιλα· τὸ Ἐθνικὸν Ἀβιληνός. *Abile. Urbs ad Jordanem fluvium. Est & alia urbs Phoenices Abila dicta, ex qua Diogenes, praestantissimus ille sophista, traxit originem. Abila autem est neutrius generis. Gentile nomen est* Abilenus. Videtur haec Abila Peraeae interiisse tempore Eusebii & Hieronymi, quod nullam hujus mentionem injiciant, sed tantum urbes duas nomine Abilae dictas commemorent, alteram Batanaeae a nobis tributam 12. miliaribus a Gadaris versus ortum, alteram inter Paneada & Damascum. Quum enim agunt de Abel Hasschittim ad voces Ἀβελσατγεὶν & Σταγεῖν duntaxat scribunt, eam esse in solitudine, & adjacere monti Phogor, (quem alibi sc. ad vocem Δαναβὰ scribit Esbunte abesse septem miliaria (nulla facta Abilae mentione, quae hic aut certe non longe hinc fuit. Ita nec ad vocem Ἀβελαμπελὼν, uti tria loca recensent nomine Abelae dicta, hujus Abilae meminerunt.

ABILA BATANAEAE.

p. 525.

Eusebius in Onomastico locorum & urbium meminit hujus Abilae ad vocem Ἀςαρὼθ Καρναεὶν, scribens, duos esse vicos in Batanaea hoc nomine μεταξὺ Ἀδαρῶν (forsan Γαδάρων) καὶ Ἀβίλης πόλεως inter Adara & Abilam urbes. Et, ni fallor, eadem illa Abila est, de qua scribit ad voces Ἀβὲλ ἀμπέλων· πόλις ἐπίσημος Ἀβελὰ οἰνοφόρος καλεμένη διεςῶσα Γαδάρων σημείοις ιβ' πρὸς ἀνατολάς. Id est, urbs illustris Abela vini fertilis dicta, distans Gadaris duodecim miliaribus versus ortum. Observa, in transitu ipsam vocem Ἄβελ nos ducere ad cogitationem de loco vitifero, quum יבול הגפנים *proventus vitium* jungatur *Hab. 3. 17.* ejusdem nempe originis erat אבל, & יבול, nisi quis malit a planitie (אבל) ducere. Haec etiam videtur intelligenda, quum Ἀβίλα in notitiis veteribus ecclesiasticis recensetur inter urbes Palaestinae secundae post Scythopolin, Pellam, Gadara & Capitolissam. Polybius quoque hujus Abilae meminit, quum *lib. V. historiarum* Abila (ita enim hac voce utitur in plurali numero) capta memorat ab Antiocho, postquam Atabyrium (Tabor in Galilaea) Pellam, Camun & Gephrun subegisset: καὶ κατασχὼν εἰς τὴν Γαλάτιν (intelligit, puto, Galaaditin) κύριος γίνεται Ἀβίλων, *in Galatin perveniens potitus est Abilis.* Deinde narrat, Gadara fuisse capta & Rabbath Ammana. Ita denique Josephus, *Ant. XII. 3.* Gadara & Abila ab Antiocho capta fuisse narrat. De qua igitur Abila potius hic cogitaremus, quam illa Batanaeae, quae 12. miliaribus distabat a Gadaris? Nec alia est Abila, quae Decapoli attribuitur in inscriptione veteri, quae extat *Num. 3.* inter monumenta Palmyrena, quae cum scholiis Eduardi Bernardi & Thomae Smithae prodierunt, ubi legitur ΑΓΑΘΑΝΓΕΛΟC ΑΒΙΛΗΝΟC ΤΗC ΔΕΚΑΠΟΛΕΟC. Ita cum ο μικρῷ extat, non Δεκαπόλεως, uti edita id repraesentant: quod debeo viro mihi amicissimo Jano Masson, qui, cum ex itinere Italico redux me inviseret, inter alia λείψανα vetustaatis hanc inscriptionem ex schedis Petri della Valle haustam mecum communicavit, atque subjunctos versus duos Palmyrenos, quos exhibetat tabula adjecta in aes incisa *num. 1.* Addidi & *num. 2.* aliam inscriptionemn Palmyrenam lapidis in villa Bosia Romae, quae inter

ter Palmyrenas Sponii ſecunda eſt, ſed ab Maſſono noſtro accuratius deſcripta ex ipſo marmore. Haec miſi ante annos aliquot Jacobo Rhenferdio, viro, quem & vivum colui & nunc ereptum rei literariae doleo, qui, ſi quis alius, antiquitatibus Palmyrenus illuſtrandis operam dedit, & dediſſet porro, ſi vita frui licuiſſet. Conjecerat vir egregius *in Periculo Palmyreno*, alphabetum illius linguae 22. literis conſtare. Id poſtea firmatum inveni apud Epiphanium *lib. adv. haereſes*, qui 22. literis conſtare τὴν βαθυτάτην Παλμυρηνῶν διάλεκτον ſcribit. Lingua ipſa Syriaca fuiſſe videtur. Theodoretus huc facit ſcribens *quaeſt. 19. ad librum Judicum:* Ὀσροηνοὶ καὶ Σύροι καὶ Ἐυφρατήσιοι, καὶ Παλαιςινοὶ, καὶ Φοίνικες τῇ Συρίων χρῶνται φωνῇ. Redeamus ad Abilam. Pella, Gadara, Canatha, Philadelphia, Damaſcus aliaeque urbes huic noſtrae vicinae inter Decapolitanas recenſentur a Plinio; adeoque non videtur, ſi aliqua Abila Decapolitana dici debeat, alia ab hac Abila diverſa quaerenda. Quidni ergo, dicet aliquis, Plinius hujus Abilae inter Decapolitanas meminit? Ipſe nimirum notat in numero oppidorum non omnes eadem obſervare. Si quis tamen exiſtimet, Abilam hanc Decapolitanam eſſe illam, quae inter Heliopolin & Damaſcum recenſetur in itinerario Antonini, fruatur, per nos licet, judicio ſuo. Habebit & Plinium faventem aliquo modo, qui, ubi de urbibus Decapolitanis egiſſet, Abile mentionem facit his aut immixtae aut vicinae *l. V. c. 18.* his verbis: Intercurſant cinguntque has urbes tetrarchiae, regionum inſtar ſingulae, & in regna contribuuntur, Trachonitis, Paneas, in qua Caeſarea cum ſupra dicto fonte, Abila, Arca, Ampeloeſſa, Gabe. Nimirum quia Ἀβιλήνη fuit tetrarchia, & hic cum Paneade & Arca recenſetur, videretur Abila Libaneſia intelligenda. Obſtant tamen alia & nobis favent, quod Abila XVIII. miliaribus ſeptentrionalior Damaſco non videatur Decapolitanis poſſe adnumerari, quod Ampeloeſſa & Gabe ad loca auſtraliora nos ducant, quod denique Abila noſtra regioni illi, in qua Gadara, Pel-
p. la, Dion, Hippos aliaeque Decapolitanae ab ipſo Plinio recenſitae inve-
527. niuntur, propior ſit, aut, ut Plinii verbis utar, intercurſet vere aliquas harum urbium & cingat.

Jungimus his Abilis etiam hoc nomine apud ſcriptores Graecos cognitam, dein perrecturi ad alia, ut diſtinctius liqueat, quae & quot Abilae fuerint, & clarius intelligamur, quum de locis Abel nuncupatis in Sacro Codice loquimur, eaque cum una alterave harum Abilarum conferimus.

ABILA AD LIBANUM.

Non inſero hanc urbem huic indici, quod exiſtimem, eam inter urbes terrae Iſraëliticae, uti tribubus XII. ſorte adſignata fuit, locum habuiſſe, ſed partim ut iis me opponam, qui eam inter urbes hujus terrae recenſent, partim ut tollatur omnis confuſio, & accuratius liqueat diſcrimen inter hanc & alias eodem nomine dictas, quum videam viros insignes

insignes hanc Abilam cum aliis confundere, quum forſitan rebus gravioribus intenti tantum ſibi non conceſſerint otii, ut veterum teſtimonia examinarent viderentque, quid uni, quid alteri, quid denique tertiae, Abilae conveniat. Fuit itaque Abila quaedam in Libano vel ad Libanum ſita, quae vel hoc ſolo ſatis diverſa eſſe ab Abila Peraeae & Batanaeae intelligitur, quod neutra poſſit dici ſita fuiſſe ad Libanum, ſed longe inde remota auſtrum verſus. Huc facit, quod in gloſſario Papiae legitur *Abila, Sabaei, Getuli, Libani.* Joſepho Ἄβιλα, & Ἄβελα ad Libanum dicitur, & adjecta regno Agrippae *Antiq. XIX. 4.* & *XX. 5.* Zonarae quoque Ἄβελα *l. VI. pag. 287.* In Itinerario, quod Antonini nomine notum eſt, inter Heliopolin & Damaſcum collocatur, hoc modo

Hemiſa. M. P. XVIII.
Laudicia. M. P. XVIII.
Lybo. M. P. XXXII.
Heliopioli. M. P. XXXII.
Abila.. M. P. XXXVIII.
Damaſco. M. P. XVIII.

Eodem ordine (ſi Lybum tollas) recenſetur haec inter urbes Phoe- p. 528.
nices Libaneſiae, in Nottitia Graeca Epiſcopatuum ſubjuncta editioni regiae Codini Curopalatae *pag. 360.*

ΕΠΑΡΧΙΑ ΦΟΙΝΙΚΗϹ ΛΙΒΑΝΙϹΙΑϹ

Ἔδεσα μητρόπολις.
Λαοδίκεια.
Ἡλιόπολις.
Ἄβιλα.
Δάμασκος.

Haec Ἄβιλα non eſt alia, quam Abila. In tabula quoque itineraria veteri, quae vulgo Peutingeriana audit, inter Damaſcum & Heliopolin Abila interponitur. Nec eſt haec diverſa ab Ἄβιλα, quae a Ptolemaeo in Coeleſyria locatur, ſeptentrionalior Damaſco, & ab eodem Ἄβιλα Λυσανίᾳ Abila Lyſaniae dicitur, unde *Luc. 3. 1.* Lyſanias Ἀβιληνῆς tetrarcha appellatur. Suidas hanc Abilam Phoenices appellat, Ἄβιλα, πόλις Φοινίκης, ἐξ ἧς ἦν Διογένης, ὁ διασημότατος σοφιςής. Τὸ ἐθνικὸν Ἀβιληνός. *Abila, urbs Phoenices, unde erat Diogenes, celeberrimus ſophiſta. Nomen gentile inde ductum eſt* Abilenus. Habet haec ex Stephano. Ex quibus perſpicuum eſſe arbitror, hanc Abilam ad Libanum non pertinere ad terram Iſraëliticam ſive illam, quam Deus tribubus duodecim aſſignavit, & male haberi pro eadem, ac aliqua ex iis, quibus in ſcriptis veteris Inſtrumenti nomen אבל *Abel* datur. Quis enim urbem ad plagam ſeptentrionalem Damaſci, urbis Syriae, & XVIII. inde miliaribus diſſitam, credat ad terram Iſraëliticam pertinuiſſe? Certe non ego. Nec magis illa confundenda

denda est cum Abila Batanaeae, aut Peraeae, quem tamen errorem multi iique viri eximii errarunt. Huic Abilae, vel regioni ipsi, nummum Caracallae tribuo, cui inscriptum Ἀβιληνίων. Uti enim a Ῥήνη fit Ῥηνιῶ & a Πυλήνη Πυληνιῶ, Πρίνη Πρινιῶ, ita ab Ἀβιλήνη Ἀβιλήνιος. Nec insolens est nomina gentium in nummis legere, Κομμαγήνων, Θεσσαλῶν, Κρήτων, & alia. Non accedo itaque Holstenio in notis ad Stephanum voc. Ἄκη monenti male scribi Ἀβιληνίων.

p. 529. Hujus Abilae mentio videtur fieri in actis concilii Chalcedonensis, inter Oecumenica quarti, *tom. IV. Conciliorum generalium, p. 80.* ubi hoc ordine Jordanes Abilae episcopus recensetur inter alios Phoenices episcopos, unde liquet, nullam, quam hanc Abilam intelligendam.

Πορφυρίε Βοτρύων
Φωσφόρε Ὀρθοσιάδος
Ἰωσὴφ Ἡλιεπόλεως
Ἰορδάνε Ἀβίλης
⁝ * *
Ἐυφρονίε πρεσβυτέρε ἐπέχοντος
τὸν τόπον Ἰωάννε ἐπισκόπε Ἄρκης.

Viden, ut post episcopum Heliopolis collocetur. Pro Βοτρύων legitur in actione sexta hujus concilii *pag. 587.* Βοτρυῶνος, sed male. Ibidem Βίλης pro Ἀβίλης legitur, & in Latina versione actionis secundae concilii Chalcedonensis est *Jordane Abilae Syriae.* Pro Ἄρκης, quod nomen notissimum urbis est Phoenices, in codicibus quibusdam Latinis *Arphis* & *Arces* legitur: suspicaretur que aliquis, hic innui Arcen Phoenices, sed est Arce Armeniae secundae. Erat enim Heraclius episcopus Arces in Phoenice (Heraclitus appellatur quoque) quum Johannes episcopus erat Arces in Armenia, qui ipse subscripsit epistolae nomine episcoporum Armeniae secundae. Vide tom. IV. conciliorum generalium *pag. 952.*

ABILA.

Sedes episcopalis Palaestinae saeculo aerae Christianae sexto.

Legitur & in actis concilii Hierosolymitani habiti anno aerae Christianae 536. nomen Ἀβίλη, (in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani Ἀβέλη scribitur) uti urbs una ex urbibus Palaestinarum trium. Ubi fuerit, non patet. Posset esse eadem ac Abila Batanaeae. Dabimus seriem urbium, in qua legitur. p. 530. Fuere autem hae urbes, aut primae, aut secundae, aut tertiae Palaestinae, & quidem episcopales.

EXCER-

EXCERPTA

Ex epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis Concilii Constantinopolitani Tom. V. conciliorum generalium p. 192.

Nota, episcoporum & primae & secundae & tertiae Palaestinae nomine, illam epistolam scriptam esse.

Ἰοάννης ἐπίσκοπος τῆς Καισαρέων.
Θεοδόσιος τῆς Σκηθεπολιτῶν.
Ζηνόβιος Ἰαμνίας.
Ἰωάννης Τιβεριάδος.
Πολυχρόνιος (1.) Ἀρεοπόλεως.
Ἐυσάθιος Ἀνθηδόνος.
Προκόπιος τῆς Νεαπολιτῶν.
Στέφανος τε (2.) Μαιεμεν Ἀσκάλωνος.
Πέτρος Ἐλέσης.
Μαρκιελλῖνος (3.) Νεοκαισαρείας.
Γρηγόριος Ἐλευθεροπόλεως.
Ἰωάννης (4.) Ἱεριχέντων.
Ἀντωνῖνος Ἀσκάλωνος
Ἰωάννης (5.) Μονοίδος.
Παῦλλος Πέλλης.
Ἀλφειὸς Συκαμαζῶνος. p.
Βάσσος Καπετωλιάδος. 531.
Προκόπιος Μαϊεμᾶ Γάζης.

(1.) In quibusdam codd. Latinis legitur *Aureliopolitanus.* An forte eo spectant, quae Eusebius in Onomastico ad vocem *Ariel* notat?

(2.) In Latino est *Majuntae Ascalonis.* Non erat episcopus Ascalonis: hic enim mox sequetur, sed Majuma a loco vicino cognomen accipit, uti Sarepta Sidonis. Ex mox *Majuma Gazae* memorabitur. Fuere ergo duae *Majumae.* Et Majuma quidem Gazae Episcopum habuit ab Episcopo Gazae distinctum, uti Sozomenus tradit *lib. V. 3.* & hic quoque mox memoratur Cyrillus Gazaeorum.

(3.) Forte Διοκαισαρείας.

(4.) Ita infra Ἀμαθέντων, pro Ἀμαθέντος, & Ἐσβέντων in epistola Martini Papae scripta Θεοδδώρῳ Ἐπισκόπῳ Ἐσβέντων.

(5.) Lege Μηνοίδος. Infra de illa vide.

Ἰσίδωρος τῆς Ζωορηνῶν.
Ὀυάλης τῶν Παρεμβολῶν.
Πέτρος Φενᾶς.
Ἐπιφάνιος Ῥαφίας.
Ἠλίας Ἰόππης.
Προκόπιος Ἀμαθέντων.
Σολομὼν Ἀβέλης.
Κόνων Ἵππων.
Λεόντιος Σωζέσης.
Κυρίλλος Γαζαίων.
Στέφανος (6.) Ὀράων.
Μέγας τῆς Μαξιμιανεπολιτῶν.
Γρηγόριος (7.) Βακάθας.
Βαρώχιος Δώρων.
Ἀπολλώνιος τῆς Διοσπολιτῶν.

Pag. 201. Quatuor episcoporum nomina extant, qui sub Tyro metropoli sunt

Ἀνδρέας ἐπίσκοπος τῆς Σιδονίων πόλεως.
Ἰωάννης τῆς Πτολεμαίων.
Θεόδωρος τῆς (8.) Πορφυρεῶνος.
Ἠλίας (9.) Ζηνοπολίτων.

EXCER-

(6.) Forte Ἀδράων. Vide infra *pag. 532.* in Concilio Hierosolymitano Στέφανος Ἄρδων. Holstenius in notis ad Caroli a Sto Paulo Geographiam Sacram *pag. 305.* scribit, Stephanum hunc Doranum non Oranum appellandum fuisse: quod mihi non probatur, ob mox dicenda.

(7.) Haec *Bacatha* ex Epiphanio nota sunt. Vide infra.

(8.) Appellatur *pag. 6.* Πορφυρεὼν ἐπαρχίας Φοινίκης παράλε.

(9.) Appellatur *pag. 204. 209.* episcopus τῆς Ῥαχληνῶν & in quibusdam codd. Latin. *pag. 201. Cynopolitanus.* In Concilio Constantinopolitano secundo distincte memorantur Gennadius Episcopus Zenopolitarum & Anastasius episcopus Rachlae. Erat *Zenopolis* urbs Pamphyliae adeoque sub Tyro metropoli non fuit & huc non pertinet. Ita appellatur in serie Episcoporum, qui interfuerunt Concilio Constantinopolitano secundo, Tom. V. Concil. *pag. 583.* Et urbs *Rachlenorum* sita erat in provincia Tyriorum, uti ibidem dicitur *pag. 584.* Sunt itaque loca diversa: quare hic nomen unius episcopi excidisse suspicor.

EXCERPTA

p. 532.

Ex actis concilii Hierosolymitani anno Christi 536. Tom. V. Concil. pag. 284.

Omnes trium Palaestinarum episcopi.

Πέτρος Ἱεροσολύμων.
Ἥλιας Καισαρείας.
Θεοδόσιος Σκυθοπόλεως.
Ἰωάννης Τιβεριάδος.
Στέφανος (1.) Σαριφαίας.
Ἀναστάσιος (2.) Γαβῶν.
Ἐπιφάνειος Ῥαφείας.
Ἠλίας Ἰόππης.
Ἰωάννης Ἀυγαστοπόλεως.
Νικόστρατος Ἀβίλης.
Λάζαρος Ἀζώτε.
Λεόντιος Σωζέσης.
Στέφανος (3.) Ἄρδων.
Ἀναστάσιος Ἐλευθεροπόλεως.
(4.) Γρηγόριος Ἱεριχέντων.
Ἠλίας Ἀρεοπόλεως.
Ἰωάννης (5.) Δοάρων.

(1.) In Latin. Scarphiensis & Sariphaeensis. Mentio fit illius urbis in historia martyrii 20. Patrum Laurae S. Sabae, quam conscripsit ipsorum aequalis Stephanus Monachus.

(2.) In Latin. Gabenorum.

(3.) *Aradorum* in Lat. atqui Aradus non pertinebat ad Palaestinas. Sed jam suboluit mihi vera scriptio Ἀδράων. Vid. supra in epistola Johannis Hierosolymitani, ubi eodem nomine Στέφανος Ὀράων Episcopus dicebatur. Ex utroque Ἄρδων & Ὀράων pellucet vera lectio Ἀδράων.

(4.) Supra Gregorius dicitur esse episcopus Eleutheropoleos.

(5.) F. Ζοάρων, vel Δώρων. At illud praefero. Δοάρων manere posset, si non constaret, hos omnes fuisse Episcopos Palaestinarum, nam in Cappadocia secunda urbs est Δόαρρα, unde Ἐπίσκοπος Δοάρων nuncupatur in Concilio Constantinopolitano tertio, Tomo VI. Concilior. Gener. *pag. 1042. 1068. & 1202.* Sed fuit tutum Episcopus Δώρων & *in epist. IX.* Martini Papae mentio fit Stephani episciscopi τῆς Δωρηνῶν πόλεως *Dorensium urbis.*

p. Δημήτριος Χαρακμώβων.
533. Στέφανος τῆς (6.) Μηνυτῶν.
Μανελλίου τε (7.) Βιτυλίε.
Ἀναξάσιος Ἰωτάβης.
Ζηνόβιος Ἐλεύσης.
Μαρκιανὸς Γάζης.
Θεόδωρος Πετρῶν.
Ζηνόβιος Νικοπόλεως.
Ἀράξιος Γαδάρων.
Προκόπιος (8.) Ἑλευθεροπόλεως.
Κυριακὸς Διοκαισαρείας.
Βάραχος τῆς (9.) Βακάνων.
Διονύσιος Ἀσκάλωνος.
Ἰωάννης Φαινῆς.
Μακάριος (10.) Ἀριδήλων.
Ἰωάννης Νέας πόλεως.
Βασίλειος Συκομάζονος.
Πέτρος τῶν Παρεμβολῶν.
Ζαχαρίας τῆς (11.) Λιβισίων.
p. Δόμνος Μαξιμιανεπόλεως.
534. Πελάγιος Σεβαστής.
Στέφανος τῆς Ἰαμνιτῶν.

Παρθέ-

(6.) Intelligit puto Μηνοίδα.

(7.) *Bethel.*

(8.) De hac Helenopoli vide supra *pag. 211.*

(9.) Credo Βακάθων legendum. Fateor, illius episcopus mox dictus est Gregorius: sed nomina aliquando loco suo mota sunt. Confer, ut hoc videas, seriem hanc cum praecedenti. Ceterum in epistola quinta Martini Papae scripta ad Johannem Episcopum Philadelphiae nomen hujus loci recte scribitur: *hortati sumus Deo amabiles episcopos, ipsum dico Theodorum Esbuntiorum & Antonium Bacatorum, adesse in omnibus ac pro viribus inservire hujusmodi spirituali voluntati tuae, quibuscum & Georgium dilectum presbyterum & archimandritam & Petrum Christi amantem, Adraensem nempe, ac omnino eos, qui in illis partibus fidem Dei verumque zelum habent.* In Graeco contextu est Ἐσβύντων & Βακαθῶν, ac Ἀδραῶν. Similiter in ejusdem epistola VII. scripta *Antonio Bacathorum Episcopo.*

(10.) Haec Ἀριβδήλα ante dicta sunt.

(11.) Libiadis.

Παρθένιος (12.) Ἐξάλης.
Θεόδωρος Γαδάρων.
Παῦλος τε Ἀϊλᾶ.
Θεόδωρος (13.) Ἱπτηνῶν.
Θεοδόσιος Καπετωλίε.
Διονύσιος Ἀμαθέντων.
Δωρόθεος Ἀνθηδόνος.

(12.) Meminit Eusebius in Onomastico, voce Ἀκσάφ, sed ibi male Ἐξαδὲς legitur pro Ἐξαλές.

(13.) In quibusd. Latinis *Ipsenorum* puto pro *Hippenorum*, Ἱπτηνῶν.

ABUMA.

Ἄβεμα. Urbs e qua oriunda est mater regis Jojakim. Josephus *Ant. X. 6. 2. Reg. 23. 36.* רומה *Ruma* appellatur.

* ACCO, quae & PTOLEMAIS.

Nomen hujus urbis non videtur legi in codice sacro, nisi *Jud. 1. 31.* & inde liquet in regione tribus Ascher fuisse; notatur enim Ascheritas non expulisse incolas Acco, Tzidon, Achalab, Aczib, Chelba, Aphec & Rechob. In Graeca versione nomina illarum urbium ita scribuntur, inserta urbe Dor, Ἀκχώ, Δώρ, Σιδών, Δαλαὰφ, Ἀσχαζί, Χεβδά, Ναί, Ἐρεώ. Inter urbes Ascheriticas *Jos. 19. 25.* &c. nulla fit mentio urbis hoc nomine: verum in Graeca versione video, pro nomine urbis עמה, quod commate 30. legitur post Ecdippam, scriptum Ἀρχόβ, & in aliis codicibus Ἀκώμ, quae non multum abeunt ab Ἀκχώ.

Suspicor, urbis hujus nomen latere in *Mich. 1. 10.* licet vulgo ibi esse non credatur. Frequenter eo in capite utitur Propheta paronomasiis, בגת inquit, אל תגידו *In Gath id ne annunciate*, בכו אל תבכו id est, me interprete, *in Aco ne flete*, id est, ne indicia doloris vestri edite in illa urbe, quae uti Gath ad austrum, ita ipsa ad septentrionem p.
a gentibus, hostibus nostris, incolitur. Inter תבכו (vel radicem ipsam 535.
בכה) & בכו elegans est paronomasia. Et quum plene scribendum fuisset בעכו, ע eliditur, uti videmus factum in voce בעלה quae & בלה scribitur: in ארבסר pro ארבע עשר, in מברא pro מעברא, מרנין, pro מעדנין & plurimis aliis vocibus, quae satis notae sunt: quod eo minus incommodi secum fert, quod inter pronunciationem vocum בכו & בעכו vix discrimen audiri queat. Et videtur quidem mihi longe elegantior sensus hinc emergere, *In Gath id ne nunciate, in Acco ne edite ejulatum*, quam si dicatur, *In Gath id ne nunciate, flendo ne flete*, maxime quum hic multa paucis complecti nervose studeat Propheta.

pheta. Confer denique haec verba cum loquendi modo simili, qui conjecturam nostram firmabit, *2. Sam. I. 20.* אל תגידו בגת *ne notum facite hoc in Gath* (est eadem phrasis, qua noster utitur, cui similem addi & aeque emphaticam conveniens erat, ne videretur ex hoc loco libri Samuelis tantummodo hoc acumen mutuatus, quod mihi videtur obtundi aliquo modo, si sequatur phrasis languidior, *flendo ne flete*, sed vim novam atque elegantiam accipit per adjectum *in Acco ne flete*) *ne annunciate in plateis Ascalon.* Favent mihi codices Graecae versionis, quae hic habet (Hieron. legit in iis Βακεὶμ) *οἱ ἐν Ἀκεὶμ, illi, qui in Acim habitant.* Lege Ἀκώ. Certe pro nomine loci acceperunt. Judithae libro *cap. 3. 1.* urbs Acco Ὀκείνα scribitur. Lectum forte & illic Ἀκείμ. Denique Eusebius pro me facit, qui Onomastico urbium & locorum hanc quoque vocem inseruit, quod docet, jam olim in codicibus versionis septuaginta viralis dictae ita lectum fuisse, uti & Theodoretus *οἱ ἐνακὶμ* legit. Ita ille, Ἐναχεὶμ, ἢ Ἐμβαχεὶμ. Μιχαίας. Ἀκ. ἢ Συμμ. ἐν κλαυθμῷ. Hieronymus. *Inachim, sive Ibachim, pro quo Aquila & Symmachus transtulerunt in fletu. Meminit hujus Michaeas Propheta.* Nisi illi credidissent in בכו latere nomen loci, non ita vertissent *οἱ ἐν Ἀκεὶμ.* Ita quoque *Gen. 41. 2.* באחו reddidere ἐν Ἄχει.

Huc etiam facit, quod Theodoretus notat, quosdam existimavisse, voce בעכו sive Ἐνακὶμ significari urbem aliquam a Gath distinctam. Ita scribit ad hunc locum. Ἐνακὶμ δὲ ἐχ' ὥς τινες ὑπέλαβον ἄλλη τις πόλις
p. ἐςὶ παρὰ τὴν Γὲθ, ἀλλὰ τὲς ἐνοικέντας τὴν Γὲθ Ἐνακὶμ ὀνομάζει, ὡς Ἐνὰκ τὲ γί-
537. γαντ@ ἀπογόνες ὄντας. *Enacim vero non uti quidam putarunt, alia urbs est a Gath, sed incolas Gath appellavit Enacim, quod ab Enac gigante genus ducerent.* Unde liquet, existimasse aliquos, per voces *οἱ Ἐνακὶμ* vel *οἱ ἐν Ἀκὶμ* intelligendos esse incolas loci alicujus Ἀκὶμ dicti. Cyrillus verba quidem ipsa, Michae citans *οἱ Ἐνακεὶμ*, & in commentario illustraturus scribit, esse oppidulum in extremis Judaeae finibus situm ante solitudinem versus austrum, sacra Moabitarum colens. Fallitur tamen in situ assignando, quod plus semel ei contigit. Geographiae enim terrae sanctae parum gnarus videtur fuisse. Sufficit nobis, eum quoque credidisse, sub hac voce עכו latere nomen urbis, & vidisse, sensum postulare urbem istiusmodi, quae sacris Gentium esset addicta. Deprehendi apud eundem Cyrillum vocem Ἐνακεὶμ positam pro eo, quod in contextu Hebraeo *1. Reg. 15. 22.* legitur אין נקי *non erat immunis*: ubi videmus adjectum M, quod in Hebraeo non conspicitur: unde ferme crediderim, legisse interpretes Graecos in Micha בעכו pro בעכו, & illud expressisse per Ἀκεὶμ, eodem modo, uti אין נקי Ἐνακείμ. Vide Cyrillum in Commentar. ad Micham *pag. 457.*

Graeci ipsi, quamvis nomen recens Ptolemaidis frequentaverint, non ignorarunt nomen pristinum עכו Acco, quod Ἄκη pronuntiarunt,

runt, more suo Graecam voci originem tribuentes. Ita legitur in Etymologico magno. Ἄκη, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν καλεμένη Πτολεμαΐς. Οἱ δὲ Ἀκὴν φασὶ καλεῖσθαι τὴν ἀκρόπολιν τῆς Πτολεμαΐδος, ὅτι Ἡρακλῆς δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως ᾗ ἐν αὐτῇ θεραπευθεὶς Ἀκὴν ἐκ τὲ ἀκεῖσθαι προσηγόρευσε τὸν τόπον. *Ace. Urbs Phoenices, quae nunc Ptolemaïs appellatur. Quidam dicunt arcem Ptolemaïdis appellatam esse Acen, quod Hercules a serpente, ictus & illic sanatus a voce ἀκεῖσθαι eum locum ita nuncupaverit.* Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς ad vocem *Ptolemais.* Πτολεμαὶς, πόλις Φοινίκης. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀκή, ἀπὸ τῆς ἰάσεως τὲ γενομένε δήγματ@ Ἡρακλεῖ ὑπὸ ὄφεως. *Ptolemais, urbs Phoenices. Olim Ace appellabatur a curatione plagae Herculi inflictae a serpente.* Mirum est, Stephanum ibi non meminisse alius Ptolemaidis in Libya, quae olim Βάρκη dicta fuit. Suidas. Βαρκαίοις, Λιβυκοῖς. Βάρκη γὰρ πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Πτολεμαὶς καλεμένη. Plinius, Strabo & alii ejus p.
meminerunt: sed Ptolemaeus Barcena Ptolemaïde distinguit, quia por- 537.
tus erat & urbs. Ad vocem *Ace* haec habet Stephanus. Ἄκη πόλις Φοινίκης· ἄυτη Πτολεμαὶς ἐκαλεῖτο. Κοιλοσυρίτας δ' αὐτὲς ὠνόμαζον (quum postea incolas Ἀκαίας dictos tradat, haec mendosa suspicor & legendum Κοιλασυρίται δ' ἔτως ὠνόμαζον, Coelesyrii eam ita appellarunt nempe Ptolemaïdem) Κλαύδι@ δὲ Ἰελι@ ἐν πρώτῃ Φοινίκων φησὶν, ὅτι ἐκλήθη ἀπὸ Ἡράκλεες . . . *Ace, urbs Phoenices . . . illa Ptolemais appellata fuit. Coelesyritas eos appellarunt. Claudius vero Julius l. 1. Phoenic. refert ab Hercule eam nomen accepisse.* Postea narrat, Herculem oraculo monitum, ut ortum versus proficisceretur, usque dum flumen inveniret & herbam illic crescentem, colocasiam, quae vulneri ejus medelam afferret; venisse autem ad flumen Belum, qui juxta Ptolemaïdem labitur, & illam herbam ibi invenisse. Multa de colocasia ad illustrationem hujus loci contulit vir πολυμαθέςατ@ Claudius Salmasius in exercitationibus Plinianis, & illam, quam Stephanus describit, esse dracunculum ostendit. Scripsi nuper ad quosdam ex incolis, montis Carmeli, in quorum conspectu Belus labitur, ut viderent, an hoc quoque tempore illa herba ibi crescere. Harpocration in Lexico. Ἄκη, πόλις αὕτη ἐν Φοινίκῃ. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Καλλιππον, ἣν Νικάνωρ ὁ μετωνομασιῶν γεγραφὼς καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλεμένην φασὶν εἶναι. Δημήτρι@ δὲ ἰδίως τὴν ἀκρόπολιν τῆς Πτολεμαΐδος πρότερον Ἄκην ὠνομάσθαι φησίν. *Ace, urbs est in Phoenice. Demosthenes ejus meminit in oratione, contra Callippum. Nicanor, qui metonomasias scripsit, & Callimachus in commentariis eam esse, quae nunc Ptolemais nominatur, tradunt. Demetrius autem proprie arcem Ptolemaidis olim Acen dictam scribit.* Suidas eadem fere habet, & compendium fecisse videtur verborum Harpocrationis. Ἀκὴ, πόλις ἐν Φοινίκῃ, ἣν οἱ μὲν τὴν νῦν Πτολεμαΐδα καλεμένην ἔτω πάλαι φασὶν ὀνομάζεσθαι. Δημήτριος δὲ ἐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τὴν ταύτης ἀκρόπολιν. *Ace, urbs est Phoenices, quam nunc quidem aliqui putant Ptolemaida appellari. Demetrius vero non urbem, sed arcem ejus sic vocari tradit.*

A ſcriptoribus Romanis Ptolemaïs fere dici conſuevit, (atque ita etiam *Actor. 21. 7.* dicitur) & in nummis appellatur *Colonia Ptolemais.* Erat enim colonia Claudii Caeſaris, teſte Plinio. Nummum Caracallae, in quo caput Serapidis, & COL. PTOL. vide in Patini *Nummis aereis Impp pag. 239.* & apud eundem nummum Getae cum inſcriptione COL. PTOL. colona boves agente. Extat & in cimeliarchio Wildiano nummus inſcriptus COL. PTOL. HΞC. i. e. *Colonia Ptolemais, anno 268.* (caput aerae eſt a. v. c. 706.) & repraeſentans Fortunam in templo, ab altera parte inſcriptus IMP. C. M. AUR. ANTONINUS. Hujus imaginem vide in Noriſiii *epochis Syro Macedonum, diſſert. IV.* In numismatibus aereis coloniarum Vaillantii nummus Claudii conſpicitur cum literis COL. PTO. *Colonia Ptolemais, pag. 100.* & ſimilis Neronis *pag. 124.* qui tamen COL. PTOL. praefert & praeterea DIVOS CLAUD. At elegans inprimis nummus Trajani eſt, ab eodem *pag. 148.* & Hadriani *pag. 160.* (qui vel ſoli docent, quantum nummi proſint ad ſitum urbium declarandum) depictus, ubi literae COL. PTOL. & ipſa urbs rupi inſidens mari cinctae (nam maxima ſui parte mari cingebatur, ad occaſum videlicet & auſtrum) & dextra ſpicas tres gerens, ſignum uberis ſoli, in quo condita eſt, ad pedes ejus imago fluvii expanſis manibus conſpicitur, quem eſſe Belum, qui juxta Ptolemaidem ſe effundit in mare, dubitandum non eſt. Similis imago fluvii exigui expanſis manibus cernitur in nummis Caeſareae Palaeſtinae ad pedes genii urbis conſpicui. Vide ejusdem Vaillantii nummos coloniarum *pag. 155.* Sed fallitur, negans fluvium circa Caeſaream fuiſſe. Qua de re infra ad vocem *Caeſarea* dicetur.

Ita nomen vetus Acco fere deletum eſt per novum Ptolemaidos. Nepos quidem *Acen* vocat. Phocas Ἀκκὲ, Anna Comnena, quae eodem ſaeculo vixit, *l. XIV. Alexiados, τὸ φρέριον Ἀκὲ ἐγχωρίως καλόμενον*, ſed plerique ſcriptores etiam medii aevi Ptolemaida. Poſtea, neglecto nomine Ptolemaidis, poſtliminio vetus nomen Acconis urbi reſtitutum eſt. Solent Mohammedani vetuſtiſſima urbium nomina pro recentibus ſubſtituere, uti Aeliam pro Hieroſolymis &c. Tempore belli ſacri Acra nuncupata eſt & Accaron & Sancti Johannis de Acra,
p. אקרי (ita enim legendum pro אקרי) in itinerario Benjaminis. Ara-
539. bes nunc illam Acca nominant. In tabulis geographicis Ulugbeigi & Naziteddini a Gravio Perſice & Latine editis non memoratur hujus urbis nomen, aut quo gradu longitudinis latitudinisve ſita ſit. Sed in manu ſcripta mea geographia Perſae Abulhaſen Saad Ibn Ali invenio, eam عكا *Acca* nominatam, & locari in gradu longitudinis 53. 20. & latitudinis 33. 20. Sed numeri in eo codice ſunt corruptiſſimi.

Sita haec urbs eſt ad latus ſeptentrionale ſinus, quem mare mediterraneum efficit, ſic, ut ad latus occidentale & meridianum mari cingatur. Sinus hic vulgo nunc nautis noſtris dicitur *de baay van St. Jan*

Jan d' Acre, & inter montem Carmelum atque urbem Acco eſt: olimque videtur totus in regione tribus Aſcher fuiſſe. Acco certe Aſcheritis tributa fuit. Vide *Jud. 1. 31.* Mons Carmelus ipſe, quin Aſcheritarum quoque fuerit non dubito; quod ſi Aſcheritarum non fuit, fuiſſet Menaſſitarum: nam Aſcheritae ab auſtro contingebant Menaſſitas *Joſ. 17. 10.* & eum Galilaeorum montem appellet Joſephus *lib. III. de bell. cap. 2.* Galilaea autem partem regionis Menaſſitarum non complectatur, ſed illam, quae ei erat ad ſeptentrionem, Aſcher videlicet atque alias. Praeterea Dor, urbs maritima & auſtralior ſinu urbis Acco, videtur & ipſa in portione tribus Aſcher fuiſſe, quia *Joſ. 17. 11.* dicitur Menaſſitas habuiſſe in regione Jiſſaſcar & Aſcher urbes Bethſchean, Dor & alias. Unde liquet, Dor fuiſſe aut in regione Jiſſaſcar aut Aſcher. Sed quum Dor ſit in litore ad auſtrale latus Carmeli, & Jiſſaſcar illic non ſit quaerenda, ſed ad ortum Menaſſitarum (vide *Joſ. 17. 10.*) clarum eſt, Dor in regione Aſcher fuiſſe. Quod ſi illic fuit, videtur etiam, quicquid a Dor ſeptentrionem verſus erat, in litore Aſcheritarum fuiſſe. Menaſſitae enim contingebant tribum Aſcher a ſeptentrione *Joſ. 17. 10.*

Non obſtant huic ſententiae, quae leguntur *Gen. 49. 13. Latus ejus (Zebulon) erit* על צידון verſus Tzidon *& ad portum marium habitabit. Verſus Tzidon*, non videtur aliud indicare, quam in regione Palaeſtinae ſeptentrionali eam fore: haec enim non notant, illam proximam futuram Tzidoni: id tribui Aſcher conveniebat, non Zebuloni. Porro ex
illo *ad portum vel litus marium habitabit* non neceſſario efficitur ad litus p.
duorum marium, & maris magni & lacus Geneſareth, hanc regionem 540.
fuiſſe. Notum enim eſt, numerum pluralem ab Hebraeis uſurpari de re una & ſingulari, & hic ipſe loquendi modus invenitur de tribu Aſcher *Jud. 5. 17.* ישב לחוף ימים *ſedit ad litus marium.* Ergo & regio Aſcher tribus collocari deberet ita, ut contingeret duo maria. Illud לחוף ימים explicatur mox ibidem והוא לחוף אניות *& illa ad portum navium erit.* Graeci ſenſum recte reddiderunt παράλιος κατοικήσει. Pertigit autem regio Zebulon ad lacum Geneſareth. Id liquet ex *Matth. 4. 13.* & is lacus mare appellatur etiam in ſimili prophetia, qua Moſes ſitum tribuum Iſraëliticarum adumbrat *Deut. 33. 23.* ים ודרום, *mare* poſſeſſio erat futura tribus Naphtali, i. e. mare Geneſareth, *& auſter*, id eſt, *nimirum auſtrale*, ſive mare non ad occaſum aut ſeptentrionem ejus tribus, ſed ad auſtrum ſitum. *Vav* uſurpari pro *nimirum, apud, ad*, notum eſt.

Deinde Joſephus ipſe nobis haud videtur favere ſcribens (ita tradunt) Zebulonitas nactos regionem a lacu Geneſareth extenſam usque ad Carmelum & mare. Non nego, ad Carmelum usque hanc regionem extendi. Ideoo *Joſ. 12. 22.* urbs Nebulonitica Jokneam Carmeli dicitur. Sed ad ipſunm litus maris eos pertigiſſe non dicit Joſephus, non

non ἄχρι θαλάσσης, uti de aliis ſcribit, ſed τὴν καθήκουσαν περὶ Κάρμηλον καὶ θάλασσαν, adeoque regionem Carmelo & mari vicinam obtinuerunt. Sed fac ita ſcripſiſſe Joſephum. Idem ſcripſit & Benjaminitas (*Ant. 5.1.*) regionem a Jordane ad mare, ἄχρι θαλάσσης, poſſediſſe, quod tamen falſum eſt: nam ipſe Danitis omnem oram maritimam ab Azoto usque ad Dora tribuit, & in ſacris literis terminus occidentalis hujus tribus deſcribitur per Kiriathjearim aliaque loca mediterranea. Vide ſupra *pag. 155.*

Joſephus variis locis meminit hujus urbis. Libro *Antiquitatum XII. cap. 11.* notat Galilaeorum nuncios conqueſtos fuiſſe, ſe infeſtari ab incolis Ptolemaidis, Tyri & Sidonis. Solet autem Joſephus hanc urbem non in ipſa Galilaea, ſed ad occaſum ejus, collocare. Vide *Antiquitat. XVII. 12. & lib. III. de bell. cap. 2.* ubi dicitur Galilaea extendi a Tibe-
p. 541. riade usque ad Zabulon, cui vicina eſt Ptolemais. Sic *cap. 5.* Veſpaſianus Ptolemaide profiſciſcens venit ad fines Galilaeae, ὅρους τῆς Γαλιλαίας. *Antiquitatum lib. XIII. 3.* narrat hanc urbem, quae a rege Demetrio filio Seleuci tenebatur, proditam regi Alexandro filio Antiochi Epiphanis. Poſtea rex Judaeorum Alexander urbem oppugnavit. Deinde Ptolemaeo ceſſit, & non longe poſt matri ejus Cleopatrae, vide *Antiquit. XIII. 21.* Tigranes rex Armeniorum hanc urbem obſediſſe legitur *Antiquit. XIII. 24.* Sed luculenta eſt hujus urbis deſcriptio, quam inſeruit *lib. II. de bello Judaico, cap. 9.* Πρόσεστι ἡ πόλις αὕτη τῆς Γαλιλαίας, παράλιος κατὰ τὸ μέγα πεδίον (de his vide ſupra pag. 366.) ἐκτισμένη, περιέχεται δὲ ὄρεσιν, ἐκ μὲν τοῦ πρὸς ἀνατολὴν κλίματος ἀπὸ σταδίων ἑξήκοντα τῶν τῆς Γαλιλαίας, ἀπὸ δὲ τοῦ μεσημβρινοῦ τῷ Καρμήλῳ διέχοντι σταδίοις ἑκατὸν εἴκοσι, τῷ δὲ ὑψηλοτάτῳ κατ' ἄρκτον ὁ καλοῦσι κλίμακα Τυρίων οἱ ἐπιχώριοι, καὶ τοῦτο δὲ σταδίοις ἀφέστηκεν ἑκατόν. Τοῦ δὲ ἄστεως ἀπὸ δύο σταδίων ὁ καλούμενος Βήλεος ποταμὸς παραῤῥεῖ παντάπασιν ὀλίγος, παρ' ᾧ τὸ Μέμνονος μνημεῖον ἐστὶν ἔχον ἐγγὺς αὐτοῦ τόπον ἑκατονταπήχυν θαύματος ἄξιον· κυκλοτερὴς μὲν γάρ ἐστι καὶ κοῖλος, ἀναδίδωσι δὲ τὴν ὑαλίνην ψάμμον, ἣν ὅταν ἐκκενώσῃ πολλὰ πλοῖα πρόσχοντα, πάλιν ἀναπληροῦται τὸ χωρίον. *Adjacet haec urbs Galilaeae, ad mare ſita & in magno campo exſtructa. Cingitur autem montibus, ad plagam quidem orientalem montibus Galilaeae, ad auſtralem Carmelo, inde remoto 120. ſtadia, ad ſeptentrionalem altiſſimo monte, qui Scala Tyriorum vocatur 100. inde ſtadiis disjunctus. Duorum ſtadiorum intervallo ab urbe amnis Belus labitur, exiguus omnino, ad quem ſepulcrum eſt Memnonis vicinum habens locum, qui nonniſi centum cubitorum ſpatium occupat & admiratione dignus eſt. Eſt enim rotundus & cavus, egerens arenam vitriariam, quam licet plurimae naves exhauriant, denuo locus repletur.*

In Libris Apocryphis mentio fit Ptolemaidis *1. Macc. 5. 15.* ubi Gentes e Ptolemaide, Tyro & Sidone erupiſſe dicuntur, & *commate 21.* Simon eas perſecutus usque ad portas Ptolemaidis. At diverſiſſima ab hac eſt Ptolemais commemorata III. *Macc. 7. 15.* ad mare quidem ſita, ſed urbs Aegypti, ῥοδοφόρος appellata a qualitate ſoli.

In

In conciliis veteribus aliquoties fit hujus Ptolemaidis mentio; & epiſcopi ejus urbis, quorum nomina in actis conciliorum notata offendi, hi quidem ſunt.

CLARUS. Memoratur in actis concilii Caeſareenſis habiti circa annum aerae Chriſtianae 198. Vide Stephani Baluzii novam collectionem conciliorum editam Pariſiis anno hujus ſaeculi ſeptimo, *pag. 13. & 14.* Illic legitur praeſediſſe ex epiſcopis Palaeſtinae Theophilus epiſcopus Caeſareae Palaeſtinae & Narciſſus epiſcopus Hieroſolymitanus. Intererant autem Caſſius epiſcopus Tyri, & Clarus epiſcopus Ptolemaidis.

AENEAS. Hic interfuit concilio Nicaeno, habito anno 325. recenſeturque inter epiſcopos Phoenices, diſtinctos ab epiſcopis Palaeſtinae. Vide *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 51.* Interfuit etiam Concilio Antiocheno, habito anno 341. Vide *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 561.*

NECTABUS. Hic ſubſcripſit concilio Conſtantinopolitano primo, inter Oecumenica ſecundo, habito anno 381. Vide *tom. II.* conciliorum general. *pag. 956.*

PAULUS. Interfuit concilio Chalcedonenſi, inter Oecumenica quarto, habito anno 451. Vide *tom. IV.* conciliorum generalium *pag. 80. & pag. 787.*

JOANNES. Vide acta concilii Hieroſolymit. ſupra *pag. 531.*

Ceterum fata hujus urbis in ſcriptoribus belli ſacri, Golii notis ad Alfraganum, Herbeloti bibliotheca orientali, aliisque libris recentiorum deſcribuntur.

ACHABARA.

Apud Joſephum Ἀχαβάρων πέτρα in ſuperiore Galilaea recenſetur *lib. II. de bello cap. 25.* eadem Χαράβη ſcribitur mendoſe *in vita ejus pag. 1013.* In cippis Hebraicis ab Hottingero editis etiam עכברא, *Acbara*, inter alia loca Galilaeae recenſetur nempe inter Tiberiada & Zephat, dicunturque ibi ſepulti R. Doſtai, Jannai & Nehurai. Vide, an non hujus loci incolae intelligendi ſint per בני עכבוריא in Gemara Bava Metzia. *fol. 84. 2.*

* ACHALAB.

Urbs in regione tribus Aſcher. *Jud. I. 31.* p. 543.

ACRA.

Ἄκρα. Diruta a Simone. Joſephus *de bell. I. 2.* Alii legunt Ἀκκάρων, ut intelligatur urbs Ekron. Alii *arcem* reddunt. Videtur tamen eſſe nomen loci, cujus etiam *1. Macc. 14. 7.* mentio fit una cum Gazaris & Bethzura.

ACRABBIM.

Vicus a Neapoli dissitus ortum versus novem miliaribus, in via, quae tendit Jordanem versus & Jerichuntem per regionem Acrabattenen. Ita scribit Eusebius *in Onomastico.*

ACSCHAPH.

אַכְשָׁף, Urbs in finibus tribus Ascher, cujus rex a Josua devictus est *Jos. 19. 25. Jos. 12. 20.* Hic Graeci eam urbem Ἀζίφ reddiderunt. Quod certo dici non posset, quia ordinem eundem cum codicibus Hebraeis non sequuntur, nisi constaret aliunde, eos pro אכשף Ἀζίφ exhibere, uti *Jos. 11. 1.* Posset aliquis suspicari, esse hanc Ecdippam, quod & Ἀζίφ reddatur, quod fere idem est ac *Ziph*, hodiernum Ecdippae nomen, nec multum ab Ecdippa recedens: sed cum אכזיב urbs quoque sit in finibus Ascher & distincta ab אכשף (vide *Jos. 19. 26. & 29.*) hanc potius pro Ecdippa habuerim.

ACTIPUS.

Ἀκτιπός. Urbs in tribu Ascher, alias Arce dicta teste Josepho *Antiquitat. V. 1.*

ACZIB quae & ECDIPPA.

אַכְזִיב, *Jos. 19. 29.* Urbs in finibus tribus Ascher, postea nuncupata Ecdippa, Josepho Ἐκδίππων, χώριον παραθαλάσσιον *de bell. 1. 11.* Distat 9. miliaribus ab Acco Tyrum versus secundum Eusebium & Hieronymum, 12. secundum itinerarium Hierosolymitanum. Hodieque antiqui nominis vestigia servat locus Zib dictus, itineris trium horarum spatio ab Acra (ita nunc Acco dicitur) remotus versus septentrionem. Est haec observatio eruditissimi Maundrelli. Hunc limitem terrae Israëliticae faciunt Judaei, ejus videlicet, quae possessa fuit ab iis, qui Babylone redierunt, ita ut ab ea septentrionem versus censeretur terra Gentium. Hinc dicitur, si quis ab Acco eat ad Aczib, quod ad dextram viae ortum versus est, esse terra obligata ad decimas & jura anni septimi, quia regio Israëlitarum censetur: quod ad sinistram viae contra. Id legitur in Gem. Hieros. *Schevüth fol. 36. col. 2.* המהלך מעכו לאכזיב מימינו למזרח הדרך טהורה משום ארץ העמים והיבת במעשרות ובשביעית ער שתיוודע לך שהיא פטורה: אשממלו למערב הדרך טמיאה משום ארץ העמים ופטורה מן העשרות ומן השביעית ער שתיוודע לך שהיא חייבת ער שהוא מגיע לאכזיב & de ipsa Acco ibi disputatur: sunt, qui dicant, partim esse extra, partim intra terram Israëliticam עכו יש בה ארץ ישר' ויש בה חוצה לארץ.

p. 544.

Jud.

Jud. 1. 18. legitur filios Ascher, quamvis iis haec urbs assignata esset, expellere non potuisse Cananaeos.

* ADADA.

עַרְעָרָה, Urbs in parte australi tribus Judae. *Jos. 15. 22.* Ἀρεηλ pro eo legitur in codicibus Graecis.

* ADAM.

Urbs ad Jordanem, *Jos. 3. 16.* Juxta Zartan collocanda est: sed Cellarius *Geograph. Antiquit. lib. III. cap. 13.* credidit, eam fuisse prope Lacum Asphaltiten, uti Zartan erat prope Scythopolin: vid. *1. Reg. IV. 12.* e regione Succoth *1. Reg. 7. 46.* sub valle Jizraël *1. Reg. IV. 12.*

ADAMA.

p. 545.

אדמה, Urbs fuit sita בכבר *in planitie* & a Deo eversa una cum Sodoma. *Deut. 11. 33. Gen. 19. 25.* Si ex ordine, quo recensetur *Gen. 10. 19.* aliquid de situ colligi potest, videtur inter Gomorram & Zeboim collocanda.

* ADAMA.

Urbs tribus Nephtali. *Jos. 19. 36.* Ἀρμαὶθ Graecis, uti & urbs ejusdem tribus *Adami* Ἀρμέ.

* ADAMI.

אדמי, Urbs Naphthalli. *Jos. 19. 33.* Quidam sequentem vocem addentes nomen integrum urbis scribunt אדמי הנקב sed Talmudici in Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.* utrumque docent, nomen esse singulare & Adami urbem postea dictam דמין, *Hannekeb* vero *Kiadatha.* Et cum his faciunt interpretes Graeci, qui Ἀρμὲ καὶ Νακέκ uti duarum urbium nomina scribunt, vel Ἀρμαὶ καὶ Νακές. Ita in aliis codicibus legitur.

ADARA.

Ἄδαρα. In plurali. Vicus magnus Palaestinae tertiae inter Characmoba & Areopolin. Stephanus in Ethnicis, *ad vocem* Ἀδάρα πόλις.

ADASA.

Ἀδασά. Urbs Judaeae non longe a Bethchoron. Josephus *Antiq. XII. 17.* ibi Ἀδασῶ extat. Verum Ἀδασὰ appellatur *1. Macc. 7. 40.* & Ἀκέδωσα apud Josephum *bell. I. 1.* sed Rufinus in suo codice ibi legit Ἀδασά. *1. Macc. 7. 39.* dicitur Judas in Adasa castra metatus, quum Nicanor castra metaretur Bethchorone, & *comm. 45.* dicitur exercitus victor hostes persecutus ab Adasa usque ad Gazara, quod est spatium itineris diurni. Hinc colligi situm Adasae. Eusebius in Onomastico meminit vici Ἀδασὰ prope Guphnnas.

ADDA-

p. 546.

ADDARA.

Ἀδδάρα. Vicus in finibus Diosolitanis juxta regionem Thamniticam. Eusebius.

ADIDA.

Urbs Ἀδιδὰ erat in Sephela sive regione campestri. *1. Macc. 12. 38.* Urbs ipsa erat in monte sita, sed subjacebant illi Ἰεδαίας πέδια. Tryphon eo profectus est Ptolemaide contra Simonem. Josephus *Antiquitat. XIII. 11. 1. Macc. 13. 13.* & Joseph. *Antiquit. XIII. 23.* Idem *de bell. V. 6.* narrat, Vespasianum undique cincturum Hierosolymitanos Jerichunte καὶ ἐν Ἀδίδοις στρατόπεδα erexisse. Alias etiam Ἀδιδὰ vocat. Cellarius in *Geogr. Antiquit. p. 338.* ex his Josephi verbis colligit, Adida non longe ab Jerichunte fuisse. At ego existimo, id inde non effici: potuit ad occasum Hierosolymae fuisse. Ibi erat Sephela, & cum Lydda, Ono aliisque urbibus Benjaminiticis recensetur הדיד, quam eandem esse cum Ἀδιδὰ probabile est, sic ut potius vicina campestribus locis aut in iis sita circa Lyddam ad occasum Hierosolymae & circa *Gezer*, quam mox cepisse narratur, credi debeat, uti Jericho ad ortum fere eodem intervallo. Vide & voc. *Adithaim.*

* ADITHAIM.

עֲדִיתַיִם, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 36.* Eusebius duas villas memorat nomine Ἀδιθὰ vel Aditha & Adia, uti legit Hieronymus, quarum una circa Gazam fuerit, altera juxta Diospolin (i. e. Lyddam) ad ortum, dicta Ἀδιδὰ in libris Apocryphis. Nomen *Aditha*, qui locus fuit sub dispositione Ducis Arabiae in Notitia Imperii satis bene convenit cum *Adithaim*, sed situs nequaquam.

ADMATHA.

p. 547. In Notitia Imperii memoratur inter alia loca, quae sub dispositione ducis Palaestinae erant. Vide supra, quae ex illa excerpsimus, *pag. 239.*

ADOLLAM.

Ἀδολλάμ. Vicus praegrandis ad orientem Eleutheropolis, decem inde miliaribus. Eusebius *in Onom.* Vide vocem *Adullam.*

ADORA quae & ADORAIM.

Urbs haec fuit tribus Judae אדורים *2. Chron. 11. 9.* quae ibi recensetur cum Marescha, Ziph, & Lachis. Videtur eadem esse atque Ἄδωρα, quam Josephus *Ant. XIII. 17.* & fere semper cum Marissa jungit, (uti & אדרים & מרשה junguntur *2. Chron. 11. 9.*) & collocat in Idumaea, i. e. parte australiori tribus Judae, κατὰ τὴν Ἰδουμαίαν, in mediterraneo tractu, *Antiq. XIII. 2. & 23.* Δῶαρ male scribitur pro Ἄδωρα *Antiq. XIII. 11.* uti

uti & *1. Maccab. 13. 20.* Δῶρα alii, alii Ἄδωρα legunt. Josephus eam Ἀδωραΐμ vocat *Antiq. VIII. 3.* alibi Ἄδωρα. Erit eadem, quae Suidae Ἀδώρεος πόλις dicitur.

ADRAA.

Haec eadem esse videtur Edrei, אדרעי. Vide hanc vocem. Epiphanius meminit hujus urbis *lib. I.* adversus haereses *pag. 142.* de Ebionitis dicens, ortos eos ἐκ Κωχάβων τῶν ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ ἐπέκεινα Ἀδράων, *ex Cochabis, quae sita sunt in terra Basanitide ultra Adraa.* Apud eundem scriptorem Ἐπίσκοπος Ἀδράων jungitur cum Episcopo Γεράσων (quamvis, si aliunde non liqueret, ex eo solo ordine situs locorum elici non posset, fateor) *lib. III. adv. haeres. pag. 874.*

Miliaribus viginti quinque a Bostris remota fuit haec urbs Ἀδραὰ, teste Eusebio in Onomast. ad vocem Ἀςαρώθ. Idem paulo post inter Adraa (Ἀδάρων ibi legitur) & Abilam urbem duos vicos in Batanaea fuisse scribit 9. millibus separatos a se invicem, &c. Ad vocem vero Ἐσδραὲ idem scribit, Ἀδαρὰ esse urbem Arabiae 24. miliaribus a Bostris remotam.

p. 548. Ἀδρασὸς videtur dici in notitiis veteribus ecclesiasticis, ubi recensetur inter urbes Arabiae, Bostra & Dia. Ptolemaeo Ἄδρα. Vide supra *pag. 459.*

Urbs haec postea dicta fuit urbs Bernardi de Stampis: puto enim, de illa loqui Guilielmum Tyrium *Hist. l. XVI.* scribentem: ad locum perveniunt, qui antiquo Adratum dicitur vocabulo, nunc autem vulgari appellatione dicitur civitas Bernardi de Stampis. Est autem una de urbibus suffraganeis, quae ad Bostrensem metropolin habent respectum. In tabula veteri Peutingeriana collocatur inter Bostra & Capitoliada, Capitolias autem inter Adraa & Gadara.

Episcopos Adraorum in actis conciliorum hos memoratos invenio,

ARABIONA. In conciliabulo Seleuciensi habito anno 359. fuit Ἀραβίων Ἀδράων episcopus. Hic post Exeresium Gerasorum episcopum recensetur. Conservavit nobis haec nomina, ut & aliorum, qui ei concilio subscripserunt, Epiphanius haeresi LXXIII. *pag. 874.* Miror, haec nomina non fuisse inserta suis locis in *Tomo II.* conciliorum generalium *pag. 804.* ubi de hoc conciliabulo agitur. Sed Baluzium video haec inseruisse supplemento suo *pag. 66.*

URANIUM. Memoratur Uranius episcopus *Adranensis*, vel ut in aliis codicibus legitur *Adarensis*, in actis concilii Constantinopolitani inter Oecumenica secundi habiti anno 381. vide *tomum II.* conciliorum generalium *pag. 956.* Scio, Adranam esse urbem Osroenae, sed haec Adraa hoc loco esse intelligenda patet, quod provinciae Bostron fuerit. Ita enim illic legitur

Provinciae Bostron.

Elpidius Dionysiensis
Uranius Adranensis.

At Dionysias in actis Concilii Niceni primi jungitur, uti urbs Arabiae cum Bostris, Philadelphia aliisque urbi Adraorum vicinis. Adde quod & alibi Ἀδράνων legatur pro Ἀδραῶν iis locis, quibus dubitari non potest, Adraa esse intelligenda.

p. 549. PROCLUM. Subscripsit concilio Chalcedonensi habito anno 451. vide *tomum IV.* conciliorum generalium *pag. 80.* Ibi legitur

Πρόκλε Ἀδράνων
Ἐκλογίς Φιλαδελφείας.

In quibusdam codicibus Latinis legitur *Adarae Arabiae*, vel *Adaurorum*. Sed in secunda actione hujus concilii, *pag. 330.* Ἀδράνων. In actione sexta hujus concilii est Σαρδάνων. Vide *pag. 588.* Verum Σ ex voce praecedenti πόλεως videtur adhaesisse voci Ἀδραῶν. Non est dubium legendum Ἀδραῶν.

In actione quinta & decima ejusdem concilii *tom. IV.* conciliorum generalium, ubi nomina episcoporum, qui subscripserunt huic concilio, a Sirmondo descripta ex codice antiquissimo Maffei leguntur appellatur

Proclus Adraonensis,

Ridicule. Ex Ἀδραῶν factum est *Adraonensis*, uti mox ex voce Κανώθας natus est *Theodosius Canothasiensis*, quum vel pueris notum sit, Κάνωθα & Ἄδραα esse in casu recto, non Κανώθας & Ἀδραῶν. At hinc forte est, quod antea invenerimus τὸ *Adranensis* natum ex *Adraonensis* & hoc ex Ἀδραῶν.

ADULLAM.

עֲדֻלָּם, Urbs in tribu Judae *Jos. 15. 35.* Eusebius vicum fuisse magnum suo tempore 10. miliaribus ab Eleutheropoli ortum versus scribit, & ad vocem Ἐγλώμ, quam male ac Ὀδολλὰμ (ita scribit ipse auctor *libri II. Macc. 12. 38.* & Josephus Ὀδολάμ. *Antiq. VIII. 3.*) eandem facit, illam villam ibidem 10. miliaribus ab Eleutheropoli collocat, ubi tamen Hieronymus habet *in duodecimo lapide.* Josephus hanc vocat Ἀδελλάμην πόλιν. *Ant. VI. 14.* Mihi tamen non videtur istam Adullam, cujus Josua meminit, & quae sita dicitur *commate 33.* in regione campestri, esse quaerendam ad ortum Eleutheropolis. Ibi erant montana Judae, non campi.

AELIA,

AELIA, vide JERUSALEM.

p. 550.

AENON.

Αἰνὼν, locus ubi Johannes baptizabat, prope Salim, quod illic multae aquae essent, *Joh. 3. 23.* Distabat 8. miliaribus a Scythopoli versus meridiem juxta Salim & Jordanem, teste Eusebio.

AGALLA.

Ἄγαλλα. Urbs trans Jordanem. Josephus *Antiq. XIV. 2.* Una erat ex urbibus duodecim, quas rex Alexander Arabibus eripuerat. Sunt autem hae Medaba, Naballo, Livias, Tharabasa, Agalla, Athone, Zoara, Horone, Marissa, Rydda, Lyssa, Oruba. Hinc non liquet, an in regione Israëlitica, id est ad septentrionem Arnonis fuerit, an in Moabitide ad austrum Arnonis. At non dubito, nomen Ἄγαλλα indicare urbem Moabiticam in sacris literis אגלים *Eglaim* dictam *Jes. 15. 8.* Tempore Eusebii dicebatur Ἀγαλλείμ aberatque octo miliaria ab Areopoli versus austrum: adeoque in Moabitide fuit. In illa serie urbium duodecim plures erant, quas Moabitidi codex sacer attribuit, uti Medaba, Zoar, Choronaim. Vide *Jes. 15. 2. 5.*

AGATHOPOLIS.

Agere decrevimus non modo de illis urbibus Palaestinae, quas jure ei tribui putamus, verum etiam de iis, quae injuria. Inter has est Agathopolis. Lego in actis concilii Chalcedonensis, actione quinta decima, inter nomina episcopum Palaestinae primae, uti illa a Sirmondo ex scripto codice Maffaei antiquissimo notata sunt

Praelius Agathopolitanus.

Ego non dubito, corruptum esse nomen utrumque, & legendum arbitror

Heraclius Azotopolitanus.

p. 551. Audax conjectura, dicet aliquis. Sed, ut perspici possit, quam illa certa sit, videamus primum indicem episcoporum ex codice Maffaeano. Ibi sic legitur

Provinciae Palaestinae primae episcopi IX.
Juvenalis Hierosolymitanus
Glucon Caesariensis per Sozinum
episcopum Edinensem.

NB. Lege *Minoidensem.* Nam in actis hujus concilii, *tom. IV.* conciliorum general. *pag. 80. & seqq.* legitur in versione Latina *Glycone Caesariensi per Zozimum episcopum Minoidensem.*

Leontius Ascalonitanus.
Photinus Diospolitanus.
Paulus Anthedonensis.
Praelius Agathopolitanus.
Pancratius Enodensis.

In aliis *Abiadensis:* propius ad veram lectionem, nam legendum est *Libiadensis.*

Polychronius Antipatridensis.
Stephanus Jamniensis.

Conferamus haec cum serie episcoporum, quae legitur in nova collectione conciliorum Stephani Baluzii *pag. 1239.* ubi hoc ordine recensentur

Leontius episcopus Ascolonis.
Photinus episcopus Lyddae.
Paulus Anthedonis.
Heraclius Azoti.

p. Quis porro dubitet, ita legendum esse, uti conjecimus? Heraclium Azo-
552. ti fuisse episcopum ex actis Ephesi quoque liquet insertis actis concilii Chalcedonensis, *tom. IV.* conciliorum *pag. 118.* Vide & eundem *tomum pag. 80.*

AGLA.

Ἄγλα. Vicus distans 10. miliaribus ab Eleutheropoli Gazam versus. Eusebius ad vocem Βηθαλαίμ.

AGRIPPIAS.

Urbs Anthedon ab Herode hoc nomen accepit. Josephus *Antiq. XIII. 21.* Vide infra ad vocem *Anthedon.* Agrippae nominis originem Gellius *lib. XV. c. 16.* Noctium Atticarum his verbis tradit. *Quorum in nascendo non caput, sed pedes primi extiterant (qui partus difficillimus aegerrimusque habetur) Agrippae appellati; vocabulo ab aegritudine & pedibus confecto.* Aliter Plinius *l. VII. c. 8. In pedes procedere nascentem contra naturam est, quo argumento eos appellavere Agrippas, ut aegre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quamquam is quoque adversa pedum valetudine, misera juventa,* &c. Reliqua huc non spectant. Illud de *pedum valetudine* conferri cum etymologia Gelliana vocis Agrippae velim.

AI.

עַי, Urbs sita prope Bethaven *Jos. 7. 2.* Bethel erat ad occidentem, Ai ad orientem. *Gen. 12. 8.* Manebant inter Bethel & Ai ad occidentem Ai *Jos. 8. 9.* Castrametabantur ad septentrionem Ai, ubi inter illos & Ai vallis erat, *ibidem, commate II.* Ai est ad latus Bethelis *Jos. 12. 9.* Josepho haec urbs Ἀΐνα dicitur pro quo Ἄννα legisse videtur Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς scribens Ἄννα, πόλις τῆς Ἰουδαίας, ὑπὲρ Ἰεριχοῦντα. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνναυίτης, ὡς Ἰώσηππος. *Anna, urbs Judaeae supra Jerichuntem sita. Nomen gentile est Annanites, uti tradit Josephus.* Zonaras eandem urbem Ναΐν vocat *lib. I. pag. 46.* Ceterum Ἀΐνα, uti Josephus eam urbem vocat, etiam appellatur in versione Pentateuchi Samaritana *Gen. 12. 8.* p.
עינה *Aina.* Sed alibi *Gen. 13. 3. Caphra:* nam pro eo, quod in contextu 553.
Hebraeo est בין בית אל ובין העי *inter Bethel & Ai,* Samaritanus interpres reddit בין בית חילה ובין כפרה *Inter Beth Chala & Caphra.* Videtur etiam עי fuisse in Ammonitide *Jerem. 49. 3.* Ruinae parvae hujus urbis monstrabantur adhuc aetatae Hieronymi: uti ipse testatur ad vocem *Agai.* Nam Ἀγγαὶ scriburt hoc nomen *oi ó.*

AIALON.

Urbs in tribu Dan. *Jos. 19. 42.* & *21. 24.* Ἰαλὼ Epiphanio *l. II. adv. haer. p. 702.* Ἠλὼμ Josepho, Αἰλὼμ Eusebio in Onom. Hieron. epitaphio Paulae. *Atque inde (Nicopoli) proficiscens ascendit Bethoron inferiorem & superiorem urbes a Salomone conditas; sed varia postea bellorum tempestate deletas: ad dexteram aspiciens Ajalon & Gabaon.* Situm urbis Ajalon ita describit Eusebius in Onomastico tradens, adhuc suo tempore superesse vicum Ajalon ad ortum Bethelis tribus inde miliaribus dissitum, (lege illic κώμης ἔτι νῦν & mox πόλεις Σαεὶλ) non procul a Gabaa & Rama, urbibus Saulis. Hieronymus addit, Hebraeos affirmare, Ajalon vicum esse juxta Nicopolin secundo lapide pergentibus Aeliam. Quodque paulo post legitur apud eundem Hieronymum: *est hodie vicus alius,* corrige, *vicus Alus,* κώμη Ἄλας. Liquet ex Eusebio.

Quaeritur, quae sit Ajalon commemorata *Jos. 19. 42.* uti oppidum tribus Dan. Certe non illa, quam Eusebius ad ortum Bethelis collocat, ubi tribui Dan locus nullus erat. Ergo alia prope Nicopolin, quae & videtur intelligenda *Jos. 10. 12.*

Ad situm hujus urbis etiam faciunt haec verba *2. Chron. 28. 18. Philistaei irruerant in urbes agri depressi & meridianas Judae, capientes Bethschemes, Ajalon, Gederoth, Thimnam & vicos ejus, Gimzu & vicos ejus.* Bethschemes & Ajalon & Thimna junguntur, uti *Jos. 19. 41. 42. 43.* urbes Dan, Ir Schemesch (Nicopolis) Ajalon & Thimna, hae autem sitae sunt in regione campestri: at Ajalon illa, quae ad ortum Bethelis erat, longe diversa est.

Est etiam urbs hoc nomine in Zabulon *Jud. 12. 12.* cujus meminit Eusebius ad vocem Ἀιαλλίν. Quid si putetur eadem ac אלון (quae אילון p.
scribitur in Gem. Hier. Megilla *fol. 70. col. 1.*) quae in Nephtali quidem 554.

ſita fuit: ſed, quum Nephtali & Zabulon contiguae fuerint, forſitan haec in confiniis fuit.

A I J A.

עַיָּה, Urbs in tribu Benjamin. *Nehem. 11. 31.*

A J I N.

עַיִן, Urbs in auſtrali parte tribus Judae *Joſ. 15. 32. Num. 34. 11.* Euſebius ſcribit, eſſe vicum Βηθαὶν diſſitum 2. mill. a terebintho, 4. a Chebron. Nos ſuſpicamur, hujus urbis mentionem fieri in libro Judithae *cap. 1. comm. 8.* ubi Βετάνη nuncupatur. Vide, quae ad hanc opinionem firmandam facere arbitramur ad vocem Βετάνη.

A I L A.

Haec eſt urbs Idumaea in ſacris literis אילת dicta *2. Reg. 16. 6.* a Judaeis occupata, dein a Syris. Ἐιλάνη Joſepho *Antiquit. VIII. 2.* & Ἠλὰθ *Antiq. IX. 12.* Ἐλὰς poſtea nuncupata, & tributa Palaeſtinae tertiae Vide notitias veteres Eccleſiaſt. ſupra *pag. 217.* Theodoret. *quaeſt. 44. in lib. IV. Regum.* Ποία πόλις Αἰλών; *Quaenam urbs eſt Ailon?* Ἣν νῦν ὀνομάζουσιν Αἰλὰν (ita etiam Euſebius καλεῖται νῦν Αἰλὰ) κεῖται δὲ ἐν τῷ σόματι τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου, ὃν ἐρυθρὰν προσαγορεύουσι θάλασσαν. *Ea quae nunc appellatur Aila. Sita autem eſt in oſtio Sinus Arabici, quem mare rubrum nuncupant.* Idem in *Jerem. 49.* Αἴλὰμ πόλις ἐςὶν ἐν τῷ σομίῳ τῆς ἐρυθρᾶς κειμένη θαλάττης. Ἐμπόριον δὲ ἦν τοῦτο πάλαι λαμπρὸν καὶ νῦν οἱ πρὸς Ἰνδὸς ἀποπλέοντες ἐκεῖθεν ἀνάγονται. *Ailam urbs eſt in ore maris rubri ſita: olim erat emporium celebre, & nunc quoque hinc in Indiam navigare ſolent.* Hieron. ad *cap. 47. Ezech. Maris rubri, in cujus litore Ahila poſita eſt, ubi nunc moratur legio & praeſidium Romanorum.* Idem in vita S. Hilarionis Eremitae. *Urbis Ailae, quae mari rubro imminet.* Procopius *lib. I.* de bello Perſico *cap. 19.*

p. 555. Τὰ Παλαιςίνης ὅρια πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐς θάλασσαν τὴν ἐρυθρὰν καλουμένην διώκηνται· αὕτη δὲ ἡ θάλασσα ἐξ Ἰνδῶν ἀρχομένη, ἐνταῦθα τελευτᾷ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Καὶ πόλις Αἴλὰς καλουμένη πρὸς τῇ ταύτης ἠϊόνι ἐςὶν, ἔνθα ἡ θάλασσα (ὥσπερ μοι εἴρηται) ἀπολήγουσα, πορθμός τις ἐς ἄγαν ςενὸς γίνεται. Καὶ αὐτὸν ἐνθένδε ἐσπλέοντι ἐν δεξιᾷ μὲν ὄρη τὰ Αἰγυπτίων πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα ἐςίν· ἐπὶ θάτερα δὲ χώρα ἔρημος ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖςον διήκει πρὸς βορρᾶν ἄνεμον· ἥτε γῆ αὕτη τῷ ἐσπλέοντι ἑκατέρωθεν ὁρατὴ γίνεται μέχρι ἐς τὴν Ἰωτάβην καλουμένην νῆσον, Αἴλᾶ πόλεως ςαδίους ἐχ' ἧσσον ἢ χιλίους διέχουσαν. ἐνθα Ἑβραῖοι αὐτόνομοι μὲν ἐκ παλαιοῦ ὠκήντο ἐπὶ τούτου δὲ Ἰουςινιανοῦ βασιλεύοντος κατῴκοοι Ῥωμαίων γεγένηνται. *Fines orientales Palaeſtinae pertinent uſque ad mare rubrum, quod ab Indorum regione incipit, & illic terminat ditionem Romanorum. Urbs autem Ailas nuncupata litori ejus adjacet, ubi mare (quemadmodum dictum eſt) in ſinum arctatur anguſtiſſimum, quem qui intrant ex illa parte a dextra quidem montes Aegyptiorum verſus meridiem procurrentes habent, a laeva ſolitudinem, quae ad ſeptentrionem longiſſime patet. Porro utrinque*

que terra conſpici poteſt, inde uſque ad inſulam Jotaben ſtadiis haud minus mille ab urbe Aila diſſitam, cujus incolae Hebraei, ſui olim juris, tempore Juſtiniani Romanorum imperio ſubjecti ſunt. Procopius alter, Gazaeus, in comm. ad *lib. IV.* Regum *cap. 14.* Τὴν Αἰλώμ. Τὴν νῦν ὀνομαζομένην Αἴλάν, ἐπὶ τῷ σόματι τοῦ Ἀραβικοῦ κόλπου κειμένην, ὃν ἐρυθρὰν προσαγορεύουσι θάλατταν. *Aelom. Quae nunc Aila appellatur ad oſtium ſinus Arabici ſita, quem mare rubrum appellant.* Euſebius in Onom. ad vocem *Elath* ſcribit, urbem hanc decem miliaria abeſſe a Petra verſus ortum ἀπὸ ι σημείων Πέτρας πρὸς ἀνατολάς. Petra autem abfuit tantum 400. ſtadia a lacu aſphaltite. Ab Elath vero uſque ad Gazam ſunt 150. miliaria Romana, teſte Plinio, aut 1260. ſtadia, uti alii ſcribunt.

Hanc, devictis Idumaeis, David poſſedit & Salomo *2. Sam. 8. 14. coll. 2 Chron. 8. 17.* Poſtea quum eam recuperaſſent Edomaei, Azarias eam imperio Judaico iterum adſcivit *2. Reg. 14. 22.* Sed rex Syrorum Rezin denuo eam Judaeis eripuit *2. Reg. 16. 6.* nec poſtea Judaei hac urbe potiti ſunt.

Epipanius hujus meminit ſcribens, nomen ejus Αἴλὰ, ἥτις ἐςὶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ Αἰλών, *quae in ſacro Codice Aelon appellatur:* addit, eſſe unum e tribus portubus maris rubri: reliquos duos eſſe illum, qui ἐπὶ τὸ Κάςρον τοῦ Κλύσματος, *ad Caſtrum Clyſmatis eſt*, & alterum ad Berenicen. Vide eum *lib. II. adv. haer. p. 618.* Strabo eam Αἴλαν nuncupat, dicitque, inter Gazam & hanc urbem eſſe ſtadia 1260. quod & Marcianus Heracleota ſcribit. Id efficeret 157. millia paſſuum. Plinius ſcribit, eſſe 150. M. P. Quae differentia in tam magno intervallo exigua eſt. p. 558.

Ab Aila itinere dierum trium verſus orientem diſtabat oppidum פארן *Paran*, per quod iter fecerunt Iſraëlitae, teſte Euſebio ad vocem Φαράν. Hoc quoque illuſtrare poteſt loca manſionum Iſraëliticarum in deſertis Arabiae.

Epiſcopi hujus urbis in actis conciliorum hi commemorantur. Videamus, ut ſubſcripſerint, ut & inde varians ſcriptio nominis diſcatur.

PETRUS primus eſt. Subſcripſit concilio Niceno primo inter epiſcopos provinciae Palaeſtinae ita,

Petrus Ahilae.

Vide *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 51.* Hinc diſcimus (& id confirmant, quae mox adſcribemus) jam tempore Euſebii & Hieronymi urbem hanc Ailam inter urbes Palaeſtinae locum habuiſſe, adeoque non erraſſe Hieronymum ſcribentem in libro *de ſitu & nominibus urb. ac loc.* ad vocem *Ailath*, illam eſſe *in extremis finibus Palaeſtinae.* Quum vero Palaeſtina diſtinguitur in primam, ſecundam & tertiam, haec attribuitur tertiae. Vide ſupra *lib. I. cap. XXXV.*

BERYL-

BERYLLUS. Subscripsit Concilio Chalcedonensi inter Oecumenica quarto, habito anno 451. contra Eutychem. Vide *tom. IV.* Conciliorum generalium *pag. 80.* Illic legitur

Βηρύλλος Ἀλοῦ.

In codicibus Latinis legitur *Alalae civitatis*, in aliis *Aili*, & *Abilae* (plane uti in actis Concilii Niceni) & in Graecis quibusdam Ἀειλοῦ, sic ut
p. 557. non videatur dubitandum, eandem hic urbem Ailam intelligi. In secunda actione hujus concilii, *tom. IV.* conciliorum *pag. 327.* legitur

Βηρύλλος Ἀιλοῦ.

Et in actione sexta decima, ibidem, *pag. 800.*

Βηρύλλος Ἀιλοῦ.

Praeterea non tantum mentio Elusae & Segor, urbium Palaestinae tertiae, quae mox urbis Ἀιλοῦ commemorationem sequuntur, hanc opinionem firmat, sed quod in actione quarta hujus concilii, *pag. 494.* appellatur idem episcopus Ἀϊλοῦ τῆς Παλαιστίνης τρίτης. Illic autem ex ordine & adjectione vocum Παλαιστίνης πρώτης, δευτέρας &c. licet colligere, has urbes fuisse

Palaestinae primae.	*secundae.*	*tertiae.*
Ascalonem.	*Capitoliada.*	*Ailam.*
Lyddam.	*Pellam.*	*Elusam.*
Anthedona.	*Tiberiada.*	*Zoaram,*
Azotum.	*Gadara.*	
Jamniam.		
Antipatrida.		
Liviada.		
Minoida.		

Nam hoc ordine sequuntur, & *episcopo Ascalonis* additur *Palaestinae primae* & nulli alii: deinde *episcopo Capitoliadis* additur *Palaestinae secundae* & nulli praeter eum: tum *episcopo Ailae* subjungitur *Palaestinae tertiae.*

Denique in actione XV. concilii Chalcedonensis (*tomo IV.* conciliorum generalium *pag. 787.*) legitur

Provinciae Palaestinae tertiae episcopi VI.
Byrillus Eliensis.

p. In concilio Constantinopolitano habito anno Christi 536. (vide *tom. V.*
558. conciliorum generalium *pag. 116* & *141.*) video, Johannem subscripsisse pro iis, qui erant ἐν τῷ Ἀιλοῦ τῆς τρίτης Παλαιστίνης.

AITAM.

AITAM.

Ἀιτάμ. Alii codd. Ἀιτάν. Urbs tribus Judae, quae in codicibus Hebraeis non legitur, sed extat in versione, Alexandrina *Jos. 15. 60.* Videtur esse eadem atque עיטם, quae urbs tribus Judae memoratur *1. Chron. 4. 32.* & Josepho Ἠταμὲ appellatur *Antiq. VIII. 3.* & Ἤτταν capite praecedenti, uti puto. Non sinit nos de ea re dubitare comma sextum *c. 11. in lib. 2.* Chronicorum, ubi Βηθλεὲμ καὶ Ἀιτὰν καὶ Θεκωὲ legitur pro Hebraeis ביתלחם, עיטם, תקוע. Vide & infra *voc. Etam.*

AJALIN.

Recens nomen urbis אלון vel מאלון *Jos. 19. 33.* Ita scribitur in Gemara Hierosol. Megilla *fol. 70. col. 1.* Ἀιαλὶν etiam legitur apud Eusebium in Onomastico pro אילון *Ajalon*, urbe memorata *Jud. 12. 11.* ubi Ἐλὶμ & Ἀιλεὶμ Graeci habent.

* ALAMMELECH.

Urbs tribus Ascher. *Jos. 19. 26.*

* ALMON.

עַלְמוֹן, Urbs tribus Benjamin. *Jos. 21. 18.*

ALULA.

Viculus juxta Chebron in regione ad Aeliam pertinente. Hieron. in Onom. ad vocem Elul.

ALUS.

Ἀλοῦς. Vicus haud procul a Nicopoli. Eusebius in Onomast. ad vocem Ajalon.

* AMAD. p.
559.

עַמְעָד, Urbs in Ascher. *Jos. 19. 26.*

* AMAM.

אַמָּם, Urbs tribus Judae, in parte ejus australi. *Jos. 15. 26.*

AMATHA.

Ἀμαθά. Villa in vicinia Gadarorum, ubi aquae calidae (inde nomen חמת) erumpunt. Eusebius ad vocem Ἀιθάμ. In quo nunc Ἐμμαθὰ legitur pro Ἀμαθὰ Hieronymi.

AMATHA.

Ἄμαθα, ἐδετέρως, τῆς Ἀραβίας χώριον ... *Amatha, genere neutro Arabiae oppidum* ... Sunt, qui putent, hoc oppidum idem esse ac illud, quod Josephus ad Jordanem locat & Amatha vocat: mihi non probatur, quum Stephanus mox addat a multitudine arenae ita dictam, quoniam

 magna

magna pars Arabiae olim a rubro mari inundata est: at non legitur inundatio rubri maris unquam pertigisse ad Jordanem. Adde quamvis regio trans Jordanica Arabia a multis appelletur, Stephano tamen illam plerumque τρίτην Παλαιστίνην dictam, uti in Χαρακμώθα &c. Atque ita etiam hanc dixisset Palaestinae urbem.

AMATHUS.

Ἀμαθός. Urbs munita in regione trans Jordanem, cujus pars inde Ἀμαθῖτις χώρα dicitur *1. Macc. 12. 25.* עמתו dici videtur in Talmude. Vide supra *p. 308.* Aberat a Pella meridiem versus 21. miliaria, sita in Peraea inferiore τῇ κατωτέρᾳ: ita scribit Eusebius ad vocem Ἀιθάμ, cujus tempore κώμη erat. Episcopus Ἀμαθοῦντος memoratur in Concilio Chalcedonensi *tom. IV. concil. p. 118.*

p. 560. Commemoratur apud Josephum urbs Ἄμαθος, capta post Gadara, ἔρυμα munitissimum omnium, quae ad Jordanem sita erant, *Antiquit. XIII. 21.* & *de bell. 1. 3.* τῶν περὶ τὸν Ἰορδάνην. Sed in manuscripto Lipsiensi est in ultimo loco ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην trans vel ultra Jordanem. Sed περὶ idem aliquando est quod ὑπέρ. Ita Josephus *lib. II. de bell. cap. 25.* ἐκ τῆς περὶ Ἰορδάνην περαίας, quod interpres Latinus recte vertit ex regione trans Jordanem. Sic Eusebius in Onomastico Μαχαθὶ, πόλις περὶ τὸν Ἰορδάνην. Hieronymus reddit, *super* Jordanem. Quare pro περὶ illic aliam vocem substituere, non est necessarium. Diruta haec est ab Alexandro Jannaeo *Antiq. XIII. 21.* postea constituta una ex 5. totius terrae urbibus, in quibus Synedria essent. Reliquae erant Hierosolyma, Jericho, Gadara & Sipphoris *Ant. XIV. 10.* Meminit idem & regiae ἐν Ἀμάθοις crematae, sitae ad Jordanem *Antiq. XVII. 12.* Videri posset haec Amathus Josephi esse eadem ac Ramoth in Gilead, urbs celebris. Certe eandem urbem, quam Ἀμαθὰ vocat *Antiq. XVII. 12.* alibi videlicet *lib. II. cap. 2. de bello* Βηθαράμαθον vocat, quae vox clara vestigia vocis Ramoth continet.

AMERUTHA.

Ἀμήρυθα. Vicus superioris Galilaeae a Josepho munitus. Ita scribit in vita *pag. 1013.* Videtur esse Μηρώθ & in loco parallelo *lib. II. de bell. c. 25.* Μηρὼ appellatur. Quia autem sequitur illic Χαράξη, quod refingimus (vide supra *pag. 182.*) in Ἀχαβάρη, A ultimum ex Ἀμήρυθα tolli potest.

AMMAUS.

Ἀμμαοῦς. Ubi thermae sunt, prope Tiberiada. Josephus *Antiq. XXIII. 3.* ibi castrametabatur Vespasianus πρὸ τῆς Τιβεριάδος *de bell. IV. 1.* & urbs Emmaus vulgo dicta ita appellatur Josepho. Vide *Emmaus*, & supra *pag. 429.*

ANAB.

ANAB.

עֲנָב, Urbs in montanis tribus Juda. *Jos. 11. 21.* Hanc putabat Eusebius esse vicum Betoannab, dissitum 4. mill. a Diospoli versus orientem: sed Hieronymus scribit, plerosque affirmare, eum in octavo ab ea miliario situm & appellari Bethannabam.

ANABLATHA.

Villa in dioecesi episcopi Hierosolymitani, non longe a Bethel. p.
Meminit ejus loci Epiphanius episcopus Salaminis in Cypro in epistola 561.
ad Johannem episcopum Hierosolymitanum, quam Hieronymus Latine reddidit. *Praeterea quod audivi, quosdam murmurare contra me, quia quando simul pergebamus ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum ex more ecclesiastico facerem, & venissem ad villam, quae dicitur Anablatha, vidissemque ibi praeteriens lucernam ardentem & interrogassem, quis locus esset, didicissemque, esse ecclesiam & intrassem, ut orarem, inveni ibi velum pendens in foribus ejusdem ecclesiae tinctum atque depictum & habens imaginem, quasi Christi vel Sancti cujusdam. Non enim satis memini, cujus imago fuerit. Cum ergo hoc vidissem in ecclesia Christi contra auctoritatem scripturarum hominis pendere imaginem, scidi illud & magis dedi consilium custodibus ejusdem loci, ut pauperem mortuum eo obvolverent & efferrent. Illique contra murmurantes dixerunt, si scindere voluerat, justum erat, ut aliud daret velum atque mutaret. Quod cum audissem, me daturum esse, pollicitus sum & ilico esse missurum.*

* ANACHARATH.

אַנְחַרַת, Urbs in Jissascar *Jos. 19. 19.*

* ANANJA.

עֲנַנְיָה, Urbs in Benjamin. *Neh. 11. 32.*

ANATHOTH.

עֲנָתוֹת scribi solet: verum & permutatis literis ejusdem organi, ut Grammatici loquuntur, אנתות. Vide *Jerem. 29. 27.* Epiphanio lib. de vitis Prophetarum *pag. 239.* Ἀναθώθ. Ita & Josephus & III. liber Ezrae *cap. 5. comm. 33.* Urbs erat tribus Benjamin. *Jos. 21. 18.* distans Hierosolymis spatio miliarium trium, teste Eusebio ad hanc vocem. Hieronymus, ad *cap. 1. Jerem. qui habitabant contra septentrionem* p.
Jerusalem in tertio miliario & viculo Anathoth. Idem ad *cap. 11.* in vicu- 562.
lo Anathoth, *qui ab Jerosolymis tribus distat millibus.* Et ad *Jerem. 31. A turre Anathoth, quae hodie apellatur Jeremiae, tribus a Jerusalem millibus separata.* Josepho dicitur viginti stadia abesse Hierosolymis, i. e. duo miliaria & dimidium *Antiq. X. 10.* Quia Anathoth etiam nomen viri est *Neh. 10. 19.* ideo *Neh. 7. 27.* אנשי ענתות dici videtur, non בני, quia

 hoc

hoc ambiguum eſt. Graeci itaque male reddunt & hic & *Ezrae 11. 23.* υἱοὶ Ἀναθὼθ: quod ἄνδρες eſſe debuerat, uti mox ἄνδρες Καριαθιαρίμ &c.

Non videtur huic loco alienum, quia prima ſe nunc offert occaſio, ſi indicem, qui *Nehem. 7. 27.* legitur exhibeamus. Illic enim non modo videbimus, quo pacto mutatum ſit a librariis nomen urbis Anathoth, ſed & quae urbes aliis vicinae ſint, & quomodo illa nomina diverſis locis ſacri codicis ſcripta extent. Poterit hic index nobis eſſe utilis in reliquis, & ita uno obtutu oculis ſuis lectores videbunt expoſitum, quo modo nomina urbium, ſeu gentilia potius aut topica inde ducta, legantur. In hac ſerie mixta ſunt nomina urbium & virorum. Urbes certe hic aliquas recenſeri patet ex praepoſito אנשי & ſubjunctis nominibus Jerichuntis, Kirjathjearim, Beeroth: aliqua tamen eſſe virorum nomina liquet ex *Nehem. 10. 15.* ubi viginti fere nomina priora illius indicis, quem ex Ezrae *capite 11*, & *Nehemiae VII*, damus, habentur.

NB. א' ſignificat אנשי
ב' ſignificat בני
Atque ita in Graecis Υ. indicat υἱὲς & Α. ἄνδρας.

INDEX

eorum, qui cum Zerubbabele redierunt in terram Iſraëliticam.

Ezrae cap. 11. 3.	*Graeca Ezrae.*	*Nehemiae VII. 7.*	*Graeca Nehemiae.*
ב' פרעש	Υ. Φαρὲς.	ב' פרעש	Υ. Φόρος.
ב' שפטיה	Υ. Σαφατία	ב' שפטיה	Υ. Σαφατία
ב' ארח	Υ. Ἄρες	ב' ארח	Υ. Ἠρὰ
ב' פחת מואב	Υ. Φαὰθ Μωάβ.	ב' פחת מואב	Υ. Φαὰθ Μωάβ
ב' עילם	Υ. Ἀιλὰμ	ב' עילם	Υ. Αἰλὰμ
ב' זתוא	Υ. Σαθθαὰμ	ב' זתוא	Υ. Ζαθθία
ב' זכי	Υ. Ζακχὲ	ב' זכי	Υ. Ζακχὲ
ב' בני	Υ. Βανὶ	ב' בנוי	Υ. Βανεὶ
ב' בבי	Υ. Βαβαὶ	ב' בבי	Υ. Βηβὶ
ב' עזגד	Υ. Ἀσγὰδ	ב' עזגד	Υ. Ἀσγὰδ
ב' אדניקם	Υ. Ἀδωνικὰμ.	ב' אדניקם	Υ. Ἀδωνικὰμ
ב' בגוי	Υ. Βαγεὰ	ב' בגוי	Υ. Βαγοῖ
ב' עדין	Υ. Ἀδὶν	ב' עדין	Υ. Ἠδὶν

p. 563.

ב' אטר

ב' אטר	Υ. Ἀτὴρ	ב' אטר	Υ. Ἀτὴρ
		לחזקיה	Υ. Ἠζὰμ
ב' בצי	Υ. Βασσὲ	ב' חשם	Υ. Βεζεὶ
ב' יורה	Υ. Ἰωρὰ	ב' בצי	Υ. Ἀρὶφ
ב' חשם	Υ. Ἀσὲμ	ב' חרף	Υ. Ἀσὲν
ב' גבר	Υ. Γαβὲρ	ב' גבעין	Υ. Γαβαὼν
ב' בית לחם	Υ. Βεθλαὲμ	א' בית לחם	Υ. Βαιθαλὲμ
א' נטופה	Υ. Νετωφὰ	ונטופה	Υ. Ἀτωφὰ
א' ענתות	Υ. Ἀναθὼθ	א' ענתות	Υ. Ἀναθὼθ
ב' עזמות	Υ. Ἀσμὼθ	א' בית-עזמות	Α. Βηθασμὼθ
ב' קרית ערים	Υ. Καριαθιαρὶμ	א' קרית יערים	Α. Καριαθιαρὶμ,
כפירה	Χαφιρὰ καὶ	כפירה	Καφιρὰ καὶ
ובארות	Βηρὼθ	ובארות	Βηρὼθ
ב' הרמה וגבע	Υ. Ῥαμὰ καὶ	א' הרמה וגבע	Α. Ἀραμὰ καὶ
	Γαβαὰ	א' מכמס	Γαβαὰ
א' מכמס	Α. Μαχμὰς	א' בית אל	Α. Μαχεμὰς
א' בית אל	Α. Βαιθὴλ καὶ	והעי	Α. Βαιθὴλ ἡ Αἰ
והעי	Ἀϊὰ	א' נבו אחר	Α. Ναβία
ב' נבו	Υ. Ναβὲ	ב' עילם אחר	Α. Ἠλαμαὰρ
ב' מגביש	Υ. Μαγεβὶς	ב' חרם	Υ. Ἠρὰμ
ב' עילם אחר	Υ. Ἠλαμὰρ	ב' ירחו	Υ. Ἰεριχὼ
ב' חרם	Υ. Ἠλὰμ	ב' לוד חדיד	Υ. Λοδαδὶδ καὶ
ב' לוד הדיד	Υ. Λοδαδὶ καὶ	ואונו	Ὠνὼ
ואנו	Ὠνὼ	ב' סנאה	Υ. Σαναὰ
ב' ירחו	Υ. Ἰεριχὼ		
ב' סנאה	Υ. Σεναὰ		

p. 564.

Haec nomina maxima ex parte etiam leguntur *Neh. 10. 15.* & *lib. III.* Ezrae *cap. 5. 9.* quae conferri debent.

Conferamus cum his duplicem aliam ſeriem virorum, in qua etiam nomen ab urbe Anathoth ductum invenitur: & inde enim nomina urbium quaedam illuſtrantur.

NB. *Compendii cauſa indicium nominis proprii una litera feci, qua de ἐθνικοῖς potiſſimum agitur.*

Ex 2. Sam. 23.	*Graeca ex 2. Sam. 23. 25.*
ש' החררי	Ῥεδαῖος
א' החרדי	Κελωθὶ
ח' הפלטי	Θεκωΐτης

ע' חתקעי

ע׳ התקעי	Ἀνωθίτης
א׳ הענתתי	Ἀνωθίτης
מ׳ החשתי	Ἀωΐτης
צ׳ האחתי	Νετωφατίτης
מ׳ הנטפתי	Ἐκ Γαβαὲθ υἱὸς
ח׳ הנטפתי	Βενιαμὶν τε
א׳ מגבעת בני בנימ׳	Ἐφραθαίε
ב׳ פרעתני	
ת׳ מנחלי געש	
א׳ הערבתי	
ע׳ הברחמי	
א׳ השעלבני	Βαρδιαμίτης
ש׳ החרדי	Σαλαβωνίτης
א׳ הארוי	Ἀρωδίτης
א׳ בן המעכתי	Σαραχείτης
א׳ הגילני	Ἀσβίτης
ח׳ הכרמלי	Μαχαχαχὶ
פ׳ חארבי	Γελωνίτης
ר׳ מצובה	Καρμήλιος
ב׳ הגדי	Οὐραιοεχὶ
צ׳ העמוני	Ἀμμανίτης
נ׳ הבארתי	Βηθωραῖος
ע׳ היתרי	Ἐθιραῖος
ג׳ היתרי	Ἐθεναῖος
א׳ החתי	Χετταῖος

p. 565.

Eadem. *ex 1. Chron. 11. 27.*

ש׳ חחרודי			Ἀρωρὶ
ח׳ הפלוני	idem	*1. Chr. 27. 10.*	Φελωνὶ
ע׳ התקועי			Θεκωὶ
א׳ הענתותי	idem	*1. Chr. 27. 12.*	Ἀναθωθὶ
ס׳ החשתי	idem	*1. Chr. 27. 11.*	Οὐσαθὶ
ע׳ האחוחי	idem	*1. Chr. 27. 4.*	Ἀχωνὶ
מ׳ הנטופתי	idem	*1. Chr. 27. 13.*	Νετωφαθὶ
ה׳ הנטופתי	idem	*1. Chr. 27. 15.*	Νετωφαθὶ
א׳ מגבעת בני בנ׳			Ἐκ βενε Βενιαμὶν
ב׳ הפרעתני	idem	*1. Chr. 27. 14.*	Φαραθωνὶ
ח׳ מנחלי געש			Ἐκ ναχαλὶ Γάας

א׳ הערבתי	Γαραβαιθὶ
ע׳ הבחרומי	Βαρωμὶ
א׳ השעלבני	Σαλαβωνὶ
ב׳ הגזוני	Γιζωνίτης
י׳ החרדי	Ἀραρὶ
א׳ ההרדי	Ἀραρὶ
ח׳ המכרתי	Μεχωραθὶ
א׳ הפלני	Φελλωνὶ
ח׳ הכרמלי	Χαρμαδαὶ
ב׳ הגרי	Ἀγαρὶ
צ׳ העמוני	Ἀμμωνὶ
נ׳ הברתי	Βηρωθὶ
ע׳ היתרי	Ἰεθρὶ
ג׳ היתרי	Ἰεθρὶ
א׳ החתי	Χεττὶ

ANEA.

Ἄνεα. Vicus grandis Judaeorum in Daroma, a Chebrone versus austrum remotus miliaribus novem. Eusebius in Onom. ad vocem Ἀνὰμ, & ad vocem Ἀνσὴμ tradit, aliam esse Aneam (ita legit Hieronymus) vicinam priori, cujus omnes incolae Christiani sint, ad orientem sita alterius. Memoratur etiam Aneas vicus in finibus Eleutheropolis in actis Sanctorum *Tomo I. pag. 128.* p. 566.

* ANEM.

עֲנֵם, Urbs in Jissascar *1. Chron. 73. Jos. 21. 29.* alio nomine venit, Engannim dicta.

* ANER.

עָנֵר, Menasschitarum. Levitis data *1. Chron. 6. 20.*

* ANIM.

עֲנִים, Urbs in montanis tribus Judae. *Jos. 15. 49.* Hanc Ἀναίαν vocat Eusebius, scribitque, non longe abesse ab altera Anea villa grandi Judaeorum sita 9. miliaribus a Chebrone versus austrum. Vide eum ad vocem Ἀνσὴμ & Ἀνάμ.

ANNA.

Alii jam observarunt, esse urbem עי in V. T. & Ἄινα dictam Josepho. Stephanus Ἄννα, πόλις τῆς Ἰεδαίας, ὑπὲρ Ἱεριχέντα· τὸ ἐθνικὸν Ἀνναν ίτης. *Anna urbs Judaeae supra Jerichunta sita. Gentile est Annanites.*

ANTHEDON.

Urbs haec Palaestinae primae (vide supra *pag. 208. 215. & seqq.*) sita erat ad mare, viginti admodum stadiis a Gaza. Sozomenus *hister. V. cap. 9.* Ἔφυγεν εἰς Ἀνθηδόνα, πόλιν ἐπὶ θάλασσαν ἀφεστῶσαν Γάζης ὡς
p. εἰς ϛαδίους εἴκοσι παραπλησίως δὲ τηνικαῦτα τῷ Ἑλληνισμῷ χαίρουσαν καὶ περὶ
567. τὴν θεράπειαν τῶν ξοάνων ἐπτοημένην. *Fugit Anthedonem, urbem ad mare sitam, a Gaza autem viginti stadiis distantem, quae illo tempore superstitioni Gentium & cultui simulacrorum mire erat dedita.* Inde porro aufugit ad navale Gazaeorum. Hunc situm ad mare confirmat Ptolemaeus (vide supra *pag. 460. & 461.*) qui eam recenset inter litorales & distinguit ab Gaza, Jamnia, Lydda, ac Antipatride, in ora quidem maritima sitis, sed non ad mare: etiam nummi veteres in hac urbe cusi, inter quos unus est Antonini Caracallae inscriptus.

ΑΝΘΗΔονος ΕΤ . . . Λ. *Anno* . . . Deest prima litera index numeri. Astarte conspicitur turrita, dextra caput humanum sinistra hastam tenens, pede supra proram, in templo tetrastylo. Vide Vaillant *Numism. Graec. Impp. Augg. & Caes. pag. 115.* Alter est ejusdem Imperatoris, in quo legitur.

ΑΝΘΗΔΟΝΟC. Imaginem ejus delineatam dedit Patinus *in Numm. aer. Impp. pag. 245.* Sed alii videntur eam non in ipso litore collocare, sed ora maritima. Stephanus in Ethnicis, Ἀνθηδὼν πόλις πλησίον Γάζης πρὸς τῷ παραλίῳ μέρει. *Anthedon, urbs vicina Gazae in parte maritima.* Plinius *lib. V. 12. Rhinocolura & intus Raphea. Gaza & intus Anthedon.*

Urbs haec dicta est Agrippias ab Herode, uti Josephus tradit *Antiquit. XIII. 21.* quem locum ante oculos habuit eruditus scholiastes Lycophronis Johannes Tzetzes; quamvis vulgo, sed male, Isacio Tzetzae fratri ejus hic liber tribuatur, quod Johannes amore singulari fratris ductus nomen ejus faetui huic suo praeposuerit, uti ipse fatetur in epistola, quam primus edidit Ludolphus Kusterus noster, plurimis veteris aevi monumentis editis atque illustratis optime de re literaria meritus, in notis ad Suidam, *tomo II. pag. 473.* Sic itaque de Anthedone Tzetzes, ad *vers. 754.* Ἡ δὲ Ἀνθηδὼν, πόλις Βοιωτίας, ἣν ᾤκησαν Θρᾶκες· ὁ δὲ Ἰώσηπος καὶ τὴν νῦν λεγομένην Ἀγριππιάδα Ἀνθηδόνα φυσὶ πρότερον καλεῖσθαι. *Anthedon est urbs Boeotiae, quam incoluerunt Thraces. Josephus autem urbem, quae nunc Agrippias dicitur olim Anthedona nuncupatam fuisse testatur.* Chronicon Paschale iam Carianthedona nuncupat, voce ex Cariath (i. e.
p. urbe) & Anthedon conflata. Ita illic legitur *pag. 193. ad annum 742.*
568. Καριανθηδόνα ἐπικτίσας Ἀγρίππειαν ἐκάλεσεν. *Instauratae Carianthedoni nomen Agrippiae indidit.* Videlicet Josephus illam Ἀγριππεῖον nuncupat *lib. I. de bell. cap. 16.* Ex eodem discimus, hanc urbem in tractu maritimo ἐν ἐπιθαλαττίοις μέρεσι sitam fuisse & Agrippiada dictam ab Herode *Antiquit. XIII. 21.* Recensetur ab eodem inter oppida maritima gentibus erepta

erepta hoc ordine, progrediendo nempe a septentrione versus austrum *Antiquit. XIII. 23.* Turris Stratonis, Apollonia, Joppe, Jamnia, Azotus, Gaza, Anthedon, Raphia, Rhinocolura. Idem *Antiquit. XVIII. 8.* narrat, Agrippam inde navi profectum (εἰς Ἀνθηδόνα παραγενόμενος καὶ λαβὼν ναῦν) & *Antiquit. XIV. 10.* eam a Gabinio instauratam; denique *Antiquit. XV. 11.* Herodi redditam ab Augusto.

PAULUS Episcopus Anthedonis interfuit concilio Ephesino inter oecumenica tertio. Vide *tom. III.* conciliorum generalium *pag. 448.* & Balusii novam collectionem conciliorum *pag. 507.* Interfuit & concilio Chalcedonensi, vide *tom. IV. pag. 80.* Memoratur idem & in actis concilii Constantinopolitani insertis concilio Chalcedonensi, *tomo IV.* conciliorum generalium *pag. 238.* hoc modo

Παῦλος τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου τῆς
Ἀνθηδονέων πόλεως.

EUSTATHIUM Anthedonis episcopum commemoratum videmus in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani, *tomo V.* conciliorum generalium *pag. 192.* vide & supra *pag. 530.*

ANTIOCHI PHARANX.

Ἀντιόχου Φάραγξ. Capta fuit cum Seleucia & Gaulane ab Alexandro Jannaeo. Josephus *Antiquit. XIII. 23.*

ANTIPATRIS.

Ἀντιπατρίς. *Act. 23. 31.* ubi legitur, Paulus Caesaream profecturus
Hierosolymas venit Antipatrida. Hinc aliquo modo colligitur, non p.
fuisse hanc urbem maritimam, quia alia via Hierosolymis Caesaream 569.
brevior fuisset, quam sine ullo dubio milites ivissent. Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Ἀντιπατρὶς, πόλις, Ἡρώδου κτίσμα ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος. *Antipatris urbs, opus Herodis, Caesare Antonio.*

Habitasse illic Christianos plurimos saeculo octavo liquet ex iis, quae *anno 744.* illic accidisse narrantur. Theophanes in Chronico ad *h. a. pag. 358.* Τούτῳ τῷ ἔτει τοὺς πλείους τῶν Χριστιανῶν, ὡς συγγενεῖς τῶν προαρξάντων, ἀνεῖλον οἱ προσφάτως κρατήσαντες, δόλῳ τούτους κρατησάμενοι, εἰς Ἀντιπάτριδα τῆς Παλαιστίνης. *Hoc anno Arabes duces tunc rerum potiti multos e Christianis fraude circumventos Antipatride Palaestinae occiderunt, tanquam affinitate conjunctos cum iis, penes quos antea terrae illius dominium fuerat.*

Erat in via, quae ex Judaea in Galilaeam ducebat. Misna *Gittin. VII. m. 7.* הולך מיהודה לגליל הבא לאנטיפטרס *si proficiscatur ex Judaea Galilaeam versus, & pervenerit usque Antipatrida.* Obadias de Bartenora ad h. l. notat, Antipatrida esse locum ultimum in finibus Judaeae.

Dicitur vulgo esse Assur, vel Arsuf, oppidum maritimum in loco sylvis condensis amoeno & pascuis herbosis faecundo, uti scribit Jacobus de Vitriaco *histor. Hierosolym. c. 23.* & Guilielmus Tyrius. Sed nauci non est haec traditio statuens, Antipatrida fuisse urbem maritimam. Liquet illud ex Ptolemaeo, (vide supra *pag. 461.*) qui illam recenset non cum portu Gazaeorum, Ascalone aliisque urbibus ad litus sitis, sed Lydda, Jamnia, aliisque mediterraneis, in regione tamen maritima. Nec est, quod quis dicat, Azotum quoque a Ptolemaeo recenseri inter urbes litorales, quae tamen ad litus sita non fuit: nam duplex fuit Azotus, una ad litus παράλιος dicta, quam Ptolemaeus hic Azotum portum vocat, altera mediterranea. Vide supra *pag. 215.* Ex Josepho demonstratur id quoque clarissime, qui fossam ductam esse a Joppe Antipatrida ad impediendam invasionem hostilem scribit, quae plane inutilis & inepta fuisset, si ab uno loco maritimo ad alium se extendisset. Praeterea liquet ex Itinerariis veteribus, quae Caesarea viatores ducunt Antipatrida, dein Diospolim, non Joppen. Adde Hieronymum in epitaphio Paulae, qui Paulam suam ducit Caesarea Antipatrida, inde Diospolim, Arimathiam, Nobe, & Joppen. Deinde *repetito itinere* Nicopolim. Atqui si Antipatris ad mare sita fuisset, debuisset eam Caesarea per Antipatrida, Joppen, Diospolin, Arimathiam & Nobe Nicopolim duxisse viae compendia sectatus. Nec erat, cur *repetito itinere* Nicopolin tenderet. Haec sunt verba Hieronymi. *Deinde* (sc. a Caesarea) *Antipatrida semirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes vocaverat & Lyddam versam in Diospolim . . . . Haud procul ab ea Arimathiam viculum Joseph . . . & Nobe urbem quondam sacerdotum . . . Joppen quoque . . . . Repetitoque itinere Nicopolim, quae prius Emmaus vocabatur &c.* Si in loco Assur rudera urbis antiquae conspiciuntur, crederem potius, esse illa Apolloniae. Adrichomium male credidisse, Antipatrida esse eandem atque urbem Dora, jam notavit Cellarius.

p. 570.

Ex Josepho discimus, hanc urbem abfuisse a Joppe 150. stadia, & Jannaeum fossam duxisse ab una urbe ad aliam, ut hostes arceret, *Antiquit. XIII. 13.* Nomen vetus ei fuisse Capharsabe, & in campo Capharsabae conditam *Antiquit. XIII. 23. & XVI. 9.* Urbem fuisse παρόρειον, montibus proximam *de bell. 1. 4.* quapropter planities inter & illam Joppen interjecta debuit fossa & muro munari, ut Antiochus arceretur. Idem *l. 1. de bell. c. 16.* scribit, sitam fuisse in pulcherrimo campo ἐν τῷ καλλίστῳ τῆς βασιλείας πεδίῳ, fluviis & arboribus divitem ποταμοῖς καὶ δένδρεσι πλεσίαν. Haec omnia non conveniunt oppido postea dicto ارسوف *Arsuf*, sito ad mare inter Caesaream & Joppen 18. miliaribus Arabicis inde, 6. hinc dissitum. Vide Golii notas in Alfraganum *pag. 135.*

Episcopum Antipatridis invenio Polychronium, in concilio Chalcedonensi, inter oecumenica quarto, habito *anno 451.* Vide *tomum IV.* conciliorum generalium *pag. 80. & 118.* in actis Ephesi insertis concilio Chalcedonensi. Vide & eundem tomum *pag. 787.*

De

De situ ejus mill. X. a Lydda, XXVI. a Caesarea vide *lib. II. cap. 417.*

p. 571.

ANUA.

Ἄνεα. Vicus 15. miliaribus a Neapoli in via, quae ducit Aeliam. Eusebius. Hieronymus legit 10. pro 15.

* APADNO.

Theodoretus ad *Dan. XI.* Ἀπαδανὸν δὲ τόπον τινὰ ἔτως ὠνομασμένον ἐν πόρρω τῶν Ἱεροσολύμων διακείμενον. *Apadanum locum quendam ita appellatum non longe Hierosolymis.* Hieronymus in *Comment. ad Dan. XI. Figat tabernaculum suum in Apedno juxta Nicopolim, quae prius Emmaus vocabatur, ubi incipiunt montana Judaeae consurgere.* אפדנו scribitur *Dan. XI. 45.* & Porphyrius putavit, Apedno esse locum situm inter duo latissima flumina, sed Hieronymus ipsum refellens dicit, *in ultimae visionis calumniis immoratur flumina ponens pro mari: & montem inclytum & sanctum Apedno, quem ubi legerit, nullam potest proferre historiam.* Symmachus & Theodotion ἐν Ἀφαδανῷ reddunt: quod cum ܐܒܕܢ *Abadân*, loco culto & habitato, convenit, ita Persis dicto. Procopius *lib. II. de aedificiis Justiniani cap. IV.* meminit locorum quorundam circa Amidam a Justiniano munitorum & inter illa *Apadnae*, his verbis. Καὶ μὴν καὶ τὰ ἀμφὶ πόλιν Ἀμιδαν φρέρια, πηλῷ τε περιβεβλημένα καὶ τοῖς πολεμίοις βάσιμα παντάπασιν ὄντα, ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀνοικοδομησάμενος ἅπαντα, ἐς τῆς ἀσφαλείας τὸ ἀκριβέςατον μετεςήσατο. Ἐν οἷς τό τε Ἀπάδνας καὶ τὸ Βυρθὸν πολίχνιόν ἐςι. *Praeterea circumposita Amidae castella, quae muris tantum luteis cincta hostem excludere poterant, accurate refecit & praeclare munivit. In his sunt Apadna & Byrthum oppidulum.* Idem *lib. V. cap. IX.* memorat μοναςήριον εἰς τὸ Ἀπάδνας ἐν Ἰσαυρίᾳ, *monasterium Apadnense in Isauria.*

APATHOS.

Ῥεγεὼν Ἀπαθῶς. Mentio ejus fit inter Sebasten & Jerichunta in Notitiis veteribus Eccles. Erat in Palaestina prima. Vide supra *lib. I. cap. XXXV.*

p. 572.

APHAEREMA.

Ἀφαίρεμα. Una ex tribus toparchiis Judaeae ex Samaritide adjectis *1. Macc. 11. 34.* Vide de ea supra *lib. I. pag. 178. 179.*

APHEC.

Urbs tribus Ascher *Jos. 19. 31.* quae & Aphic אפיק dicitur, vicina regioni Sidoniorum, *Jos. 13. 4.* Creditur quibusdam eadem ac urbs Ἄφακα in Libano sita ad flumen Adonim, cujus meminit Sozomenus *hist. 11. 5.* ὁ ἐν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης περὶ τὸν Λίβανον τὸ ὄρος καὶ Ἄδωνιν τὸν ποταμόν. Meminit & Eusebius de vita Constantini III. 55. Theophanes

nes in Chronico *pag. 18.* Τότε κατεσκάφη ὁ ἐν Αἰγαις Ἀσκληπίε ναὸς καὶ ὁ ἐν Ἀφάκοις τῆς Ἀφροδίτης. *Tunc Templum Aesculapii ad Aegas & Veneris Aphacis eversum est.* Verum illa urbs ultra fines terrae Israëliticae & urbem Sidona versus septentrionem nimis sita fuit, quam ut credi possit, esse eadem isti urbi, quae a Josua commemoratur.

Est etiam urbs hoc nomine prope Jizrael. *1. Sam. 29. 1.* & alia in tribu Judae *1. Sam. 4. 2.* quae & אפקה *Jos. 15. 53.* Josepho *Antiq. VII. 1.* Ἄμφεκα. Sunt, qui etiam in Syria urbem fuisse hoc nomine volunt, de qua agitur *1. Reg. 20. 26.* quam tamen Josephus *Ant. VIII. 8.* scribit in campo magno sitam fuisse, qui *bell. 11. 23.* & Ἀφαίκα πύργον commemorat. Eusebius in Onomastico notat suo tempore vicum Apheca fuisse circa Hippon urbem Palaestinae.

APHRA.

Vicus ad ortum Bethelis, 5. miliaribus inde remotus. Hieronymus in Onomastico. Eusebius scribit, hujus vici nomen Ἀφρήλ. Videtur ejus mentio fieri in Notitia Imperii his verbis, *Cohors duodecima Valeria Afro.*

APHRAIM.

p. 573. Ἀφραίμ. Vicus distans Legione versus boream 6. miliaria. Eusebius in Onomastico.

APHTHA.

Ἄφθα vicus. Patria Phani filii Samuelis, qui electus sorte Pontifex M. nesciebat, quid ipsum munus Pontificis esset. Josephus *de bell. IV. 5.*

APOLLONIA.

Urbs maritima, aut certe non longe a mari inter Caesaream Palaestinae & Joppen. Josephus *Antiq. XIII. 23.* eam hoc ordine recenset. Meminit etiam Plinius hoc modo *lib. V. 13.* inter Joppen & Caesaream: atque ita anonymus Ravennas *Caesarea, Apolonia, Joppis,* & Ptolemaeus eodem ordine. Vide supra *pag. 460.* In tabula veteri Peutingeriana Apollonias dicitur & inter utramque urbem modo memoratam media interponitur.

* ARAB.

ארב, Urbs tribus Juda. *Jos. 15. 52.*

ARABA.

עֲרָבָה, Urbs tribus Benjamin. *Jos. 18. 18.* Vide *Betharaba.* Fuit etiam vicus hoc nomine Ἀραβα, vel Ἀραυα in finibus Diocaesareae, & alius tribus milliaribus a Scythopoli versus occidentem. Eusebius. Forsitan haec est ערב *Arab*, ubi erat R. Jochanan Ben Zaccai. Vide codicem Schabbath, *cap. XVI. 7.*

ARAD.

ARAD.

ערד, Urbs Judae, ad cujus austrum est solitudo Judae *Jud. 1. 16.* Rex Arad habitabat in australi parte terrae Canaan. *Num. 33. 40.* Eusebius in Onomastico scribit, eam *vicinam esse deserto Cades, distantem* p. 574. *Malathis 4. miliaribus, Chebrone 20.* & Hieronymus, *esse terminum Judaeae distantem Chebrone 20. miliar. ad meridiem.*

Si eadem sit Arad *Num. 21. 1.* videretur jam tum populus fuisse in terra Canaan: nam subvertit urbes ejus Cananaei *Num. 21. 3.* sed Cananaei se diffuderant jam eo tempore, extra limites terrae Canaan proprie dictae, quod & in Emoraeis trans Jordanem videri potest.

Hanc suspicor esse urbem, cujus episcopus Stephanus in actis concilii Hierosolymitani habiti anno Christi 536. appellatur

Στέφανος Ἀρδων.

Latini codices habent *Aradorum.* Aradus huc nil facit aut Ἄδραα, nam series illa episcoporum, in qua Stephanus Aradorum episcopus legitur, non complectitur, nisi episcopus Palaestinarum, & Aradus non erat in Palaestinarum ulla, sed in ἐπαρχίᾳ Φοινίκης, Adraa in ἐπαρχίᾳ Ἀραβίας.

ARAMA.

Ἀραμα. Vicus, qui 4. miliaria aberat Malathis, Chebrone viginti. Eusebius. Ex Hieronymo videtur Ἀραθ legendum.

ARAMATHA.

Urbs Gileaditidis, quae Ramoth in V. T. nuncupatur *1. Reg. 22. 3.* hoc nomine legitur apud Josephum *Antiq. VIII. 9.* & *IX. 4.* Semel apud ipsum Ἀραμάθα appellatur urbs regia Ammonitidis Rabbath in sacro codice dicta, nempe *Antiq. VII. 7.* ceteroquin eadem urbs Ῥαβάθα ei vocatur *Antiq. IV. 5.* & capite eodem *7. lib. VII. Antiq.* mox citato.

ARATH.

Ἀράθ. Vicus ad occidentem Aeliae. Eusebius in Onomastico, p. ad vocem Ἀριθ. Hieronymus ad vocem *Arath* scribit distare ad Cheb- 575. ron millibus 20. ad meridiem.

ARBELA.

Ἄρβηλα. Urbs Galilaeae, vel vicus, ut alii, non longe a Sippori, uti Josephus scribit *Antiq. XII. 18.* in plurali numero, ubi narrat, Bacchidem Antiochia tendentem in Judaeam ibi castra posuisse. Ex Josepho *Antiq. XIV. 27.* licet colligere, Arbela non longe a Sepphori abfuisse: & inde Jordanem usque hostes fugientes persecuti sunt. Ἀρβήλων σπηλαῖον, vicum Galilaeae munivisse se narrat Josephus in vita *pag. 1013.* &

in loco parallelo *bell. II. 25.* dicitur munivisse τὰ περὶ Γεννησὰρ τὴν λίμνην σπηλαῖα κατὰ τὴν κάτω καλουμένην Γαλιλαῖαν, *speluncas circa Lacum Gennesar in inferiore Galilaea.* Idem *Antiq. XIV. 27.* tradit, non longe ab Arbelis latrones habitasse speluncis difficillimis accessu, victos quidem ab Herode, sed postea graves Ptolemaeo, cui Herodes illam regionem commiserat. Similia latronum habitacula videntur describi in Trachonitide *Antiq. XV. 13.* & *XVI. 14.* Potest esse eadem atque בית ארבאל *Hos. 10. 14.* & בקעת ארבאל huc forsan pertinet, de qua supra *pag. 358.* Meminit Eusebius vici Ἀρβηλὰ siti in magno Campo, a Legione 9. millibus, adeoque, ut videtur, ortum versus. Et alium vicum Arbela esse trans Jordanem in ditione Pellae urbis scribit.

ARCAE.

Ἄρκη. Urbs tribus Ascher, quae & Ἀκτιπάς. Josephus *Antiq. V. 1.* Hunc locum ante oculos habuit Stephanus in Ethnicis scribens Ἄρκη πόλις Φοινίκης ἡ καὶ Ἄρκαι καλουμένη· Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. *Arce, urbs Phoenices, quae & Arcae dicitur. Meminit Josephus libro quinto antiquitatum Judaicarum.* Eadem Arce videtur intelligi *Antiquitatum lib. VIII.* ubi dicitur. Τὴν δὲ περὶ Ἄρκην παράλιαν εἶχε Βανακάτης. *Regionem vero circa Arcen maritimam habuit Banacates.* Nam & regio circa
p. 576. eam fuit παράλιος, & quia in tribu Ascher a nobis collocatur, convenit illud cum verbis sacri codicis, quae cum Flavianis conferri debent *1. Reg. 4. 16.* Banaa, filius Husai praefectus erat in Ascher. Cave credas, hanc Arcen esse eandem atque aliam notiorem Arcen vel Ἄρκας Phoenices, quae hac urbe septentrionalior & extra terram Israëliticam fuit, sita quippe inter Tripolin & Antaradon, uti liquet ex Itinerario Antonini. Meminit quoque urbis Ἄρκης Josephus *Antiq. I. 7.* quae in Libano fuit sita & a Tyriis defecit ad Assyrios una cum Sidone & Palaetyro *Antiq. IX. 14.* sed illa non videtur Ascheritica fuisse. Apud eundem *l. VII. de bell. c. 24.* dicitur inter Ἀρκαῖαν & Raphanaeam labi amnis Sabbathicus, ubi Rufinus, *inter Arcas.* Haec Ἀρκαῖα non est Ascheritica, sed Phoenicia illa prope Tripolin. Nec aliunde dictos esse Ἀρκεῖς, populos Judaeis finitimos ad boream existimo, quos commemorat *Ant. V. 1.* quam ab *Arcki* filio Canaanis, cujus posteri aliquando hic consederunt. Nota in transitu errorem Rufini vertentis *l. VII. de bell. c. 29.* *Arcas & Raphanaeas regni Agrippae civitates:* debuisset scripsisse *Arcam civitatem regni Agrippae & Raphanaeam.* Raphanaea enim oppidum Syriae erat (vide Josephum *de bell. VII. 19.*) non regni Agrippae. Denique meminit Josephus urbis Ἄρκης, quae metropolis fuit Arabiae Petraeae, *Antiq. IV. 4.* sed scribendum est Ἀρεκέμη pro Ἄρκη: nam רקם dicta est.

ARCHELAIS.

Inter urbes Judaeae recensetur a Ptolemaeo: sed Josepho dicitur vicus conditus ab Archelao, *Antiq. XVII. 15.* non longe a Phasaëlide *Ant. XVIII.*

XVIII. 3. In tabulis Peutingerianis collocatur inter Jerichunta & Scythopolin, ita, *Archelaide.* In sexto enim casu vetusta itineraria locorum nomina efferunt: & saepe etiam in aliis scriptoribus ita ea leguntur, qua de re vide Salmasium ad Vopiscum *pag. 434.* Plinius *lib. 13. 4.* Archelaida vallem appellat, uti & Phaselida atque Liviada, quas alii urbes vocant.

Episcopus Archelaidis Palaestinae Antiochus memoratur in actis concilii Chalcedonensis. Vide *tomum IV.* conciliorum generalium *pag. 80.* ubi tamen in Graecis legitur

Ἀντιόχου Ἄρκης p.
577.

Sed in Latinis *Archelaidis* &c. uti monui. In actione tamen secunda hujus concilii Ἄρκης quoque legitur. Vide *tom. IV.* conciliorum *pag. 327.* & in actione tertia, eodem *tomo pag. 460.* Ἀντιόχος ἐπίσκοπος Ἀλκήνων. Inter urbes, quae sedes episcoporum fuerunt in Palaestina, non legitur nomen Archelaidis. Vide supra *lib. I. cap. XXXV.*

AREOPOLIS quae & AR.

ער videtur mihi urbem notare, uti & עיר, quod & visum fuit Aquilae & Symmacho, teste Hieronymo ad *Jes. 26.* Crediderim, illam sitam fuisse ad latus australe Arnonis, quia Ar filiis Loth (Moabitis) a Deo fuit data, non possidenda ab Israëlitis *Deut. 2. 9.* At Israëlitarum regio erat usque ad Arnonem. Unde liquet, eos errare, qui urbem Aroër Israëlitis assignatam putant eandem esse ac Ar.

Nomen Areopolis natum videtur ex ער *Ar* & πόλις. Theodoretus ad *Jes. 15.* Ἀριὴλ τοίνυν ἐστὶν ἡ νῦν καλουμένη Ἀρεόπολις. *Ariel est, quae nunc Areopolis nuncupatur.* Idem in Jesaiam *cap. 29.* Ἀριὴλ ἡ Ἀρεόπολις καλεῖται· τῆς δὲ Μωαβίτιδός ἐστιν αὕτη ἐπίσημος. *Ariel appellatur Areopolis, urbs insignis Moabitidis.* Adeoque non ab urbe ער sed אריאל ducendum esset vocabulum: nisi utrumque nomen ei tribuere quis vellet. Eusebius etiam in Onomastico tradit, quosdam existimare, Areopolin eandem esse urbem, quae in sacro codice Ἀριὴλ dicitur, & usque ad sua tempora eos appellare Ἀριὴλ τὸ εἴδωλον αὐτῶν, *Ariel idolum suum.* Existimo, regionis circumjacentis nomen fuisse Arielitis vel Ἀριηλῖτις. Meminit illius Epiphanius *lib. I. adv. haeres. pag. 40.* oriundi erant ἀπὸ τῆς Ναβατικῆς χώρας καὶ Ἰτουραίας, Μωαβίτιδός τε καὶ Ἀριηλίτιδος τῶν ἐπέκεινα τῆς κοιλάδος τῆς ἁλυκῆς, ἤτοι ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ καλουμένης ὑπερκειμένης χώρας, *ex Nabataea, Ituraea, Moabitide & Arielitide, quae sunt* (illud τῶν de solis regionibus ul-
timis Moabitide & Areilitide videtur accipiendum, nam ad omnes refer- p.
ri nequit, quandoquidem Ituraea certe dici non potest sita ultra mare 578.
mortuum, aut forte τῆς legendum est, ut de sola Moabitide intelligatur) *ultra vallem salsam, regionem hoc nomine dictam in sacro codice.* Huc

forsitan

forsitan etiam pertinent vici Aroiles & Arieles, quorum meminit Procopius Gazaeus in Comm. ad *Gen. 47.* & אריאל מואב *Ariel Moab* quod ita legitur *1. Chron. 22.* ni fallor huc quoque facit. Scio, vocem Ariel per *leones* verti a quibusdam, at vulgatus ut proprium retinet *Ariel Moab.* At si vel per leones verti debeat, tamen ab hoc loco alienum non est, ut appareat, regionem ab leonibus Moab אריאל מואב *Ariel Moab* dictam. Confer de leonibus Moabiticis *Jes. 15.* מואב אריות & *1. Chron. 11. 22.*

Error esset, hanc a Marte Ἀρεόπολιν dictam credere, uti Amphipolis Thraciae urbs olim Ἄρεος πόλις nuncupata est, teste Harpocratione ad vocem Ἀμφίπολις. Huc facit, quod legitur apud Hieronymum in *Jos. c. 15.* qui haec de illa habet. *Hujus* (Moabitidis) *Metropolis civitas Ar, quae hodie ex Hebraeo & Graeco sermone composita Areopolis nuncupatur, non ut plerique existimant, quod* Ἄρεος, *id est, Martis civitas sit .... Audivi quendam Areopoliten, sed & omnis civitas testis est, motu terrae magno in mea infantia, quando totius orbis littus transgressa sunt maria, muros urbis istius corruisse.* Id ex Ammiano videri accidisse Coss. Valentiniano atque Valente anno 315. scribit Martianaeus.

Urbs haec postea inter urbes Palaestinae tertiae censita fuit. Vide, quae de illa notavimus supra *pag. 212. 215. 217.* Ἀναςάσιος ἐπίσκοπος Ἀρεπόλεως commemoratur in actis Ephesi insertis concilio Chalcedonensi. Vide *tom. IV.* conciliorum *pag. 118.* Πολυχρόνιος quoque in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani. Vide supra *pag. 530.* & Ἠλίας Ἀρεοπόλεως in actis concilii Hierosolymitani habiti anno Christiano 536. vide supra *pag. 532.*

Situs ejus haud ita certus est, ut in mappa Geographica locari queat Eusebius & Hieronymus in Onom. ad vocem Ἀρνῶν scribunt, ad septentrionem Areopolis ostendi locum vallis in praerupta demersae, in quo & militum praesidia distributa sunt. Πανταχόθεν, ita scribit Eu-
p. 579. sebius, φρέρια φυλάττει ςρατιωτικά. *Militum ex omni parte praesidia distributa.* Inde est, quod in Notitia dignitatum imperii legatur

Cohors tertia Alpinorum apud Arnona,

&

Cohors tertia felix Arabum in ripa vadi Apharis fluvii in castris Arnonensibus,

&

Equites Mauri Illyriciani Areopoli.

Et forsitan id, quod sequitur

Equites promoti indigenae Speluncis

fuit praesidium in isto *satis horribili loco vallis in praerupta demersae*, cujus Euse-

bius & Hieronymus meminerunt, qui ad septentrionem Areopolis erat.

Agallim (אגלים) vicus erat ad meridiem Areopolis distans inde octo miliaria. Eusebius ad v. Ἀγαλλείμ & ad vocem Ἀρωννιείμ. Sed hic ea loco plane alieno leguntur. Vide & supra vocem *Agalla.*

ARETHUSA.

Urbs vicina Marissae, & Azoto, uti colligitur ex Josepho *Ant. XIV. 8.* ubi ea a Pompejo dicitur incolis suis restituta una cum Marissa, Azoto & Jamnia. Sita erat ἐν μεσογείῳ, teste eodem *lib. I. de bell. c. 5.*

ARIMANON.

Ἀρίμανον urbs refugii trans Jordanem τῆς Γαλαδήνης. Josephus *Antiquit. IV. 7.* Videtur poni pro Ramoth, urbe Gileaditidis *Jos. 21. 38.*

ARIMATHAEA.

Ἀριμαθαία, urbs Judaeorum *Luc. 23. 51.* Paullo aliter Suidas Ἀριμαθέμ, ὄνομα πόπε καὶ Ἀριμαθαῖος ἀπὸ τέτε. *Arimathem, nomen loci, quo oriundus Arimathaeus nuncupatur.* Eusebius ad vocem Ῥαμὰ in Onomasti-
p. 580. co suo scribit, eandem illam esse ac Arimathaeam, & Remphin dici vulgo: ad vocem vero Ἀριμαθὲμ πεφφὰ (i. e. Ramathaim Tzophim) eam esse Arimathaeam, unde Josephus in Evangeliis memoratus, ortum duxit. At clarum mihi est, multa in illo Onomastico legi, quae ab Eusebio profecta non sunt, quem ita sibi contra dixisse mihi non persuadeo, & multa excidisse suo loco mota. Idem enim locus non potest esse ארומה *Jud. 9. 41.* & הרמתים *1. Sam. 1. 1.* Quare parum abest, quin credam, male ad vocem Ῥαμὰ illa subnexa esse καὶ ἔςιν ἐν ὁρίοις Διοσπόλεως, ἥτις ἔςιν Ἀριμάθαια, & ante illa excidisse vocem Ῥαμαθὲμ: nam alibi Ἀριμὰ sive Ῥαμὰ distinguit a Ramathaim, uti liquet conferenti titulos Ἀριμὰ & Ἀριμαθέμ. Et profecto similius veri videtur Arimathaeam esse Ramathaim, quam Aruma vel Ruma. In titulo autem τῆς Ῥαμὰ aliquid esse alio pertinens, liquet ex eo, quod ibi dicatur, *quae nunc appellatur Remphis* ... & mox de eadem, *a plerisque Arimathaea nunc dicitur.* Quid? num idem locus & Remphis & Arimathaea dicitur, & illo nomine *tunc appellabatur*, hoc autem *a plerisque tunc dicebatur?* Quid hoc rei sit, equidem haud capio. Divelle ergo haec: & prius ad Ruma, posterius ad Ramathem refer. Huc etiam facit, patriam Eli sacerdotis, id est הרמתים, dici Ἀριμαθὲμ ab Epiphanio de vitis prophetarum *pag. 236.*

Hieronymus in epitaphio Paulae non longe hanc ab Diospoli sive Lydda collocat his verbis, *Et Lyddam versam in Diospolin Dorcadis atque Aeneae resurrectione ac sanitate inclytam. Haud procul ab ea Arimathiam, viculum Josephi, qui Dominum sepelivit, & Nobe urbem &c.* Videtur credidisse Hieronymus Arimathiam sitam fuisse eo loco, ubi nunc Rama urbs est.

Bonifacius initio *lib. 2. de perenni cultu terrae sanctae* etiam credidit, Ramam hanc sive ἄλσος *Ramolam*, uti nunc appellatur, eandem esse atque Arimathaeam. Mihi quoque videtur non incongrue dici posse ex vico, qui tempore Hieronymi Arimathaea vocabatur & prope Lyddam erat, quique Ῥαμαθὲμ & Ῥαμαθὰ dicitur a Josepho & aliis (vide loca supra *pag. 179.*) natam urbem nunc celebrem Ramam. Nam & Arimathaeam
p. ita describit Hieronymus, ut Paulam suam ducat Antipatride Lyddam,
581. deinde Arimathaeam & Joppen, sic ut videatur inter Lyddam & Joppen quaerenda, & quidem non longe a Lydda. Hic situs planus convenit cum situ Ramae prope Joppen. An vero haec Arimathaea fuerit Arimathaea patria Josephi, & porro an eadem fuerit רמתים צופים Samuelis, disquiri potest. Primum est veri simile. Ad secundum dico, non fuisse eandem, quia circa Lyddam & Ramam omnia erant campestria, & Ramathaim Zophim erat in montanis Ephraim *1. Sam. 1. 1.* Adrichomius quidem Ramam hanc in monte delineavit, *sed non fuit oculatus inspector*, uti observavit Quaresmius *lib. IV. cap. 2.* & nominis רמה significatione deceptus fuit. Montana Ephraim quaerenda sunt ad septentrionem Hierosolymae, circa Bethel, non ad occasum. Vide *Jud. 4. 5.* Sic *2. Chron. 19. 4.* dicitur a Bersabe usque ad montana Ephraim se extendisse regnum Josaphati. Praeterea Arimathaea appellatur *urbs Judaeorum*, quum si in Ephraimitide collocetur, *Samaritanorum* potius videretur fuisse.

ARINDELA.

Urbs Palaestinae, episcopatu insignis. In concilio Ephesino memoratur Theodorus episcopus Ἀριδήλων, vel ut alii legunt, Ἀρδήλων. Non puto tamen hic de Arbelis esse cogitandum: sed esse eandem urbem, a qua Μακάριος Ἀριδήλων in Concilio Hierosolymitano habito anno 536. dicitur, & cujus Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς meminit his verbis Ἀρίδηλα τρίτης Παλαιστίνης. Γλαῦκος δὲ κώμην αὐτὴν καλεῖ. *Arindela, tertiae Palaestinae urbs. Glaucus eam vicum appellat.* Memoratur quoque inter urbes Palaestinae tertiae in Notitiis Veteribus Eccles. & in Notitia Imperii, ubi *Arieldelae* legitur, quod in *Arindelae* mutandum existimo.

Berkelius in commentario ad Stephanum scribit, se dubitare, an Ἀρίδηλα proba sit scriptura, quum ex serie literarum legendum eo loco foret Ἀριήδηλα, & *Arieldela* legatur in notitia imperii. Sed Arindela non mutem. In ipso Stephano alio loco etiam ita legitur, ad vocem Ἀδύλη, gentile esse Ἀδιληνὸς, uti Ἀρίδηλα, Ἀριδληνός. Et confirmant hanc lectionem Concilia.

p.
582.

ARISTOBULIAS.

Vicus, non longe ut videtur a Chebrone. In vita S. Euthymii abbatis legitur μεταξὺ Βαρικῶν καὶ Ἀριστοβελιάδος. Solitudo Ziph vico illi vicina fuisse dicitur. Vide vocem *Beraca*.

ARMA-

ARMATHEM. *Vide Arimathaeam & Ramathaim.*

AROER.

עֲרֹעֵר, Urbs aedificata a tribu Gad. *Num. 32. 34.* Sita fuit Aroër quaedam (& nil vetat hanc credere) ad ripam torrentis Arnon על שפת נחל ארנון *Deut. 2. 36. 3. 12.* & *4. 48.* & eadem collocatur in terminis australibus terrae trans Jordanem *Jos. 12. 2. Deut. 4. 48.* quod convenit cum *2. Sam. 24. 5.* ubi illi, qui universam terram perlustraturi essent, Jordanem transeunt, veniunt in Aroër ad dexteram urbis, quae est בנחל גד *ad flumen Gad.* Flumen a Gad videtur nomen habere, quod & Aroër urbs celeberrima ab iis possideretur & alia loca vicina: nam Beth Haran & Bethnimra non longe hinc fuerunt, uti Eusebius & Hieronymus testantur. Non est igitur necesse, Arnonem flectere septentrionem versus, ita ut illic Aroër collocetur, ubi termini septentrionales sunt tribus Ruben. Nec id fieri potest, nisi duplex Aroër statuatur ad ripam Arnonis (quod tamen fieri non solet) quia Aroër aliqua esse debet in terminis australibus totius regionis trans Jordanicae. Non video, quid obstet, aliquas urbes Gaditarum fuisse ad austrum & ortum Rubenitarum: uti quasdam urbes Judae Simeoniticas cinxisse constat diversis lateribus. Una itaque Aroër mihi est adsita fluvio Arnon, Gaditarum illa, eaque in termino australi regionis trans Jordanicae. Una etiam Aroër, in qua Israëlitae habitarunt, tantum memoratur *Jud. 11. 26.* Eusebius autem Aroër ostendi suo tempore scribit in vertice montis, in quo urbs Aroër sita fuit in Onomastico ad vocem Ἀροήρ. Bonfrerius id negat verum esse, quoniam Aroër ad ripam fluvii sita fuit, adeoque non in vertice montis. Sed non video, quidni urbs in monte p.
sita, si ad radices montis illius flumen labatur, possit dici sita ad ripam 583.
fluminis. Potest enim a vertice usque ad radicem montis extendi urbs, & lateri montis incumbere, eademque ita ad ripam fluminis esse, veluti urbs Basilea & aliae. Eusebius quoque de suo tantum tempore testatur, eam urbem in vertice montis ostendi, quum olim majus spatium occupare & ad radices usque montis ipsumque flumen pertingere potuerit. Haec obiter dicta sunto pro Eusebio.

Quaeritur, sitne haec eadem ac Aroër ante conspectum Rabbae. Videtur mihi alia Aroër Ammonitica statuenda, de qua legitur *Jos. 13. 25.* filiis Gad fuisse terminum Jaazer cum omnibus urbibus Gilead, & dimidiam terram Ammonitarum *usque ad Aroër, quae est ante conspectum Rabbae.* Quum *commate 16.* de possessione tribus Ruben ageretur, dictum erat, terminum Rubenitarum fuisse *ab Aroër, quae est ad ripam fluminis Arnon*, &c. hic quum de Gad agitur, dicitur *usque ad Aroër, quae est ante conspectum Rabbae.* Qui haec legit, statim suspicari debet, aliam esse Aroër, quae *commate 16.* aliam, quae *comm. 25.* describitur, quia si eadem fuisset, cur non eodem modo appellaretur? Saltem hinc suspicio, importari alicui,

cui, non esse hanc & illam Aroër eandem videtur. Praeterea *ante conspectum Rabbae* (si vel statuamus, duas tum fuisse Rabbas, alteram Moabiticam, alteram Ammoniticam) referri non potest, nisi ad Ammoniticam, quia mentio terrae Ammonitarum mox facta est. Atqui Aroër ad Arnonem non erat ante conspectum Rabbae Ammoniticae, nam Arnon erat Moabitarum & Emorraeorum terminus, non Ammonitarum, quorum regio ab altera parte regni Sichonis circa Jabbokum fuisse describitur *Num. 21. 24.* Hujus quoque Aroër videtur mentio fieri *Jud. 11. 33.* nec enim video, quomodo illic Aroër ad Arnonem sita possit intelligi: sed commodissime refertur ad illam Aroër, quae ante conspectum Rabbae Ammoniticae est, illinc nempe pelli Ammonitae debuerant. Alteram Aroër jam post terga habebat. Vide *comma 29.* Erat & Aroër in Juda. *1. Sam. 30. 30.* ערער. In codicibus Graecis pro עערדה legitur *Jos. 15. 22.* Ἀροήλ.

AROILES.

p. 584. *Aroiles & Arieles vici Palaestinae*, scribit Procopius Gazaeus in Comment. ad *Gen. 47.* Anne dicti sunt de nomine *Areli* אראלי filii Gad *Gen. 46. 16.* pro quo contextus Hebraeo Samaritanus habet ארולי *Areli*, Graecus Ἀρεηλείς. Vide vocem *Areopolis.* Memoratur quidem *Aritdela* a Notitia Imperii, sed illa videtur eadem esse atque *Arindela.*

* AROR.

עֲרֹעֵר, Videtur eadem esse ac Aroër.

ARPHA.

Ἀρφᾶ. Vicus in ultimis terminis terrae Israëliticae trans Jordanem, versus orientem. Τῆς Ἀρφᾶς Josephus scribit, ita ut in casu recto *Arpha* sit, uti Γαβᾶς idem scribit *pag. 1007.* in vita sua, a Γαβᾶ. Ab hoc usque ad oppidum Juliada longitudo extenditur regionis illius, quae Gamaliticen, Gaulonitin, Batanaeam & Trachonitin comprehendit Josephus *de bell. III. 2.* Hegesippus legit Ἀρθᾶς. Isidorus autem Originum *lib. XIV. c. 3.* haec verba Josephi male ad Judaeam retulit, nam de illa ita scribit: *Initium longitudinis ejus a vico Arfa usque ad vicum Juliaden porrigitur, in quo Judaeorum pariter & Tyriorum habitatio communis est. Latitudo ejus a monte Libani usque ad Tiberiadis lacum extenditur.* Haec Judaeae non conveniunt, uti quilibet nullo negotio videt, sed parti tantum terrae Israëliticae trans Jordanem, quae Isidorus ex male intellecto Josephi loco Judaeae tribuit. Sed non hic tantum, sed in plerisque errat, quae de terra Israëlitica illic habet.

ARSANE.

Ἀρσάνη. Urbs, in qua Rex Baësa sepultus est. Josephus *Antiquit. VIII. 6.* Liquet, esse legendum Θαρσάνη vel Θαρσά, quoniam *1. Reg. 16. 6.* Tirtza appellatur.

* ARUBBOTH.

p. 585. אֲרֻבּוֹת, In Juda videtur fuisse, at incertum, regione, urbs, an vicus. *1. Reg. 4. 10.* Ἀραβώθ scribunt Graeci.

ARUIR.

Vicus dissitus 20. miliaribus ab Aelia versus boream. Hieronymus in Onom. Eusebius habet Ἀρεεί. Sed haec eo non pertinent. Est enim Aroër, ubi Jephte dimicavit, trans Jordanem longius ab Aelia. Josephus etiam meminit loci, cui nomen Ἀρερὴ *Antiquit. VI. 14.*

* ARUMA.

Urbs circa Sichem. *Jud. 9. 41.* Ἀερμὼν (ארמון) & Ἀερμά, in quibusdam codicibus Graecis scribitur. Videtur eadem, quae *vers. 31.* ארמה appellatur. Alii existimant, Torma esse appellativum. Eusebius ad vocem Ῥεμὰ ἡ καὶ Ἄρεμα notat, eam postea dictam fuisse Remphin, & esse in finibus Diospoleos. Confer, quae mox ad vocem *Arimathaea* notavimus.

ARUS.

Ἀρές. Vicus est prope urbem Samariam, ubi Varus castra metatus est. Josephus *Antiq. XVII. 12. de bell. I. 2.* Videtur esse *Atharus* vicus ad septentrionem Sebastes in quarto miliario ejus, cujus Hieronymus meminit in Onomastico locorum & urbium.

ASALEA.

Ἀσαλέα. Vicus Palaestinae, patria S. Alaphionis. Meminit Sozomenus *histor. III. 14.* Ὃ δὲ γὰρ Παλαιστινοῖς ἔθος γεραίρειν τὰς παρ' αὐτοῖς ἄνδρας ἀγαθὰς γενομένας, ὥσπερ ἀμέλει καὶ Αὐρήλιον τὸν Ἀνθηδόνιον καὶ Ἀλεξίωνα τὸν ἀπὸ Βηθαγάθωνος, καὶ Ἀλαφίωνα τὸν ἀπὸ Ἀσαλέας· οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν γενόμενοι χρόνον ἐπὶ τῆς παρούσης βασιλείας εὐσεβῶς καὶ ἀνδρείως ἐν φιλοσοφίᾳ (μοναχικῇ videlicet, uti antescripserat de aliis) ἐπολιτεύσαντο καὶ ταῖς οἰκείαις ἀρεταῖς ἐν Ἑλληνιζούσαις ταῖς τῇδε πόλεσι καὶ κώμαις εἰς ἐπίδοσιν ἤγαγον τὴν θρησκείαν. *Sic enim solent Palaestini honorare viros sanctos, qui apud ipsos* p. 586. *sunt: quod & Aurelio Anthedonensi, Alexioni Bethagathonensi atque Alaphioni Asaleensi accidit, qui, quum eodem tempore (sub imperio Constantii) viverent pie ac fortiter excoluerunt Philosophiam, & exemplo suarum virtutum in urbibus vicisque sacris Gentium addictis veram religionem promoverunt.* In Nicephori Callisti *lib. IX. histor. eccles. c. 15.* legitur nomen hujus loci Ἀζαλία. Ita ille. Ὥσπερ καὶ ἐπὶ Ἀβείλλῳ (hic Aurelius Sozomeno dicitur) τῷ ἐξ Ἀνθηδόνος ποιεῖσι καὶ Ἀλεξίωνι τῷ ἀπὸ Βηθαγάθωνος καὶ Ἀλαφίωνι τῷ ἀπὸ Ἀζαλίας.

ASCALON.

אשקלון *Aschkelon* nomen est hujus urbis Hebraeum, Ἀσκαλὼν Graecis, & Ἀσκαλώνιον, uti Stephanus adnotat, nunc Mohammedanis ﻋﺴﻘﻠﻮﻥ & ﻋﺴﻘﻠﻮﻥ. Posteriore scriptione utitur Geographus meus Persa

Saad Ibn Ali. Urbs haec, una ex 5. regiis Philiſtaeorum (vide *Joſ. 13. 3.*) fuit in regione tribus Juda, nec tamen recenſetur inter urbes ejus tribus *Joſ. 15.* ſed *Jud. 1. 18.* legitur tribum Juda cepiſſe Aſcalonem, Gazam & Ekronem. Sed nec urbs Gath in illa urbium ſerie legitur. Memoratur & in libris Apocryphis *Judith. 3. 2. & 1. Maccab. 11. 60.*

Situs hujus urbis conſpici poteſt in mappa noſtra, & firmatur *lib. II.* variis teſtimoniis veterum. Non puto, mihi operoſe demonſtrandum eſſe, Aſcalonem fuiſſe magis verſus ſeptentrionem ſitam, Gaza: omnes enim & veteres & recentiores (ſupereſt autem in hunc usque diem & Gaza & Aſcalon) uno ore id teſtantur. Ptolemaeum quidam ſcribunt, adverſari huic poſitioni, & Gazam facere magis ſeptentrionalem, Aſcalone. Sed non eſt, quod hoc ullum torqueat. In codice manu ſcripto Ptolemaei Comitis Mirandulani, e quo nos excerpta dedimus ſupra *pag. 460.* legitur *Aſcalon, Anthedon, Gazaeorum portus*, progreſſione facta a ſeptentrione verſus auſtrum. Sic convenit Ptolemaeo & aliis. Quantum haec urbs abfuerit Hieroſolymis, 520. ſtadia nimirum, & quo modo id intervallum duci debeat, diſquiſivimus ſupra *pag. 443.*

p. 587. Joſephus diverſis locis meminit Aſcalonis. *Antiquit. V. 1. & 2.* eam appellat urbem tribus Judae & *cap. 2.* ſitam eam eſſe ſcribit in campeſtribus & maritimis. *Antiquit. VI. 1.* unam eſſe ex quinque urbibus Palaeſtinorum. *Antiquit. XIII. 8.* ita Jonathanem ducit a Joppe, Azotum per πεδίον, tum Aſcalonem. *Antiq. XIV.* de Antipatro duce Idumaeae ſcribit, eum amicitiam coluiſſe cum Arabibus Gazaeis & Aſcalonitis. Libro autem tertio *de bello c. 1.* diſtare eam tradit Hieroſolymis ſtadia 520. qua de re ante egimus. Ibidem dicit, circa Aſcalonem campum fuiſſe magnum & latum. Denique ex *lib. V. de bell. cap. 14.* liquet, ſitam fuiſſe Aſcalonem inter Gazam, quae auſtralior eſt, & Jamniam.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Ἀσκάλων, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰεδαΐᾳ.... ἡ ἡ μὲν πόλις ἐν πρῶτον φασὶ τὰ κρόμμυα γενέσθαι καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων συνήθειαν Ἀσκαλωνᾶια κρόμμυα. *Aſcalon, urbs Syriae juxta Judaeam.... Haec urbs eſt, ubi primum cepas ortas eſſe ferunt: & ſecundum morem Alexandrinorum Aſcalonaea ſignificant cepas.* Suidas. Ἀσκάλων πόλις Συρίας, ἀπὸ ἀδελφοῦ τοῦ Ταντάλου· ὁ πολίτης Ἀσκαλωνίτης. *Aſcalon, urbs Syriae dicta a fratre Tantali. Incola Aſcalonita nuncupatur.*

Habitarunt illic aliquando Judaei & gentes. Midraſch Schir Haſſchirim, *fol. 35. 4.* מעשה בשני אחים עשירים שהיו באשקלן והיו להם שכנים רעים באומות ההעולם והון אמרין אימתי אילין יהודאין סלקין למצלייה בירושלם ואנן עלין ומקפחי ביתהון ומחרבון להון וכו׳ *Fratres duo Judaei divites habitabant Aſcalone, quibus vicini erant homines mali e gentibus, qui conſtituerant, quum Judaei orandi cauſa adſcenderent Hieroſolymas, aedes eorum ſpoliare. Quid accidit? quum illi pro-*

profecti eſſent, Deus miſit Angelos forma humana & ſimili illis Judaeis, qui abierant, quos videbant gentes aedes ingredi & ex iis egredi, habentes illos pro Judaeis iſtis, adeoque exequi propoſitum non potuerunt.

Philo I. de legatione ad Cajum, *p. 1021.* ita loquitur de Aſcalone, ac ſi illo tempore non niſi a gentibus incoleretur, aut certe maximam partem. Ἀσκαλωνίταις δὲ ἀσύμβατός τις καὶ ἀκατάλλακτος δυσμένεια πρὸς τοὺς τῆς ἱερᾶς χώρας οἰκήτορας Ἰεδαίους ἐστὶν ἔστιν ὁμόροις. *Aſcalonitis autem permanens & hoſtilis eſt diſcordia cum finitimis Judaeis terrae ſanctae incolis.* p. 588. Memoratur etiam inter templa quinque celeberrima gentium in *Gem. Avoda Zara* צריפא שבאשקלון, quod videtur templum Veneris fuiſſe. An forte hinc lucem accipere poſſet nomen Sariphae, loci vicini ut videtur Aſcaloni, (de quo vide infra ad hanc vocem) nam & Diodorus Siculus templum Dercetus vicinum facit Aſcaloni.

Superſtitionis Ethnicae tenaciſſima fuit haec urbs, uti & vicina Gaza prae reliquis Palaeſtinae urbibus. Quum Imperator Julianus Deorum cultum poſtliminio revocaſſet, horum praecipue furor & ſaevitia in Chriſtianos memorantur. Ita legitur in Chronico Paſchali ad ann. 361. Ἐν δὲ Γάζῃ καὶ Ἀσκαλῶνι πρεσβυτέρους καὶ παρθένους ἀναιρεῦντες καὶ μετὰ τοῦτο ἀναπτύσσαντες καὶ τὰ σώματα αὐτῶν κριθῶν πληρώσαντες τοῖς χοίροις παρέβαλον. *Gazae & Aſcalone presbyteros & virgines occiderunt ac aperta eorum corpora hordeo repleta porcis expoſuerunt.*

Ab Aſcalone nomen habet ſpecies quaedam ceparum. Meminit Diocles Caryſtius *lib. I. de tuenda valetudine* citatus Athenaeo *lib. II. cap. 27.* Κρόμμυον τέτε εἶδος Ἀσκαλώνιον καὶ Γήτειον. *Cepe. Species ejus ſunt Aſcalonia & Getea.* Plinius *lib. XIX. cap. 6. Caepae genera apud Graecos Sarda, Samothracia, Alſidena, Setania, Schiſta, Aſcalonia ab oppido Judaeae denominata..... Schiſta autem & Aſcalonia condiuntur..... Aſcaloniarum propria natura: etenim velut ſteriles ſunt ab radice & ob id ſemine ſeri illas, non deponi, juſſere Graeci. Praeterea ſerius circa ver, cum germinant, transferri: ita craſſeſcere & tunc properare praeteriti temporis penſitatione ..... Sunt in honore & Creticae, de quibus dubitant, an eaedem ſint, quae Aſcaloniae: quoniam ſatis capita craſſeſcunt, depoſitis caules & ſemina. Diſtant ſapore tantum dulci ..... Aſcaloniam menſe Februario ſerunt noſtri.* Strabo *lib. XVI.* Κρομμύων τ' ἀγαθός ἐστιν ἡ χώρα Ἀσκαλωνειτῶν πόλισμα δὲ μικρόν. *Ferax eſt ceparum regio Aſcalonitarum, urbs ipſa parva.* Theophraſtus *lib. VII. de hiſtor. plantar. cap. 4.* Πλείω δὲ τέτε κρομμύε τὰ γένη, οἷον τὰ κατὰ τὰς χώρας ἐπικαλέμενα, Σάρδια, Κνίδια, Σαμοθρᾴκια· καὶ πάλιν τὰ Σητάνια καὶ σχιζὰ Ἀσκαλώνια, καὶ ταῖς θεραπείαις διαφέροντα. Haec mox Latine apud Plinium legimus. Columella *de re ruſt. lib. XII. cap. 10. Pompejanam vel Aſcaloniam cepam, vel etiam Marſicam ſimplicem, quam vocant unionem ruſtici eligito: ea eſt autem, quae non fruticavit nec habuit ſoboles adhaerentes.* p. 589. Apicius Coelius *de arte coquimaria lib. IV. cap. 2. Piſces quales libet rades & curatos mittes, cepas ſiccas Aſcaldonias vel alterius generis concides in patinam & piſces*

pisces super compones. Cepae illae veteri nomine nobis *Chalotten* (Gallis *Escalottes*) nuncupantur, quod ab *Ascaloniticis* ductum est.

Solum quoque Ascaloniticum commendant cypri arbores, quas describit Dioscorides de re medica *lib. I. cap. 124.* Γεννᾶται ἀρίστη ἐν τῇ Ἀσκάλωνι καὶ Κανώπῃ, *optima nascitur Ascalone & Canope.* Plinius *lib. XII. optimum habetur e Canopica in ripis Nili nata: secundum Ascalone Judaeae.*

Vinum Ascalonium commemoratur etiam ab Alexandro Trallino *libro VIII. cap. 3.* Οἶνον δὲ προσφερέσθωσαν τὸν Τύριον ἢ Ἀσκάλωνα καὶ μάλιστα τὸν παλαιὸν καὶ γεροντίζοντα (ita legit codex MStus cum Alexandro meo collatus pro ἱερολίζοντα. Unum videtur esse alterius glossema.) *Vinum assumant Tyrium vel Ascaloniticum, imprimis vetus & senium referens.* Ceterum fertilitatem soli Ascalonitici declarant quoque, quae leguntur apud Albertum Aquensem Histor. Hierosolym. *lib. IX. 15. & 51.*

Tempore Origenis putei quidam mirandi apud Ascalonem ostendebantur, longe aliam formam habentes ac ceteri putei, quos Abrahami aevo illic constructos narrant, uti testatur *lib. III.* contra Celsum. Ad cujus rei illustrationem haec conferri debent de puteis, quos illic invenit Antoninus martyr in itinerario *pag. 24.* editionis primae, quae Juliomagi Andium prodiit anno 1640. *In ipsis locis sunt putei, quos foderunt Abraham & Isaac, quos appellaverunt calumniam. Inde ingressi sumus Ascalonem, ubi est puteus pacis in loco theatri factus, in quo requiescunt tres fratres martyres &c.* Meminit etiam Eusebius ad vocem Φρέαρ. Καὶ πλείονα ἐστὶ φρέατα ἐν τῇ γραφῇ, καὶ εἰς ἔτι νῦν ἐν τῇ Γεραριτικῇ, καὶ ἐπ' Ἀσκάλωνος δείκνυται. *Sunt & alii putei in sanctis scripturis, qui hodieque in Geraritica regione & juxta Ascalonem demonstrantur.*

p. 590. Video & Majumam Ascalonis memorari, cujus episcopus distinguitur ab episcopo Ascalonis in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani. Vide *tom. V. concilior. pag. 192.* Illic legitur

Στέφανος τοῦ Μαιοῦμεν Ἀσκάλονος

In Latinis codicibus est *Majumae Ascalonis*, nec dubitandum, uti Majuma Gazae dicitur portus Gazaeorum, & Majuma Jamniae λιμὴν Ἰαμνειτῶν, sic portum Ascalonis dici Majumam Ascalonis. Ipsa vox מיומם non est ignota scriptoribus Hebraeis, sed magis vera origo & vis ei subjecta. Verum ipsa Ascalon sita erat ad mare, ἐπὶ θαλάττῃ, uti Philo loquitur, dicet aliquis, quomodo ergo portus ipse distinguitur ab urbe? Non dicam, potuisse & urbem dici ad mare sitam, quod portu jungatur mari, & portum tamen ab urbe distingui, quoniam aliquo intervallo urbs ab ipso maris litore abfuit. Verum litus ipsum urbis Ascalonis olim aptum portui potuit lapsu annorum reddi ineptum, sic ut aliquo inde intervallo portum suum Ascalonitae constituere debuerint. Sic portus Caesareae maritimae, ne excedamus Palaestina, olim fuit

fuit optimus (vide descriptionem ejus in Josepho) nunc autem nullus est.

Lacus cujusdam prope Ascalonem meminit Diodorus Siculus *lib. I.* in quo Derceto (Syrorum Venus) mater Semiramidis submersa in piscem mutata est: quam ob causam Syri piscibus abstinent. Ita scribit *c. 4.* Ἔστι &c. *Est in Syria urbs Ascalon, a qua non procul ingens & profundus lacus, piscium copia abundans, & in vicinia illustris Deae templum, quae Derceto Syris vocatur, facie mulierem & toto alio corpore piscem referens, idque hanc ob causam. Accolarum hic disertissimi fabulantur, Venerem ab illa offensam acrem juvenis, in turba sacrificantium non inelegantis, amorem Deae injecisse, susceptaque e complexu Syri filia, cum facinoris eam puderet, juvenem necasse puellulam in petrosum quendam ac desertum locum exposuisse: ipsam vero pudore & moerore compulsam in Lacum conjecisse, in piscem deinde mutatam. Hinc factum, ut Syri etiam nunc ab id genus animante abstineant, & deorum more pisces colant.* Dein narrat foetum illum, a columbis educatum & a Simma quodam susceptum indito Semiramidis nomine, in causa fuisse, cur Syri columbas quoque ut Deas venerentur. Meminit hujus fabulae Ovidius Metamorph. *lib. IV. fab. 3.* p. 491.

— — & dubia est, de te Babylonia narret
Derceti, quam versa squamis velantibus artus
Stagna Palaestini credunt coluisse figura.
An magis ut sumtis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.

Nescio sane, an haec fabula eadem non sit, ac ea, vel una ex altera nata, qua Venus in piscem mutata dicitur immersa lacui Babylonico. Est enim Derceto Venus Syrorum & lacus hos frequenter confuderunt veteres. Adde quod mythologica miris modis turbata ad nos pervenerint. Ita Manilius Astron. *lib. IV.*

Scilicet in piscem sese Cytherea novavit
Quum Babyloniacas submersa profugit in undas
Anguipedem alatis humeris Typhona ferentem
Inseruitque suos squammosis piscibus ignes.

Fabulam Ovidius Fastorum *lib. II. vers. 460.* narrat, ubi in Euphraten insiliisse dicitur Venus & mutata in piscem: & notatu dignum est, illam aquam, in quam insiluit, Palaestinam ab Ovidio nuncupari, & inde morem quoque Syrorum repeti, qui piscibus abstinent: sit ut dubium non sit, eandem esse fabulam & confusum esse lacum Palaestinum aut Palaestinae proximum cum Euphrate, aut aquis Babyloniacis. Audiamus elegantissimum Poëtam;

Terribilem quondam fugiens Typhona Dione,
Tunc cum pro coelo Jupiter arma tulit,

 Venit

Venit ad Euphraten, comitata Cupidine parvo,
Inque Palaestinae margine sedit aquae.
Populus & cannae riparum summa tenebant,
Spemque dabant salices hos quoque posse tegi.
Dum latet, insonuit vento nemus. Illa timore
Pallet & hostiles credit adesse manus.
p. 592. *Utique sinu tenuit natum, succurrite nymphae*
Et Dis auxilium ferte duobus ait.
Nec mora, prosilnit: pisces subiere gemelli.
*Pro quo nunc, cernis, sidera * numen habent.*
Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis
Ne violent timidi piscibus ora Syri.

Lacus ille Ascaloni proximus non videtur esse alius a Sirbonide, in quo Typhonem mersum antiqui tradidere. Tzetzes Chiliad. IX. vers. 509. in lacum Μυρίδος se injecisse Dercetum narrat, eamque in piscem mutatam, quapropter etiam Syri piscibus non vescantur. At λίμνη Μυρίδος erat in Aegypto. Vide Strabon. *l. 1.* ubi ἀλμυρίδος λίμνης pro μυρίδος editi legunt.

Ceterum abstinuisse Syros piscibus, res est plurium inter veteres testimonio firmata. Lucianus de Dea Syria. Ἰχθύας χρῆμα ἱερὸν νομίζουσι καὶ ἔκοτε ἰχθύων ψαύουσι, καὶ ὄρνιθας τὰς μὲν ἄλλας σιτέονται, περιστερὴν δὲ μόνην οὐ σιτέονται ἀλλὰ σφίσι κῆδος ἔχει. Τὰ δὲ γιγνόμενα δοκέει αὐτοῖς ποιέεσθαι Δερκετοῦς καὶ Σεμιραμίδος ἕνεκα, τὸ μὲν, ὅτι Δερκετὼ μορφὴν ἰχθύος ἔχει, τὸ δὲ ὅτι τὸ Σεμιράμιος τέλος ἐς περιστερὴν ἀπίκετο *Pisces rem sacram existimant, nec unquam eos attingunt. Deinde alias quidem aves omnes edunt, excepta sola columba, quae sacra illis est. Et quod haec ita fiant, videtur Dercetus & Semiramidis causa fieri, quarum illa piscis formam habet, haec in columbam mutata est.* Xenophon ἀναβάσεως Κύρου *lib. I. pag. 256.* Μετὰ δὲ ταῦτα Κῦρος ἐξελαύνει σταθμοὺς τέσσαρας, παρασάγγας εἴκοσιν ἐπὶ τὸν Χάλον ποταμὸν ὄντα τὸ εὖρος πλήθρου, πλήρη δ' ἰχθύων μεγάλων καὶ πραέων, οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον, καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἔων, οὐδὲ τὰς περιστερὰς. *Postea Cyrus castris quartis parasangas XX. ad Chalum fluvium progreditur, cujus latitudo erat unius plethri. Erat is refertus piscibus magnis atque mansuetis, quos Syri pro Diis habent, uti & columbas, nec laedi patiuntur.* Clemens Alexandrinus admonit. ad Gentes *p. 19* τῶν τὴν Φοινίκην Σύρων κατοικέντων, ὧν οἱ μὲν τὰς περιστερὰς, οἱ δὲ τοὺς ἰχθῦς ἔτω σέβουσι περιττῶς, ὡς Ἠλεῖοι τὸν Δία. *Syrorum Phoenicen incolentium, quorum alii quidem columbas, alii pisces, tam impense colunt, quam Elei Jovem.* Sextus Empyricus Pyrrhon. hypothes. *lib. 3. c. 25.* Σύρων δὲ τινὲς περιστερὰς, ἄλλοι δὲ ἱερείων (scil. τῶν ἀθεσμοτάτων εἶναι δοκέουσι) ἰχθῦς δὲ ἔν τισι μὲν ἱεροῖς θέμις ἐσθίειν, ἐν ἄλλοις δὲ ἀσεβές. *Syrorum alii columbis, alii victimis abstinent. Pisces vero in quibusdam templis edere licet, in aliis non.* Sed puto, legendum ἰχθύων pro ἱερείων, & pro ἰχθῦς substituo ἱερεῖα. Nam hoc de Syris solet tradi, eos columbis & piscibus abstinere, non victimis: & sensus erit reliquorum verborum, in templis quibusdam fas esse victimas comedere, in aliis non. Vide Lucian. de Dea Syria, in fine, θύουσι οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ ἱερῷ &c. Et quid si apud Ovidium, canentem

p. 593.

* *Nomen* est in codice nostro manu scripto membranaceo: sed sexcenties *nomen* & *numen* permutari in veteribus membranis notum est. *Tegebant* etiam in meo legitur pro *tenebant*, & id praetulerim, quia mox sequitur, *hos quoque posse tegi.*

Inde nefas ducunt genus hoc imponere mensis
Ne violent timidi piscibus ora Syri,

tumidi pro *timidi* aliquis legat? Nulla, fateor, necessitas cogit. Sed constat, eos propterea se a piscibus abstinuisse, quia metuebant, si piscibus vescerentur, ne illis venter aut aliud membrum corporis intumesceret: quo spectat illud Martialis,

Juro per Syrios tibi tumores.

& locus Menandri, quem hanc in rem citavit Scaliger in notis ad Manilium *pag. 344.* Nota obiter, capta ab iis arca, tumores quoque illis pro poena divinitus immissos *1. Sam. 5. 6.*

Ad columbas autem quod attinet, quum illae Ascalonitis sacrae fuerint, non mirum magnam earum copiam illic fuisse. Hoc narrat Philo apud Eusebium *de praep. Evang. lib. VIII.* Τῆς Συρίας ἐπὶ θαλάττῃ πόλις ἐστὶν, Ἀσκάλων ὄνομα· γενόμενος ἐν ταύτῃ καθ' ὃν χρόνον εἰς τὸ πατρῷον ἱερὸν ἐσελθόμην, εὐξόμενός τε καὶ θύσων, ἀμήχανόν τι πελειάδων πλῆθος ἐπὶ τῶν τριόδων, καὶ κατ' οἰκίαν ἑκάστην ἐθεασάμην· πυνθανομένῳ δέ μοι τὴν αἰτίαν, ἔφασαν οὐ θεμιτὸν εἶναι συλλαμβάνειν· ἀπειρῆσθαι γὰρ ἐκ παλαιοῦ τοῖς οἰκήτορσι τὴν χρῆσιν. *Urbs Syriae maritima est, Ascalon nomine. Ibi cum versarer & precum sacrificiorumque gratia templum patrium adirem, immensa copia columbarum in triviis & aedibus mihi conspecta est. Causam rei quaerenti narrabant, eas capere nefas esse & jam antiquitus incolis usum illarum interdictum fuisse.* p. 594.

Episcopos Ascalonitanos hos lego memoratos in actis conciliorum.

SABINUM. Concilio Niceno primo subscripsit inter episcopos provinciae Palaestinae. Vide *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 51.* Epiphanius *l. 11.* adversus haereses *pag. 730.* Monginum tempore Arii episcopum scribit fuisse Ascalonis.

AUXENTIUM. Concilio Constantinopolitano primo habito *anno 381.* interfuit. Vide *tom. II.* conciliorum general. *p. 956.*

JOVINUM. Concilio Diospolitano, *anno 415.* interfuit. Vide *tom. II.* concil. *pag. 1532.*

LEONTIUM. In actis concilii Chalcedonensis hujus nomen legitur plus semel. Vide *tom. IV.* concil. *pag. 80. & 118. & 717.*

ANTONINUM. In epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani. Vide *tom. V.* concilior. *pag. 192.* Illic distinguitur ab episcopo Majumae Ascalonis.

DIONYSIUM. In actis concilii Hierosolymitani habiti *anno 536.*

Viros doctos Ascalone oriundos hos numerat Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς, Antiochum Cycnum, Sosum, Antibium & Eubium, Stoicos illustres, dein Grammaticos Ptolemaeum Aristarchi discipulum & Dorotheum, historicos denique Appollonium & Artemidorum, qui de Bithynia scripsit, addens & alios esse. Nimirum fuit & Julianus Ascalonites laudatus Harmenopulo, Eutochius Ascalonites, cujus scriptum post Archimedis arenarium editum est, Zosimus Sophista, qui imperante Anastasio vixit (vide Suidam ad v. Ζώσιμος) & οἱ περὶ Ἀσκάλωνα in scholiis veteribus ad Homerum memorantur, quo nomine Ptolemaeum & socios intelligimus; vide Suidam ad v. Πτολεμαῖος.

In chronico Paschali, quod & Alexandrinum dici consuevit, *pag. 182.* dicitur Ascalonitas tempora sua numerare ab Consulatu Antonii & Albini, qui incidit secundum illius libri computum in annum urbis conditae 655. Ita illic legitur.

p. 595. ΡΞΘ' ΟΛΥΜΠΙΑΣ
ιδ' Ὑπ'. Αντωνίου καὶ Ἀλβίνου.
Ἀσκαλωνῖται τὰς ἑαυτῶν χρόνας ἐντεῦθεν ἀριθμοῦσιν.

Extant varii nummi Ascalonitarum cum aera inscripta, quam viri docti ducunt ab A. V. *c. 650.* Vide in primis Norisium de epochis Syro Macedonum, ubi hoc aerae initium confirmatum invenies, & imagines aliquot nummorum Ascaloniticorum depictas, in quibus plerumque mulier turrito capite, prorae insistens, dextra columbam, sinistra hastam tenens conspicitur. Sunt aliquot ex iis ita inscripti

ΑΣΚΑΛΩ. ΓΡ. *Ascalonitarum, anno 103.* Vide Vaillant. numm. Imper. *pag. 331.* e quo & plerique sequentes notati sunt.

ΑCΚΑΛΩ ΓΙΡ. *anno 113.* Hic est & in cimeliarchio Wildiano.

ΑΣΚΑΛΩ. ΑΛΡ. *anno 131.*

ϛNP. *anno 156.* AOP. *anno 171.* BOP. *anno 172.* POE. *anno 175.* BΠP. *anno 182.* AP. *anno 190.* ENC. *anno 255.* ϛNC. *anno 256.* BΞC. *anno 262.* qT. *anno 301.* AKT. *anno 321.* BAT. *anno 332.*

Vide & Patini numm. aer. Impp. *pag. 35. 113. & 181.* & Harduini nummos populorum & urbium ad hanc vocem.

Haec

Haec ita conscripseram, quum ad me defertur geographia manu scripta Abulfedae Ismaëlis, ea parte, qua Syriam describit. Hanc ad me transmisit vir illustris, Richardus Bentlejus, quem ego Britanniae suae, Britanniae autem? immo vero rei literariae universae diu volo superesse, ut non ingenium modo illius & doctrina, verum etiam humanitas mihi & aliis prodesse possit. In ea video nomen scriptum عسقلان *Askalân*, & urbem ipsam eo tempore incolis destitutam & signa antiquitatis haud obscura continentem dici, sitam على جانب البحر بينها وبين غزة نحو ثلاثة فراسخ *in litore maris, ita ut inter illam & Gazam sit intervallum trium parasangarum*, & mox ex scriptore العزيز notatur ثمانية عشر ميلا بينها وبين الرملة *inter illam & Ramolam* (quae Rama nunc vulgo dicitur) *esse octodecim miliaria.* Arabum parasangae tria complectuntur miliaria: miliare autem 3000. cubitos, aut nonagies sexies mille digitos, digitum autem vocant spatium, quod latitudo sex granorum hordei occupat. De his videri potest Gravius in praefatione descriptioni Chorasmiae & Mawaralnahrae ex eodem Abulfeda praemissa. p. 596.

ASCHAN.

עָשָׁן, Urbs in tribu Judae. Vide & infra כור עשן. Eusebius ad hanc vocem Ἀσὰν notat esse vicum Bethasan (ita enim legendum est pro Θηβασὰ) 15. miliaribus ab Aelia distitum.

ASCHDOD. *Vide Azotus.*

ASCHER.

אֲשֵׁר הַמִּכְמְתָת, *Ascher Hammicmetath.* Videtur nomen urbis esse. Describitur *Jos. 17. 7.* esse על פני שכם *ante Sichem.* Nimis longe hinc abest tribus Ascher, quam ut de ea hic cogitari possit, nec illa ita describenda fuisset, ut diceretur esse ante Sichem. Eusebius in Onomastico ad vocem Ἀσήρ notat suo tempore villam fuisse Ascher dictam non longe a Neapoli in via, quae tendit Scythopolin. Egregie haec illustrantur ex Itinerario veteri Hierosolymitano, ubi eadem recensetur inter Scythopolin & Neapolin hoc modo

Sciopoli. Lege *Scythopoli.*
Ascher.
Neapoli.

An haec sit urbs Assur, cujus mentio in notitia Ecclesiastica Latina quaeri posset: verum putem, nomine Assur indicari urbem ارسوف *Arsuf* dictam ab aliis, haud longe ab Jamnia, post quam recensetur Assur: vide supra *pag. 222.* At forsan אשורי *2. Sam. 2. 8.* significat hujus

jus urbis incolas. Vulgo homines tribus Ascher eo nomine indicari putant.

ASCHNA.

p. 597. אַשְׁנָה, Urbs tribus Juda in planitie sita. *Jos. 15. 33.* erat in eadem tribu alia urbs hoc nomine, sed diversa a priori. *Jos. 15. 43.*

ASER.

Ἀσέρ. Vicus praegrandis inter Azotum & Ascalonem. Eusebius ad vocem Ἀσέρ.

ASOPHON.

Ἀσωφών. Locus non longe a Jordane. Josephus *Antiquit. XIII. 21.* Πειράσας δὲ Σέμφωριν μικρὸν ἄπωθεν τῆς πεπορευμένης πολλὰς ἀποβαλὼν ἦει πολεμήσων Ἀλεξάνδρῳ· ἠπήντησε δὲ αὐτῷ πρὸς τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ Ἀλέξανδρος περί τινα τόπον λεγόμενον Ἀσωφὼν ἀ πόρρωθεν τᾶ Ἰορδάνε ποταμᾶ. *Aggressus autem* (Ptolemaeus) *Sipporin, non longe ab urbe, quam ceperat* (Azochi, oppido Galilaeae) *distantem, multis desideratis ivit conflicturus cum Alexandro, cui obviam fit Alexander juxta flumen Jordanem circa locum aliquem Asophon nuncupatum, qui haud longe erat a Jordane.*

ASOR.

Ἀσώρ. Vicus ad orientem Ascalonis. Meminit Eusebius in Onomastico.

ASOROS.

Ἄσωρος. Urbs a Salomone condita. Josephus *Antiquit. VIII. 2.* חצר *1. Reg. 9. 15.* Est etiam Ἄσωρος nomen regiae Jabini, urbis sitae super lacum Samochoniten. Josephus *Antiquit. V. 6.* quae & ipsa חצור in Sacro Codice dicitur: & *Antiquit. XIII. 9.* Πεδίον Ἀσώρ commemoratur, quo a lacu Gennasara profectus est Jonathan. Et *Antiquit. IX. 11.* Ἀδώρα vocat urbem חצור, cujus post Kadesh in Nephtali fit mentio *2. Reg. 15. 29.* quae sine dubio est חצור sita in tribu Nephtali.

ASSAREMOTH.

p. 598. Ἀσσαρημώθ. Syri ad Emmauntem caesi fugisse dicuntur ad hunc locum & campos Idumaeae *1. Macc. 4. 15.* alii Γαζήρων legunt, ut Gazara intelligatur.

ASTAROTH.

עשתרות. Urbs in Baschan, postea in portione tribus Menasseh *Jos. 9. 10. 1. Chron. 6. 71. Jos. 13. 31.* Videtur עשתרות קרנים dici *Gen. 14. 5.* quod nomen non nisi hoc loco legitur. עפינית קרנים in versione Samaritana Pentateuchi *Gen. 14. 5.* Eusebius ad hanc vocem notat, sex eam miliaria abfuisse ab urbe Arabiae, cui nomen Adraa, & Adraa

& Adraa ipsa a Bostris abfuisse 25. miliaria: esse autem duos vicos hoc nomine in Batanaea inter Adara (Adraa) & Abilam urbes, novem miliarium intervallo discretos a se invicem. Idem ad Καρνασείμ notat, esse vicum grandem in angulo Batanaeae Carneam dictam, & aliam Carneam in finibus Aeliae. In libris Apocryphis Καρναΐμ & Κάρνιον haec dicitur. Vide infra *Beestheera* & *Bostra.*

ASTHO.

Ἀσθώ. Vicus inter Azotum & Ascalonem. Ita Eusebius scribit ad vocem Ἀσθαώλ, & Hieronymus non aliter in eo videtur legisse. Hanc esse, quae *Hasta* dicitur in Notitia Imperii, opinatur Pancirollus.

ASVADA.

In Notitia Imperii legitur. Vide supra, quae nos ad Palaestinam facientia inde excerpsimus *pag. 230.*

ASUGANRINA.

Meminit hujus loci Itinerarium Antonini Martyris, conscriptum circa finem saeculi sexti, & editum Juliomagi Andium *anno 1640.* Ita p. illic legitur. *Contra Tholomaidem* (haec est Ptolemais) *sexto miliario ci-* 599. *vitas est, quae vocatur Asuganrina sub monte Carmeli, ubi sunt castra Samaritanorum, & super ipsa castra miliario semis monasterium est Helizei Prophetae, ubi occurrit ei mulier, cujus filium suscitavit in monte Carmeli, ibique est petra modica & rotunda, quae cum agitatur sonat, quia solida est. Talis est autem virtus petrae illius, ut, si suspensa mulieri vel cuicunque animali fuerit, jactum nunquam faciet, & a civitate sex aut duodecim millia personat.* Jactum facere i. e. abortum, uti ad h. l. notatum est. An forte sub hac voce latet قنبين *Cantin*, sedes Samaritanorum, quam commemorat Persa meus Saad Ibn Ali in geographia manu scripta?

ATABYRIUM.

Oppidum in colle situm, cujus Polybius meminit *lib. I. historiar. pag. 413.* natrans, capta Philoteria urbe sita ad lacum, quem Jordanes linquens per planitiem urbis Scythopolis labitur, Antiochum huc duxisse exercitum. Ἀσφαλισάμενος δὲ φρεραῖς ταύτας ὑπερέβαλε τὴν ὀρεινὴν ἡ παρῆν ἐπὶ Ἀταβύριον· ὁ κεῖται μὲν ἐπὶ λόφε μαζοειδᾶς τὴν δὲ πρόσβασιν ἔχει πλεῖον ἢ πεντεκαίδεκα σταδίων. Χρησάμενος δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τᾶτον ἐνέδρα ἡ στρατηγήματι κατέσχε τὴν πόλιν. *Praesidio in has urbes* (Tyrum & Philoteriam) *inducto & superatis montibus Atabyrium pervenit. Id in colle situm est ex plano leviter se attollente, forma uberis, adscensum habens stadiorum quindecim. Ibi Antiochus dolo atque insidiis inimicos aggressus urbem occupavit.* Josephus montem hunc vocat Ἰταβύριον. Ita quoque Eusebius in Onomastico. Stephanus in Ethnicis. Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδε....

ἔςι ἡ Σικελίας Ἀταβύριον, ἔςι ἡ Περσικὴ πόλις. ἔςι ἡ Φοινικῆς. *Atabyrium, mons Rhodi ..... est & in Sicilia Atabyrium: est & urbs Persica; est etiam Phoenices.* Sunt, qui huic urbi nummum tribuant inscriptum ΑΤΑΒΥΡΑΙΩΝ, in quo Jupiter sedens dextra pateram, sinistra hastam tenens & ante pedes ejus aquila. Vide Vaillant. numismata Graeca Imperatorum, Augustorum & Caesarum *pag. 150.* Confer illa, quae supra de hoc monte diximus *lib. I. cap. 51.* Est enim ὄρος Ἀταβύριον idem ac Tabor.

p. 600.

* ATACH.

עָתָך, Non nisi semel in sacris literis memoratur inter urbes Judae *1. Sam. 30. 30.* Laterculum illarum heic disponam, & lectionem codicum Graecorum, quod in iis longe aliter haec conspiciantur.

Hebraei codd.	Graeci.
Comm. 27.	
ביתאל	Βαιθσὲρ
רמות נגב	Ῥαμᾶ νότου
יתר	(1) Γεθὸρ
Comm. 28.	
ערוער	Ἀροὴρ
שפמות	(2) Ἀμμαδᾶ
אשתמע	Σαφὶ
	(3) Ἐσθιὲ
Comm. 29.	
רכל	(4) Γὲδ
ערי הירחמאלי	(5) Κιμὰθ
ערי הקיני	(6) Σαφὲκ
	Θημὰθ
	Κάρμηλος
	Πόλεις τοῦ Ἱερεμεὴλ
	Πόλεις τοῦ Κενεζὶ

Comm.

(1) Codices alii Ἐιεθὲρ & Γιεθιθὲρ, vel Ἰαθὴρ & Ἰαθθείρ.
(2) Al. Σαφαμὼς & Σιφαμὼθ uti in codd. Hebraeis. Et videtur sane Ἀμμαδὶ & Σαφὶ ortum ex Σαφιαμμαὰδ pro שפמות.
(3) Al. Ἐσθεμὰ.
(4) Al. Ῥαχὴλ & Ῥαχάλ.
(5) Al. Κινᾶν, aut Νικᾶν.
(6) Al. Σαφέχ. Hae autem urbes quatuor *Geth*, *Kimath*, *Saphec*, *Themath* nihil plane habent in codicibus Hebraeis, quod iis respondeat. Reliqua Κάρμηλος &c. clare cernimus posita pro רכל & sequentibus.

Comm. 30.

חרסה	(7) Ἱερεμὰθ
כור-עשן	Βηρσαβεὲ
עתך	Νομβὲ

p. 601.

Comm. 31.

חברון	Χεβρὼν

* ATAD.

עטד *Gen. 50. 10.* vide supra *pag. 523.* Samuel Bar Nachman in Bereschit *fol. 535.* Rabba dicit, in toto sacro codice non inveniri alibi nomen *Atad.*

ATARGATION.

Ἀταργάτιον. *2. Macc. 12. 26.* Judas legitur profectus ἐπὶ τὸ Κάρνιον καὶ τὸ Ἀταργάτιον. Videtur pro nomine urbis illic accipi posse. Commate 21. ejusdem capitis Κάρνιον sola memoratur, quae est urbs קרנים *Carnaim.* Crediderim tamen, Ἀταργάτιον non esse urbis, sed templi nomen, quod Carnii erat a numine Atargate ܐܬܪܥܬܐ ita dictum, quod τόπον Θεοῦ Persice notat, uti alibi observavimus, quamvis forsitan rectius scribatur ܐܕܪ ܟܘܕܐ *Adar Choda, Ignis Deus.* Ad illud templum hostes confugerant, uti scribitur *1. Macc. 5. 43.*

ATAROTH.

עֲטָרוֹת, Urbs in tribu Gad. *Num. 32. 33.* Est & alia in finibus Ephraim, *Jos. 16. 7.* inter Janocham & Jerichuntem. Eusebius ad hanc vocem notat, esse vicum Ἀταρὼθ quatuor miliaribus a Sebaste ad septentrionem, ἐν βορείοις, sed hic locus non est idem ac hic: meminerat paulo ante loci Ἀρχιαταρὼθ, jungens nimirum voces duas lectas *Jos. 16. 2.* הארכי עטרות.

Quum hoc nomen עטרות aptissime urbi conveniat, videtur inde nomen quoque accepisse urbs Mesopotamiae Ἄτρα in numero plurali, cujus meminit Dio Cassius in vita Severi, & Stephanus in ἐθνικοῖς, cui ea Ἄτραι nuncupatur. Nota ἐθνικὸν hujus urbis Ἀτρηνὸς apud Dionem Cassium ibidem legi, quod in Stephano, uti nunc eum habemus, non extat.

p. 602.

ATHARUS.

Vide *Arus & Ataroth.*

(7) Al. Ῥαμμὰ Βωρσὰν & Ἀθθὰν, propius ad scriptionem Codicum Hebraeorum.

ATHONE.

Ἀθώνη. Urbs trans Jordanem Arabibus erepta ab rege Judaeorum Alexandro. Recenſetur cum Zoar, Agalla (quam nos ſupra eſſe Eglaim conjecimus) aliiſque urbibus Moabitarum, a Joſepho *Antiquit. XIV. 2.*

ATROTH ADDAR.

עַטְרוֹת אַדָּר, Urbs in finibus Ephraim inter Bethel, quae orientalior, & oram maritimam. *Joſ. 16. 5. & 18. 13.* Euſebius credit, eſſe duas urbes, quum Ἀδὰρ אדר ſcribit, eſſe urbem tribus Ephraim.

* ATROTH SCHOPHAN.

עַטְרוֹת שׁוֹפָן, Urbs tribus Gad. *Num. 32. 35.* pro שפן Samaritanus codex habet שפים. Forſitan nomen *Schophan* accepit a Scaphane, qui ſecundus erat a primario viro inter Gaditas. *1. Chron. 5. 12.*

AUGUSTOPOLIS.

Epiſcopus Αὐγυςοπόλεως interfuit Concilio Epheſino. Erat haec urbs Palaeſtinae tertiae. Vide Notitias veteres Eccleſiaſticas.

AZANOTH.

Ἀζανώθ. Vicus in ditione Diocaeſareae, in campeſtribus. Euſebius in Onomaſtico.

AZARE.

Ἀζάρη & Ἀζάρε πόλις appellatur Joſepho urbs Jizreel, *Antiq. VIII. 7.* Ἰσραήλας Ἀζάρε πόλεως: & mox Ναβεθὸς ἀπὸ πόλεος Ἀζάρης. Erat autem
p. Naboth ex urbe Jizreel *1. Reg. 21. 1.* Suidas videtur ibidem in Joſepho
603. legiſſe ἐξ Ἰζάρε πόλεως. Vide eum in voce Ναβεθᾶς. De Joramo rege Iſraëlis idem Joſephus *Antiq. IX. 4.* ſcribit, eum vulneratum in obſidione Aramathae Galaaditicae ſe recepiſſe curandi vulneris cauſa ἐις Ἀζάρην πόλιν. Sacer codex pro ea *Jizreel* יזרעאל habet *2. Reg. 8. 29.* & ipſe mox Joſephus eodem capite ait, eum in urbe Ἰεσραήλ vulnus ſuum curaſſe καθὼς προείκαμεν. Atqui de urbe Iſraëla nihil ante dixerat, ſed de Ἀζάρη. Ergo aut vitioſi ſunt codices, aut eadem eſt Ἀζάρη & Ἰεσραήλ.

AZECA.

עֲזֵקָה, Urbs tribus Judae Ἀζηκὰ dicta Joſepho *Antiq. VI. 10.* ſita in parte ejus campeſtri, quae Σεφηλὰ dicitur, adeoque in regione occidentali inter litus maris magni & montana Judae. *Joſ. 15. 35.* De Sephela videri poſſunt, quae notavimus ſupra *p. 187.* Ex ſacris porro literis haec peti queunt ad cognoſcendum ſitum Azecae, Philiſtaeos caſtra metatos fuiſſe inter Socho & Azeca *1. Sam. 17. 1.* ita, ut ipſi quidem in monte conſiſterent & vallis intermedia eos ab Iſraëlitis in monte adverſo

verſo conſtitutis diſcerneret. Ex *Joſ. 10. 10.* diſcimus, poſtquam Gibeone in fugam conjeciſſet Joſua reges quinque Emoraeorum, illos perſecutum eſſe eum ultra Bethchoronem uſque ad Azecam & Makkedam.

Euſebius in Onomaſtico ad vocem Ἀζηκὰ notat, καλεῖται δὲ καὶ νῦν Ἔζηκα κώμη ἀνάμεσον Ἐλευθεροπόλεως καὶ Ἀιλίας. Hieronymus. *Sed & hodie vocatur villa Azecha inter Eleutheropolin & Aeliam.* Credibile eſt, hanc villam Azecham eſſe eandem, ac Azecam a Joſua & ſcriptore librorum Samuelis memoratam. In primis quum Adullam & Socho *Joſ. 15. 35.* cum Azeca jungantur, uti urbes ſitae in campeſtribus, & Socho collocetur ab Euſebio inter Aeliam & Eleutheropolin (vide eum ad vocem Σοχὼ) & Adullam quoque ad orientem Eleutheropolis ad vocem Ἀδολάμ. Praeterea quia Makkeda (quae jungitur *Joſ. 10. 10.* cum Azeca) erat ad ortum Eleutheropolis in octavo miliario, uti ſcribit Euſebius, p.
ad vocem Makkeda: & quia Jerimuth, quae cum Adullam Socho & 604.
Azeca jungitur *Joſ. 15. 35.* uti urbibus in campeſtribus ſitis aberat ab Eleutheropoli 14. miliaria (uti in Euſebio legit Procopius) & ſita erat juxta Eſtaol, teſte Euſebio. Praeterea ſi Azecae ſitus ab urbibus, quibuſcum recenſetur, definiri debet, erat in eadem regione campeſtri, in qua Eſtaol & Tzora *Joſ. 15. 33.* urbes Danitis poſt datae, & Schaaraim. At *1. Sam. 17. 52.* (eodem capite, in quo mentio fit Azecae) Schaaraim, Gath & Ekron uti loca vicina junguntur, ſic ut ab Azeca fugati ſunt Philiſtaei uſque ad Ekronem &c. Obſtat tamen huic ſententiae, quod שפלה id eſt regio campeſtris ab ipſo Euſebio in Onom. ad vocem Σεφηλὰ dicatur eſſe ad occaſum & ſeptentrionem Eleutheropolis, quomodo ergo urbes 8. aut 9. miliaribus ab Eleutheropoli diſſita ortum verſus, poſſint dici eſſe in campeſtribus?

Haec non video, quomodo conciliem, niſi etiam pars regionis campeſtris locetur ad ortum Eleutheropolis, uti & ad auſtrum; nam Lachis & Nezib & Keila urbes erant regionis campeſtris *Joſ. 15. 39. 44.* Atqui Lachis aberat ab Eleutheropolis miliaria 7. Nezib 9. Keila 8. verſus auſtrum, teſte Euſebio. Socho quidem collocari poſſet in regione montana. Erat enim Socho duplex, una in campis, altera in montuoſis. Vide *Joſ. 15. 35.* & 48. Sed, ut verum fatear, illa Socho, quae ab Euſebio inter Eleutheropolin & Aeliam locatur, non videtur eſſe Socho ſita in montanis, ſed in campeſtribus; quia, quantum ex Euſebio liquet, non longe fuit ab Adullam & Macceda, & Eſtaol (adeoque etiam illic campeſtria fuiſſe credi debent, ubi fuit Soco (& quia in ſacris literis Adullam, Socho, Azeca & Jarmuth junguntur *Joſ. 15. 33.* ut urbes ſitae in regione campeſtri. At Jerimuth, Odollam, Eſtaol loca fuere vicina. Vide ſupra *pag. 505. 480. 491. 493.* Quamvis de Jermucha incertum ſit, fueritne eadem ac Jerimuth, quoniam ſi collocetur in campeſtribus, uti ex Joſua videtur locanda, & ſi 14. miliaribus removeatur ab Eleutheropoli, uti in Euſebio videtur leegendum, fueritque in via ducente ab Eleu-

 thero-

theropoli Aeliam, uti teſtatur Euſebius, non videam, quomodo vicina fuerit urbi Eſtaol ſita in via ducente Eleutheropoli Nicopolin. Quare, aut illam Jermucham non eſſe antiquam illam Jerimuth, aut contextum eſſe corruptum Euſebii, crediderim. Scripſit forſitan Euſebius *in via ducente Aeliam a Nicopoli.*

p. 6 5.

AZEM.

עֶצֶם, Urbs Simeonitarum. *Joſ. 19. 3.* Vide de illa ſupra *p. 153.*

AZMAVETH.

עזמות. Videtur in regione tribus Judae aut Benjamin fuiſſe nec longe a Jeruſalem. *Neh. 12. 29.* Ibi jungitur cum Netopha, Gilgal & Geba: & *Neh. 7. 28.* & *Ezr. 2. 24.* incolae בית עזמות junguntur cum incolis Netophae, Anathoth &c. Βεθσαμῶς legitur in libro II. Ezrae *cap. 5. 34.* Crederet quis, illam eſſe urbem Bethſchemeſch: ſed contrarium liquet ex collatione illorum, quae extant *Nehem. 7. 28.* ubi eadem urbium ſeries texitur, & hoc loco legitur בית עזמות. Quare aliorum codicum ſcriptura Βαιθασμῶν propius accedit ad veram. In Graeco contextu Nehemiae turbatus eſt vocum ordo & υἱοὶ abundat. Pro υἱοὶ Ἀζαμῶθ ἄνδρες βηθ τεσσαράκοντα δύο lege Ἄνδρες Βηθζαμῶθ &c. Eſt nomen viri *Azmaveth.*

AZMON.

עַצְמוֹן, *Num. 34. 5. Joſ. 15. 4.* Loci nomen eſt in finibus auſtralibus terrae Chanaan, ad ortum fluminis Aegyptii, ſive Rhinocolurorum. Σελμονὰ legitur in quibuſdam codicibus Graecis.

AZOCHIS.

Ἀζωχὶς & Ἀσωχὶς, atque Ἀσωχὴ in quibuſdam codicibus. Urbs eſt Galilaeae a Ptolemaeo capta. Joſephus *Antiq. XIII. 20.* Non longe erat a Sippori. Idem *Ant. de bell. I. 3.* Ἀζωχεῖς appellat: & inde dicitur μέγα πεδίον. Idem *in vita pag. 1014. Ibidem p. 1016.* Jonatham ait ex Judaea in Galilaea ingreſſum tranſiviſſe Japham, Sepphorin, Aſochin & Gabara, & *pag. 1028.* vocat eam, Ἀσωχὶν πόλιν. Niſi fallor huc pertinent, quae Suidas habet, Ἀσωχαῖος ὄνομα κύριον, καὶ θηλυκὸν Ἀσωχὴ ὄνομα πόλεως, καὶ Ἀσωχὶς ὄνομα κύριον καὶ Ἀσωχιρ, ὄνομα πόλεως. Haec mendoſa arbitror, in iis quaedam bis repetita immerito.

p. 606.

AZOTUS.

Aſchdod אשדוד ſcribitur *1. Sam. 6. 17.* Judae tribui fuit aſſignata *Joſ. 15. 47.* ſed Philiſtaei eam diu tenuerunt. Stephanus ita illam deſcribit. Ἄζωτος, πόλις Παλαιςίνης. Ταύτην ἔκτισεν εἷς τῶν ἐπανελθόντων ἀπ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης φυγάδων καὶ ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτῆς Ἄζας ὠνόμασεν ὅ ἐςι χίμαιραν, ἣν Ἄζωτον μετέφρασαν. *Azotus, urbs Palaeſtinae. Hanc aliquis*

aliquis e profugis a rubro mari redeuntibus de nomine uxoris ſuae Azam nuncupavit, id eſt (עז *capra*) *capram, quam Azotum interpretati ſunt.* Azotus, *quae Hebraicae dicitur Eſdod, urbs fuit potentiſſima Palaeſtinae de quinque urbibus: hanc Sargon Rex Aſſyriorum, qui ſeptem nominibus appellatur, miſſo duce exercitus ſui, cui nomen erat Thartan, cepit & tenuit* ſcribit Hieronon. ad *Jeſ. 20.* Epiphanius in *lib.* de vitis Prophetarum *p. 246.* ſcribit, eſſe Ἄζωτον πόλιν Ἑλλήνων κατὰ θάλασσαν, *Azotum urbem Graecorum juxta mare.* Collocat etiam Hieronymus *in Comm. ad Joël. 2.* hoc oppidum in litore maris, ſcribens, *mare autem noviſſimum hoc, quod ad occidentem eſt, & quod ducit in Aegyptum, in littore Gaza & Aſcalon Azotuſque & Joppe & Caeſarea & caeterae urbes maritimae ſitae ſunt.* Atqui Gaza ipſa aliquantulum aberat a litore, & portum habebat λιμένα Γαζαίων, ſive Majumam. An ſic quoque Azotus in litore ſita dicitur, i. e. in ora maritima. Verum duplex erat Azotus, παράλιος & mediterranea. Vide ſupra *pag. 215.*

In Libris Apocryphis ſit aliquoties Azoti mentio. Libro *Judith. 3. 2.* dicitur ſita inter Jamniam & Aſcalonem. *1. Macc. 4. 15.* legitur Syros fugiſſe Azotum & Jamniam. *1. Macc. 5. 68.* fuiſſe in terra ἀλλοφύλων i. e. Philiſtaeorum & capta a Juda Maccabaeo. Ἄζωτε ὄρος memoratur *1. Macc. 9. 50.* Aliis Aznoth mons. Jamnia Azotum tendit Apollonius per campeſtria *1. Macc. 10. 77.* Inſequitur eum Jonathan, capit Azotum & dein Aſcalonem. *Ibid.* In finibus Azoti ſita erant Gazara. *1. Macc. 14. 34.*

p. 607.

De Azoto haec habet Joſephus, eam terminum fuiſſe tribus Dan ab auſtro *Antiq. V. I.* ſitam in campeſtribus & maritimis *Antiq. V. 2.* & *XIII. 8.* agrum circa eam ſegetes protuliſſe. *Antiq. VI. 1.* unam fuiſſe ex 5. urbibus Palaeſtinorum *Antiq. VI. 1.* captam a Juda Maccabaeo poſt Mariſſam *Antiq. XII. 12.* inter illam ac Joppen torrentem fuiſſe. *Antiq. XIII. 8.* captam eam a Jonatha, qui a Joppe venerat & deinde perrexit Aſcalonem *Ant. XIII. 8.* inter Gazam fuiſſe & Jamniam *Ant. XIII. 23.* uti inter urbes tractus maritimi recenſetur, ſitam tamen ἐν μεσογείῳ *bell. I.* & *Ant. XIV. 8.* reſtauratam a Gabinio *Antiq. XIV. 2.* & donatam Salome a Caeſare *Antiquit. XVII. 13.*

Herodotus eam magnam appellat urbem Syriae, & ſingulare quidpiam de ea narrat *lib. II. cap. 157.* Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτε τέσσαρα καὶ πεντήκοντα ἔτεα· τῶν τὰ ἑνὸς δέοντα τριήκοντα Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν προσκατήμενος ἐπολιόρκεε ἐς τὸ ἑξεῖλε· αὕτη δὲ Ἄζωτος ἁπασέων πολίων ἐπὶ πλεῖςον χρόνον πολιορκεομένη ἀντέσχε τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. *Pſammitichus in Aegypto regnavit annos 54. E quibus per annos novem & viginti magnam Syriae urbem obſedit, quam tandem expugnavit. Haec eſt Azotus, quae diutiſſime inter urbes omnes, quas novimus, obſidionem ſuſtinuit.* Certe celebre fuit hujus urbis nomen, prae multis aliis Palaeſtinae, quod vel ex his intelligitur, quae apud Strabonem extant *l. XVI.* Ἔνιοι δὲ τὴν Συρίαν ὅλην ἔφασι Κοιλοσύρας, καὶ Φοίνικας διελόντες, τέτοις ἀναμεμίχθαί φασι τέτταρας ἔθνη,

ἔθνη, Ἰουδαῖοι, Ἰδουμαῖοι, Γαζαῖοι, Ἀζωτῖοι, γεωργικοὶ μὲν ὡς τοῦ Σύρου καὶ Κοιλοσύρου, ἐμπορικοὶ δὲ, ὡς τοῦ Φοίνικας. *Quidam universam Syriam dividunt in Coelesyros & Phoenicas, quibus immixtae sunt quatuor gentes, Judaei, Idumaei, Gazaei & Azotii. Horum Syri & Coelesyri agriculturae, Phoenices mercaturae, operam dant.* De Phoenicum mercatura, &, quae huic inserviunt, itineribus maritimis res nota est. Syrorum autem agricultura proverbio locum dedit, quod Plinius refert *lib. XX. cap. 5. Syria in hortis operosissima est, indeque proverbium Graecis: Multa Syrorum olera.*

Sita fuit Azotus inter Jamniam & Ascalonem, sic ut Jamnia fuerit Azoto septentrionalior. Ita Ptolemaeus (vide supra *p. 460.*)

p. 608.

Jamnensium portus.
Azotus.
Ascalon.

Eusebius quoque ad vocem Ἰαμνεια scribit, Jamniam fuisse inter Diospolin & Azotum: adeoque Azotus non fuit propior urbi Diospoli quam Jamnia. Ita & *Judith. 3. 2.* hoc ordine recensetur Azotus, progressione facta a septentrione austrum versus

οἱ ὄντες ἐν Σιδῶνι.
καὶ Τύρῳ.
οἱ κατοικοῦντες Σόρ.
καὶ Ὀκινά.
καὶ Ἰεμναάν.
καὶ ἐν Ἀζώτῳ.
καὶ Ασκάλωνι.

Adde Josephum *Antiquit. XIII. 23.* qui eundem ordinem servans memorat Apolloniam, Joppen, Jamniam, Azotum, Gazam. Haec quum ita se habeant, dicitur tamen اسدود *Esdud* (Aschdod) nunc esse nomen vici inter Diospolin & Jamniam, vel inter ل *Lod*, uti nunc appellatur, & يبنا *Jebna*. Id ipsum mihi narravit Palaestinae quondum incola Henricus Lub, de quo & ante commemoravi, ita ut videatur Azotus propior fuisse Diospoli, quam Jamnia. Rama, inquiebat, (ubi habitavit annos 17. quaeque Diospoli est ad austrum) ad Esdud iter est horarum 3. & dimidiae, ab Esdud pergendo Gazam versus usque ad Jebnam, iter horarum fere trium. Sed auctoritas veterum mihi majoris fit, quam ut illam ea re labefactem. Esto. Concesserim, vicum اسدود, in via Diospoli ducente Gazam, esse Azotum veterum, certe illa Jebna non erit eadem ac Jafne vel Jamnia veterum, quae a Diospoli tantum abfuit XII. miliaria, uti ex itinerario Antonini discimus.

Inter Azotum & Jamniam X. miliaria collocantur in tabula veteri Peutingeriana. Verum huic opponimus Diodorum Siculum, Itinerarium Anto-

Antonini & Hierosolymitanum. Ex iis liquet, 34. miliaria fuisse inter Gazam & Azotum, & 36. a Gaza Jamniam, sic ut 10. miliaria poni non possint inter Jamniam & Azotum, nisi Azotus nimium removeatur a mari ortum versus, & extra viam, quae Jamnia duceret Gazam. Sic etiam nimis longe abesset a portu, vel Azoto maritima, de qua vide supra *pag. 215.* p. 609.

Nummi extant hujus urbis inscripti ΙΟΥΛ. (vel ΑΥΓ.) ΔΟΜΝΑ ΤΥΧΗ ΑCΩΤΙΩΝ. Vide Vaillant. Numism. Graec. Imperat. *pag. 92.*

Episcopos invenio fuisse Azoti, SILVANUM, qui subscripsit concilio Niceno primo. CHARISIUM, qui interfuit conciliabulo Seleuciensi habito anno 359. Vide Epiphanium Haer. 83. HERACLIUM, qui interfuit concilio Chalcedonensi, pro quo *tomo IV.* Conciliorum gener. *pag. 787.* male legitur *Praelius.* Vide supra ad vocem *Agathopolis.* LAZARUM, qui interfuit concilio Hierosolymitano *anno 536.*

AZZA. Vide GAZA.

BAALA.

בַּעֲלָה, Urbs tribus Judae, alio nomine nuncupata Kirjathjearim. *Jos. 15. 9. 1. Chron. 13. 6.* Legitur etiam בעלה inter urbes Judae in regione australi, *Jos. 15. 28.* quae non videtur eadem esse atque בעלה, quae est Kirjathjearim: nec etiam Kirjathjearim sita fuit in regione australi tribus Judae, & Kirjathjearim in hac ipsa serie urbium Judae recensetur *Jos. 15. 60.* nec eadem urbs bis recenseri potest, nisi summa nascatur confusio. Sed crediderim, illam בעלה eandem esse ac בלה, memoratam hoc fere ordine in serie urbium Simeoniticarum, quae ex australi regione tribus Judae desumtae sunt. Ita *Jos. 19. 1.* urbes Simeoniticae recensentur *Beerscheba, Scheba, Molada, Chatzarschual, Bala, Atzem, Estolad, Bethul, Chorma, Tziklag, Bethhammarcavoth, Chatzar Susa, Bethlevaoth, & Scharuchen, Ain Rimmon, Ether & Aschan & omnes vici, qui erant ad* בעלת באר *Ramath australem.* Confer cum iis seriem urbium tribus Judae *Jos. 15. 28. 29. 30.* ubi *Chatzarschual, Beerscheba, Bizjotheja, Baala, Atzem, Estolad, Kezil, Chorma, Tziklag* hoc ordine recensitae produnt hanc בעלה & illam בלה esse eandem. Addam & hoc, videri eandem hanc urbem dici בלהה *1. Chron. 4. 28.* ubi hoc ordine recensentur urbes Simeonitarum, *Beerscheba, Molada, Chatzarschual,* בלהה *Bilha, Etzem, Tholad, Bethuel, Chorma, Tziklag, Bethmarcavoth, Chatzarsuzim, Bethbirei & Schaharaim.* Vide supra *pag. 153.* ubi triplex series est, in qua hujus urbis nomen legitur. Memoratur & mons Baala in Juda *Jos. 15. 11.* Ex vocibus, quae ibi leguntur הר הבעלה, conflatum legitur apud Eusebium in Onomastico Ἀρεγγηλά. Id fuisse scribit terminum Judaeae orientalem, & eodem nomine esse vicum. p. 610.

BAALATH.

BAALATH.

בַּעֲלָת, Urbs tribus Dan. *Jos. 19. 44. 1. Reg. 9. 18.* Βαλὲθ Josepho, non longe a Gazara. *Antiq. VIII. 2.*

* BAALATH BEER.

בַּעֲלַת בְּאֵר, Eadem creditur esse ac Ramath in confiniis Simeonis *Jos. 19. 8.* Videtur בעל appellari *1. Chron. 4. 33.*

BAAL CHERMON.

בַּעַל חֶרְמֹן, Menassitae habitarunt a Baschan usque ad Baal Chermon & Senir. *1. Chron. 5. 23.* Vide supra *lib. I. cap. XLIX.*

BAALE JEHUDA.

בַּעֲלֵי יְהוּדָה, Est eadem ac Baala sive Kiriathjearim *2. Sam. 6. 2.* de qua mox.

BAAL GAD.

בַּעַל גָּד, Ad radicem montis Chermon. *Jos. 11. 17.* & *13. 5.* Eusebius addit ἐν τῷ πεδίῳ τοῦ Λιβάνου, in campo Libani fuisse. Nota, quum jam tota regio trans Jordanica divisa esset inter Rubenem, Gad, & dimidiam Menasse, huc usque Josuam hostes suos persecutum: & limites
p. terrae trans Jordanicae esse Arnonem ad austrum & montem Chermon
611. ad septentrionem *Jos. 12. 1.* & *5.* Ogum quoque Regem Baschanis dominum fuisse montis Chermon *Jos. 12. 5.* Erat tamen ipsa urbs Baal Gad in regione cis Jordanem. *Jos. 12. 7.*

BAAL MEON.

בַּעַל מְעוֹן, Urbs tribus Ruben *Num. 32. 38. 1. Chron. 5. 8.* (confer Beth baal Meon) postea a Moabitis occupata; nam inter urbes Moabiticas recensetur *Ezech. 25. 9.* & Hieronymus ad illum locum notat, Beel Meon usque hodie in Moab vicus est maximus. Contextus Hebraeo Samaritanus *Num. 32. 38.* extrito ע, scribit בעל מון. Eusebius & Hieronymus tradunt, vicum Βεελμαὼς distare Chesbunte novem miliaribus & esse juxta Baaru, בער, in Arabia. De Baaru vide, quae supra *lib. II.* notavimus ex Eusebio ad vocem Καριαθείμ.

BAAL PERATZIM.

בַּעַל פְּרָצִים, Ubi caesi sunt a Davide Philistaei. *2. Sam. 5. 20.*

* BAAL SCHALISCHA.

בַּעַל שָׁלִישָׁה, *2. Reg. 4. 42.* Urbs, uti videtur, sita in regione Schalischa *1. Sam. 9. 4.* Eusebius & Hieronymus hanc vocem legerunt Bethschalischa, dicuntque, villam esse in finibus Diospoleos 15. miliaribus inde dissitam versus septentrionem in regione Thamnitica.

* BAAL THAMAR.

בַּעַל תָּמָר, Ubi Israëlitae pugnarunt contra Benjaminitas *Jud. 20. 33.* Eusebius scribit, esse prope Gabaa & illic nuncupari locum quendam Bethamar. Hic videmus, *Baal* & *Beth* permutari, uti in Baal Schalischa, & aliis.

BACA.

Βακά. Vicus, qui terminos Tyriorum a Galilaea dirimit. Vide p. 612.
Josephum *de bell. III. 2.* Hegesippus legit *Batatha.*

BACATHA.

Epiphanius hujus loci meminit in Synopsi *lib. II. adv. haereses pag. 397.* & in Anacephalaeosi *pag. 145.* his verbis, τὴν Βάκαθον κατοικοῦντες μητροκωμίαν Ἀραβίας τῆς Φιλαδελφίας, *qui Bacathum incolunt vicum primarium Arabiae Philadelphiensis.* Hic nomen loci Βάκαθος est. Intelligit autem per Arabiam Philadelphiae eam regionem, quae circa illam urbem sita erat, & cujus illa urbs erat praecipua, quemadmodum Arabiam Petraea a Petra, Galliam Narbonensem a Narbone, Syriam Antiochenam ab Antiochia, nuncupamus. Alibi Βάκαθα in plurali numero appellat, *lib. II. adv. haeres. pag. 489.* Ἐν Βακάθοις τῆς Φιλαδελφηνῆς χώρας πέραν τοῦ Ἰορδάνου, *Bacathis sitis in regione Philadelphene trans Jordanem.* בקתון vel בקתי videtur esse verum nomen, quod *casas, domunculas*, notat, e quibus haec κώμη videtur coaluisse. At unde probatur, dicet aliquis, hunc vicum locis Palaestinae attribuendum esse? Ex actis concilii Constantinopolitani, *tom. V. Concil. pag. 192.* ubi inter episcopos Palaestinae nominatur

Γρηγόριος Βακάθας.

In actis Ephesi insertis concilio Chalcedonensi memoratur etiam *tom. IV. Concil. pag. 118.* & *313.* & *321.*

Ἀλύπιος Βάκτρων.

Ubi substituendum esse Βακάθων, nec ultima Bactra hic locum habere posse, liquet ex eo, quod in his ipsis actis *tom. IV. Concil. pag. 268.* appelletur

Ἀλύπιος ἐπίσκοπος Βακάνθων

& Latini codices quidam, hac parte incorruptiores quam Graeci, habeant, Episcopus *Bacatensis*, alii *Bacnatensis, Bacanthensis.* Sic, ut mihi dubium non sit, eadem Bacatha, quorum episcopus erat Alypius, esse ac illa, quorum meminit Epiphanius.

p. 613. Siquidem tam late in orientem excurrere liceret, ut indagaremus, quis esset episcopus *Bactrorum* vel Bacathorum, Bacatha non minus ac Bactra illic invenire liceret. Meminit urbis Βακὰθ (ea est بخث) olim ab Unnuguris aedificatae Theophylactus Simocatta *Histor. lib. VII. cap. 8.* Δυσὶ δὲ μεγίσοις τισὶ τὸ Τέρκον ἔθνος μεγαλαυχεῖ. Φασὶ γὰρ ἄνωθεν αὐτὸς καὶ ἐξ ἀρχῆς μηδέποτε λοιμῶν ἐπιδημίαν θεάσασθαι· τῶν τε σεισμῶν σπάνιν εἶναι κατ' ἐκείνην τὴν χώραν· τὴν δὲ Βακὰθ ὑπὸ τῶν Οὐννιγούρων πάλαι ποτὲ πολιοθεῖσαν, καταπεσεῖν τοῖς σεισμοῖς· τὴν δὲ Σογδαήνην καὶ λοιμῶν καὶ σεισμῶν ἔμπειρον πεφυκέναι. *Duabus rebus iisque magni momenti genus Turcarum gloriatur. Ajunt enim, jam a priscis temporibus pestis immunem fuisse regionem suam nec terrae motus ibi frequentes esse. Bacath vero urbem ab Hunnuguris aedificatam terrae motu corruisse, & Sogdianam pestem & motus terrae experiri.* Ab istis Hunnuguris, gente ex Hunnis & Oguris conflata, nomen Hungarorum ductum esse existimo.

Carolus tamen a St. Paulo credidit, haec Bacatha fuisse eundem locum ac בצקרת *Botzcath*, urbem tribus Judae, ideoque haud dubitat, illi locum concedere inter urbes episcopales Palaestinae primae. Hunc sequitur Philippus Labbeus in apparatu ad Concilia generalia, cui inseruit Breviarium Geographiae episcopalis, in quo scribit *Caesariensi Palaestinae primae Metropolitano parebant Anthedonensis ..... Baschatanus &c.* Eliensis quoque in hac serie legitur, tanquam ab Hierosolymitano diversus (quem errorem tetigimus supra *pag. 207.*) & Menniathenus in Palaestina secunda (de quo vide supra *pag. 209.*) plane uti apud Carolum a St. Paulo, ad quem ipse Labbeus in fine lectorem scire plura volentem ablegat. Posset tamen objici, Βάκαθα κώμην sive vicum fuisse, adeoque episcopum non habuisse. Sed respondeat pro me Sozomenus *Historiar. lib. VII. cap. 19.* Ἐν ἄλλοις δὲ ἔθνεσιν ὅπη καὶ ἐν κώμαις ἐπίσκοποι ἱερῶνται, ὡς παρὰ Ἀραβίοις καὶ Κυπρίοις ἔγνων. *Apud alios populos etiam vici habent consecratos episcopos, uti in Arabia & insula Cypro animadverti.* Atqui Bacatha erant in Arabia, secundum consuetudinem loquendi illorum temporum, & ipsius Sozomeni, qui Areopolin & alias urbes Palaestinae tertiae vocat urbes Arabiae. Vide illum *lib. VII. cap. 15.*

p. 614.

BACHURIM.

בחורים. *2. Sam. 16. 5.* & *2. Sam. 3. 16.* בחרים ubi Graeci codices Βαχαὶμ, Βαθυρεὶμ, Βαχρὶμ vel Βαχχρὶμ legunt. Βαχωρὰ, Βοκχόρη, & Χωραβά. Sunt enim haec ejusdem loci nomina, uti apud Josephum leguntur. Sed illud Χωραβὰ, vel Χώραμον, *Ant. VII. 8.* esse emendandum in Βάχωρα liquet ex *2. Sam. 16. 5.* Βοκχόρη scribitur *Ant. VII. 9.* ubi vicus esse dicitur in agro Hierosolymitano. Confer *2. Sam. 17. 18.*

BAETARRHUS.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Βαιταρρὰς κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης. *Baetarrhus, vicus magnus Palaestinae tertiae.*

BAETH-

BAETHBASI.

Βαιθβασί. In solitudine *1. Macc. 9. 62. 63.* Interpres Latinus Bethkeziz.

BAETHER.

Βαιθήρ. Urbs tribus Judae *Jos. 15. 60.* in codicibus Graecis legitur, in Hebraeis non item. Alii Θεβὴρ exhibent, sed Hieron. ad *Mich. 5.* etiam *Baether* legit. Non est hic cogitandum de *Betaro*, memorata in Itinerario Hierosolymitano, inter Caesaream & Diospolin: illic enim tribui Judae portio nulla erat: nec de Bethchorone, quae suo nomine alibi in libro Josuae legitur, & Ephraimitis data fuit, non tribui Judae.

* BALA.

בָּלָה, In tribu Simeon *Jos. 19. 3.* Meminit etiam Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς urbis Galilaeae hoc nomine ex Josepho. Βάλα, πόλις τῆς Γαλιλαίας Ἰώσηπος. *Bala, urbs Galilaeae. Josephus.* Ego autem inveni quidem in Josepho *Ant. VI. 6.* nomen urbis Βαλᾶ, ubi Saulus copias recensuit. Non tamen inveni, eam urbem Galilaeae nuncupari. Sed plures urbes τῆς Γαλιλαίας Stephanus appellat, de quibus id non constat. Quod si in Galilaea Bala fuisset, forsitan illa Libano adsita nodum solveret, quomodo בלה pro *Libano* usurpatur in Talmude. p. 615.

BALAMO.

Βαλαμώ. Ager inter Dothaim & Balamo. *Judith. 8. 3.* Latinus interpres reddit Baalmaim, uti reddere solet nomina Βελμὲν, Βελμαὶμ, & Βελθέμ. Quare & hoc nomen erit forsitan ejusdem loci. Quid si sit idem ac Βελεμὼθ in Jissascar, patria Hoseae Prophetae?

BALETH.

Βαλέθ. Urbs non longe a Gazara a Salomone condita. Josephus *Antiq. VIII. 2.* בעלא *Baalath* nuncupatur *1. Reg. 9. 18.*

* BAMOTH BAAL.

Jungitur cum Chesbon, Dibon & Bethbaal Meon, & data est Rubenitis *Jos. 13. 17.* Eusebius scribit, eam sitam ἐν τῷ Ἀρνωνᾷ.

BARECA.

Βαρηκά. Vicus prope Azotum. Eusebius in Onomastico, ad vocem Βαρακαί. Ubi male Βαρβὰ legitur, uti liquet tum ex titulo Βαρακαὶ, tum Hieronymo.

BARATHSATIA.

Βαραθσατία. Χώριον 10. (stadiis distans ab urbe Keila vel Kela, quae קעילה

קעילה est. Ibi Michae sepulcrum inventum est. Sozomenus *Histor. VII. 29.* Valesius putat, esse vicum Βηρὰ, quem 8. millibus ab Eleutheropoli distare versus Aquilonem scribit Eusebius in Onomastico.

BARTUTA.

איש ברתותא inter doctores Misnicos memoratur R. Eleazar fil. Judae, in Massechet Orla *cap. 1. misn. 1.*

p. 616.

BASARA.

Βασαρά. Urbs in confiniis Ptolemaidis stadiis 20. a Gaba, ubi Ebutius erat praefectus Campi magni. Josephus in Vita. Latinus interpres *Besara.*

BASCA.

Βασκά. Urbs Gileaditidis in qua Jonathas sepultus. Josephus *Antiq. XIII. 1.* Βασκαμὰ *1. Macc. 13. 23.*

BASCAMA.

Βασκαμά. Urbs *1. Macc. 13. 23.* Josephus hanc urbem Βασκὰ appellat. Errant, qui putant, esse Botzkath urbem Judae.

BATHANEA.

Vicus 16. miliaribus a Caesarea, ubi thermae sunt. Eusebius ad vocem Βηθαναθά. Alibi, ad vocem Ἄναια vocavit Βαιτοανίαν.

BATHSAMA.

Βαθσάμη. Vicus in tribu Juda, circa quem erat magna & pulcra planities. Josephus *Antiq. VI. 2.* Hic est, qui in codicibus Hebraeis Bethschemesch dicitur.

BATHURA.

Vicus, jubente Herode, conditus in Batanaea contra Trachonitas a Judaeo Babylonio, ne infestare possent Judaeos Babylone Hierosolymam proficiscentes. Josephus *Antiq. XVII. 2.* Legit etiam Βαθύρα Latinus interpres apud Josephum in vita *pag. 1002.* ubi Graeci codices editi habent Ἐκβάταναι, sed male. Vox haec nata est ex affini Βαταναία. Erat autem Bathyra sita in Batanaea.

p. 617.

* BEALOTH.

בְּעָלוֹת, Urbs in tribus Judae parte meridiali. *Jos. 15. 24.* Legitur etiam ובעלות uti nomen loci *1. Reg. 14. 16.* ubi praefectura Baanae filii Chuschai dicitur fuisse באשר ובעלות *in Ascher & Bealoth.* Sed videtur עלות esse nomen loci, & Beth aeque ac Vav esse praefixum, uti eodem hoc capite, *commate 9.* במקץ ובשעלבים, *in Makatz & Schaalbim.*

BEBE-

BEBETEN.

Βεβετέν. Vicus, octo miliaribus a Ptolemaide versus orientem remotus. Eusebius in Onomast. ad vocem Βατναί. *Bethebem* scribitur in Hieronymo. An forte est idem ac *Ecbatana* oppidum, quod Plinius non longe a Ptolemaide locat?

BEDORA.

Βηδωρά. Inter urbes Judaeae recensetur a Ptolemaeo. Videtur esse Bethchoron.

BEELMAUS.

Βεελμαύς. Vicus distans a Chesbon miliaribus novem, ubi aquas calidas humus sponte effert. Eusebius in Onom. ad vocem Βεελμεών.

BEER.

באר. *Jud. 9. 21.* Eruditissimus Maundrellus, qui anno MDCXCVII. iter per Palaestinam fecit, observavit, esse urbem Beer nuncupatam quatuor horarum circiter spatio ab Hierosolymis remotum in via versus Neapolim, duabus horis & dimidia ad austrum loci, qui pro Bethel habetur. Situm ejus loci esse amoenissimum dicit & fontem esse aquae eximiae ad pedem montis vicini, unde nomen habeat. Ceterum omne territorium circa eam quaquaversum montibus & rupibus abundare.

Nomen באר puteum notat & fontem, uti & Arabicum البئر. Sic pro fonte sumi videtur, quum aquam comitatam Israëlitas per loca deserta באר vocant. Ita est in Schir Hasschirim Rabba 15. 4. כל ארבעים שנה שהיו ישראל במדבר הורד הבאר עולה להם, *totis 40. annis, quibus in solitudine erant Israëlitae, adscendit cum ipsis fons aquarum*, & *fol. 29. 2.* legitur כיון שמתה מרים ופסקה הבאר מהם *postquam obiit Mirjam, defecit eos fons.* Πέτρα dicitur eos secuta *1. Corinth. 10. 4.* p. 618.

BEEROTH.

Urbs Gibeonitarum *Jos. 9. 17.* postea Benjaminitis cessit *2. Sam. 4. 2.* בארות תחשב על בנימין *Beeroth censetur sub Benjamin.* Βηρὼθ memoratur III. *Ezr. 5. 36.* eadem ac haec urbs, uti liquet ex *Neh. 7. 29.* Quod attinet ad situm urbis Beeroth, credidi olim, eam esse quaerendam in via, quae ducit Aelia, i. e. Hierosolymis, Neapolin, propterea quod Hieronymus in Onomastico scribat, *Beeroth sub colle Gabaon, ostenditur hodieque villa ab Aelia pergentibus Neapolin in septimo lapide.* In Eusebio quidem Νικόπολιν legebatur non Νεάπολιν, sed lectionem Hieronymi praeferebam, quod adderet, illam esse sub colle Gabaon; Gabaon autem sita fuit, teste Hieronymo in eodem Onomastico, juxta Ramam in quarto miliario Bethelis. At Rama & Bethel erant in via ducente Aelia Neapolin, illa in sexto, haec duodecimo miliario, uti idem scri-

bit. Postea tamen, omnibus accuratius ponderatis, visum est, Beeroth in via ducente Aelia Nicopolin quaerendam, ob has potissimum rationes.

1. Quod contextus Eusebii Graecus Νικόπολιν habeat, & Procopius Gazaeus jam olim ita in Eusebio legerit. Vide supra *pag. 501.*
2. Quod Beeroth, Gabaon, Kephira & Kirjathjearim fuerint quatuor urbes Gibeonitarum, *Jos. 9. 17.* quibuscum Josua foedus iniit, quae vicinae fuerunt sibi invicem. At de Kirjathjearim certe constat, illam in via ducente Aelia Nicopolin (vel Diospolin: eadem enim haec via erat, uti liquet ex itinerario veteri Hierosolymitano: vide supra *pag. 417.*) sitam fuisse in nono miliario. Id Eusebius ipse & Hieronymus scribunt. Gabaon autem 50. stadia ab Aelia aberat in eadem via, Bethchoronem nempe versus, teste Josepho *lib. II. de bello cap. 37.* ergo vicina urbi Kirjathjearim. De Kephira nil certi est. Restat Beeroth, quae, ut omnes urbes Gibeonitarum vicinae statuantur, videtur in eadem via esse quaerenda. Atque ita in eadem via erunt Gabaon, in miliario sexto Hierosolymis, Beeroth in miliario septimo, Kirjathjearim in miliario nono.
3. Quod, si Beeroth locetur in via Neapolitana, vix possit concipi, Gibeonitas, quorum haec urbs erat, potuisse ignotos esse Josuae, qui urbem Ai jam ceperat vicinam Betheli, & viam Neapolitanam aut occupaverat jam, aut certe illa, quae isti proxima erant. Aptius ergo collocatur in via Nicopolitana.

p. 619.

Restat, ut labefactemus illa, quae nos olim confirmarunt in amplectenda sententia Hieronymi. Primarium illud erat, quod Gabaonem locet Hieronymus prope Ramam & Bethelem. Sed haec Gabao non videtur esse urbs Gibeon, sed Gibea potius. Gibea certe & Rama fuere vicinae *Judic. 9. 13.* Et in via Nicopolitana Γαβαὼ a Josepho collocatur: quae & vicina tum erit urbi Kirjathjearim. Praeterea illud Hieronymi, Beeroth fuisse *sub colle Gabaon*, non notat Beeroth fuisse vicinam colli Gabaon, vel sub colle sitam: aut si id credidit Hieronymus, deceptus fuit. Verum ex Graecis Eusebii verbis liquet, hoc tantum illum dicere voluisse, Beeroth fuisse unam ex tribus urbibus Gibeoniticis, quae sub Gabaone, uti metropoli, censebantur. Hoc discimus ex collatione aliorum locorum Eusebii & interpretis Hieronymi. Ὑπὸ τὴν Γαβαὼν, quod *sub colle Gabaon* hic reddit Hieronymus, alibi ad vocem *Chephira*, vertit *vicus ad civitatem pertinens Gabaon*, & ad vocem Γαβαὼν Eusebius illam μητρόπολιν appellat. Adeoque ex iis ὑπὸ τὴν Γαβαὼν non efficitur, Beeroth sitam fuisse ad collem Gabaon.

BEERSCHEBA.

p. 620.

Nihil est notius, quam terminos terrae in Sacro Codice ita describi, a Dan usque ad Bersabee, uti *2. Sam. 17. 11.* & dein quum divisum

sum esset in duo regnum, Judae & Israëlis, fines regni Judae ita describi מבאר שבע עד הר אפרים *a Berscheba usque ad montana Ephraim, 2. Chron. 19. 14.* Fuit in Juda, vel Simeon potius, quandoquidem inter illas urbes fuit, quae ex Judae regione datae fuere Simeoni. *Jos. 15. 28.* & *19. 2.* appellatur tamen Berscheba Judae באר שבע אשר ליהודה *1. Reg. 19. 3.* quamvis & dici ita queat, quod in regno Judae, opposite ad regnum Israëlis, sita esset.

Tempore Hieronymi oppidum adhuc erat: ita enim scribit in Quaestion. ad *Gen. 17. 30. Ubi & Bersabee usque hodie oppidum est: quae provincia ante non grande tempus ex divisione Praesidum Palaestinae salutaris est dicta.* Josepho appellatur Βηρσεῖβαι *Antiquit. I. 12.* Βαρσεῖβαι *Antiquit. VI. 3.* Βηρσαβεῖ *Antiquit. IX. 7. Antiquit. VIII. 7.* dicitur esse in extremis finibus tribus Judae κατὰ τὴν Ἰδαμαίων γῆν.

Videtur ejus mentio quoque fieri in Notitia dignitatum Imperii Romani, ubi primo loco recensentur sub dispositione Ducis Palaestinae *Equites Dalmatae Illyriciani Berosabae.* Et in notitiis veteribus ecclesiasticis, quas vide supra *lib. I. cap. 35.* memoratur inter urbes Palaestinae tertiae, Βιρσαμμών. Lege Βιρσαβών. Nihil notius, quam μ & β in codicibus Graecis, ob similitudinem figurae, quam in iis habent, permutari. Inter sedes episcopales Palaestinae primae Σάλτων Βαρσάμων recensetur, sic ut Bersabe ipsa sub Palaestina tertia fuerit, at saltus ejus sub prima. Unde discimus, hoc loco confinia Palaestinae primae & tertiae fuisse.

Situm ejus descripsimus supra *pag. 484.* Unde liquet, illam Chebrone versus austrum abfuisse 20. miliaria, Chebron autem ab Hierosolymis 22. miliaria aberat itidem versus austrum. Et *Jos. 15. 28.* etiam recensetur inter urbes Idumaeorum finibus proximas. Unde patet, non esse eandem illam ac Bersaben, de qua scriptores belli sacri loquuntur. Ita illam describit *Jacobus de Vitriaco Histor. Hierosol. cap. 36. Est autem civitas Bersabee in illa parte Judaeae, quae cessit in partem tribus Simeon, ad radicem montium in initio campestrium, inter montes & Ascalonam sita, decem miliaribus distans ab Ascalona.* Guilielmus autem Tyrius hoc modo *Hist. l. XIV. c. 22. miliaribus duodecim eam ab Ascalone sitam, & circa radices montium in campestrium initio, quae inter montes & urbem praedictam continuo interjecta sunt tractu: Arabice dici Bethgabril i. e. domum Gabrielis. Urbem fuisse veterem & dirutam illis temporibus, sed contra invasiones Ascalonitarum aedificatam.*

p. 621.

BEESTERA.

בְּעֶשְׁתְּרָה, Urbs Levitica sita in regione dimidiae tribus Menassis trans Jordanem. *Jos. 21. 27.* Vulgatus interpres ibi habet *Bosram.* Βόσρα scribitur Graecis, quod propius ad Beestera accedit. Certe convenientius est, credere, hanc Bostranm fuisse, quam בצר Betzer in tribu Ru-

ben.

ben. עשתרות ſcribitur hujus urbis nomen *1. Chr. 6. 56.* & vulgatus illic habet Aſtaroth, unde facilis oritur conjectura, Beeſtera eſſe compendium nominis בית עשתרות οἶκος vel Ναὸς Ἀϛάρτης. Contractum, videtur nomen Boſtra ex בית עשתרה ſic ut integrum nomen fuerit בית עשתרות Aedes Numinis, quia in loco parallelo *1. Chr. 6.* nomen עשתרות legitur eo loco, quo *Joſ. 21.* haec בעשתרה legitur.

BEGABAR.

Βηγαβάρ. Trans Jordanem, patria Prophetae Nachum. Epiphanius de vit. Prophet. *pag. 247.* In Chronico Paſchali *pag. 150.* legitur πέραν τοῦ εἰς Βηταβαρὴν, ſed excidiſſe poſt τοῦ vocem Ἰορδάνου clarum eſt ex Epiphanio. Non eſt confundenda haec cum Βηγαβρὶ Joſephi. Videtur natum nomen ex בית עברה *Beth Abara.* Vide, quae ad hanc vocem notamus.

BEKIIN.

בקיעין. Locus inter Jafnen & Lyddam uti dicitur in Gem. Hieroſ. Chagiga *fol. 75. 4.* מעשה בר' יוחנן בן ברוקה ור' אלעזר חסמא
p. שהיו מהלכין מיבנה ללוד והקבילו ר' יהושע בבקיעין אמר להן מה
622. חדוש היום לכם בבית המדרש היום *Hiſtoria de R. Johanne filio Berocae & R. Eleazare Chaſma (caeco) quibus ambulantibus Jafne Lyddam obviam factus eſt R. Joſua in Bekiin rogans, quid novi erat hodie in ſchola?*

BELA.

בֶּלַע, Eſt Zoar. *Gen. 14. 2. 8. Appellatur Bala id eſt abſorpta, tradentibus Hebraeis, quod tertio terrae motu proſtrata ſit. Ipſa eſt, quae hodie Syro ſermone vocatur Zoora.* Sunt verba Heronymi ad *Jeſ. 15.* Euſebius ad vocem Βαλὰ teſtatur, eam ſuo tempore habitatam fuiſſe & praeſidio militum Romanorum munitam, imminere autem mari mortuo. Meminit quoque ejus ad vocem Βηλὰ ſcribens, eſſe in limite orientali Judaeae: ita enim legit Hieronymus, non Idumaeae.

EELEMOTH.

Βελεμώθ. Patria Hoſeae prophetae, ſita in tribu Jiſſaſcar. Epiphanius de vitis Prophetar. *pag. 244.* In Chronico Paſchali *pag. 147.* Ὡσηὲ ἦν ἐκ Βελεμὼν τῆς φυλῆς Ἰσσαχάρ. *Hoſeas erat ex Belemon tribus Iſſachar.* Vide, an non ſit Βαλαμώ. *Judith. 8. 3.* Theophylactus ſcribit Βελελεμώθ. Auctor anonymus de vitis Prophetarum ex MSto codice Auguſtano editus a Davide Hoeſchelio *pag. 42.* ἐκ Βελεμώθ.

BELMEN.

Βελμέν. Judaei mittunt legatos Bethchoronem, Belmen & Jerichuntem, *Judith. 4. 4.* Interpres Latinus reddit Baalmaim. Puto, legendum eſſe Βελθὲμ, vel ſi manere debeat Βελμὲν ita quoque legendum

dum eſſe *cap. 7. 3.* adeoque eundem eſſe locum, cujus & hic & illic mentio fit: nam iſtic, ubi per montes aditus erat verſus Judaeam, videntur maxime moniti eſſe debuiſſe incolae, ut occuparent loca montana, per quae hoſtes poſſent irrumpere. Atqui *cap. 7. 3.* dicuntur caſtra Holophernis, qui jam ulterius proceſſerat ad obſidendam Betuliam extenſa fuiſſe a Dothaim usque ad Belthem. Alii Βελμαὶμ & Βελβαὶμ, orta diverſitate ex ſimilitudine literarum μ & β apud veteres, uti notiſſimum eſt.

BELSEPHON.

Βελσεφών. Urbs in tribu Ephraim, quo Abſalom profectus eſt ad tondendos greges. Joſephus *Antiquit. VII. 7. 2. Sam. 13. 23.* בעל חצור *Baal Chatzor* ſcribitur. Graeci Βελασὼρ legunt. Affine vel idem nomen eſt Βεελσεφὼν, nomen urbis Aegyptiacae ad ſinum Arabicum, cujus meminit Joſephus *Antiquit. II. 15.* quaeque בעל צפון in Vet. T. nuncupatur.

BELTHEM.

Βελθέμ. Al. Βελμαὶμ & Βελβαὶμ. Urbs, inter quam & Dothaim caſtra Holofernis erant extenſa *Judith. 7. 3.* vide *Belmen.* Mihi enim videtur ejusdem loci nomen eſſe.

BEMESELIS.

Βεμέσελις. Urbs a Demetrio ſubacta. Joſephus *de bell. 1. 3.* Βεθόμη appellatur *Antiquit. XIII. 22.* Sic ut illud Βεμέσελις ex Βεθόμη πόλις videatur eſſe natum.

* BENE BERAK.

בְּנֵי בְרַק, Urbs tribus Dan. *Joſ. 19. 45.* Euſebius ad vocem Βαρακὰ ſcribit, ſuo tempore prope Azotum viculum fuiſſe Βαρηκὰ dictum. R. Akiba hic diu commoratus eſt & judicavit. Vide Gemaram Sanhedrin *fol. 32. 1. init. cap. 4.*

BENNAMAREM.

Βηνναμαρήμ. Vicus ad ſeptentrionem Zoarae. Euſebius ad vocem Νεκηρίμ. Pro qua lege Νεμηρίμ. Hieronymus ſcribit, *eſt vicus nomine Benamerium.*

BEON.

בְּעֹן, Urbs trans Jordanem *Num. 32.* Creditur contractum ex בעל מעון. Euſebius ſcribit ad vocem Βαιὰν, eam pertinuiſſe ad tribum Ruben, quod eſt veri ſimile.

p. 624.

BEAA.

Βηρά. Vicus diſtans ab Eleutheropoli octo millibus verſus Aquilonem. Euſebius in Onom. Vide & ſupra, quae diximus ad vocem Βαραθσάτια.

BERDAN.

Βηρδάν. Vicus in regione Geraritica. Eusebius ad voces Φρίας περίσεως.

BEREA.

Βερέα. Aliis Βηζέρ. *1. Macc. 9. 4.* Confer *1. Macc. 7. 19.* Βηζήθ. An est הבירה *Orla 11. 12.*

BEROTHA.

Βηρώθη. Urbs Galilaeae non longe a superiore Caidese (קדש) Josephus *Antiquit. V. 1.* Vide, an non possit esse eadem, ac Μηρώθ.

BERSABE.

Βηρσαβή. Terminus inferioris Galilaeae ad boream & superioris ad austrum. Josephus *lib. III. de bell. 2.* Vicus Galilaeae appellatur eadem *lib. II. de bell. cap. 25.* Βηρσοβὲ in vita *pag. 1013.* Βηρσαβεὲ *de bell. II. 25.* Bersabe etiam dicitur urbs *Beerscheba.* Vide hanc vocem supra.

BERSETHO.

Βηρζηθώ. Vicus, ubi Judas castra metabatur. Josephus *Antiq. XII. 18.* Videtur esse idem, qui Βηθζηθὼ eidem *Antiquit. XII. 14.* appellatur. Vide *Bethzetho.*

BERZAMMA.

p. 625. Βερζάμμα. Urbs Idumaeae ad occidentem Jordanis, memorata Ptolemaeo. Existimo, esse Beerschebam. Facile M & B permutantur inter se.

BESIMOTH.

Βησιμώθ. Abila, Julias & Besimoth in Peraea Romanis cedunt. Josephus *de bell. V. 3.* Videtur contractum ex בית ישימות. בי pro בית etiam in Talmude frequens est.

BESIRA.

בור הסרה, *2. Sam. 3. 26.* Βησιρὰ Josepho dicitur, locus 20. stadiis a Chebrone remotus, teste eodem *Antiquit. VII. 1.*

BETACHORA.

Βηταχώρα. Urbs a Salomone condita non longe a Gazara vel Gazer. Joseph. *Antiquit. VIII. 2.* Est eadem ac Betchoron *1. Reg. 9. 17.*

BETANE.

Βετάνη. *Judith. 1. 8. usque ad Jerusalem καὶ* Βετάνη *& Chellus & Cades & fluvium Aegypti.* Videtur itaque locus fuisse inter Hierosolymam & Cadesch. Hillerus putat, esse Batanaeam. Sed hoc non convenit cum ordine, quo loca recensentur: progressus enim fit a borea versus austrum, nec, quum Hierosolymas usque perventum erat, retro iri oportuit ad Batanaeam, & inde rursus ad Cadesch & fluvium Aegypti. Nec apta

apta phrasis est ἕως *usque ad Jerusalem & Batanaeam ..... & Cadesch,* interposita regione inter urbes duas, inter quas ne media quidem erat. Nec quicquam est, praeter aliquam literarum similitudinem, quod suadere possit, hic intelligi Batanaeam. Omnes circumstantiae flagitant contrarium. Quarendus itaque locus est inter Jerusalem & fines ter- p.
rae Israëliticae australes. Ibi autem situs fuit locus dictus Βηθαννὶν, 626.
quod nomen cum hoc Βετάνη quomodo conveniat, liquet. Ille describitur ab Eusebio in Onomastico Ἀρὶ, (lege Ἀνὶ vel Ἀὶν; hoc suadent sequentia, ubi legitur villam eam Βηθανὶν dici, praeposita voce בית, uti saepe alias apud Eusebium) φυλῆς Ἰοῦδα, ἱερεῦσιν ἀφωρισμένη. Ἔςι δὲ κώμη νῦν Βηθανὶν λεγομένη ἀπὸ β' σημείων τῆς Τερεβίνθε, Χεβρὼν δὲ ἀπὸ τεσσάρων, id est, interprete Hieronymo, *Ain, in tribu Juda, urbs sacerdotibus separata. Est & usque hodie villa Bethennim nomine in secundo lapide a terebintho, hoc est a tabernaculo Abraham, quatuor millibus a Chebron.* Hinc discimus, eandem urbem hic describi, quae עין *Ain* nuncupatur *Jos. 21. 16.* inter Sacerdotales sitas in tribu Judae censita, sed data tribui Simeoni, unde postea praeposito בית factum est בית עין Βεταὶν, & mollius pronuntiatum Βετάνη, extruso Jod ex media voce, uti Ἰωάδα Graeci dixere & Ἰωακεὶμ, pro יהוידע & יהויקים &c.

BETARIS & BETARUS.

Βήταρις. Vicus in media Idumaea. Josephus *de bell. V. 4.* Sed Rufinum credo rectius legisse Βήγαβρις. Videtur esse *Bethagabra.* Betarus inter Caesaream & Diospolin interponitur in Itinerario Antonini, illinc XVIII, hinc XXII. millibus passuum remota. Vide supra *pag. 420.* Eadem est, quae Betthac in Itinerario Hierosolymitano dicitur, remota XVI. millibus passuum a Caesarea, XX. a Diospoli. Vide *pag. 417.* supra, & infra ad vocem *Bether.*

BETEN.

Urbs tribus Ascher *Jos. 19. 25.* Posset esse *Bebeten.* Vide supra hanc vocem.

BETHABARA.

Βηθαβαρὰ, trans Jordanem *Johan. 1. 28.* quia illud convenit cum Hebraeo בית עברה *loco transitus,* ex quo & בית ברה videtur deductum (sic ut Bethbara compendium sit vocis Bethabara ex usu vulgi natum, uti & apud Hieronymum in Onomastico haec ipsa vox p.
Bethbaara legitur pro Βηθαβαρά) putant multi, hic ordinarium traje- 627.
ctum fuisse, alii, Israëlitas hic, duce Josua, Jordanem transivisse. Confer *Joh. 10. 40.* ubi idem hic locus appellatur trajectus ad Jordanem. Origenes in Evangelium Johannis *tomo VIII.* fatetur, in omnibus fere exemplaribus legi: *haec facta sunt in Bethania,* & apud Heracleonem etiam Bethaniam legi. Sed persuasum sibi esse scribit, non Bethaniam, sed

ſed Bethabaram legendum. Longe enim abeſt Jordanes a Bethania. Chryſoſtomus quoque *Homil. XVI.* in *cap. 1.* Johannis notat, quaedam exemplaria Βηθαβαρὰ habere, eamque lectionem praefert lectioni Βηθανία. Epiphanius denique *lib. II. ad haereſes pag. 435.* obſervat, in quibusdam codicibus Johannis legi, ἐν Βηθανίᾳ, pro eo, quod vulgo ἐν Βηθαβαρᾷ legitur. Certe melior videtur eſſe lectio recepta, quum facilius *Bethania* vox notior pro ignotiori *Bethabara* poſſit eſſe ſubſtituta, quam contra Bethabara pro Bethania. Epiphanius *Haereſ. 51.* ἐν Βηθαμαρᾷ habet pro Βηθαβαρᾷ. Ea levis eſt differentia, orta ex affinitate literarum β & μ in codicibus MS.S.tis.

BETHACAD.

Βαιθακὰθ Euſebio, vicus in magno campo ſitus, 15. miliaribus a Legione.

BETHACHAMAR.

Βηθαχαμάρ. Abdias propheta oriundus ἐκ τῆς Συχὴμ ἐξ ἀγρῶ Βηθαχαμάρ. Epiphanius de vitis Prophetarum *pag. 245.* In Chronico Paſchali *pag. 149.* paullo aliter ἐκ γῆς Συχὲμ ἀγρῶ Βιθαχαράμ. Apud Dorotheum legitur Bethacaram, pro quo Huetius noſter *Bethacad* legit. Apud Epiphanium *pag. 246.* Βηδαχαμάρ ſcribitur.

BETHAGABRA.

Vicus in regione Eleutheropolitana. *Betogabri* legitur in tabula veteri Peutingeriana inter Aſcalona & Aeliam. Ptolemaeo dicitur Βατογάβρα. Vide ſupra *pag. 461.* Βαιθαγαύρη τῆς Ἐλευθεροπόλεως appellatur in actis Ananiae Apoſtoli: & in vita S. Euthymii *Betagabaeorum vicus.* Videtur idem eſſe ac vicus Βήγαβρις, quam Joſephus in media
p. 628. Idumaea collocat *de bell. V. 4.* ubi nunc legitur Βήταρις. Sed Βήγαβρις legit interpres Latinus. Bollandus *in Actis Sanctorum tom. II. pag. 614.* conjicit, hunc vicum eſſe Bethalaim Euſebii, Bethaglam Hieronymi. Quod mihi non probatur, quum vici illi ſine dubio diverſi ſint & ſitu & nomine. Mentio fit in iisdem actis Sanctorum, *tom. II. pag. 326.* vici Tagabaeorum, qui 12. millibus paſſuum diſtabat a Gaza: qui poſſet (ſi pateretur id ſitus) idem eſſe ac hic vicus Betagabaeorum, uti nonnunquam appellatur. Vide, an non ſit etiam *Beigeberin*, cujus mentio fit in notitia vetere Latina quinque Patriarchatuum ſupra *pag. 222.* R. Benjamin in Itinerario hujus quoque videtur meminiſſe ומשם חמשה פרסאות לבית גברין והיא מרשה *Et inde* (Chebrone) *5. paraſangae ſunt usque ad Bethgaberin. Ea eſt Mareſcha.* Mareſcha etiam erat inter Aeliam & Aſcalona, quod de Betogabri ſcriptum mox legimus. An ſorte ex ruderibus Mareſchae vel Mariſſae nata eſt?

BETHAGATHON.

Βηθαγαθών. Vicus Palaeſtinae, unde ortus Alexion. Vide Sozomeni *Hiſt. III. 14.*

BETHA-

BETHAGLA.

Vicus maritimus, diſtans 8. miliaribus a Gaza. Euſebius ad vocem Βηθαλαίμ. In quo Βηθαλαὶμ nunc legitur, ſed Hieronymus legit in eo Bethagla. Hieronymus ad Area Atad meminit alterius vici Betagla, qui abfuerit a Jordane duo millia, Jerichunte tria.

BETHAI.

Βηθαί. Locus, quo Ozias miſit caeſo Holopherne. *Judith. 15. 3.* Bethbir legit interpres Latinus.

BETHALAGON.

Βηθαλαγών. Vicus in ſolitudine, quem Jonathas & Simon munive- p.
runt. Joſephus *Antiquit. XIII. 1.* Βηθβασὶ dicitur *1. Macc. 9. 62.* Vide & 629.
vocem Bethchogla.

BETHAMAR.

Βηθαμάρ. Vicus non longe a Gabaa. Euſebius ad vocem Βααλθαμάρ. Nomen eſt affine loci in Palaeſtina, Betamaris, cujus mentio fit in actis Sanctorum *Tom. V. pag. 135. Dicebant de Abbate Conone Hegumeno monaſterii Penthucla, quod, die quadam cum iret Betamarin, obvias habuit Hebraeos.* Graece ἐπὶ Βιτῶν ἅγιον τὸ χώριον. Erat autem Penthucla Πενθεκλᾶ, ſive κοινόβιον ἢ μονὴ τῆ Πενθεκλᾶ, monaſterium ad Jordanem ſitum, ſaeculo ſexto, in quo Conon vixit.

BETHAMMAGANAIM.

In codice Kilaim *c. VI. §. 4.* memoratur בית המגניים uti nomen loci, non longe a Caphar Aziz, ubi R. Joſua & Iſmaël erant.

BETHANATH.

בֵּית עֲנָת, Urbs tribus Nephtali *Joſ. 19. 38. Jud. 1. 33.* Euſebius ad hanc vocem teſtatur, villam Βαταναίαν 15. miliaribus a Caeſarea diſſitam & illic lavacra ſalubria fuiſſe. Ita & ad vocem Ἀνεὶρ ſcripſerat, addens, verſus orientem. Si illa fuit eadem ac Bethanath, pro Caeſarea debet legi Diocaeſarea (i.e. Sipporis) nam ceteroquin, quomodo in Nephtali eſſe poſſit, non capio. Meminit etiam hujus loci Euſebius ad vocem corruptam Βαθμά.

BETHANIA.

Βηθανία. Erat prope Hieroſolymas, 15. ſtadiis inde remota *Joh. 11. 18.* quae efficiunt duo circiter millia paſſuum, uti Origenes recte obſervat *homilia 61. ad Johann. 12.* Sita erat ad montem oliviferum *Marc. 11. 1. Quum appropinquarent Hieroſolymis ad Bethphage & Bethaniam*, ibid. *Quum veniſſet prope Betphagen & Bethaniam Luc. 19. 29.* ad quem locum, omiſſum in Evangelio Marcionis, Epiphanius *lib. I. adverſus haereſes pag. 340.* notat, veterem viam publicam duxiſſe Jerichunte per Bethaniam & p.
Bethphage perque montem oliviferum Hieroſolymam. Legitur edu- 630.
xiſſe

xisse Christus discipulos suos extra urbem usque ad Bethaniam & benedixisse iis, dumque benedicebat, sublatus esse in coelum, *Luc. 24. 50.* Quod multi conferentes cum *Act. I. 12.* ubi dicuntur discipuli post Christi adscensum reversi a monte olivifero distante ab urbe iter Sabbathi, hinc collegere, duplicem fuisse Bethaniam, quod tamen non est necesse: nec videtur probabile, duo loca ejusdem nominis eidem monti adsita & tam vicina fuisse, nec ulla nota discriminis usquam a scriptoribus sacris distincta. Erit ergo una Bethania ad partem orientalem montis oliviferi sita, ubi Christus sublatus est. Nec dicitur Christus e summo vertice montis oliviferi adscendisse, (licet id credatur vulgo, & locus adscensus Christi illic ostendatur) nec hoc quoque dicitur, locum, a quo Christus adscendit, tantum iter Sabbathicum abfuisse Hierosolymis: sed eos reversos a monte olivifero, (a quo monte Christus adscenderat ad coelum) qui mons prope Hierosolymas erat, iter Sabbathi inde distante. Id videtur de eo loco capiendum, ubi primum hic mons assurgit. Certe nihil urget nos, id spatium itineris Sabbathici accipere de eo loco montis, a quo Christus adscendit: quod plane fieri debere non videtur, quum idem Lucas in Evangelio illum locum jam definivisset, circa Bethaniam fuisse *cap. 24. 50.* Si duplex fuisset Bethania, altera 5. altera 15. stadiis disjuncta ab Hierosolymis utraque versus ortum, sine dubio Lucas adscripsisset, de qua Bethania intelligi vellet.

Hieronymus in Onomastico Bethaniam scribit in secundo ab Aelia miliario fuisse in latere montis oliveti: quod satis bene cum rei veritate congruit & loco, ubi nunc ostenditur.

Procopius Gazaeus ad *Gen. 14. 5.* scribit, Saba esse oppidum beati Job supra Bethaniam situm. Et esse alios duos vicos isto nomine inter Adaram & Biblupolin, alterum ab altero distare miliaria 14. Haec corrupta sunt, nec facile restituissem, nisi incidissem in locum Eusebii in Onomastico, unde haec petita sunt. Emenda itaque & lege, pro *Biblupolim Abilam polin*, pro *Bethaniam, Batanaeam*, & pro *14. novem.*

p. 631. Suidas. Βηθανία, πόλις Παλαιςίνης, περὶ ἧς λέγει ὁ Εὐαγγελιςὴς Ἰωάννης, ὅτι ταῦτα ἐν Βηθανίᾳ ἐγένετο· ὅπερ ἐσφαλμένως γέγραπται, ἡ γὰρ Βηθανία ἔνθεν ἐςὶ τοῦ Ἰορδάνου, ἡ δὲ Βηθαβαρὰ, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων, πέραν ἐςὶ τοῦ Ἰορδάνου· γραπτέον οὖν ὀρθῶς, ὅτι ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο, ἀλλ' οὐκ ἐν Βηθανίᾳ. *Bethania urbs est Palaestinae, de qua scribit Evangelista Johannes,* illa in Bethania facta sunt: *sed male ita scriptum exstat. Bethania enim cis Jordanem est & Bethabara, ibi Johannes baptizabat, trans Jordanem erat. Scribendum itaque est,* illa facta sunt in Bethabara, *non vero* in Bethania.

BETHAVEN.

Eadem creditur vulgo esse ac Bethel (ita traditur in Gem. Hierosol. Avoda Zara *fol. 43. 3.*) sed novum hoc nomen sortita, postquam vitulus illic a Jeroboamo exstructus idololatriae portam aperuit. Verum jam ante

ante Jeroboami tempora Bethel & Bethaven, uti urbes diversae recensentur *Jos. 7. 2. erat prope Bethaven ad ortum Bethelis.* Si eadem fuisset & Bethel & Bethaven, videtur studio scriptor voluisse esse obscurus, qui ita loquitur de eadem urbe sub diversis nominibus, maxime ubi situs loci describitur: quod de sacris scriptoribus cogitare impium est. Nec tamen negamus, in libris Sacris aliquando Bethel nuncupari Bethaven, ob impium idolorum cultum, praecipue in scriptis Prophetarum. Graeci aliquando vertunt οἶκον Ὤν, & Cyrillus in Comm. ad Hoseam Ὤν δέ ἐςιν ὁ Ἥλιος, *On est Sol*, adeoque per οἶκον Ὤν intelligit τέμενος Ἡλίου, *Templum Solis.* Idem *pag. 145.* in eodem Comm. apud Aegyptios dicit On esse Solem. Σελήνης μὲν γὰρ τέκνον, ἔκγονον δὲ ἡλίου τὸν Ἄπιν Αἰγύπτιοι μυθοπλαςοῦντες ἔλεγον. Ὤν δέ ἐςι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος. *Filium enim Lunae, Solis autem nepotem, Apin esse Aegyptii fabulantur. On autem secundum ipsos est Sol.* Licet autem Interpretes Alexandrini οἶκον Ὤν vertant, Aquilas tamen illud Ὤν vel אָוֶן ἀνωφελοῦς & Theodotion τῆς ἀδικίας reddunt, uti Eusebius notat in Onomast. ad vocem Ὤν.

Urbs haec sita fuit prope עַי *Jos. 7. 2.* Michmas erat ad orientem Bethaven *1. Sam. 13. 5.* Solitudo Bethaven memoratur *Jos. 18. 12.* Jungitur cum Gibea & Rama *Hos. 5. 8.* & posset aliquis ex eo loco colligere, eam in Benjamin sitam. Quod si eadem fuerit ac Bethel, fuit in Ephraim, sed in confiniis Benjamin: vide, quae notamus ad Bethel. p. 632.

* BETH BAAL MEON.

Urbs Rubenitarum. *Jos. 13. 17.* Videtur eadem esse ac Baal Meon. *Num. 32. 37.*

BETHBARA.

בֵּית בָּרָה, Locus ad Jordanem. *Jud. 7. 24.* Videtur natum esse ex בית עברה *loco transitus*, Βηθαβαρὰ in Novo Testamento. A saepe abest & adest in ejusmodi compositis, uti Βηθράμφθα, Βηθαραμφθα, Bethanath Bethnath, & hoc ipsum Bethbaara ab Hieronymo scribitur. ה, quod חיריעה vocant, ante Bara vel abjectum vel additum id facit, aut pronuntiatio durior molliorve.

BETHBASI.

Βαιθεσί. In solitudine *1. Macc. 9. 62. 64.* Interpres Latinus habet Bethkeziz.

* BETHBIRI.

Urbs Simeonitarum. *1. Chron. 4. 31.* Vide supra *pag. 153.* quam diversis modis hujus urbis nomen scribatur.

* BETHCAR.

2. Sam. 7. 11. Locus hic Κορραίος dicitur a Josepho *Ant. VI. 2.*

BETH-

BETHCHOGLA.

בֵּית חָגְלָה, Urbs tribus Benjamin. *Jos. 18. 21.* in confiniis Judae, nam limes borealis Judae adscendebat a Jordane ad Bethchogla. *Jos. 15. 6.* & limes australis Benjamin juxta latus boreale Bethchoglae dicitur tetendisse *Jos. 18. 19.* Eusebius & Hieronymus ad hanc vocem no-
p. 633. tant, esse vicum Agla dictum 10. miliaribus ab Eleutheropoli versus Gazam, & aliam Bethaglam maritimam 8. miliaribus a Gaza: sed neutrius situs cum nostra convenit. Est potius vicus Bethagla, qui 3. miliaribus ab Hiericho, 2. a Jordone distabat, uti Hieronymus ad vocem *Area Atad* scribit. Mirum, quum sciverit, eo in loco Bethaglam fuisse, non fecisse ejus mentionem, ubi de Bethchogla agit.

BETHCHORON.

Bethchoron. Urbs duplex, superior & inferior, in confiniis Ephraim & Benjamin *Jos. 16. 5. 2. Chron. 25. 13. 1. Chron. 7. 24.* Ephraimitae dederunt Bethchoronem Levitis *Jos. 21. 22.* Bethchoron inferior erat in limite septentrionali tribus Benjamin, nam hic tendebat a Jordane per Bethel ad Atroth addar, juxta montem, qui erat ad austrum Bethchoronis inferioris, *Jos. 18. 13.* Limes Ephraim australis, qui cum septentrionali Benjaminis convenit, dicitur quoque extendi ad fines Bethchoronis inferioris & inde usque ad Gazer *Jos. 16. 3.* Fit etiam ibidem, commate 5. mentio Bethchoronis superioris, sed obscurius: nam dicitur terminus haereditatis Ephraimitarum esse ortum versus Atroth addar, usque ad Bethchoron superiorem. Eusebius, in Onom. scribit, duos esse vicos 12. mill. ab Aelia versus Nicopolin, quorum unus dicitur a situ Bethoron superior, quem aedificavit Salomo, alter Bethoron inferior, datus Levitis in possessionem.

In Libris apocryphis aliquoties mentio fit Bethchoronis. Ἐν Βαιθωρῶν legitur *1. Macc. 7. 39.* Τὴν Βαιθωρῶν *1. Macc. 9. 50.* ἀνάβασις Βαιθωρῶν *1. Macc. 3. 16.* ἐν καταβάσι Βαιθωρὼν ἕως τε πεδίε. Ibidem, commate 24. Eo usque fugientes insecutus est Judas, & illi fugerunt in terram Philistaeorum. A Bethchorone usque ad Gazera est fere iter unius diei. Id colligitur ex *1. Macc. 7. 45.* nam Adasa est vicinia Bethchoroni. Vide comma 40.

Meminit hujus loci saepius Josephus, & diversis modis apud eum
p. nomen scriptum extat, Βαιθωρὼ *de bell. II. 11.* Βαιθωρὰ *de bell. II. 23.* Βε-
634. θωρὸν *Ant. XII. 17.* Βεθσωρὸς ibid. Sed librarii, ut videtur, culpa. *Antiq. XII. 17.* dicitur fuisse vicus, ad quem Nicanor egressus Hierosolymis, ut cum Juda confligeret, castra metabatur. Idem autem Βαιθωρὼν *1. Macc. 7. 39.* appellatur. *Antiquit. XIII. 1.* dicitur a Bacchide fuisse munitus, & *1. Macc. 9. 50.* ubi idem narratur, urbs Judaeae vocatur. Quanto intervallo Βαιθωρὼ abfuerit Hierosolymis, colligitur ex *lib. II. de bell cap. II.* ubi

ubi supellex Caesaris dicitur illic esse direpta, si conferas cum *lib. XX. Antiquit. 4.* ubi idem narratur, & id factum esse legitur centesimo ab urbe Hierosolymitana stadio, κατὰ τὴν δημοσίαν ὁδὸν in via publica. Situs etiam hujus loci aliquo modo colligitur ex *lib. II. de bell. cap. 25.* ubi Cestius dicitur Lydda per Βαιθωρὰ & Γαβαὼ Hierosolymas iter instituisse.

Hieronymi tempore monstrabatur Bethchoron in via, quae ducebat Hierosolymis Nicopolin, uti supra vidimus. Ita quoque collocare illam videtur Hieronymus in epitaphio Paulae, ubi iter ejus Nicopoli Hierosolymas describit, *Repetitoque itinere Nicopolin, quae prius Emmaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus Cleophae domum in Ecclesiam dedicavit. Atque inde proficiscens ascendit Bethoron inferiorem & superiorem urbes a Salomone conditas, sed varia postea bellorum tempestate deletas.* Haec conjuncta cum iis, quae ex Eusebio & Hieronymo produximus, fidem faciunt, Betchoronis locum tunc inter Nicopolin & Hierosolymas monstratum fuisse. Tempore Hieronymi parvus erat viculus. Ita scribit in Commentario ad Sophoniam *cap. I. Rama & Bethoron & reliquae urbes nobiles a Salomone constructae parvi viculi demonstrantur.*

Sunt, qui putent, illam postea per apocopen ultimae literae Βεθωρὼ, & dein, Βιθθηρὰ dictam, ביתר Judaeis, Βιθθηρὰ πόλις ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων ἐ σφόδρα πόρρω διεχῶσα, Bitthera, *urbs munitissima non longe ab Hierosolymis*, scribit Eusebius *Hist. lib. IV. cap. 6.* Sed nos infra ad vocem *Bether* hanc sententiam labefactabimus. Non negem tamen, illud prius o ab aliis quoque omitti. In Chronico Paschali *pag. 159.* ἐν Βεθερὼμ τῇ ἀνοτέρᾳ *in Bethorem superiori.* Apud Epiphanium, ubi de eodem loco, patria Danielis, agitur, in *lib. de vit. Prophet. pag. 242.* legitur ἐν Βεθεβόρῳ τῇ p.
ἀνότέρᾳ πλησίον Ἱερεσαλήμ. Interpres reddit *in Bethabara*, sed illa nec su- 635.
perior dici potest, nec vicina Hierosolymis. Adde quod in codice Augustano Epiphanii legatur Βεθέρων τῇ ἀνωτέρᾳ, quae est vera lectio. Ibidem Daniel dicitur ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ βασιλικῷ regum Persiae sepultus. Illum locum describit Diodorus Siculus *lib. XVII. cap. 71.* & qui nuper eum lustravit, amicus noster Cornelius Brunius. Et omnino persuasum est mihi, ista rudera loci *Istachra* اصطخر dicta, quae rudera antiquae Persepolis dici solent, non esse nisi Mausolei regum & magnatum Persicorum reliquias. Certe sepulcra regum Persicorum in latere occidentali illius montis, ubi nunc quoque demonstrantur, fuisse ex collatione Diodori Siculi cum relationibus Brunii, Chardini, & aliorum liquet. Inde longius abfuit Persepolis, quam ista rudera, quae usque ad ipsum sepulcrorum regiorum introitum pertinent. Nec Alexander delere volens memoriam magnificentiae Persepolitanae tam insignes reliquias erectas superstare sivisset, has quoque, ut videtur, deleturus, nisi religio eum a violandis sepulcrorum monumentis cohibuisset. Adde imagines hieroglyphicas utrimque alatas, & quae sunt plures aeternitatis notae apud Persas, uti & Aegyptios, quae in fronte sepulcrorum regiorum conspi-

ciuntur, etiam plurimis in locis conspici in his ruderibus, Persepolitanis dictis: sic ut ego certe non dubitem, aliorum quoque principum illic sepultorum monumenta haec fuisse sepulcralia. Sed e diverticulo in viam, id est ex Persia in Palaestinam.

BETHDAGON.

Urbs tribus Judae *Jos. 15. 41.* Est & alia in limite Ascher. *Jos. 19. 27.* Hanc vocem expressit auctor Etymologici magni & interpretatur hoc modo Βητάγων, ὁ Κρόνος ὑπὸ Φοινίκων. *Betagon, Saturnus apud Phoenices.* Voluit dicere, Δαγὼν esse Saturnum: nam Βηθδαγὼν est Templum Dagonis vel urbs a templo ita dicta. Cujus appellationis, quum multa sint in antiquitate exempla, nostro tempore Hierosolymam similiter بيت مقدس בית מקדש vulgo a Mohammedanis nuncupari novimus. Fuit autem vicus nomine Caphardagon inter Jamniam & Diospolin, teste Eusebio.

p. 636. Dubium esse posset, an non Beth Dagon conjungi debeat voci praecedenti גדרות, nam non dividitur ab illa per vav praepositum, sed ita legitur וגדרות בית דגון *& Gederoth Beth Dagon.* Graeci habent Γαδδὼθ καὶ Βαγαδιήλ. At illud vav non semper praeponitur nominibus in illa serie: & Gederoth nomen fuit urbis in שפלה i. e. regione campestri. Vide *2. Chron. 28. 18.* Adeoque videtur esse eadem ac Gederoth *Jos. 15. 41.* quae & ipsa in regione campestri fuit.

BETHEKED.

בֵּית עֵקֶד, Locus vicinus Samariae *2. Reg. 10. 12. & 14.* Situs est in campo magno distans Legione 15. miliaribus, teste Eusebio.

BETHEL.

Nomen urbis, Domus Dei. Apud Hesychium male Βαιθὴν (lege Βαιθὴλ) οἶκος θεοῦ. Suidas melius Βαιθὴλ θεῖος οἶκος. Τόπος θεοῦ redditur a Graecis *Gen. 31. 13.* recte. Ita alibi בית per τόπον reddunt. Bethel erat ab occidente, Ai ab oriente *Gen. 12. 5.* Limes borealis tribus Benjamin tendebat a Jordane versus solitudinem Bethaven, & inde praeteribat Bethel ab austro, *Jos. 18. 13.* Fuit itaque Bethel in Ephraim, sed in confiniis Benjamin: nam limes australis tribus Ephraim juxta eam tendebat. *Jos. 16. 2.* Abia Rex Judae Bethelem eripuit Jeroboamo regi Israëlis *2. Chron. 13. 19.* Benjaminitae reduces ex exilio Babylonico hanc urbem incoluerunt *Neh. 11. 33.* Inter Rama & Bethel erant montana Ephraim *Jud. 4. 5.* Mons Bethel memoratur *1. Sam. 13. 2.* Et *solitudo ascendens a Jerichunte ad montana Bethel* המדבר עלה מיריחו בהר ביתאל *Jos. 16. 1.* Cujus solitudinis etiam mentionem facit Epiphanius *lib. I. advers. haer. pag. 133.* Συνοδεύσαντός μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Βαιθὴλ καὶ Ἐφραὶμ ἐπὶ τὴν ὀρεινὴν ἀνερχομένῳ ἀπὸ τῆς Ἱεριχῶς. *Qui mecum iter instituebat in solitudine Bethelis & Ephraim, quum a Jerichunte adscenderem tractum montanum.*

Βητόλιον appellatur III. *Esr. 5. 41.* Confer *Nehem. 7. 32.* & Βαιθὴλ *1. Macc. 9. 50.*

Josephus modo Βηθὴλ nomen hujus urbis scribit, uti *Antiq. I. 18.* p. 637. modo Βεθήλα *Antiq. I. 19.* Βηθηλὰ *Antiq. V. 2.* & Βεθήλα *Antiq. XIII. 1.* Est etiam ubi Βεθήλα pro Βεθήλα scribitur, nempe *Antiq. V. 1.* Manifestum est, haec a scriptore profecta non esse, nisi quis eum inconstantissimum velit fuisse, sed a librariis. Tradit autem, hanc urbem in confiniis tribuum Ephraim & Benjamin sitam fuisse *Antiq. V. 1.* locum ita dictum a Jacobo *Ant. I. 18.* urbem expugnatam ab Ephraimitis, *Antiq. V. 2.* Jeroboamum vitulam in ea erexisse *Antiq. VIII. 3.* captam ab Abia rege Judae *Ant. VIII. 5.* munitam a Bacchide *Ant. XIII. 1.* captam denique a Vespasiano, postquam Caesarea profectus Gophniticam & Acrabattenen subjugavit, *lib. V. de bell. cap. 8.*

Appellatur Bethar in Itinerario Hierosolymitano. *In parte sinistra* (viae a Neapoli Aeliam) *est villa, quae dicitur Bethar. Inde passus mille est locus, ubi Jacob, cum iret in Mesopotamiam, obdormivit &c.*

Hieron. ad *cap. 5.* Hos. *Bethaven, quae quondam vocabatur Bethel, & est in tribu Ephraim, in qua vitulus aureus erat ..... pulchre dixit, quod Bethaven post tergum sit Benjamin: ubi enim tribus finitur Benjamin haud procul in tribu Ephraim haec urbs condita est.*

Erat sita haec urbs in via, quae tendit a Jerusalem versus Sichem, & quidem in 12. miliario, uti Eusebius notat in Onom. ad vocem Ἀγγαι. Huc etiam facit, quod Hieron. scribit ad Hos. 6. *Particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem ..... quorum quum intelligentiam juxta historiam quaereremus ab Hebraeo, ita nobis expositum est: Sacerdotes Bethel, imo fanatici Bethaven temporibus Paschae & Pentecostes & Scenopegiae, quando per Sichem, quae hodie Neapolis appellatur, eundum erat Jerosolymam, ubi solum licebat victimas immolare, ponebant in itinere latrones, qui insidiarentur pergentibus, ut magis vitulos aureos in Dan & Bethaven, quam in Jerosolymis & in Templo adorarent Deum .....* & mox. *Nos autem dicamus intercludere haereticos viam, ne de Sichem i. e. de bonis operibus pergamus in Jerusalem, id est Ecclesiam.*

Posset aliquis suspicari, toparchiam *Betholenem* apud Plinium, *lib. V. cap. 14.* hinc dici: sed illic pro *Betholenem Tephenem* legendum esse *Betheleptephenen* Harduinus ingeniose observavit: est enim Βεθλεπτηφῶν τοπαρχία nota ex Josepho. p. 638.

De nomine urbis hujus lapides quosdam unctos βαιτύλια dictos fuisse, jam alii observarunt. Illum lapidem in Templo secundo locatum & arcam ei impositam fuisse, diuque post excidium urbis Judaeos ad

ad illum lapidem flere consuevisse, & nunc quoque illum a Mohammedanis Aede superstructa honorari, alibi notamus. Ad hunc lapidem respexit R. Josua, de quo legitur in Midrasch Schir Hasschirim *fol. 7. 1.* בית מדרשו של ר' אליעזר היה עשוי כמין רים ואבן אחת היתה שם והיתה מיוחדת לו לישיבה פעם אחת נכנס רבי יהושע התחיל ונושק אותה האבן ואמר האבן הזאת דומא להר סיני וזה שישב עליה דומה לארון הברית. *Schola R. Eliezeris erat facta instar stadii & lapis illic erat, cui docens insidere solebat. R. Josua aliquando osculatus lapidem dixisse fertur: Lapis hic similis est monti Sinai & insidens ei similis est Arcae foederis.* Ita fere quum R. Juda Sanctus diem obiisset, tabulas arcae foederis abreptas ab Angelis dicebant. Historiam alibi narravimus uberius.

BETHELIA.

Vicus Gazaeorum, ita descriptus a Sozomeno *Histor. Eccles. lib. V. cap. 15.* Ἐν Βηθελίᾳ κώμῃ Γαζαίᾳ, πολυανθρώπῳ τε ἔσῃ καὶ ἱερὰ ἐχούσῃ ἀρχαιότητι καὶ κατασκευῇ σεμνὰ τοῖς κατοικοῦσι· καὶ μάλιστα τὸ Πάνθεον, ὡς ἐπὶ Ἀκροπόλεως χειροποιήτου τινὸς λόφου κείμενον καὶ πανταχόθεν πάσης τῆς κώμης ὑπερέχον. Συμβάλλω δὲ τὸ χώριον ἔνθεν λαχεῖν τὴν προσυγορίαν καὶ ἐκ τῆς Συρῶν φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλήνων ἑρμηνευόμενον θεῶν οἰκητήριον ὀνομάζεσθαι διὰ τὸν τοῦ Πανθέου ναόν. *Betheliae vicus Gazaeorum est abundans incolis, & templa habens, tum ob vetustatem, tum structuram, indigenis veneranda: praecipue vero Pantheon, colli cuidam manu facto velut arci impositum & supra universum vicum eminens. Unde etiam hunc locum nomen accepisse conjicio & ex Syrorum lingua in Graecam conversum deorum domicilium appellari propter illud Pantheon.* Meminit ejusdem vici Hieronymus (nam alium intelligendum non esse, patet ex iis, quae apud Sozomenum ibidem de S. Hilarione narrantur) in vita S. Hilarionis *pag. 84. cum infinito agmine prosequentium venit Betuliam:* & inde *quinto die venit Pelusium.* p. 639.

Βητάλιον memoratur inter sedes episcopales Palaestinae. Vide supra *lib. I. c. XXXV.*

* BETHEMEC.

בית עֵמֶק, Locus in finibus Ascher. *Jos. 19. 27.*

BETHENIM.

Βεθενίμ. Vicus circa Terebinthum. Eusebius ad vocem Ἠναίμ. Terebinthus autem aberat 2. miliaria Chebrone, uti liquet ex iis, quae Eusebius habet ad vocem Ἀρί. Vide supra vocem *Bethanin*, & infra *Chebron*, ubi de Terebintho.

BETHENNABRIS.

Βηθενναβρίς. Vicus, cujus Josephus meminit *de bell. V. 3.* idem qui Σενναβρὶς & Ἐναβρίς.

BETHER.

BETHER.

Frequens est hujus urbis mentio in scriptis Judaeorum, quod ea urbs ab Hadriano Imperatore capta sit, post longam obsidionem, & multa gentis Hebraeae millia ibi perierint. Res nota est. Ipsa miliaribus 4. fuisse remota a mari traditur in Gem. Hierosol. Gittin *fol. 57. 1.* & in Echa Rabbati *fol. 57.* היה הדם מגלגל אבנים של ארבעים סאה והולך בים ארבעה מילין ואם תאמר שקרובה לים והלא רחיקא מן הים ארבעה מילין. *Sanguis occisorum tanto impetu ferebatur, ut saxa aequalia 40. Seis in mare volveret & 4. miliarium spatio in mare laberetur. Dicet aliquis, urbem fuisse vicinam mari. At aberat 4. miliaria.* Quae autem haec urbs fuerit, incertum. Fuit in terra Israëlitica, adeoque diversa ab illa ביתר *Bether* in Misna memorata codice Challa IV. 10. Vulgo creditur esse Bethchoron. Sed nec illud mihi videtur probabile, quod si eadem fuisset, utique hoc nomine appellata fuisset: nam in Misna Scheviith *cap. IX. m. 2.* legitur מבית חורון ועד הים *a Bethcheron usque ad mare.* Et in Misna Nedarim *cap. V. m. 6.* מעשה באחד בבית חורון *historia de quodam, qui erat Bethchorone.* Cur ergo, si eadem fuit, ubi obsidio ejus narratur, aut capta esse dicitur, uti in Misna Taanith *cap. IV. m. 6.* נלכדה ביתר *Capta est Bether*, etiam non appellatur Bethchoron? Cur hic Bether dicitur, illic Bethchoron? Erit ergo alia. Non invenio aliquam, cujus nomen & situs melius cum Bether convenit, quam eam, cujus mentio fit in Itinerario veteri Hierosolymitano, ubi locatur inter Caesaream & Diospolin. Vide supra ad vocem *Betaris.* p. 640.

Βαιθθὴρ legitur (in quibusdam codicibus Βεθσὴρ) inter urbes sacerdotales pro *Bethschemesch 1. Chron. 6. 59.*

BETHERE.

בי תרי, quasi dicas *domum duorum.* Locus, ad quem David venit fugiens, & ubi Philistaei eum aggredi parabant.

BETHEZOBA.

Βηθεζώβα. Ita enim legendum videtur pro vitioso Βαθεχὼρ apud Josephum, quoniam dicit, eas voces Hebraice Domum hyssopi οἶκον ὑσσώπου, בית אזוב, significare. Est vicus Peraeae, cujus meminit *lib. VII. de bell. cap. 8.* Rufinus hanc vocem scribit *Vetezobra.* Atque ita etiam ex Josepho citat Joannes Sarisburiensis, scriptor dignus meliore saeculo, in Policratico *lib. II. cap. 6.* inserto h, *Vethezobra.* Eusebius historiarum *libro III. cap. 6.* ex Josepho citat Βαθεζὼρ, Chrysostomus *Bethezum.* Hic vicus nulla alia re notus est, quam quod patria fuerit mulieris, quae filium suum fame pressa comedit. Plura extant istiusmodi exempla. Olympiodorus apud Photium meminit mulieris Vandalicae, quae quatuor liberos suos devoravit, sedandae famis causa, & propterea lapidibus

bus a plebe obruta est. Quid? quod hoc ipso anno, quo haec scribimus, MDCCX. mulier in Lithuania, fame urgente, duos liberos suos
p. comederit, & eam ob rem decollata sit. Sed diutius oportet famem re-
641. gnasse in loco illo, circa Ariminum, ubi duae faeminae septendecim viros comederunt, uti narrat Procopius de bello Gothico *lib. II. cap. 20.*

BETHGUBRIN.

ר׳ סימון בשם רבי יונתן דבית גוברין *R. Simon, nomine R. Jonathanis e Beth Gubrin.* Ita legitur in Schir Hasschirim Rabba *fol. 2. col. 4.* & in Midrasch Coheleth *fol. 102. col. 2.* Est & R. Nathan דבית גוברין memoratus in eodem Midrasch *fol. 94. 4.* Vide supra *Bethagabra.*

BETHHAARAVA.

בֵּית הָעֲרָבָה, Urbs tribus Judae *Jos. 15. 6.* & *61.* attribuitur Benjamini *Jos. 18. 22.* Symmachus Πεδινὴν vocat, quod ערבה πεδίον significat, uti & in Targum בית מישרא.

BETHHAKKEREM.

בֵּית הַכֶּרֶם, *Jerem. 6. 1.* Est vicus Judae in monte positus inter Aeliam & Thecuam, teste Hieronymo in Comm. ad *Jerem. VI.* Video & in libris Apocryphis ejus factam mentionem *2. Ezr. 3.* Memoratur etiam בית הכרם *Nehem. 3. 14.* & quidem פלך בית הכרם περίχωρος Βηθαχαρίμ, uti Graeci habent, cui praepositus fuit שר Princeps, quod & ibidem de Hierosolymis legitur *commate 12.* & de Mitzpa *comm. 15.* Bethzur, *comm. 16.* & Keila *comm. 18.* urbibus claris. Vallis בית כרם Bethkerem memoratur in Codice Nidda II. 7. pulvis ejus loci ruber esse dicitur, & affusa aqua duritiem induere.

* BETHHAMMARKEVOTH.

Urbs in tribu Simeon *Jos. 19. 5.* Vide supra *pag. 158.*

* BETHHARAM.

p. בית הרם, Urbs in tribu Gad *Jos. 13. 27.* Eadem videtur esse, quae
642. בית הרן dicitur *Num. 32. 36.* Eusebius & Hieronymus monent, eam ad Jordanem sitam & a Syris Bethramphta dictam, postea ab Herode Livizada nuncupatam. Etiam Judaei בית הרן postea dictam בית רמתא Βηθραμθὰ scribunt in Talmude. Vide supra *pag. 308.* Josephus eam Ἰουλιάδα appellat: sed frequenter nomen Livliadis & Juliadis permutantur, uti & Juliae & Liviae nomen. Quamvis etiam Λιβιάδος mentio fiat apud Josephum *Antiquit. XIV.* Affinis vox ex Βηθαράμαθον, regio trans Jordanem, cujus Josephus *lib. de bello c. 2.* meminit. Ἀμαθᾶ appellatur *Antiq. XVII. 12.* Quid si sit Ramoth? & Ἀμαθὰς Josephi?

* BETH-

* BETHHASSCHITTA.

בֵּית הַשִּׁטָּה, Locus est, quo usque Midianitae fugiebant pulsi a Gideone, *Jud. 7. 23.*

BETHJESCHIMOTH.

בֵּית יְשִׁימוֹת, Mansio fuit Israëlitarum ad Jordanem non longe a mari salso *Jos. 12. 3.* & *13. 20. Num. 33. 49.* in regione tribus Ruben *Jos. 13. 20.* Postea urbs fuit occupata a Moabitis: recensetur enim cum Baalmeon, Kiriathaim, aliisque urbibus, quarum excidium praedicitur, *Ezech. 25. 9.* Distat 10. miliaribus a Jerichunte estque juxta mare mortuum, teste Eusebio ad vocem Βηθασιμαθ. Sed hic situs non convenit loco Bethjeschimoth, sed Jeschimon ישימון, quem confundit cum Bethjeschimoth, uti liquebit illi, qui conferre volet, quae ad vocem Ἰσιμὼθ habet, *Isimoth, ubi absconditus est David &c.*

BETHLEBAOTH.

בית לבאות, Urbs tribus Simeon. *Jos. 19. 6.* Vide supra *pag. 153.* hujus urbis nomen tribus modis diversis scriptum: & confer infra dicenda ad vocem *Bethlepepha.*

BETHLECHEM.

Urbs in portione tribus Judae, unde & Bethlechem Judae solet appellari. Vide *Jud. 17. 7.* ut distinguatur ab alia urbe hujus nominis p.
in tribu Zabulon. *Jos. 19. 15.* Nuncupatur etiam ipsa Ephrath בדרך 643.
אפרת הוא בית לחם in via Ephrath, id est, Bethlechem *Gen. 48. 7. Mich. 5. 1.* unde Bethlechemitae quoque Ephrathitae dicuntur *Ruth. 1. 2.* & *1. Sam. 17. 12.* Suidas, Ἐφρωθᾶ τόπος· ὅ ἐςι Βηθλεέμ· παρ' Ἑβραίοις δὲ Μαρία σημαίνει τὸ Ἐφραθᾶ. *Ephrata, locus, qui est Bethleem. Apud Hebraeos Maria significat Ephratha.*

Mirantur multi, hanc urbem inter urbes tribui Judae assignatas non recenseri *Jos. 15.* quandoquidem nativitate Messiae adeo illustris esset futura. Fit quidem ejus mentio *Jud. 17. 7.* ubi Bethlechem Judae appellatur, ut distinguatur a Bethlechem sita in tribu Zabulon, & *Gen. 48. 7.* בדרך אפרת הוא בית לחם *in via Ephrath, i. e. Bethlechem* (unde Bethlechemitae quoque Ephrathitae dicuntur, uti mox monuimus) & *2. Chron. 11. 6. Bethlechem, Etam, Thecoa &c.* Sed eo in loco, ubi praecipue videtur memorari debuisse, altum de illa silentium est. Monendum tamen hic est, in versione Alexandrina recenseri *Jos. 15. 60.* hanc urbem inter urbes Judae cum nonnullis aliis, quas codices Hebraei non agnoscunt, post *comma 59.* quod desinit καὶ Θεκὰμ, πόλεις ἓξ καὶ ἡ κώμαι αὐτῶν, ubi inseruntur undecim urbes, his verbis, Θεκὼ καὶ Ἐφραθὰ, αὕτη ἐςὶ Βαιθλεὲμ, καὶ Φαγὼρ καὶ Ἀιτὰν (al. Ἀιτὰμ) καὶ Κελὸν (al. Κελὸμ) καὶ Ταὰμ (al. Ταταμὶ) καὶ Θωβὴς καὶ Καρὲμ καὶ Γαλὲμ καὶ Θεθὴρ καὶ Μανοχὼ· πόλεις ἕνδεκα καὶ αἱ κώμαι αὐτῶν. Et dein sequitur, ut in codicibus

bus Hebraeis, Καριαθβαὰλ &c. Animadvertit hanc rem jam olim Hieronymus in comment. ad Mich. *cap. V.* cujus verba dabimus, ut pateat, quae ejus sententia fuerit de hac re, & quomodo ipse illud comma apud Graecos in codicibus suis legerit. *Legimus juxta septuaginta duntaxat interpretes in Jesu Naue, ubi tribus Judae urbes & oppida describuntur inter caetera etiam hoc scriptum* Thaeco & Ephratha, haec est Bethleem, & Phagor & Aetham & Culon, & Tami, & Soris, & Caraem, & Gallim, & Baether, & Manocho, civitates undecim & viculi earum, *quod nec in Hebraïco nec apud alium invenitur interpretem, & sive de veteribus libris erasum sit, malitia Judaeorum, ne Christus de tribu Juda ortus videretur, sive a septuaginta additum, nequaquam liquido cognoscentes certum quid novimus.* In
p. 480. MSto codice membranaceo bibliothecae nostrae Trajectinae legitur, *Theco & Ephrata, haec est Bethleem, & Fagor & Ethan & Caulon & Dathan & Sores & Corem & Salim & Tether & Manacho, civitates undecim & viculi earum.* Ego autem nihil (atque adeo nec hoc) a Judaeis erasum esse ex Codice Hebraeo existimo. Major est eorum veneratio & superstitio erga Sacrum Codicem, quam ut illum vitiasse consulto & de industria censeri possint, tantum ut hostibus suis, id est nobis, nocerent. Ideone illi unicum gentis suae κειμήλιον sacrilege corrupissent, damno nunquam resarciendo, & se irae divinae exposuissent scientes volentes? Non puto. Quod si vel maxime illos credamus, eo stultitiae & impietatis devenire potuisse, apertiora de Christo testimonia, quae adhuc leguntur in codicibus eorum inde erasissent, & quibus jam Christiani contra eos utebantur, uti de gloria Templi secundi *Hag. 2. 10.* de LXX. hebdomadibus Danielis, de statu Messiae abjecto *Jes. 53.* de Bethlechem patria Messiae futura *Mich. 5. 1.* Adde quod quidam inter ipsos in Gem. Hieros. Beracoth *fol. 5. 1.* fateantur, Bethlechem Messiae fore patriam, uti in Echa Rabbati *fol. 72. 1.* legitur Messiam nasciturum בבירת ערבא דבירת לחם יהודה *in Birath arba in Bethlechem Judae.* De Birath arba glossator notat, esse nomen loci in Bethlechem Judae שם מקום בבית לחם יהודה. Profecto pluris intererat rei Judaicae erasum esse Michae vaticinium de Bethlechem, ex qua egressurus esset dominator in Israël, quam comma illud 60. in *cap. 15.* Josuae, ubi solum recensetur Bethlechem inter urbes Judae, & unde Christiani nihil causae suae praesidii quaerere possunt: nam si quis dicat, inde demonstrari posse, Bethlechem sitam fuisse in Juda, adeoque Christum ex Juda fuisse, primo quidem ex loco nativitatis non sequeretur, illum ex Juda fuisse, sed quum historia Evangelica nos doceat, Mariam, qui erat de familia Davidis atque adeo Judae, adscendisse Bethlechemum urbem Davidis, inde docemur, Christum ex Juda fuisse. Deinde Bethlechem in Juda fuisse non erat necesse, ut ex hoc loco edoceremur, quia *Jud.*
p. 648. *17. 7.* Bethlechem Judae appellatur & *Mich. 5. 1.* Et si vel maxime voluissent Bethlechem ex illa serie tollere, quid commeruerant decem urbes

urbes adjectae? Cur illae quoque exturbari debuere? Dices, quia numerus subjunctus undecim urbium detegeret sacrilegium, si sola Bethlechem ejiceretur, quum sic decem tantum remanerent. Verum qui audet nomen Bethlechem tollere ex Codice Sacro, an non auderet pro undecim substituere decem? Maxime quum interesset summo opere gentis Judaïcae urbes omnes nosse, quae olim in terra eorum fuerant? Sed ad alia transeamus.

De intervallo, quod abest Hierosolymis, sex videlicet miliaria Romana, ante egimus. Vide supra *pag. 445.* Phocas in descript. locor. S. ἡ δὲ Βηθλεὲμ πόλις ἀπέχει τῆς ἁγίας πόλεως ὡσεὶ μίλια ἓξ. *Bethleem urbs distat ab urbe Sancta sex millia passuum.* Ita quoque geographus Arabs Scherif Ibn Idris, & Ibn Haucal, laudatus Abulfedae, ubi describit Chebronem, سبال ؛ ؛ sex miliaria ponit inter Bethlechem & Hierosolyma. Sulpitius Severus *in dialog. §. 4. Igitur inde digressus Bethleem oppidum petii, quod ab Hierosolymis sex millibus disparatur, ab Alexandria autem sedecim mansionibus abest. Ecclesiam loci illius Hieronymus presbyter regit: nam parochia est Episcopi, qui Hierosolymam tenet.*

Licet autem plurimorum eorumque certissimorum scriptorum testimoniis confirmatum sit intervallum sex miliarium Romanorum, quod inter Hierosolymas & Bethlechemum est, Josephus tamen & Justinus Martyr id multo minus constituunt. Josephus quidem *Antiq. V. 2.* iter illud narrans, quod Judicum *cap. 19.* describitur Bethlechemo ad montana Ephraim, γινομένων δὲ scribit αὐτῶν κατὰ τὰ Ἱεροσόλυμα, σταδίους δ' ἐλελύθησαν ἤδη τριάκοντα, *quum essent juxta Hierosolymas, stadia autem XXX. jam confecerant.* Idem videtur XX. stadiorum intervallum constituere inter Hierosolymas & Bethlechem *Antiquit. VII. 10.* de qua re disputavimus *pag. 446.* unde apparet, male hunc stadiorum numerum illi intervallo tribui. Justinus Martyr XXXV. stadiorum intervallo removet Bethlechemum Hierosolymis *Apolog. 11.* Κώμη δὲ τίς ἐστιν ἐν τῇ χώρᾳ Ἰουδαίων, ἀπέχουσα σταδίους τριάκοντα πέντε Ἱεροσολύμων. *Vicus est in regione Judaeorum, qui XXXV. stadia aberat Hierosolymis.* At stadia XXX. nondum efficiunt miliaria quatuor, stadia XXXV. paulo plus, quod a miliaribus sex multum abest. Bochartus quidem in epistolis *pag. 957.* hanc p. 646.
difficultatem tolli putat, dicendo, Josephum & Justinum loqui de veteri Jerusalem, qualis erat antequam a Romanis vastaretur, alios de nova, quae ab Hadriano ad miliaria duo inde fuit instaurata. At intervallo duorum miliarium Aeliam ab Hadriano ita dictam abfuisse a veteri urbe Hierosolymarum non putem; & nunc certe, quum muri urbis Hierosolymitanae haud multo remotiores sunt Bethlechemo, quam ante urbis excidium, idem intervallum 6. miliarium est inter Hierosolymas & Bethlechemum. Putem itaque, fidem omnino habendam Eusebio, Hieronymo & tot aliis uno ore id intervallum statuentibus, & corruptos esse in Justino & Josepho numeros, & quum ipsi hi duo

duo non conveniant, uno XXX. altero XXXV. ſtadia numerante, non video, horum teſtimonium omnibus aliis opponi opportere.

Erat ſita in via, qua itur Gazam : quamvis etiam per regionem Eleutheropolitanam eo iter eſſet. Solent tamen hodieque per Bethlechem & Chebron tendere Gazam, quod nunc quidem fieri conſuevit, ut loca ſancta in locis illis intermediis conſpiciantur, & in hac quoque via non longe a Bethlechem ſolet locus oſtendi, ubi Philippus eunuchum baptizavit : quamvis ratio dubitandi eſt, ſi hic Philippus fuit, quum eunuchum baptizaret, cur non dicatur id factum in via, quae tendit Chebronem, ſic ut ab urbe viciniori fiat denominatio. Ceterum per Bethlechem quoque iter Gazam jam olim fuiſſe haec docent, quae habet Hieronymus ad *Jerem. 31.* ubi de Bethlechem loquitur, *quidam Judaeorum hunc locum ſic interpretantur : quod capta Jeruſalem ſub Veſpaſiano per hanc viam Gazam & Alexandriam infinita millia captivorum Romam directa ſint.* Vide & infra voc. *Bethzur.*

Βεθλωμὰ appellatur III. *Ezr. 5. 31.* uti liquet ex collatione *Neh. 7. 26.* Βηθλεμὰ & Βηθλεὲμ Joſepho *Antiquit. V. 2. & VIII. 3.* χωρίον tribus Judae *Ant. V. 2.* ſed *V. 11.* πόλις φυλῆς Ἰούδα, ita ut vallis inde Hieroſolymas usque protendatur *Antiquit. VII. 10.*

A Stephano ἐν Ἐθνικοῖς ita deſcribitur, Βήτλεμα. Πόλις Παλαιςίνης πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις· ἀδετέρως· ἐν ᾗ γέγονεν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν· Ἰώσηπος δέ φησιν ἐκ Βητλεεμῶν· ἔςι δὲ πόλις τῆς Ἰούδα φυλῆς. *Bethlema. Urbs Palaeſtinae prope Hieroſolymas. Generis neutrius : in qua natus eſt, ſecundum carnem, Deus & Soſpitator noſter. Joſephus ſcribit Betleemon. Eſt autem urbs tribus Judae.* p. 647.

Circa initia ſaeculi ſecundi Judaeos in Bethlechem habitaſſe liquet ex Anaſtaſio, qui in vitis Pontificum Romanorum ſcribit, S. Evariſtum, qui fuit temporibus Domitiani & Nervae Trajani, patre Judaeo nomine Juda de civitate Bethleem ortum traxiſſe. Sed poſtea, quum Hadrianus Judaeos ſubjugavit, edicto cavit, ne liceret iis commorari in confiniis regionis Hieroſolymitanae, & in ipſa Bethlechem. Tertullianus hinc argumentum depromit contra Judaeos in *lib.* adverſus illos conſcripto *pag. 224. Oportet enim eum* (Meſſiam ſc.) *de tribu Juda & a Betlehem procedere : animadvertimus autem nunc, neminem de genere Iſraël in civitate Bethleem remanſiſſe, & exinde quod interdictum eſt, ne in confinio ipſius regionis demoretur quisquam Judaeorum, &c.* & paulo poſt : *quomodo procedit ex Bethleem, quum de germine Iſraël nullus omnino ſit in Bethlehem?* Atque ita etiam Bethlechem idololatriae Gentium indicia experta eſt. Hieronymus epiſt. ad Paulin. *pag. 564. Ab Hadriani temporibus usque ad imperium Conſtantini per annos circiter centum octoginta in loco reſurrectionis ſimulacrum Jovis, in crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris a Gentibus poſita colebatur, exiſtimantibus perſecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta per idola polluiſſent. Bethleem nunc noſtram, & auguſtiſſimum orbis locum, de quo Pſalmiſta canit* (Pſal. 84. 12.) Veritas de

de terra orta eſt, *lucus inumbrabat Thamus, id eſt, Adonidis : & in ſpecu, ubi quondam Chriſtus parvulus vagiit, Veneris amaſius plangebatur.*

Situm ejus ita deſcribit Adamnanus de locis Sanctis *lib. 11. Civitas non tam ſitu grandis, ſicuti nobis Arculfus retulit, qui eam frequentavit, quam fama praedicabilis per univerſarum gentium eccleſiam diffamata, in dorſo ſita eſt anguſto undique ex omni parte vallibus circumdato. Quod utique terrae dorſum ab occidentali plaga in orientalem partem quaſi mille paſſibus porrigitur. In cujus campeſtri ſuperiore humilis ſine turribus murus in circuitu per ejusdem monticuli extremitatis ſupercilium conſtructus, valliculis hinc & inde circumjacentibus ſuper eminet, mediaque intercapedine intra puros per longiorem tramitem habitacula civium ſternuntur.* p. 648.

Non eſt inelegans eruditiſſimi Maundrelli obſervatio, pleraque loca ſacra, quae in Palaeſtina monſtrantur peregrinantibus, eſſe ſubterranea, ſic ut oporteat fere omnia illa in ſpeluncis contigiſſe. Inter alia locus nativitatis Chriſti in Bethlechem in ſpelunca oſtenditur. Ne quis autem hoc recentioribus tribuat, uti ipſe Maundrellus ſuſpicatur, id factum fuiſſe tunc demum, quum eremitae in ſpeluncis habitare & ſpeluncae in honore eſſe coeperunt, jam antea Origenes *l. 1.* contra Celſum ſcribit, ſuo tempore ſpeluncam, in qua Chriſtus natus eſt, in Bethlechem oſtendi, & celebratum hoc eſſe in locis infidelium, ſpeluncam eſſe, in qua Chriſtus, quem Chriſtiani adorant, natus eſt. Ita mox quoque audivimus Hieronymum memorantem *ſpecum, ubi Chriſtus parvulus vagiit.*

Ex eo, quod Bethlechem in auſtrali regione terrae Iſraëliticae ſita erat, ſive ad auſtrum Hieroſolymae, explicari debere verba Habacuci *cap. 3. Deus ab Africo veniet*, ut ſententia verborum ſit, Chriſtus ex Bethlechem veniet, putat Novatianus in *lib.* de Trinitate *cap. 12. Si in Bethleem, cujus metaturae regio ad meridianam reſpicit plagam coeli, Chriſtus naſcitur, qui per ſcripturas & Deus dicitur, merito Deus hic ab Africo venire deſcribitur, quia a Bethleem venturus eſſe praevidebatur.*

BETHLEPTEPHA.

Videtur urbs vicuſve fuiſſe, unde τοπαρχία Βεθλεπτηφῶν Joſepho & Plinio Bethleptephene nuncupatur. Erat autem haec toparchia eo loco ſita, ut Veſpaſianus Ammaunte profectus verſus Idumaeam hanc tranſierit. Joſephus *de bell. V. 4.* Nomen hoc ſatis bene convenit cum Hebraeo בית לבאות *Beth Lebaoth :* an vero eadem urbs fuerit, quis certo dicet? p. 649.

* BETHMAACA.

Vide Abel Bethmaaca.

BETHMAELA.

Βηθμαελά. Vicus in Campo magno ſitus 18. miliaribus a Scythopoli. Euſebius. Hieronymus legit Bethhahula, & 10. pro 18.

* BETHMARCAVOTH.

Vide Beth hammarcavoth.

BETHMAUS.

Βηθμαῦς. Vicus inter Sipporin & Tiberiada, 4. ſtadiis hinc, unde Joſephus rediit ad ſuperiora Galilaeae, uti narrat in vita ſua. Aliis placet, Βηθμαοὶ eſſe nomen plurale in caſu recto, unde fit εἰς Βηθμαύς.

BETHMEON.

בית מעון, Locus non longe a Tiberiade, in Talmude memoratus. Ligtfootus centur. chorogr. *cap. 78.* exiſtimat, eſſe Βηθμαέντα ἀπέχεσαν Τιβεριάδος ϛάδια τέσσαρα, cujus Joſephus meminit in Vita. Eſt etiam hoc nomen urbis Moabiticae. *Jer. 48. 23.*

BETHMILLO.

Locus non longe a Sichem. *2. Reg. 12. 20.*

BETHNABRIS.

Βηθναβρίς. Vicus 5. miliaribus diſtans a Liviade verſus boream, Euſebius ad vocem Βηθναβράν. Eſt ſane aliqua literarum convenientia inter Bethnimra & Bethnabris, ſed quum nomen Bethnabris poſſit eſſe ortum ex בית עברה *trajectu*, & hoc plurimis locis ad flumina ſitis commune eſſe poſſit (vide ſupra vocem *Bethennabris*) id ſolum haud ſufficeret, ut ſtatuamus, בית נמרה eſſe eandem urbem ac Bethnabrin. Urbem Bethnimra בית נמרין poſtea dictam fuiſſe ſcribunt Talmudici. Vide ſupra: & in Targum Hieroſolymitano ita legitur *Num. 32. 3.* p. 650.

BETHNAMAR.

בית נמר memoratur in codice Pea IV. 5. Putant eſſe Bethnimra.

BETHNIMRA.

Urbs in tribu Gad. *Num. 32. 36.* Jungitur ibi cum Bethharan, quae videtur eſſe eadem ac Bethharamphtha ſive Libias, uti Hieronymus, aut Julias, ut Joſephus loqui ſolet. Eſt eadem ac villa Βηθναβρὶς 5. millibus a Libiade diſtans verſus boream, uti exiſtimat Euſebius ad vocem Βηθναβρὰν, & ad vocem Βηθνεμρὰ ſcribit, eam eſſe πλησίον Λιβιάδος *prope Liviada.* Ex his videretur tribus Gad non habuiſſe omnes urbes ſuas ad ſeptentrionem Rubenis, nam Aroer, Bethnimra & Betharan ibi collocari nequeunt. Nec etiam habuit omnes urbes ſuas ad meridiem Rubenis, habuit enim Succoth & tractus pertinentes ad Lacum Kinnereth. *Joſ. 13. 27.* An huc pertinent aquae *Nemrim* a Moabitis poſtea poſſeſſae *Jerem. 48. 34.*

BETH-

BETHNETOPHA.

כקעת בית נטופה Vallis Bethnetophae in Scheviith IX. 5. memoratur. Alibi בית טיפה legitur: vide infra ad vocem Netopha.

BETHOM.

Patria Joëlis Prophetae. Erat ἐξ ἀγρῶ Βηθὼμ ἐκ τῆς γῆς Ῥαβὲν Epiphan. de vit. Prophet. *pag. 245.* Θεβοραὶν habet codex Auguſtanus. Atque ita videtur poni pro Βεθοραὶν, ut ſit בית הרן ſed haec erat in tribu Gad, *Joſ. 13. 27.* Chronicon Paſchale habet *pag. 149.* ἀγρῶ τῶ Βεθομορῶν, & illius lectionis veſtigia ſuperſunt in ipſo Epiphanio, ubi poſt lacunam legitur ὁρῶν δὲ ἀπέθανεν ἐν ἐιρήνη, ubi Βεθὼμ ante ὁρῶν videtur excidiſſe, quod conjunctum cum Βηθὼμ ab Epiphanio mox memorato, integram vocem reddit Βεθομορῶν: ſic ut fere credam, Βηθὼμ in fine verſus cujusdam ſcriptum fuiſſe in codice manu exarato, & partem alteram hujus vocis ὁρῶν infra ſcriptam vel ad finem verſus ſequentis, quae deinde ab aliis non cum voce Βηθὼμ juncta fuit, ſed cum vocibus verſus poſterioris, cui addita eſt hoc modo p. 651.

— — ἐξ ἀγρῶ Βηθὼμ

Ἐκ τῆς γῆς Ῥαβίμ. Πολλα δὲ ἐπροφ. περὶ Ἱερεσ. ϗ τελέος ἐθνῶν I. ὁρῶν.

Heſychius Presbyter in vitis Prophetarum ex codice manuſcripto Auguſtano ab Hoeſchelio editus anno 1602. ſcribit, ἔτος ἦν ἐκ τῆς φυλῆς Ῥαβὲν, ἀγρῶ Μεθομόρων. Ἐν ἐιρήνη ἀπέθανε ϗ ἐτάφη ἐκεῖ. Quae firmant conjecturam noſtram: maxime quum attenditur ad ſimilitudinem literarum β & μ in codd. vett.

BETHOME.

Βεθόμη. Urbs Judaeorum. Joſephus *Antiquit. XIII. 22.* Κατακλείσας τὰς δυνατωτάτας αὐτῶν ἐν Βεθόμῃ πόλει ἐπολιόρκει. *Concluſos potentiſſimos in Bethome urbe oppugnavit.* Eadem corrupte Βεσέμελις *de bell. I. 3.* videtur ſcribi pro Βεθόμη πόλις.

BETHORA.

Βηθωρά. Locus, ubi populi Gabaonem obſidentes a Joſua caeſi fuerunt. *Joſ. Antiquit. V. 1.* Eſt etiam Βεθωρὰ Joſepho *Antiquit. XII. 10.* vicus Judaeae, ad quem Syri a Juda Maccabaeo caeſi ſunt.

BETHORON.

Vide Bethchoron.

* BETHPATZZETZ.

בֵּית פַּצֵּץ, Urbs in tribu Jiſſaſcar. *Joſ. 19. 21.* p. 652.

BETHPELET.

בֵּית פֶּלֶט, Urbs in tribus Judae parte auſtrali. *Joſ. 15. 27. Nehem. 11. 26.*

BETH-

BETHPEOR.

בֵּית פְּעוֹר, Urbs Moabitica non longe a Jordane *Deut. 4. 46. Jos. 13. 20.* attributa Rubenitis. Est e regione Jerichuntе 6. mill. supra Liviadem, teste Eusebio.

BETHPHAGE.

Βηθφάγη. Bethphage. Erat ad montem oliviferum prope Bethaniam, *Matth. 21. 1.* ad orientem illius montis, uti videtur. Confer *Luc. 19. 29.* ubi prope Bethphagen & Bethaniam existens Christus discipulos mittit, ut jumentum adducant, cui deinde insidet, & postea, quum appropinquaret descensui montis oliviferi, turba ei acclamat *comm. 37.*

Ligtfootus *cap. 37.* chorographiae Bethphagen tantum non in ipsa urbe locat, quia Talmudici murum urbis & murum Bethphage, respectu juris, in quibusdam rebus, eundem esse volunt. Et quia in Menachoth *cap. 11. hal. 2.* legitur, *duos panes, & panes propositionis rite pinsi vel in atrio vel in Bethphage.* Sed, nisi duae Bethphage fuerint (quod, si vera tradunt Talmudici, omnino statuendum est, quia locus 15. stadiis remotus ab urbe nequit muris urbis adeo propinquus dici) id repugnat situi Bethphages in S. codice assignato, & Hieronymo atque Eusebio scribentibus, eam esse villulam in monte oliveti. Obiter nota, errorem Ligtfooti circa *illos duos panes.* Explicaturus, qui illi sint, adjicit in parenthesi (*oblati indies a summo Pontifice*) atque ita etiam alibi, tum in ipsis Horis Hebraicis, tum in chorographicis praemissis, vocat *duos panes offerendos a summo Pontifice.* Sed ea, quae offerebantur a summo Pontifice, vel ejus nomine חביתין dicuntur sive *crustula*, eaque non
p. duo, sed duodecim erant. At שתי הלחם *duo panes*, quorum saepe
653. in scriptis Hebraeis mentio, semper indicant illos panes, qui in festo Pentecostes offerebantur. Vide, si dubitas, commentatores Judaeos ad Cod. Meila *cap. 11. m. 6.* & alios.

Origenes in *Matth. cap. 20.* dicit, Bethphage fuisse locum in monte Oliveti, & significare illud nomen *domum maxillarum*, & ita dictum esse, quod villa sacerdotum esset, & maxilla pars propria esset sacerdotum, secundum legem Dei: atque ita fere Chrysostomus *homil. XI.* in Marcum. Hieron. in Epitaphio Paulae. *Post ingressa sepulcrum Lazari, Mariae & Marthae vidit, hospitium & Bethphage villam sacerdotalium maxillarum.* Idem ad *Matth. 21. Venisset Bethphage ad domum maxillarum, qui sacerdotum viculus erat & confessionis portabat typum: & erat situs in monte Oliveti.* Nimirum Syris כַּפָּא *maxilla* est, unde בית פגא כמא כפן, Maxillas portionem esse, quae sacerdotibus dabatur comedenda res nota est.

BETHRIMA.

Locus, in quo praestans vinum proveniebat, בית ריתרא בהר *Bethrima in regione montana. Menachot. VIII. 6.*

BETH-

BETHSAIDA.

Est verisimile, ut nomen a piscatu datum sit huic loco, quod צידין piscatores aeque ac venatores notet, quemadmodum & piscatio ab Oppiano θήρη, ἄγρη dicitur & vox ἀγρευτῆρες de piscatoribus aeque ac venatoribus usurpatur: namque, ut suavissimus poëta canit Cynaegeticôn *lib. I. vers. 47.*

> Τριχθαδίην θήρην θεὸς ὤτασεν ἀνθρώποισιν,
> Ἠερίην, χθονίηντε καὶ εἰναλίην ἐρατεινήν.
>
> *Triplicem Deus venationem concessit hominibus*
> *Aeriam, terrestrem, & jucundam marinam.*

Videatur & *caput III.* libri sexti Anthologiae, in quo plura epigrammata de piscatoribus leguntur.

Urbs haec appellatur *Joh. 1. 45.* ἀπὸ Βηθσαιδά, ἐκ τῆς πόλεως atque ita *Luc. 9. 10.* πόλεως καλουμένης Βεθσαιδά. Confer & *Matth. 11. 20.* p.
& *21.* Sed *Marc. 8. 22.* legitur Christus venisse Bethsaidam, & coecum, 654
qui ad eum deducebatur, ἔξω τῆς κώμης, *extra vicum*, duxisse & sanatum jussisse, ne intraret εἰς τὴν κώμην. Fateor, Bethaniam in quibusdam codicibus Graecis legi, sed eam lectionem non probo, quod antecedentia & consequentia Christum potius in Galilaea coecum hunc sanasse doceant, quam prope Hierosolymas. Verum κώμη & πόλις saepe de iisdem locis dici solet, quae & κωμοπόλεις appellatur. Ita Bethlechem urbs *Luc. 2. 4.* vicus *Joh. 7. 42.* Κώμην appellat Bethsaidam quoque Julianus in libro contra Christianos, ἐν Βηθσαιδᾷ καὶ ἐν Βηθανίᾳ ταῖς κώμαις, in Bethsaida & Bethania, vicis. Πολίχνιον nuncupatur in commentario de St. Petro edito ex codice manu scripto Medicaeo, insertoque *tomo 5. Actor. Sanctorum mensis Junii*, Πέτρος χώραν τῆς Παλαιστίνης ᾤκει τὴν Γαλιλαίαν. Πατρὶς δὲ τούτῳ Βηθσαιδᾷ, μικρόν τι καὶ ἐυτελὲς πολίχνιον. *Petrus Galilaeam, regionem Palaestinae, incolait. Patria ei fuit Bethsaida, urbs exigua & vilis.*

Sita erat in Galilaea ad mare Gennesareth. *Joh. 12. 21. Marc. 6. 45.* & *5. 22.* adeoque ad litus maris occidentale. Epiphanius *lib. II. adversus haereses pag. 437.* scribit, Bethsaida & Capernaum loca fuisse vicina ἀ μακρὰν ὄντων τῶν τόπων τούτων τῷ διαστήματι.

Quaeritur, sitne haec Bethsaida eadem ac illa, quam Josephus in Gaulonitide collocat, sive tetrarchia Philippi: estque haec quaestio, judice Cellario in Geographia Antiq. *pag. 387.* una ex difficillimis quaestionibus, quae in sacra geographia moveri possunt. Videamus ergo, quid Josephus de Bethsaida scriptum reliquerit. Meminit *Ant. XVIII. 3.* vici Βηθσαϊδὰ siti ad lacum Gennesariticum, instaurati & ornati a Philippo tetrarcha, qui eum Juliam nuncupavit. Quum autem Philippus non fuerit tetrarcha Galilaeae, sed Herodes Antipas (vide *Antiquit. XVII. 13.* &

XVIII.

XVIII.6.) non debet hic vicus ad litus occidentale lacus Genesaritici collocari, (ita enim in Galilaea fuisset, adeoque in ditione Antipae) sed orientale, quod Philippi fuit. Existimem itaque, esse diversas (& quid obstat, fuisse duas in diversis regionibus, unam in Galilaea, alteram in Gaulonitide, maxime quum nomen a piscatu desumtum pluribus locis ad mare
p. sitis conveniat) quia Bethsaida in Novo Testamento memorata appella-
655. tur urbs Galilaeae, & Bethsaida Josephi fuit in Gaulonitide. Dicunt alii, partem Gaulonitidis etiam Galilaeam dictam fuisse. Hoc si demonstraverint, multum praestiterint, & parum abest, quin iis victas manus dem. In Novo certe Testamento Galilaea universa cis Jordanem collocatur, nunquam trans. *Luc. 8. 26. Venit in regionem Gadarenorum, quae est e regione Galilaeae.*

Video tamen huic sententiae meae, de duobus vicis dictis Bethsaida, objici posse, me, quum impugnavi duas Bethanias, dixisse, non videri probabile, duo loca ejusdem nominis sibi tam vicina fuisse. At longe dispar est ratio. Fuerint hae Bethsaidae vicinae, non fuere in eadem regione, altera ad Gaulonitin, ad Galilaeam altera pertinuit: atque ita satis dignosci poterant ex locis vicinis, quibuscum memorantur, uti Bethsaida in Evangeliis junguntur cum Capernaum & Chorazin, locis in Galilaea sitis, unde satis liquet, Bethsaida Galilaïcam innui. Praeterea dici potest, Bethsaidem Gauloniticam nomen suum jam perdidisse, quum Christus minas suas in Bethsaidam proferret. Philippus enim tetrarcha, qui jam tetrarcha erat, antequam Christus munus praedicandi Evangelium exordiretur (*Luc. 3. 1.*) Bethsaidae Gauloniticae nomen mutavit in Juliada. Idque factum, vivente Augusto, concedit Cellarius, & jure miratur, quum Tiberias hoc, i. e. novo nomine passim in N. T. appelletur etiam Bethsaida, non appellatam Juliada, si illa Bethsaida, quae Julias dicta fuit, a Christo intelligatur. Tunc itaque Christus de Bethsaida loquens non potuit, nisi de sola Galilaica (altera enim hoc nomine non amplius nuncupabatur) intelligi. Atque ita, quamvis non sim proclivis ad statuendas duas pluresve urbes ejusdem nominis (quod plerumque ad solvendam aliquam difficultatem ultimum est refugium) hic tamen puto, id necessario fieri oportere.

BETHSALISA.

Vicus in finibus Diospolis, 15. millibus ab ea distans contra septen-
p. trionem in regione Thamnitica. Eusebius ad voc. Βαιθσαρισάθ.
656.

BETHSAMOS.

Βεθσαμώς. *III. Ezr. 5. 34.* Non est Bethschemesch? id liquet ex collatione *Nehem. 7. 28.* ubi idem index texitur, & hoc loco legitur בית עשמות quare aliorum codicum lectio Βαιθασμὼν propius accedit ad veram scriptionem. In Graeco Nehemiae contextu turbatus est vocum ordo & υἱοὶ superfluum est: υἱοὶ Ἀζαμωθ ἄνδρες βηθ τεσσαράκοντα δύο. Lege ἄνδρες Βηθ Ἀζαμώθ.

BETHSCHEMESCH.

Urbs sacerdotalis in Juda *Jos. 21. 16. 2. Reg. 14. 11. 1. Sam. 6. 12. 1. Chron. 6. 59.* Nulla tamen ejus fit mentio in serie urbium Judae *Jos. 15.* Eusebius male locat eam in Benjamin. Abest Eleutheropoli 10. miliaribus contra orientem pergentibus Nicopolin, eodem teste. Situs ejus aliquo modo liquet ex *2. Chron. 28. 18.* ubi Philistaei irruisse dicuntur in urbes regionis campestris & meridiales Judae, שפלה ונגב, capientes Bethschemesch, Ajalon, Gederoth, Socho, Thimnam & Gimzo.

Est & urbs hoc nomine in Naphtali *Jud. 1. 33. Jos. 19. 38.* Sunt, qui & aliam in Dan collocent, de qua agitur *1. Reg. 4. 9.* Sed Ir Schemesch quidem inter urbes Daniticas recensetur (vide supra *pag. 154.*) non vero Bethschemesch. At illa *Ir Schemesch* πόλις Σαμμαοὺς postea dicta est Ammaus & ipsa fuit Nicopolis, uti alibi ex Hieronymo notatum est. Differunt ergo Irschemesch & Betschemesch, illa quidem eadem ac Nicopolis, haec in via ducente Eleutheropoli Nicopolin. Adde quod ubi urbes Dan distinguuntur ab urbibus Judae *Jos. 21.* ex Juda Bethschemesch data dicitur sacerdotibus, & ex Dan urbes aliae. Si Bethschemesch inter urbes Danitarum fuisset, videretur illic recenseri debuisse inter urbes ex tribu Dan sacerdotibus datas. Sic Elteke, Gibbethon, Ajalon, & Gathrimmon urbes Danitis datae, uti scribitur *Jos. 19.* ex illa tribu deinde datae sunt sacerdotibus. Vide *Jos. 21. 23.* Quum autem Irschemesch legatur in eadem serie urbium Daniticarum *Jos. 19.* si ea- p.
dem fuisset ac Bethschemesch, etiam juncta fuisset illis quatuor aliis Da- 657.
niticis *Eleke, Gibbethon,* &c. At contra inter urbes ex tribu Juda datas sacerdotibus recensetur Bethschemesch: ergo Danitarum non fuit, & Irschemesch, quae Danitarum omnino fuit a Bethschemesch fuit diversa. Fateor tamen, suspicionem haud levem importari posse alicui, Irschemesch & Bethschemesch esse eandem, quod *Jos. 19.* jungantur urbes Irschamesch, Schaalabbin & Ajalon, & *1. Reg. 4. 7.* Schaalabbin, Bethschemesch & Ajalon. Sed non est tamen hoc illius ponderis, ut cogere aliquem debeat, huic sententiae accedere. In Jissascar quoque alii locant Bethschemesch, de qua agitur *Jos. 19. 22.* Sed potuit in confiniis Zabulon & Jissascar statui, nam .. גבל פגע ב *limes incidit in* .... saepe dicitur de locis extra eam tribum positis, uti de limite Ephraim dicitur *Jos. 16.* פגע בירחו *incidit in Jericho*, quum tamen Jericho in tribu Benjamin fuerit. Eusebius eam κώμην vocat, locatque inter Aeliam & Ascalonem: ad vocem Ἀβενετέρ. Videtur ejus mentio fieri in Notitia dignitatum Imperii Romani, ubi memorantur Equites Thamudeni Illyriciani Bitsamae. Confer, quae postea dicentur ad vocem Βιθιέμες.

BETHSCHEAN.

בֵּית שְׁאָן, Manassitarum *Jud. 1. 27. 1. Chron. 7. 29.* sita tamen in Jissaschar *Jos. 17. 11.* Eadem ביתשן Bethschan dicta, postea *Scythopolis.* Vide hanc vocem infra.

BETHSCHEARIM.

בית שערים, Locus, in quo consedit Synedrium magnum post urbis excidium.

BETHSEMERA.

Βηθσεμήρα. Locus in regno Amaziae regis Judae, ubi Israëlitae magnam stragem ediderunt. Josephus *Ant. IX. 10. 2. Chron. 25. 13.* ubi eadem historia narratur is locus בית חרון Bethchoron appellatur,

p. 658.

* BETHTAPPUACH.

בֵּית תַּפּוּחַ, Urbs tribus Judae *Jos. 15. 53. Vicus est ultra Raphaim* (Raphiam) *14. milliar. euntibus Aegyptum & terminus Palaestinae*, teste Eusebio, dictus Βηθταφῦ. Vide eum ad hanc vocem, & Θαφφῦ.

BETHUEL ET BETHUL.

בְּתוּאֵל & בְּתוּל, Urbs Simeonitarum *Jos. 19. 4. 1. Chron. 4. 3.* Kesil pro eo nomine legitur *Jos. 15. 26.* Vide supra *pag. 152. & 153.*

BETHULIA.

Βετύλια. Urbs vicina Esdraëli & Dothaim. *Judith. 4. 5. & 7. 3.* sita in monte, ad cujus radicem erant fontes. *Judith. 6. 13. 16.* Liquet ex admonitione Jojacimi Pontificis maximi, ut adscensum tractus montani tuerentur incolae Bethuliae & Betomesthem, quoniam eo aditus erat ad Judaeam, illam quaerendam ad austrum campi Esdraël. Αὐλών, *campus*, erat πλησίον Βετυλίας prope Bethuliam.

BETHTZUR.

בֵּית צוּר, Urbs in tribu Juda. *Jos. 15. 58.* Eusebius scribit, esse vicum in vicesimo lapide ab Aelia euntibus Chebronem, & alium mille passibus ab Eleutheropoli. In Graeco (at parenthesi inclusum) extat ἀπέχουσα σημείοις α', sed mallem, scribi ἀ πλεῖον σημεῖα ἑνός, uti Eusebius ad vocem Ἐλεάλε scribit. Propter viam fuisse, qua Hierosolymis itur ad Chebronem, Hieronymus quoque adnotat in epitaphio Paulae: *A Bethzur venit Escol* (אשכל) *quae in botrum vertitur .... atque adscendit Chebron.*

Βηθσὺρ appellatur Josepho, diciturque esse urbs in tribu Juda *Antiq. VIII. 3. Ant. XII. 1.* & Βεθσυρὰ *Ant. XIII. 4.* Libro autem *XII. cap. 14.* narrat, exercitum Antiochi Eupatoris ad Idumaeam progressum obsedisse Bethzuram, urbem munitissimam, & *Ant. XIII. 9.* appellatur χωρίον τῆς Ἰδουμαίας ὀχυρώτατον. Βαιθσυρὰ nuncupatur in libris apocryphis vel in plurali vel singulari. Sic ἡ Βαιθσυρὰ *1. Macc. 6. 7. 26.* τὰ Βαιθσυρὰ *1. Macc. 4. 29.* ubi urbs Idumaeae nuncupatur. Erat munimentum Judaeorum κατὰ πρόσωπον (לפני) τῆς Ἰδουμαίας. *1. Macc. 4. 61. 2. Macc. 13. 19.* urbs sita in finibus Judaeae. *1. Macc. 14. 33.* At quid illud est, quod *2. Macc. 11. 5.* legitur Bethzuram (& quidam ad quam Lysias & Judas conflixerunt, quaeque *1. Macc. 4. 29.* urbs Idumaeae audit) sitam fuisse ἐν ῥυμνῷ χωρίῳ & remotam ab Hierosolymis quinque stadiis? Erratum hic esse in numeris perspicuum est. Longius enim abfuit Bethsura Hierosolymis.

p. 659.

Juxta hunc vicum fons est ad radices montis ebulliens, in quo baptizatum eunuchum reginae Candaces ferunt. Vide Eusebium in Onomast. & Itinerarium Hierosolymitanum. Hanc traditionem falsi arguit Cellarius, quia Aethiops non in via Chebronem ducente proficiscebatur, sed via ducente Gazam, quae longe a Chebrone in occasum solis declinat. Verum declinet Gaza a Chebrone versus occasum, viae non fuere semper recta ductae per spatia brevissima, nec opinor, isti traditioni fidem ea re derogandam esse. Fateor, potuit Hierosolymis Gazam iter institui primo occidentem versus usque ad campestria Judae, & dein per loca litori maris mediterranei vicina Gazam: novimus etiam aliquando (num jam eo tempore, quo eunuchus ille vixit, ea via trita fuerit, incertum est) Hierosolymis Eleutheropolim, & inde Ascalonem atque ita porro Gazam itinera instituta fuisse. Id liquet ex Itinerario Antonini. Sed per Chebronem etiam Gazam iter factum fuisse liquet ex eo, quod in omnibus fere recentiorum itinerariis legamus, si quis Hierosolymis Gazam tenderet, per Chebronem eo profectum fuisse; nunquam, quod sciam, per campestria propinqua litori maris mediterranei. Confer ea, quae supra *pag. 646.* ex Hieronymo notavimus, ex quibus liquet, viam duxisse Gazam per Bethlechemum, quam aeque ac Chebronem sitam fuisse ad austrum Hierosolymae nemo unus dubitat: & Bethlechemum in via, qua itur Hierosolymis Chebronem, ad plagam meridialem Hierosolymarum (uti & via Hierosolymis ducens Gazam ad meridiem Hierosolymarum fuisse dicitur *Act. 8. 26.*) Eusebius & Hieronymus in Onomastico ad vocem Bethleem locant.

p. 660.

Βεθσὲρ legitur in quibusdam codicibus Graecis (in nonnullis & Βαιθὴρ) inter urbes sacerdotales *1. Chron. 6. 59.* pro Betschemesch.

BETHZACHARIA.

Βαιθζαχαρία. Erat non longe a Bethsura, Hierosolymam versus; *1. Macc. 6. 33.* Ibi cum castrametaretur Antiochus, erant partim in excelsis montibus, partim ἐπὶ ταπεινά, locis humilibus, ibidem commate

mate 40. Βηθζοχὴρ Epiphanio appellatur in *lib.* de vitis Prophetar. *pag. 247.* ubi dicitur Chabacuc Propheta oriundus ἐξ ἀγρῶν Βηθζοχήρ. Al. codd. Βηθζεχάρ, propius ad veram scriptionem. Chronicon Paschale *pag. 150.* ἐξ ἀγρῶν Βηθὶ τῶν χάρ. Additur ibidem ἦν πάροικος ἐν γῇ Ἰσραὴλ, pro quo apud Epiphanium legitur γῇ Ἰσμαὴλ, quod rectius est, nam in terram Israëlis dicitur postea reversus; ergo non fuerat in terra Israëlis.

Josepho appellatur *Antiq. XII. 14.* & *de bell. I. 1.* Βεθζαχαρία, dicitur-que locus esse in Judaea, ad quem Judas Maccabaeus cum copiis Antiochi Eupatoris conflixit, & ex illo videretur colligendum 70. circiter stadia a Bethzur abfuisse. Sed *1. Maccab. 6. 23.* Βαιθζαχαρία. Scilicet illi ad Hebraïcum, hi ad Syriacum loquendi modum magis accedunt.

De iis, qui nomen hujus loci Latine reddunt *domum Zachariae* hoc addam, admonendi causa magis, quam quo illos reprehensos velim, id Ζαχαρία aliunde profectum esse, quam ab homine Zacharia. In Talmude כפר דכריא memoratur, quasi *vicus masculorum.* Hinc Caphar Zacharia nasci potuit, nam דכרא est ex זכר ortum.

BETOANEA.

Vicus ad ortum Caesareae 15, miliaribus inde disjunctus, ubi balnea sunt salubria. Eusebius ad vocem Ἀνείρ. Ubi Βαιτοανεία legitur. Sed Hieronymus scribit *Betoanea.*

p. 661.

BETOANNABA.

Vicus circa Diospolin, 4. miliaribus inde remotus versus ortum. Eusebius. Hieronymus addit, *Plerique autem affirmant, in octavo ab ea miliario sitam & appellari Bethannabam.* Videor in hoc nomine vestigium urbis *Nob* deprehendere, praefixa voce *Beth.* Hieronymus Nob & Diospolin vicinas esse credidit. Vide eum in epitaphio Paulae, e quo nos supra *pag. 580.* aliqua dedimus, quae huc faciunt.

BETOMESTHEM.

Βετομεσθὲμ, Locus vicinus Esdraëli, *Judith. 4. 5.* Βαιτομασθαΐμ *Judith. 15. 3.* ubi Latinus interpres habet Estemo, quae fuit urbs Judae, adeoque vicina non fuit Esdraëli. Sed potuit alia illic eodem nomine fuisse.

* BETONIM.

Urbs tribus Gad. *Jos. 13. 26.* Regio Gaditarum se extendit a Chesbon usque ad Ramath Hammizpe & Betonim; adeoque fuit in confiniis tribuum Gad & dimidiae Manassis. Tempore Eusebii eodem nomine nuncupabatur.

BETZER.

בֶּצֶר, Urbs in tribu Ruben *Deut. 4. 43.* ad ortum Jerichuntis, teste Eusebio in Onomast. Josephus eam Βόσορα appellat, & hanc esse, quae postea

postea metropolis fuit Arabiae & Bostra nuncupata, scribit Eusebius ad vocem Βοσὸρ, in quo aeque fallitur ac in eo, quod sacerdotalem hanc urbem appellet, quum Levitica fuerit. Hoc enim non satis convenit cum situ Bozrae ab aliis assignato magis septentrionem versus, quam ut in tribu Ruben esse potuerit: nec cum situ, quem alibi ipse Eusebius tradit, sc. 24. aut 25. millibus ab Adraa, ad vocem Ἀσραώθ & Ἐσδρασί: & ubi de vico Καναθὰ agit, scribens esse Καναθὰ vicum Arabiae olim in Me- p.
nassitide nunc Trachonitide situm juxta Bostra, & ad voces Τραχωνῖτις 662.
& Ἰτυραία, esse Trachonitin regionem adjacentem solitudini Bostrae in Arabia: & ita Hieron. ad vocem Trachonitis. *Est trans Bostram Arabiae civitatem in deserto contra australem plagam, quasi ad Damascum respiciens.*

Bostra itaque potius latet in voce בעשתרה Beestera, sita in portione dimidiae tribus Menassis. Hoc vidit vulgatus interpres *Jos. 21. 27.* Ammianus quoque Marcellinus *lib. IV.* Bostram, Gerasam atque Philadelphiam conjungit. Et in tabulis Peutingerianis hoc modo proceditur *Gadara, Capitolias, Adraa, Bostra.* Licet haec per lineam austrum versus trahantur, quum ita septentrionem versus duci debeant. In ipsa Trachonitide videtur Bostra collocare Aurelius Victor scribens de Imperatore Philippo, *M. Julius. Philippus Arabs Trachonites,* quem Zonaras & aliis Βόσρεοις oriundum tradunt.

Ad situm urbis Betzer etiam haec faciunt ex Gemara Maccoth *fol. 9. 2.* ubi de urbibus refugii disputatur. תר׳ שלש ערים הבדיל משה בעבר הירדן וכנגדן הבדיל יהושע בארץ כנען ומכוונות הן כמין שתי שורות שבכרם חברון ביהודה כנגד בצר במדבר שכם בהר אפרים כנגד רמות בגלעד קדש בהר נפתלי כנגד גולן בבשן. *Ita tradiderunt Doctores nostri. Tres urbes separavit Moses in regione trans Jordanem, & tres iis oppositas separavit Josua in terra Canaan. Hae autem ita erant dispositae, uti duae series in vinea. Scilicet Chebron in Juda e regione Betzer in solitudine, Sichem in monte Ephraim e regione Ramoth in Gilead, Cadesch in monte Naphtali, e regione Golanis in Basan.*

BETHZETHO.

Βηθζηθώ. Vicus, quo relictis Hierosolymis cum exercitu venit Bacchides. Josephus *Antiquit. XII. 14. 1. Maccab. 7. 19.* Βηζὲθ, vel ut in aliis codicibus est Βηζαὶθ nuncupatur. Videtur idem locus a Josepho *Antiq. XII. 18.* appellari Βηεζηθώ. Ibi castra fuisse metatum Judam notat.

BETZAANIM. p. 663.

בצענים, *Jos. 19. 33.* legitur haec vox, ita ut pro urbe tribus Nephtali possit accipi מאלון בצענים. Eusebius in Onomastico credidit, אלון quercum denotare & בצענים non esse nomen urbis, sed ב esse praefixum, *in Tzaanim.* Pro veteri nomine substituunt Gemaristae Hierosolymitani in *Megilla fol. 70. col. 1.* hoc recentius אגנייא דקדש.

BEZARA.

Sita in finibus Ptolemaidis, 20. ſtadiis a Gaba. Joſeph. in vita.

* BEZEC.

בֶּזֶק, Urbs, cujus dominus Adonibezec dicitur *Jud. 1. 4. 5.* Nomen hujus urbis, quam Galilaeae attribuit, Stephanus in Ἐθνικοῖς ſcribit Ζεβέκη, ſecutus vitioſos Joſephi codices: nunc in editis Βεζέκη extat *Antiq. V. 1.* Euſebius teſtatur, duos eſſe vicos nomine Bezec ſibi vicinos in ſeptimo decimo lapide a Neapoli deſcendentibus Scythopolin. Meminit etiam Sandis Britannus in Itinerario *pag. 182.* vici Bezec 2. miliaribus a Bethſur. Eſtne Βηζέθ. *1. Macc. 7. 19.*

BEZEDEL.

Βεζεδέλ. Vicus, in cujus turrim compulſi ſunt Judaei Aſcalonem profecti & a Romanis fugati. Joſephus *bell. II. 1.*

BEZETH.

Βηζέθ. Al. Βηζαΐθ. Locus, ubi Bacchides Hieroſolymis profectus caſtra metabatur *1. Macc. 7. 19.* idem locus Βερέα videtur dici *1. Macc. 9. 4.* Vide vocem Βηθσηθώ.

BILEAM.

בִּלְעָם, Urbs Levitica in portione tribus Menaſſe cis Jordanem. *1. Chron. 6. 55.*

p. 664.

BILHA.

בִּלְהָה, Urbs in portione tribus Simeon. *1. Chron. 4. 29.* Vide ſupra *pag. 153.*

BITHJEMES.

Βιθιέμες commemoratur a Joſepho *Antiquit. VIII. 1.* ſed vix videtur dubium, quin ſit eadem ac Betſchemeſch, ſi conferamus *1. Reg. 4. 9.* Interpres Joſephi legit Βιθλέμες, nam ita reddit: *Toparchiae Bethlemis, quae ſortem Ephraemi complectebatur, praeerat Ures.* Graeca ita habent: Τῆς μὲν Ἐφραίμ κληρεχίας Οὐρης· ἐπὶ δὲ τῆς Βιθιέμες τοπαρχίας ἦν ὁ κλῆρος. Sed mendoſa haec ſunt. Pro ὁ κλῆρος lege Δακῆρος & Βιθσέμες pro Βιθιέμες. Ut ſenſus ſit, Urem (ſacer codex dicit filium Uri) praefuiſſe ſorti tribus Ephraim & Dacerum praefuiſſe toparchiae Bethſemes. Ita enim legitur *1. Reg. 4. 9.* unde ſua hauſit Joſephus. Nec unquam Bethlem in tribu Ephraim fuit.

BITTHER. Vide BETHER.

BITTHEREBIN.

Βιθθερεβίν. Vicus in regione Eleutheropolitana, Sozomeno memoratus hiſtoriarum *libro IX. cap. 17.* Videtur eſſe Ἐρεβίνθων οἶκος apud Joſephum,

ſephum, voce ex Ἐρεβὶν & Βηθ compoſita, & Ἐρεμίνθα Euſebii. Vide infra ad voces Ἐρεβίνθων οἶκος.

BITSAMA.

Mentio fit in Notitia Imperii. Vide Bethſchemeſch.

BITULION.

Urbs Palaeſtinae primae epiſcopatu inſignis. Epiſcopus Βιτυλίε interfuit Concilio Hieroſolymitano habito anno aerae Chriſtianae 536. Eſtne notiſſima urbs Bethel, (nam Aelia & Neapolis, inter quas duas urbes media ſita fuit Bethel, urbes fuere Palaeſtinae primae, adeoque & Bethel videtur ſub Palaeſtina prima fuiſſe cenſita) an vero Betulia Hieronymi, & Βηθελία Sozomeni vicus prope Gazam, nam & Gaza fuit urbs Palaeſtinae primae. Vide ſupra *pag. 209.* Vide & vocem Bethelia. p. 665.

Βιτέλιος ſcribitur in notitia veteri Eccleſiaſtica, recenſeturque inter urbes Palaeſtinae primae. Vide ſupra *pag. 215.*

* BIZJOTEJA.

בִּזְיוֹתְיָה, Urbs in regione auſtrali Judae. *Joſ. 15. 28.* Vide ſupra *pag. 143.*

BOSOR.

Βοσόρ. Urbs valida & magna Gileaditidis. *1. Macc. 5. 26. 28.* erat & altera Βοσὸρ *commate 36.* Al. leg. Βόσσορα. In Joſepho Βοσὸρ & Βοσορρὰ duae urbes Gileaditidis diſtinguuntur.

Βόσορα (ea eſt בצר) urbs refugii appellatur Joſepho *Antiquit. IV. 7* ſita in finibus Arabiae.

BOSORRA.

Βοσορρὰ quaedam memoratur Joſepho *Antiquit. XII. 12.* urbs trans Jordanem ſita, & a Juda Maccabaeo capta. Ita quoque legitur *1. Maccab. 5. 26.* ubi urbs munita & magna appellatur. Erat ſita in itinere, quod a Nabathaeis ad Gileaditin inſtituit Judas, & *1. Macc. 5. 26.* in ipſa Gileaditide locatur. Interpres Joſephi Latinus & ſcriptor *lib. I. Macc.* legerunt Βάρασα per metatheſin literarum Sigma & Rho. Haec autem Βοσορρὰ diſtinguitur a Βοσὸρ urbe Gileaditidis ab ipſo Joſepho *Antiq. XII. 12.* & ſcriptore *lib. I. Maccab. c. 5. 26.* Sic ut Βοσὸρ poſſit haberi eadem atque בצר in tribu Ruben, & Βοσορρὰ pro *Boſtris.*

BOSTRA.

Hoc nomine urbem illam indicatam volo, quae Graecis & Romanis ita vocata fuiit, cujus nummi extant inſcripti COL. F. BOSTRA & N. TRA. BOSTRA, quae in veteribus notitiis eccleſiaſticis metropolis Arabiae: dicitur, quaeque ab urbe Adraorum 24. miliaria Romana abfuit, teſte Euſebio in Onomaſtico, & a nonnullis adſcribitur Tracho- p. 666.

Trachonitidi. Videtur eadem esse, quae *Beestera* in V. T. nuncupatur: confer, quae ad hanc vocem superius diximus, uti quae & ad vocem *Betzer*. Sunt enim, qui urbem Betzer Rubenitis datam pro Bostris habeant, sed omnia suadent, illam multo magis versus septentrionem removere.

Non confundenda haec est cum Botzra Idumaeorum *Jerem. 49. 13.* & alibi memorata, uti nec cum Botzra Moabitarum *Jerem. 48. 24.* Nec mirum, nomen בצרה, quod locum munitum notat, pluribus urbibus commune fuisse. Judaei quum gentile Βοσρηνὸς, Graecis usurpatum, efferre volunt, id formant בוצריה ac si ab urbe בצרה non בעשתרות ductum esset. Sic in Midrasch Schir Hasschirim *fol. 35. 3.* legitur רבי ברכיה בוצריה *Rabbi Berachia, Bostrenus.* Non enim putem, aliunde, quam ab urbe Bostrorum id nomen tulisse. Arabes etiam nomen ejus بصرى *Bozra* scribunt, & Abulfeda in geographia MSta illam tradit esse قاعدة حوران *metropolin regionis Havràn.* Hic vestigium *Auranitidis* invenio. Confer ea, quae *libro I. pag. 107.* de Auranitide diximus.

Bostrorum episcopi in actis conciliorum hi commemorantur.

NICOMACHUS. Subscripsit concilio Niceno. Vide *tom. II.* concilior. general. *pag. 51.* & Antiocheno. Vide *tom. II. p. 561.*

TITUS. In concilio Antiocheno, anno 363. Vide *tom. II. p. 828.*

ANTIOCHUS. In actis concilii Ephesini habiti a Nestorianis. Vide *tom. III.* concilior. *pag. 598.*

CONSTANTINUS. In actis concilii Chalcedonensis, inter Oecumenica quarti. Vide *tom. IV.* concilior. *p. 80.* & *606.* & *787.*

Bostra, si recte se habent numeri tabulae veteris itinerariae, abfuerunt 24. miliaria ab urbe Adraorum, quod convenit cum testimonio Eusebii ante laudato, (vide, quae ad vocem *Adraa* supra notavimus) *Adraa* autem aberant Capitoliade XVI. miliaria, Capitolias a Gadaris XVI. Ad situm Bostrorum etiam haec faciunt Ptolemaei in descriptione Arabiae, quibus longitudinem dierum in urbibus Petra, Medaba & Bostra, earumque recessum ab Alexandria versus ortum tradit.

p. 667. Ἡ μὲν Πέτρα τὴν μεγίςην ἡμέραν ἔχει ὡρῶν ιδ' καὶ διέςηκεν Ἀλεξανδρείας πρὸς ἀνατολὰς μιᾶς ὥρας τρίτῳ ϗ δεκάτῳ. hor. $\frac{1}{3}$. & parte decima.

Ἡ δὲ Μήδαυα τὴν μεγίςην ἡμέραν ἔχει ὡρῶν ιδ' ϗ τί· ϗ διέςηκεν Ἀλεξανδρείας πρὸς ἀνατολὰς μιᾶς ὥρας ἡμίσει ϗ πέντε ϗ δεκάτῳ. hor. $\frac{1}{2}$. & decima quinta parte.

Ἡ δὲ Βόςρα τὴν μεγίςην ἡμέραν ἔχει ὡρῶν ιδ' ϗ τί· ϗ διέςηκεν Ἀλεξανδρείας πρὸς ἀνατολὰς μιᾶς ὥρας διμοίρῳ ἔγγιςα. hor. $\frac{2}{3}$. fere.

BOTZCATH.

בְּצְקַת, Urbs in tribu Judae. *Jos. 15. 39. 2. Reg. 22. 1.* Non esse hanc eandem ac Βασκαθὰ vel Βακαθὰ, quorum episcopus memoratur in Conciliis quibusdam, ostendimus supra ad vocem Bacatha. Sunt, qui hanc & Βασκαμᾶ, *1. Macc. 13. 23.* eandem esse velint. Josephus Βόσκεθ appellat urbem בצקת *Antiquit. X. 5.*

BOTHNIA.

Βόθνια. Urbs tribus Gad, quae tempore Eusebii eodem hoc nomine dicebatur. Vide ejus Onomasticon. Betonim nuncupatur. *Jos. 13. 26.*

BUCOLON.

Βυκόλων. Urbs haec Straboni memoratur, sita inter Ptolemaida & turrim Stratonis. Συκαμίνων πόλις, Βυκόλων ϗ Κροκοδείλων πόλις. *Sycaminon urbs, Bucolon & Crocodilon urbs.*

CABBON.

כַּבּוֹן, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 40.*

CABTZEEL.

p. 668.

קַבְצְאֵל, Urbs in parte australi tribus Judae *Jos. 15. 21.* videtur eadem esse ac Jecabtzeel *Neh. 11. 25.*

CABUL.

כבול, Urbs vastata מפני המחלוקות propter contentiones. Echa Rabbati. 75. 4.

CADESCH & CADESCHBARNEA.

קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ, *Deut. 1. 19.* eadem urbs ac Cadesch & Kedesch *Jos. 15. 23.* Κάδης *Judith. 1. 8.* & Κάδης Βαρνῆ *Judith. 5. 12.* Vide quae nos de his locis notavimus supra *pag. 114. 115.* & *116.* Aberat Cadeschbarnea a monte Choreb dies undecim *Deut. 1. 2.* ab Aegypto autem aberat Choreb iter tridui: ita enim Moses coram Pharaone testatus est. Elias autem tardius iter confecit ex Palaestina ad Choreb. Nam itineri a Berseba ad montem Choreb dies 41. impendit. *1. Reg. 19. 3. 8.*

NB. Quaecunque nomina locorum per K. scribuntur nonnunquam, etiam inter urbes has, quae a C. incipiunt retulimus, quod sciremus, pronunciari C. ut K. in vocibus, quae a CA, CO, & CV. incipiunt, uti quum diciimus, *cado, conor, curo.* Has autem ad elementum, C. referri fas erat, quare & illas adjecimus, quae a CE. & CI. indicantur: at quoniam ab Hebraeis illa pronuntiantur, uti KE. & KI, maluimus hanc scriptptionem sequi. Atque ita quaecunque nomina Hebraea a ח initium cacapiunt, hic a CH. inchoantur, quae a כ & ק a C. vel K, hoc ordinine CA, KE, KI, CO, CV, uti & veteres Graeci κ & κ &c. reddididerunt Kα &c.

CADESCH in NEPHTALI.

Κάδης ἡ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ. *1. Macc. 11. 63.* Josepho appellatur χώριον Γαλιλαίων, oppidum Galilaeorum & ἡ ἄνω Καιδέση superior Caedese, *Antiquit. V. 1.* Κύδις *Tob. 1. 2.* Κύδοισσα & Κύδοσσος aliis.

CADYTIS.

Meminit hujus urbis Herodotus *lib. II. cap. 159. l. III. cap. 5.* tanquam a se visae. Ἀπὸ Φοινίκης μέχρι ὄρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐςι Συρίων τῶν Παλαιςινῶν καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐόσης πόλιος (ὡς ἐμοὶ δοκέει) Σαρδίων ἐ πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσε πόλιος ἐςι τῆς Ἀραβίε· ἀπὸ δὲ Ἰηνύσε, ἥυτις Συρίων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. *A Phoenice usque ad montes Cadytis urbis Syrorum, qui Palaestini appellantur, regio est. A Cadyti autem, quae urbs est, uti mihi videtur, non multo minor Sardibus, emporia maritima usque ad urbem Jenysum, ditionis sunt Arabicae. Ab urbe Jenyso rursus Syriacae usque ad lacum Serbonidem, juxta quam mons Casius ad mare protenditur.* Huc spectant ea, quae leguntur apud Stephanum ἐν Ἐθνικοῖς, Κάλυτις, πόλις Συρίας. Ἡρόδοτος. *Calytis, urbs Syriae. Herodotus lib. II.* Apud eundem Stephanum mox fit mentio urbis ejusdem sub alio nomine Κάνυτις, πόλις Συρίων μεγάλη ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Idem Hecataeus in Asiae Periegesi urbem Σύρων μεγάλην memorat, cujus nomen non multum ab his recedit Καρδυτός. Quid si haec omnia sint ejusdem urbis nomina?

p. 669.

Scio, per Cadytin urbem Hierosolymam a viris doctis intelligi, & illud vel a קדושה *Sancta* vel קריתא *combusta* duci. Sed id mihi non probatur: quum usitatissimum fuerit, nomen Jerusalem & Judaeis & aliis, & illud sanctae vel combustae non pro nominibus, sed epithetis urbis illius haberi possit. Non solent ita apud historicos urbes nuncupari, sed nominibus suis & notis. Porro tunc vox *urbis* addi omnino debuerat, uti in *Echa Rabbati* Jerusalem קרתא יקירתא *urbs combusta* appellatur *fol. 70. 1.* quod glossator per Hebr. עיר שרופה explicat. Uti itaque urbs illa שרופה non fuit dicta, sic nec יקירתא vel קריתא vel קדושה, uti nec *Sancta* unquam dicitur, nisi vox urbis addatur. Quid? quod minus conveniat haec opinio cum ipso Herodoto. Versatur in describenda ora maritima, in qua non erat Jerusalem. A Cadyti usque ad Jenysum regio erat ditionis Arabicae, non Syriacae. An hoc dici potest de regione, quae est ad austrum Hierosolymae? non puto. Adde quod videatur urbs Cadytis conspecta ab Herodoto. Si ea Jerusalem fuisset, num neglexisset mentionem Templi & tot stupendorum operum, quibus illa urbs prae aliis eminuit, quum ipse rerum, quas vidit in urbibus minus nobilibus, mentionem faciat accuratam?

Ego

Ego urbem Gath hoc nomine dictam intelligerem, quae Καδτὶς aut Καδυτὶς nuncupata fuerit, si qui sint montes, ὄρεα Καδύτιος liqueret. Dicitur urbem in colle edito sitam fuisse, sed hoc non sufficit, ut ὄρεα Καδύτιος memorentur. Forsitan itaque, quia urbs Gath praecipua fuit & nota, & olim regia Philistaeorum, uti apellatur *1. Sam. 27. 5.* & cujus rex alias quoque urbes, quas inter Tziklag, imperio suo subjectas habebat (vide *comma 6.*) montes vicinos orientem versus ab ea appellavit montes Cadytis. Certe si fuit in 5. miliario ab Eleutheropoli euntibus Diospolin, uti scribit Eusebius, vel inter Antipatridem & Lyddam, uti idem alibi scribit, certe non longe abfuit a regione montana Judae: & ex omnibus Philistaeorum urbibus maxime mediterranea fuit, adeo ut montes proximi ab illa potius, quam alia urbe Philistaeorum apud Herodotum nomen tulerint.

p. 670.

Viderint alii, an huc pertineat herba Cadytas, quae in Syria crevit. Plin. *l. XVI. ult. Est & in Syria herba, quae vocatur Cadytas non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese.* Theophrastus de caus. plant. *lib. II. cap. 23.* Τὸ Συριακὸν βοτάνιον ὁ καλάμενος καδύτας ᾗ δένδρεσι ᾗ ἀκάνθαις ἐμφύεται.

CAESAREA.

Duae urbes Palaestinae fuerunt hoc nomine nuncupatae, altera ad mare magnum sita, altera prope fontes Jordanis, Paneas dicta postea. Judaei ipsi nomen Caesareae קיסרין dare solent Caesareae maritimae, & portum urbis קיסרין commemorant. In Midrasch Esther *fol. 122. col. 1.* mentio fit ריטי של קיסרין *conclavis* judicum *Caesareae:* alii putant, carcerem fuisse. Vetus nomen huic urbi fuit *turris Stratonis*, uti videri potest ex iis, quae mox ex Josepho notabimus ad hanc urbem facientia. In praefatione Novellae 103. dicitur *Strato primus eam in formam urbis redegisse, qui mutatis sedibus excedens Graecia hujus conditor extitit.* Epiphanius utrumque & vetus & recens nomen conjungit in libro de ponderibus & mensuris *pag. 175.* scribens Καισάρεια ἡ Στράτωνος, (uti & apud Ptolemaeum legitur: vide supra *lib. II. cap. 10.*) at *lib. II.* adverf. haereses *pag. 730.* Καισάρεια solum ei dicitur. Latinis Caesarea Palaestinae dicitur, ut ab aliis urbibus Caesareae nomen gerentibus distinguatur, quodque ejus fuerit metropolis.

Nuncupattur haec *Caesarea Palaestina* in Itinerario veteri Hierosolymitano. Quidni corrigis, inquiet quispiam, & reponis *Palaestinae?* Ego nil muto. Invenio idem apud Hilarium in fragmento tertio operis historici *pagag. 1311.* edition. Paris. an. 1693. *Nam propter haec necessario Concilium a) apud Caesaream Palaestinam primo videtur esse conditum.* Et quidni, uti *Syrnyrus Palaestinus* in illo.

p. 671.

Alb Alba Palaestino culta columba Syro,

& *Pa-*

& *Palaestina aqua* apud Ovidium in Fastis,

Inque Palaestinae margine sedit aquae,

dici possit *Caesarea Palaestina?*

Nomen Caesareae ab Herode urbi datum in honorem Augusti constat ex Josepho *Antiquit. XV. 11.* Agrippa ipse in epistola ad Cajum Caesarem illam dicit τὴν ἐπὶ θαλάττῃ Καισάρειαν ἐπώνυμον τοῦ προπάππου Σεβαστῆν, *Caesaream maritimam de nomine proavi tui Sebasten dictam.* Idem legere est in commentario Hieronymi ad Matthaei *cap. XVI.* Error itaque est, quum in praefatione Novellae 103. scribitur Imperatorem Vespasianum nomen Caesareae urbi dedisse, *Divae memoriae Vespasianus* (ita illic legitur) *celebratissimus ille imperator, qui piae memoriae Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam vel solum potuit sufficere, ipsorum Caesarum appellatione eam nominavit, quum antea Stratonis turris vocaretur, hoc illi honore impenso, eo quod in ea post Judaicas victorias inter imperatores adscriptus esset.* Sed Vespasianus huc coloniam Romanam deduxit, non autem nomen Caesareae dedit.

Ex tabulis Novi Testamenti, quae peti possunt ad situm hujus urbis declarandum, haec sunt. Paulus *Act. 9. 30.* Hierosolymis profectus fuisse legitur Caesaream, ut inde Tarsum abeat. Petrus ab urbe Joppe profectus altero die appellit Caesaream *Act. 12. 19.* Epheso itinere maritimo venit Caesaream, *Act. 18. 22.* Ptolemaïda appulimus & die sequenti inde profecti venimus Caesaream, *Act. 21. 8.* & inde adscendimus Hierosolymas, *Act. 21. 15.* Paulus a militibus ducendus Caesaream noctem agit Antipatride *Act. 23. 31.* Haec fere sunt, quae in Novo Test. de hac urbe leguntur.

p. 672. Josephus saepe meminit Caesareae. *Antiquit. XIII. 19.* eam Στράτωνος πύργον appellat & ibidem notat, turrim etiam fuisse Hierosolymis ita dictam ὁμώνυμον τῇ παραλίῳ Καισαρείᾳ. Sed *lib. I. de bell. cap. 3.* non turris, sed σκοτεινὴ πάραδος appellatur & ὑπόγαιον χώριον. Verum turris esse potuit, sub qua meatus hic subterraneus erat. *Antiquit. XIV. 8.* & *11.* tradit, eam olim turrim Stratonis dictam fuisse, ad mare sitam & ab Herode portu & templis ornatam. *Antiquit. XV. 13.* & *de bell. I. 16.* sitam hanc urbem in Phoenice, ad mare, mediam inter Dora & Joppen, portuque egregio & aliis aedificiis ab Herode auctam. *Antiquit. XVI. 9.* Herodem per spatium decennii in ea ornanda laborasse & nomen Caesareae illi dedisse ab Augusto sibi datae *Antiquit. XV. 11.* & *XIX. 7. Antiquit. XX. 6.* litem ortam fuisse inter Judaeos & Syros Caesareenses, quum illi urbem ab Herode conditam, hi vero olim nullos Judaeos ibi habitasse, quum Stratonis turris appellaretur, dicerent. *Antiquit. XIII. 19.* & *lib. I. de bell. c. 3.* dicitur 600. stadia abesse Hierosolymis. Ita quoque in Josepho legit Zonaras annal. *l. V. pag. 219.* & Hegesippus de excidio Hierosol. *l. 1. c. 7.* Vide supra *p. 443. Lib. III. de bell. c. 14.* vocatur urbs Judaeae maxima a Graecis potissimum inhabita, & in planitie sita, & eodem

eodem libro *c. 16.* παράλιος, maritima, ut a Caesarea Philippi distinguatur.

Portus Caesareae appellatur a Josepho Σεβαστὸς λιμὴν ita dictus ab Herode in honorem Caesaris. Vid. *Antiquit. XVII. 7.* & confer *lib. I. de bell. 20.* ubi idem iter Antipatri describitur. Sed Graeca illic in mendo cubant διαπεράσας τὴν Σεβαστὴν εἰς τὸν λιμένα τῆς Καισαρείας κατάγεται. Scripserat Josephus Σεβαστὸν τὸν λιμένα τῆς Καισαρείας, uti & Rufinus legit reddens, *transmissusque in Sebastum Caesariae portum defertur.* Quum vero nomen urbis Σεβαστὴ notius esset, quam portus Σεβαστὸς, illud hujus locum occupavit.

Fuit haec colonia una cum Aelia Capitolina, sed neutra juris Italici, uti legitur apud Ulpianum *lib. 1.* de censibus, & idem confirmat Paulus *lib. 2.* de censibus §. 7. Divus Vespasianus Caesarienses colonos fecit, non adjecto, ut & juris Italici essent, sed tributum his remisit capitis. Sed Divus Titus etiam solum immune factum interpretatus p.
est. Similes eis Capitulenses esse videntur. Hi Capitulenses nulli alii 673.
sunt, quam Hierosolymitani, ne quis putet, innui cives Capitoliados: nam Capitolias colonia non erat, sed urbs αὐτόνομος suis utens legibus.

Urbs Samaritidis fuit extra Judaeam sita, uti liquet ex *Actor. 12. 19.* & *21. 8. 10.* & ex eo, quod in regione Judae, Benjaminis, Simeonis & Danis (quae Judaea dicitur) non fuerit. Samaritani Christianos inde pellere conati sunt, duce Justusa, anno Christi 484. Vide Chronicon paschale ad hunc annum. Habitasse illic saeculo aerae Christianae sexto Judaeos & Samaritanos liquet ex iis, quae narrat Theophanes in Chronico ad annum Christi 548. Justiniani 29. Τοῦτῳ τῷ ἔτει μηνὶ Ἰουλίῳ, Ἰνδικτ. δ ἐστάσιασαν Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, καὶ ποιήσαντες πρὸς ἀλλήλους ἐν τάξει Πρασινοβενέτων ἐπῆλθον τοῖς Χριστιανοῖς τῆς αὐτῆς πόλεως, καὶ πολλοὺς ἀνεῖλον καὶ ἐκκλησίας κατέκαυσαν, Στέφανον δὲ τὸν ὕπαρχον τῆς αὐτῆς πόλεως ἐν τῷ Πραιτωρίῳ ἀνεῖλον καὶ τὴν ὑπόστασιν αὐτοῦ καθήρπαξαν· ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ ἀνελθοῦσα ἐν τῇ πόλει προσῆλθεν τῷ βασιλεῖ καὶ ἐκέλευσεν Ἀμαντίῳ τῷ στρατηλάτῃ κατελθεῖν ἐν Παλαιστίνῃ, καὶ τὸν φόνον τοῦ Στεφάνου ἐκζητῆσαι· ὅστις εὑρὼν τοὺς μὲν ἐφόνευσεν, τοὺς δὲ ἀπεκεφάλισεν, τοὺς δὲ ἠκρωτηρίασεν καὶ ἐδήμευσε. *Hoc anno mense Julio, indictione quarta, Judaei & Samaritani Caesarreae Palaestinae tumultuati sunt, & instar factionum Prasinae & Venetae in Chrristianos in ea urbe habitantes irruerunt, & multos eorum occiderunt, Ecclesias cremarunt, Stephanum civitatis Praefectum in praetorio interfecerunt; & bonaa ejus diripuerunt. Uxor autem hujus Constantinopolin profecta Imperatorem adiit, qui, Amantio militiae magistro in Palaestinam misso, de caede Stephani jussit inquirere. Reorum alios suspendio, decollatione, aut amputatione aurium, vel facultatum amissione mulctavit.* Describit aliam seditionem Samaritanorum, quae contigit anno Justiniani secundo duce Juliano Procopius in Anecdotis *pag. 35.* dicitque, Caesareenses ipsos, qui in urbe erant, τ, Samaritanismo relicto, Christianum nomen professos, indignum ratos os, si pro insano dogmate incommoda subirent, sed γεωργοῦ

γοὶ ἅπαντες, agrestes omnes arma corripuerunt, designato Juliano quodam Sabari filio duce, qui cum ipsis caesus fuit: addit, ferri, centum
p. hominum millia trucidata fuisse, & agros fertilissimos colonis destitu-
674. tos jacuisse, magno illorum incommodo, qui vectigal Imperatori ex reditibus eorum solvere debuerunt. Narrat hanc rem Cyrillus Scythopolitanus, in vita Sancti Sabae, cujus verba ex MSStis Vaticanis depromta inseruit notis suis in Procopium Nicolaus Alemannus. Ὁι κατὰ Παλαιςίνην Σαμαρεῖται τὸ ἔθνος ἅπαν κατὰ τῶν Χριςιανῶν ςρατεύσαντες πολλὰ ἀθέμιτα διαπραξάντες, τὰς μὲν ἐμπιπτούσας ἐκκλησίας πραιδεύοντες, τοὺς δὲ συμπίπτοντας Χριςιανὸς διαφόροις κολάσεσιν ἀφειδῶς ἀποκτείνοντες, καὶ χωρία ὁλόκληρα τῷ πυρὶ παραδιδόντες, ἐν τοῖς μάλιςα περὶ Νεάπολιν τόποις, ἔνθα τυραννήσαντες ἔςεψαν ἑαυτοῖς βασιλέα Ἰελιανόν τινα σύνεθνον αὐτῶν. Τότε δὴ τὸν μὲν ἐπίσκοπον Νεαπόλεως Σαμμωνᾶ κατέσφαξαν, τινὰς δὲ συλλαβόμενοι πρεσβυτέρους καὶ τούτους κατακόψαντες ἀπετηγάνισαν μετὰ λειψάνων ἁγίων μαρτύρων, καὶ πολλὰ τοιαῦτα δεινὰ πεποιήκασιν, ὥςε τὰς βασιλικὰς καλουμένας ὁδὸς ἀδιαβάτους τοῖς Χριςιανοῖς γενέσθαι. Τούτων οὖν ἁπάντων εἰς ἀκοὰς εἰσελθόντων τοῦ εὐσεβεςάτου ἡμῶν βασιλέως Ἰουςινιανοῦ, ἐκελεύθησαν Θεόδωρος καὶ Ἰωάννης, οἱ ἐνδοξότατοι ςρατὸν συναγεῖραι καὶ τὸν Σαμαρειτῶν καταςρατεῦσαι, καὶ συμβολῆς γενομένης, ἀνηρέθη Ἰελιανὸς καὶ πλῆθος πολὺ Σαμαρειτῶν. *Samaritanorum in Palaestina gens universa contra Christianos bellum movit, multis injustis facinoribus patratis. Ecclesias invadentes eas spoliarunt, & Christianos, quicunque occurrebant, diversis dirisque suppliciis affectos neci dederunt, & loca praecipue vicina Neapoli igne vastarunt, ac tyrannidem ibi exercentes Julianum quendam ex eadem gente oriundum regem suum coronarunt. Mox episcopum Neapoleos Sammonam jugularunt, & cum reliquiis Sanctorum martyrum confractis combusserunt & plura scelera patrarunt, sic ut regiarum viarum usus Christianis non concederetur. Quae quidem omnia, quum ad aures Piissimi nostri Imperatoris Justiniani delata essent, jussit Illustrissimos viros Theodorum & Joannem exercitum cogere & adversus Samaritanos proficisci. Quo facto, & commisso praelio Julianus cum magna multitudine Samaritanorum interiit.* Josephus πόλιν Ἰουδαίας, urbem Judaeae hanc nuncupat *lib. III. de bello cap. 14.* nomen Judaeae extendens latius septentrionem versus, quam regio 4. illarum fuit, de quibus mox vidimus, per Samaritin, qua Judaei tunc potiebantur. De situ ejus & intervallis, quae abest ab urbi-
p. bus vicinis, videri potest libro secundo plus uno loco, *p. 439. 443.* &c.
675. Geographus Scherif Ebn Idris, notus vulgo nomine Nubiensis, ita describit Caesarem وقيسارية بلد كبير عظيم له ربض عامر وحصن منيع وبين يافا وقيسارية ثلثون ميل ومن قيسرية الي نابلس مرحلة وكذلك من كيسارية الي الرملة مرحلتان وقيسارية الي مدينة حيفا علي الساحل ومن حيفتان يومان *Caesarea maximus est locus, cui moenia sunt integra, & arx munita; distat a Japha (Joppe) 30. miliaria, a Neapoli stationem unam, a Ramla similiter*

militer stationes duas exiguas, ab urbe Hepha ad mare sita duorum dierum iter. Abulfeda in Geographia manuscripta illam appellat قيسارية الشام Caesaream Syriae, & mare ipsum, cujus litori adjacet mare Syriacum, notatque, inter illam & Ramlam esse miliaria 32. inter illam & Accam (Ptolemaida) esse 36. miliaria.

Varii extant nummi veteres hujus urbis, in quibus vel ΚΑΙCΑΡΕΩΝ legitur vel colonia prima Flavia Augusta Caesarea. Verum Caesarea Philippi vel Paneas in nummis ΚΑΙCΑΡΕΙΑ CΕΒΑCΤΗ dicitur. Est in cimeliarchio Bariano nummus Augusti inscriptus ΠΟΛΙΩΝ ΚΟΥΠΕΔΙΟΥ ΚΑΙCΑΡΕΩΝ. Hunc descripsit Vaillant. in numism. Graecis Imperatorum Augg. & Caesar. *pag. 3.* Apud eundem *pag. 10.* commemoratur nummus Caji Caesaris inscriptus ΚΑΙCΑΡΙΑC ΑCΤΛΟΥ ΑΓΡΙΠΠΑ ΒΑCΙΛΕΥ. Et *pag. 12.* duo nummi Claudii, unus cum inscriptione ΚΑΙCΑΡΕΩΝ ΕΤΟΥC Ε, & alter ΕΤΟΥC ΙΓ. Sunt apud eundem & alii, quos ad hanc Caesaream refert. Vide *pag. 7. 13. 15.* &c. Patinus in nummis aereis Impp. aliquot nummos delineatos exhibuit Hadriani, Antonini, Veri, Commodi & aliorum, in quibus C. F. AV. CAESAR. aut COL. PRIMA AVG. CAESAR. legitur. Vide & Harduinum in nummis veteribus populorum, Vaillantium in nummis coloniarum & alios. Conspicitur in quibusdam horum nummorum imago fluvii juxta Caesaream, plane uti in nummis Ptolemaidis, at negant quidam, circa Caesaream fluvium fuisse. Cum his ego non facio. In Ptolemaeo nota, statim post Caesareae mentionem ostia fluminis Χορσέα memorari, & confer haec, quae leguntur apud Jo- p.
hannem de Vitriaco, historiae Hierosolymitanae *cap. 24.* de Caesarea, 676.
hortorum & pascuorum & aquarum fluentium plurimam habet ubertatem. Idem scribit *cap. 86. crocodilos habitare in flumine Caesareae Palaestinae.* Sanutus autem in secretis fidel. cruc. *pag. 152.* narrat, esse illos crocodilos in magna & profunda palude, quae ad orientem urbis est. Meminit etiam Albertus Aquensis hujus paludis & fontis in histor. Hierosolymitana *lib. V. cap. 41.* de Caesarea loquens, *ibidem ad radicem montis fons manat, qui ibidem urbi influit per camporum apertam planitiem, ubi Dux Godefridus & Robertus Flandrensis positis tentoriis hospitati sunt. Comes vero Reymundus, Robertus Nortmanorum Princeps post illos, interposita ejusdem fluminis amplissima palude, procul abhinc in eodem flumine castra posuerunt.*

Metropolis fuit haec Palaestinae primae. Vide supra notitias veteres Ecclesiasticas *p. 215.* In Novellae 103. praefatione haec leguntur, quae huc faciunt. Ἐις νῦν δὲ ἡμῖν ἦλθε καὶ ἡ Καισάρεια μητρόπολις &c. *Venit autem nobis in mentem & metropolis Caesarea, quae in prima Palaestina principatum tenet, quam prae ceteris majore etiam honore perfrui oportebat, propterea quod & quondam proconsul ipsam tenuit & praefectus talis magistratus fuit, licet postea ab amplioriore dignitate ad minorem transferit, nimirum quum una prius tota Palaestina esset ea, deinde in tris divisa partes & neque proconsulatum retinens, sed ad magistratiatum hunc, ut appellant, ordinarium delata.*

Episco-

Episcopos Caesareae hos invenio in actis conciliorum commemoratos.

THEOPHILUM, qui actis concilii Casaereensis, habiti anno aerae Christianae 198. subscripsit. Vide Eusebium *Histor. Eccles. v. 23.* & Stephani Baluzii novam collectionem conciliorum Parisiis editam anno hujus saeculi septimo *pag. 13.*

AGRICOLAUM. Hic subscripsit concilio Ancyrano habito anno 314. Vide *tomum I.* conciliorum generalium *pag. 1475.* At alii Agricolam hunc non agnoscunt, sed seriem episcoporum a Theoctisto ad Eusebium ita texunt, Theoctistus, Domnus, Theotecnus, Agapius, Eusebius. Confer Eusebii *Histor. Eccles. VI.* & *VII. 14.*

p. 677. EUSEBIUM, ab amicitia martyris Pamphili dictum, virum scriptis clarissimum. Hic subscripsit concilio Palaestino habito anno 318. Vide Baluzii novam collectionem conciliorum *pag. 23.* Subscripsit & concilio Niceno. Vide *tom. II.* conciliorum general. *pag. 51.*

ACACIUM. Hic successit Eusebio. Theophanes in Chron. Ἀπέθανεν (Εὐσέβιος) Ἀκάκιον μαθητὴν καὶ διάδοχον τοῦ θρόνου Καισαρείας ἐάσας. Hieronymus Epist. ad Minervium. *Acacius Caesareae, quae prius turris Stratonis vocabatur, post Eusebium Pamphili episcopus.* Hic subscripsit conciliabulo Seleucensi anno 359. (Vide Epiphanium *Haeres. LXXIII. pag. 874.* aut Baluzii supplement. Concilior. *pag. 66.*) & Concilio Antiocheno anno 363. Vide Socratis *Histor. Eccl. l. III. 25.* aut *tom. II.* concilior. *pag. 828.* Hujus & Euzoii studium in instauranda celebri Bibliotheca Caesareensi, quam Pamphilus dedicaverat, laudat Hieronymus in Epist. ad Marcellam & in catal. script. Ecclesiasticorum. Laudat plus semel codicem Evangelii Matthaei, Chaldaïco & Syro sermone, sed Hebraïcis literis conscriptum, qui in illa Bibliotheca erat. Hinc discimus, Evangelia Matthaei Hebraea, quae circumferuntur, esse commentitia. Chaldaïcum Syrumque erat id, quod citat Hieronymus, sed Hebraïcum appellat, quod literis esset conscriptum Hebraeis. Vide eum *lib. III. dial. adversus Pelagianos, pag. 533.*

THALASSIUM. Subscripsit concilio Constantinopolitano anno 381. Vide *tom. II.* concilior. *pag. 956.*

EULOGIUM. Subscripsit concilio Diospolitano, anno 415. Vide *tom. II.* concilior. *pag. 1532.* an forte *Euzoius* legendum?

GLYCONEM. Subscripsit concilio Chalcedonensi per Zozimum, anno 451. Vide *tom. IV.* concilior *pag. 80.* & *787.*

IRENAEUM. Mentio ejus fit in actis concilio Chalcedonensi subjectis. Vide *tom. II.* concilior. general. *pag. 889.*

ELIAM.

ELIAM. Subscripsit concilio Hierosolymitano anno 536. Vide *tom. V.* concilior. *pag. 284.*

p. 678. JOHANNEM. In actis concilii Constantinopolitani, anno 553. Vide novam collectionem Baluzii *pag. 1497.* & *tom. V.* concilior. *pag. 192.* & *416.*

CAESAREA PHILIPPI. Vide PANEAS.

CAIN.

קַיִן vel קַיִן, Urbs tribus Judae *Jos. 15. 57.*

CALAMON.

In Itinerario veteri Hierosolymitano interponitur inter Ptolemaida & Sycaminon, & illinc XII. hinc III. millia passuum aberat. Apud Cyrillum quidem in epistola, ad Calosyrium praefixa libro ejus adversus Anthropomorphitas mentio fit montis Calamonis, sed ab hoc diversi, his verbis, Ἀφικόμενοί τινες ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Καλαμῶνος ἠρωτῶντο παρ' ἐμοῦ περὶ τῶν αὐτόθι μοναχῶν τίνα τρόπον διατελοῦσιν, ἢ καὶ ὁποίαν ἔχουσι τοῦ βίου τὴν ἀγωγήν. *Quum quidam ex monte Calamone ad nos venissent, rogabantur a me, quo pacto se monachi illic gererent & cujusmodi vitae institutum sectarentur.* Fuit Laura Calamonis inter Lauram Pharan & Lauram turrium, uti liquet ex Prato spirituali *cap. 40.* Aberat autem Laura Pharan 6. miliaria ab Hierosolymis. Vide acta Sanctorum *tom. II. p. 303.*

Videtur ejusdem loci mentio fieri in Notitia Imperii, ubi legitur sub dispositione Ducis Palaestinae fuisse Cohors prima equitata Calamonae: vel ubi sub dispositione ducis Phoenices leguntur fuisse *Equites sagittarii indigenae Calamonae.* An huc pertinet mons Ἀλσάλαμος Ptolemaei?

CALEB.

כָּלֵב, Nomen loci in Juda non longe a Tziklag, uti colligere licet ex *1. Sam. 30. 14.* Χελεῦ habent ibi Codices Graeci, vel Γελεῦ vel Χαλεῦ & Χειλεῦ.

CALLIRHOE.

p. 679. Καλλιρόη. Notum est ex Thucydide *lib. II.* Statio Thebaidos *lib. XII. v. 629.* & aliis fontem Atticum ἐννεακρούνου Καλλιρόην dictum fuisse, cujus aqua sacra habebatur. Sed fuit & oppidi & fontis nomen prope lacum Asphaltiten in regione trans Jordanem. Vide supra *pag. 302.* Ad lacum Asphaltiten ita collocat Plinius. *Eodem latere est calidus fons medicae salubritatis Callirhoë, aquarum gloriam ipso nomine praeferens.* Videlicet eodem latere, quo Machaerus sita erat, quae prospiciebat Lacum Asphaltiten a meridie. Josephus *Antiq. XVII. 8.* Callirhoës meminit, scribens thermas illic esse, & aquas effluere in Lacum Asphaltiten.

CAMMONA.

Vicus Eusebio memoratus ad vocem Καμὼν, in campo magno situs, 6. miliaribus a Legione versus Ptolemaidem. Vide, an non sit Καμμων, nomen loci vicini Esdraëlis, *Judith. 7. 3.*

* CAMON.

קמון, Urbs Menassitarum. *Jud. 10. 5.* Eusebius meminit vici Καμμωνὰ siti in magno campo 6. mill. a Legione versus septentrionem. Sed non sunt haec loca eadem. Videtur potius esse urbs, quam Polybius Camum vocat, jungitque cum Pella aliisque urbibus Peraeae ab Antiocho captis. Ita scribit *Historiar. l. V. pag. 414.* παρέλαβε Πέλλαν καὶ Καμῶν καὶ Γεφρῶν. *Cepit Pellam, Camun, & Gephrun.* Josepho etiam memoratur haec urbs Καμὼν, uti urbs Galaaditidis. *Ant. V. 8.*

CANA.

Κανᾶ. כנה *Cotne* in versione Syriaca. Erat in Galilaea, *Joh. 4. 46.* Jesus, quum esset in Cana, rogatur, ut descendat & veniat Capernaum, *Joh. 4. 48.* unde judicari potest, Capernaum in inferiori regione sitam fuisse, quam Canam. Erat autem Capernaum ad mare. Epiphanius *lib. II. adverf. Haeres. p. 452.* hoc nomen explicat per ἡ κτησαμένη possidens, a קנה; & in Ancorato *pag. 49.* quod Aquila reddit ὁ Κύριος ἐκτήσατό
p. 680. με *Prov. 8. 22.* ipse in Hebraeo Codice scriptum dicit Ἀδωναὶ καναί. Haec eadem vox est, nam ita legitur יהוה קנני. Nota, יהוה legit ille Ἀδωναὶ, & ex collatione horum locorum liquet, legendum ἐκτήσατο vel ἔκτησε *Prov. 8.* Ita quoque in Aquila legit Eusebius *lib. III.* contra Marcellum ὁ μὲν Ἀκύλας Κύριοις ἐκτήσατό με κεφάλαιον τῶν ὁδῶν αὐτοῦ εἴρηκεν. Et notatu dignum est, ita quoque Symmachum & Theodotionem reddidisse, quem ad modum idem notat Eusebius, accuratius quam Epiphanius (nisi forte librariorum culpa vox peregrina labem contraxerit) in Hebraeo esse Κανὰ (non Κανᾶ) pro Graeco ἐκτήσατο scribens.

Hieronymus in Onomast. ad vocem Cana, non dicit (quod nonnullis visum est, inter quos nuper etiam fuit Cellarius) esse duas Canas majorem & minorem, sed duplicem Sidonem. Haec dicit expressa ad verbum, *Cana usque ad Sidonem majorem: est quippe & altera minor, ad cujus distinctionem major haec dicitur. Fuit autem Cana in tribu Aser.* Sequamur potius eundem virum doctissimum situm vici Cana, Josepho memorati, assignantem ex eodem Josepho. Videlicet a Tiberiade abfuit per tantum intervallum, ut Josephus cum ducentis militibus iter faciens per totam noctem a Cana summo demum mane ad Tiberiada appulerit. Praeterea quia Silas 5. stadiis a Juliade castra metatus stationes militum disposuit per vias, alteram, quae Canam ferat, alteram, quae Gamalam, teste eodem Josepho in vita, colligit, Canam non longe a Juliade fuisse adeo-

adeoque ad septentrionem Tiberiadis. Dubium tamen hic suboritur, an illa Κανᾶ quidem Cana Galilaeae sit. Josephus nomen Κανᾶ etiam Canathae urbi tribuit. Confer *Ant. XV. 6.* & *bell. I. 14.*

Phocas Canam collocat inter Sipporin & Nazaret. Monstratur nunc in loco 6. miliaribus Romanis remoto a Sippori versus occidentem; parum tamen etiam versus aquilonem. Est etiam in eo tractu Sepher Cana 4. mill. Nazareth ad aquilonem ejus, inclinando versus orientem. Disputatur, quaenam ex his duabus pro Cana Galilaeae in Sacro Codice memorata haberi debeat. Vide Quaresmii elucidat. Terrae S. *lib. VII. c. 6. pag. 853.*

Illud praetereundum non est, hujus loci nominatim mentionem p. 681. fieri in titulis Patriarchae Hierosolymitani, quando ad eum scribit Constantinopolitanus, licet nullarum praeterea urbium Palaestinae, si Hierosolymam exceperis, nullorum vicorum, mentio fiat. Hausimus id ex salutationibus epistolarum Pontificalium subjunctis editione regiae Codini Curopalatae, in quibus *pag. 419.* haec leguntur.

Ὅπως γράφει τῷ Ἱεροσολύμων.
Ἁγιώτατε δέσποτα Ἱεροσολύμων, ἁγίας Σιὼν, Συρίας, Ἀραβίας πέραν Ἰορδάνου, Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, καὶ πάσης τῆς Παλαιστίνης, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ποθηνότατε ἀδελφὲ καὶ συλλειτουργέ.

Quomodo scribat ad Hierosolymitanum.
Sanctissime Domine Hierosolymorum, Sanctae Sion, Syriae, Arabiae trans Jordanem, Cana Galilaeae, & totius Palaestinae in sancto Spiritu desideratissime frater & collega.

Quamvis, ut verum fatear, mihi non persuadeam, ita vere legi debere. Nam videtur potius Bethlechemi, aut Nazarethae, locorum multo celebriorum nativitate & educatione Sospitatoris nostri, debuisse mentionem facere. Quorsum Canae meminit? ob conversam in vinum aquam? Atqui in aliis locis plura & majora Christus virtutis suae divinae specimina ediderat, uti quum Lazarum vitae restituit. Et quomodo Κανᾶ, vicus, inter regiones Arabiam & Palaestinam medius interponitur? An forte pro Κανᾶ legendum καὶ, aut aliud sub ea voce latet? Nota porro, ut regio trans Jordanem Ἀραβία nuncupetur.

CANATHA.

Locus, qui & Κανᾶ dicitur (aut saltem ita in Josepho nunc legitur: an ab ipsius manu ea lectio profecta sit, dubium est) in Coelesyria, non longe, ut videtur, a Juliade. Κανάθα Eusebius in Onom. scribit esse vicum Arabiae (i. ee. regionis trans Jordanicae) in Trachonitide juxta Bostra. p. 682.
Episcopus Κανώθας memoratur in Concilio Chalcedonensi. Inter urbes Decapoleos aa Plinio recensetur *lib. V. cap. 18.* Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς Κάναθα.

ναθα· πόλις πρὸς τῇ Βόςρᾳ Ἀραβίας. *Canatha. Urbs juxta Bostram Arabiae.* In tabula veteri itineraria ubi locetur, vide supra *pag. 421.*

CANOTHA. Vide CANATHA.

CAPERNAUM.

Capernaum idem est, quod *vicus Naum*, i. e. כפר נחום *Capharnahum.* Ita fere & Tertullianus *lib. IV.* adversus Marcionem hanc vocem scribit, *descendisse in civitatem Galilaeae Capharnaum.* Sed ex *Caphar* facile fit *Caper.* Ita dubium mihi non est *Capersana*, non longe ab Euphrate & Zeugmate, (cujus Ammianus Marcellinus *lib. XVIII.* meminit) a Syriaco hoc *Caphar* esse dictam. Theodoretus meminit & vici Καπερσανᾶ in Histor. relig. *pag. 852.* quod non aliunde, quam a Caphar & Sana, deduco. Κώμη τίς ἐςι τε Ευφράτε ποταμε πρὸς Ἑσπέραν αὐτῇ ἐπικειμένη τῇ ὄχθῃ Καπερσανᾶ καλεμένη. *Vicus est ad occidentem Euphratis, ipsi ripae adjacens, nuncupatus Capersana.* Plura exempla se offerent in hoc ipso libro.

Urbs dicitur Galilaeae *Lucae 4. 31.* in finibus Zabulon & Nephtali *Matth. 4. 13.* & quidem maritima sita ad lacum Tiberiadis *Joh. 6. 17.* ubi erat Synagoga *Joh. 6. 59.* ubi Christus habitavit *Marc. 2. 1.* unde dicitur ἰδία πόλις ejus *Matth. 9. 1.* Magnam vitae partem hic Christus egit & in aliis locis non ita celebribus, quam erant Hierosolyma, Jericho & aliae. Ipse virtutibus suis theatrum erexit, ubicunque ageret, & illa loco nobilitavit; sic ut dici possit, quod de Democrito Suidas narrat, Abdera Athenis praeferente, sed longe augustiori sensu (quis Christianorum dubitet?) ἀκ ἐκ τε τόπε λαβεῖν δόξαν βελόμενος, ἀλλὰ τῷ τόπῳ δόξαν περιθεῖναι προελόμενος, *non a loco gloriam mutari, sed loco studens conciliare gloriam.* Urbs florens *Matth. 11. 23.* ubi Christus relicta Nazareth diu habitavit *Matth. 4. 13.* quo ab urbe Cana descenditur *Joh. 2. 12.* & *4. 46.* uti & ex urbe Nazareth *Luc. 4. 31.* Haec fere sunt, quae de hac urbe ex sacris literis colligi testimonia queunt. Quod hodie situs ejus ignoretur, licet olim celeberrima fuerit, videtur etiam continenti in comminatione Christi *Matth. 11. 23. Capernaum, quae usque in coelum evecta es, ad inferos deprimeris.* In cujus poenae partem venerunt quoque Chorazin & Bethsaida, quarum mox erat facta mentio, sic ut nunc quoque, uti hic liber docet, de situ earum disputetur.

p. 683.

Καφαρναὰμ & Bethsaida urbes erant vicinae, uti notat Epiphanius *lib. II.* adversus haereses, *pag. 437.* Idem notat *lib. I.* adversus haereses *pag. 128.* & *136.* quum antea nullis praeter Judaeos illic habitare concessum fuisset, Constantinum Seniorem licentiam dedisse Josepho illic Ecclesiam Christianam exstruendi, quemadmodum Tiberiade & Diocaesareae. Scribit ille nomen hujus loci modo Καφαρναὰμ modo Καπερναὰμ & videtur credidisse (vide *lib. II.* adverſ. haereses *pag. 438.*) Capernaum non fuisse mari adsitam.

Non

Non est, quod quis existimet, Capernaum urbem dici non posse: quia *Caphar* vicum notat. Certum est, & in hoc ipso libro plures urbes invenientur, quarum nominibus *Caphar* praepositum est, aliquando *Caphar* esse nomen datum urbibus. Ita in Echa Rabbati *fol. 75. 4.* שלושה עירות *tres urbes* recensentur כפר שיחלים, כפר ביש, & כפר דיכרין. Ita nunc quoque nomina urbibus adhaerent, quae iis data sunt, quum vici essent ignobiles.

Josephus tradit, se, quum vulneratus esset in praelio, delatum esse, ad vicum Κεφαρνώμην, & inde Taricheas. Apparet autem ex iis, quae addit, vicum illum non longe abfuisse a Jordane & Juliade. Idem meminit fontis Καπαρναὰμ in terra Gennesar, quae putabatur esse vena fluminis Nili. *de bell. III. 18.*

Saeculi sexti scriptum, itinerarium Antonini Martyris (cujus libri usum debeo humanitati Godefridi Claramontii, V. D. M. apud Amstelodamenses, cujus amicitiam communia studia & mores ingenui fere praetextatam mihi conciliarunt) haec de Capernaum notat, *Deinde venimus in civitatem Capharnaum in domum Petri, quae modo est basilica.*

Quomodo se habuerit Capernaum saeculo septimo ex his Adamnani *de locis Sanct. lib. II.* intelliges. *Qui ab Hierosolymis descendentes Capharnaum adire cupiunt, ut Arculfus refert, per Tiberiadem via vadunt recta: deinde secus lacum Cinereth, quod est & mare Tiberiadis & mare Galileae, locumque superius memoratae benedictionis pervium habent, a quo per marginem ejusdem supra commemorati stagni non longo circuitu Capharnaum perveniunt maritimam in finibus Zabulon & Neptalim, quae, ut Arculfus refert, qui eam de monte vicino prospexit, murum non habens, angusto inter montem & stagnum coartata spatio per illam maritimam oram longo tramite protenditur, montem ab aquilonali plaga, lacum vero ab australi, habens, ab occasu in ortum extensa dirigitur.* Secundum hanc descriptionem collocari deberet ad littus maris proximum septentrioni, ubi Jordanes in illud influit, ut versus austrum respiciat ipsum mare. p. 684.

Saeculo octavo scriptum S. Willibaldi Itinerarium ita ejus meminit, *veniebant ad illum vicum Capharnaum, ubi Dominus Principis filiam suscitavit. Ibi fuit domus & murus magnus.*

CAPHARABIS.

Καφαράβις. Oppidum Idumaeae superioris. Josephus *de bell. V. 8.* Rufinus habet *Capharin.* Estne *Capharbisch?* Vide infra.

CAPHARACCO. Vide *Acco*, & *Capharath.*

CAPHARACHIM.

כפר אחים Locus memoratus in Gem. Menachot *fol. 85. 1.* una cum ברוים. R. Nathan in Aruch nil notat, nisi esse nomen loci.

CAPHARARIA.

Vel Ceperaria. In tabula veteri Peutingeriana collocatur inter Ascalona & Aeliam. Videtur esse Καφαρόρσα Ptolemaei.

CAPHARATH.

Καφαράθ. Vicus Galilaeae a Josepho munitus. Vide eum in vita
p. 685. *pag. 1013.* Alibi conjecimus, ex sequenti voce κω addendum esse, (uti in loco parallelo Και περεκχω scribitur) ut intelligatur כפר עכו locus in Misna & Gemara memoratus, & distinguendus a Ptolemaide sive עכו ipsa.

CAPHARAZIZ.

כפר עזיז, In Misna Cilaim *cap. VI. 4.* dicitur R. Josua profectus esse in Capharaziz, ut conveniret R. Ismaëlem.

CAPHARBARCAE.

כפר ברקאי, Inde erat Pont. M. Jissascar. Gem. Kerituth. 100.

CAPHARBARICA.

Καβαρβαρικά. Urbs ἐν τῇ τῆς Ἐλευθεροπόλεως καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐνορίᾳ ἐπέκεινα τῆς Χεβρῶν συμείοις τρισὶ, *in confiniis (regionum) Eleutheropolis & Jerusalem, tribus miliaribus a Chebrone.* Epiphanius *lib. I.* adverf. haeref. *pag. 291.* Alii legunt καὶ βαρβαρικά. Illud Καβάρ est Hebraeum כפר, *vicus, pagus.* Vide, quae ad vocem *Capernaum* notavimus. Forsitan locus ita dictus est a vicinia *vallis benedictionis. 2. Chron. 20. 26.* Videtur mihi esse hunc locum eundem, qui Hieronymo in vita Paulae Capherbarucha dicitur. Ita ille: *altera die, orto jam sole, stetit in supercilio Capharbarucha, id est villae benedictionis: quem ad locum Abraham Dominum prosecutus est. Unde latam despiciens solitudinem ac terras quondam Sodomae & Gomorrhae, Adamae & Seboim, contemplata est balsami vineas in Engaddi & Segor.* Et Engaddi non longe erat a valle Beraca, nam ad Engaddi castrametabantur Ammonitae &c. *2. Chron. 20. 1.*

Videtur etiam in vita S. Euthymii magni abbatis hujus loci mentio fieri, ubi legitur Βαρικὰ dicta, μεταξὺ Βαρικῶν καὶ Ἀριςοβελιάδος *inter Barica & Aristobuliada.* Quidam codices Latini ostendunt, ibi lectum fuisse Καφαρβαρικῶν, nam vestigia vocis prioris referunt, quum exhibeant *inter Parabarichos & Aristobuliadem.* Alibi observavimus, *Caphar* degenerasse in *Para.* Solitudo Ziph, in qua David delituit, dicitur ibidem vi-
p. cina fuisse vico Aristobuliadi. Est etiam vicus circa Azotum Bareca di-
686. ctus, sed ab hoc diversus. Vide Eusebium in Onomast. ad vocem Βαρακαί. Legitur apud eundem Βαρὴχ vicus prope Saara ad septentrionem Eleutheropolis. Sed pro Βαρὴχ Hieronymus legit rectius *Caphar Sorech.* Vide Eusebium ad vocem Σωρήκ.

CAPHAR-

CAPHARBISCH.

כפר ביש, Urbs in monte regio, בהר המלך. In Gemara Babylonica Gittin. 57. 1. In Echa Rabbati dicitur fuisse in Daroma, *fol. 75. 4.* שלושה עיירות היו בדרום והיו מוציאות כפלים ביוצאי מצרים ואלו הן כפר ביש כפר שיחלים כפר דיכרין כפר ביש למה נקרא שמה כפר ביש דלא הות מקבלא אכסנייא כפר שיחלים למה נקרא שמה כפר שיחלים דהוו מרבין בניהון באילין תחלוסייא כפר דיכרין למה נקרא שמה כפר דיכרין דכל איתתא דהות תמן הות ילדה בנין דכרין וכל איתתא בעיא למילד נקבה הוה נפקה לבר מן קרתא והות ילדה נקבה וכל איתתא אחריתי דהות בעיא למילד כר דכר הות אתיה תמן והות ילדה זכר וכדו כר את נצעהון בשתין רבוון דקניי לא נסיין לחון. *Tres urbes erant in Daroma* (de quo vide supra) *quarum singulae tot continebant incolas, ut numerus bis contineret numerum eorum, qui ex Aegypto egressi sunt: sintque hae Caphar Bisch, Caphar Schichalim, Caphar Dicrin. Quare autem Capharbisch (oppidum malum) ita nuncupatur? Quia erat inhospitalis (ξένους non recipiebat) Quare Caphar Schichalin ita dicitur? Quia liberos suos alebant hoc genere cibi* (Buxtorfius in Lexico suo ad *vocem* תחרי haec reddit, *quod multiplicarunt liberos suos, ut isti dactyli immaturi*) שיחלין & תחלוסייא *dicto. Caphar dicrin oppidum masculorum unde nomen habet? Quod unaquaque uxor in hac urbe pareret foetum masculum, & si qua uxor faemini sexus foetum parere desideraret, ex urbe exiret, & faeminam pareret. Quod si & alia quaepiam uxor filium marem parere vellet, ad hunc locum proficiscebatur. Nunc autem si quis sexaginta myriades cannarum* (Ligtfootus vertit קנים per *nidos*, in centur. p.
Chorograph. Matthaeo praemissa *cap. XI.* sed de illis non videtur apte 687.
dici, quod in loco figantur נצעהון) *loco illi, in quo hae urbes incolis refertae fuerunt, infigere vellet, non posset solum angustum eas comprehendere.* Favori Divino hoc adscribunt, terram olim tot incolas comprehendere potuisse, quae postea cernitur quasi contractior & vix tot incolarum capax. Vide supra *Capharabis.*

CAPHARCHANAN.

Hinc dicitur R. Jacob דכפר חנן in Echa Rabbati 84. 4. & 78. 1. & 61. 3. Invenio & in Echa Rabbati. 78. 2. ר׳עקיבא דכפר חנן אמר *R. Akiba ex Capharchanan dixit.* Verum suspicor positum *Akiba* pro *Jacobo*, cujus mentio facta erat columna praecedenti.

CAPHARCHANANJA.

Misna in Codice Scheviith *cap. IX. m. 2.* collocat hanc in confinio Galilaeae superioris & inferioris. Scribitur כפר חנניה. Sunt, qui eam pro Cana habent, uti auctor libri Juchasin. Hinc erat Abba Chalaphta, doctor Mischnicus.

CAPHAR-

CAPHARCHITTAIA.

כפר חיטייא, Talmudici eam putant esse Ziddim *Jos. 19. 35.* Estne Capharcotia Ptolemaei? Vide infra ad Cheleph.

CAPHARCOTIA.

Urbs Galilaeae haec est Ptolemaeo. Legitur Καπαρκότια ibidem, quod non damno: sed, ut reliquis locis a Caphar initium nominis capientibus adjiceretur, inserendum heic duxi. *Caparcotani* legitur inter Scythopolin & Caesaream Palaestinae in tabula veteri Peutingeriana.

CAPHARDAGO.

Καφαρδαγών. Vicus grandis inter Diospolin & Jamniam. Eusebius ad vocem Βηδαγών.

CAPHARDEROM.

p. 688. כפר דרום, R. Eleazar filius Isaac inde nomen habet: at certo non dixerim, in Palaestina fuisse.

CAPHARDICRIN. Vide CAPHARBISCH.

CAPHARETAEA.

Vicus Samaritidis, patria Menandri haeretici. Erat ille ἀπὸ Καπαρεταίας, uti Justinus Martyr scribit, in *Apol. 11.* pro Christianis, Μένανδρον δέ τινα καὶ αὐτὸν Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης Καππαρεταίας, vel Καπαρατταίας, uti ex eo citat Eusebius *Histor. III. 26.* ἀπὸ Χαβραὶ habet Theodoretus in Compend. haeret. fab. *cap. 2.*

CAPHARGAMALA.

Vicus in regione Hierosolymitana, 20. millibus ab urbe, patria Luciani presbyteri, qui scripsit de reliquiis Sancti Stephani, & vixisse creditur saeculo quinto. Vide Bochartum in notis ad illa acta conscriptis. Cotovicus in Itinerario *pag. 284.* ubi describit montem Sion, credidit, nomen viri fuisse; ita enim habet; Juxta hunc est (locus) alius, in quem corpus beati Stephani protomartyris delatum, & a quodam Caphargamala Honorii principis tempore iterum tumulatum ferunt.

CAPHARJAMA.

כפר ימה, Nomen urbis antea dictae Jabneel in tribu Naphtali *Jos. 19. 33.* Ita scribitur in Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.*

CAPHARLAKITIA.

כפר לקיטיא, Legitur Imperator Hadrianus tribus in locis custodes disposuisse חושיב שלש משמרות in Chammatha, in Caphar p. 689. Lakitia, & in Bethel Judaeae. Echa Rabbati, *fol. 70. 3.* חדא בחמתא חדא בכפר לקיטיא וחדא בבית אל דיהוד.

CA-

CAPHARNACHUM.

כפר נחום, In Midrasch Coheleth *fol. 89. col. 4.* ubi narratur eo profectus חנינא בן אחי רבי יהשע Chanina filius fratris R. Josuae. Et *fol. 109. col. 4.* dicitur per *virum bonum* intelligi posse R. Chananiam filium fratris R. Josuae, & per חוטא *peccatorem Eccl. 7. 26.* intelligi posse בני כפר נחום *incolas Capharnachum*, pro quibus alii מינים haereticos substituunt: & ideo, monente glossatore, Capharnaumitae illic memorantur, quod haereticis opinionibus essent dediti. Haec videtur esse Capernaum, in qua multi Christo nomen dederant, non tamen omnes: confer Evangelia.

CAPHARNEBORIA.

כפר נבוריא, Inde nomen habet Jacob quidam Tyri docens איש כפר נבוריא qui haud rectas opiniones fovebat, sed in haeresin inclinabat ריחו נודף לצד מינות uti glossator monet: & in contextu ipso חוטא appellatur, cui applicant quidam *Eccles. 7. 26.* Midrasch Coheleth *fol. 109. & 4.* Nescio tamen, fueritne intra limites terrae Israëliticae.

CAPHARNIMRA.

Urbs terrae Israëliticae incolis admodum referta. Commemoratur in Echa Rabbeti *fol. 75. col. 4.* שלש מאות חנויות אורגי פרוכות היו בכפר נמרה *Trecentae domus vel officinae texentium vela erant in Caphar nimra.* Alibi legitur apud scriptores Hebraeos פילנין & פיילרין pro אורגי פרוכות sub quibus vocibus non latet vox *phialarius*, sed *velarius.*

CAPHARNOME.

Κεφαρνώμη. Vicus Galilaeae, quo Josephus delatus est vulneratus p. in praelio, non longe a Jordane & Juliade, & inde porro Tarichaeas 690. deportatus. Vide eum in vita *pag. 1029.* Estne haec Capernaum? Sed Capernaum urbs celebris fuit.

CAPHARORSA.

Urbs Idumaeae ad occidentem Jordanis. Καπαρόρσα scribitur apud Ptolemaeum; sed quum prima pars sine ullo dubio sit כפר *Caphar*, hoc loco credidi, inserendam illam esse indici reliquorum locorum, quae a Caphar nominis originem ducunt. Videtur esse Caphararia. Vide hanc vocem.

CAPHARSABA.

In caampo ejus Herodes exstruxit oppidum, dictum Antipatrida. Vide Josepphum *Antiquit. XVI. 9.* & *XIII. 23.* ubi Χαβάρσαβα scribit. Chronicon Paschale ad ann. V. C. 742. hoc refert, sed pro Καφαρσαβα scribit, ἔτι καὶ Περσαβίνην (lege Καπερσαβίνην) εἰς ὄνομα Ἀντιπάτρα τοῦ πατρός.

τρός. Nec enim hic, reor, cogitandum est de *Versabino castro* in Palaestina, cujus mentio *l. XXX.* Codd. Theod. de erog. mil. ann. Ea enim Bersabe esse videtur.

CAPHARSALAMA.

Καφαρσάλαμα. Idem locus Καφαρσάραμα in libris Apocryphis dicitur. An est forsitan idem ac villa Caphar Gamala, sita in regione Hierosolymorum, 20. millibus ab urbe, cujus mentio fit in tractatu de reliquiis S. Stephani, qui conscriptus esse dicitur a Luciano presbytero saeculo quinto. Aut forte est Caphar semelia, cujus ibidem fit mentio. Mentio fit loci eodem nomine Capharsalam dicti in *Gem. Hierosol. Avoda Zara fol. 44. col. 4.* יינה של אוגדור למה הוא אסור מפני כפר פגש : ושל בורגתדא מפני בירת סוריקה : של עין כושית מפני כפר שלם *Vinum Ugdor quare prohibitum est? Ob Caphar Pegasch. Vinum Buragthae quare? propter Birat Sorika. Vinum En Cuschith propter Caphar Salam.*

CAPHARSAMAI.

p. 691. כפר סמיו, Urbs terrae Israëlitae, non longe a Sippori Acconem versus. Mentio fit in *Gemara Hierosol. Gittin.* Inde erat Jacobus, qui R. Eliezerem Ben Dama a serpente morsum in nomine Jesu, Sospitatoris nostri, sanare voluit, sed non permisit hoc R. Ismaël. *Gem. Schubbath. fol. 14. 3.* Ejusdem mentio fit in Midras Coheleth *fol. 109. 4.* ubi איש כפר סאמא appellatur, & dicitur eum per nomen חוטא *peccatoris* intelligi posse *Eccles. 7. 26.* opposite ad virum טוב, scilicet Eliezerem Ben Dama.

CAPHARSARAMA.

Καφαρσάραμα. Caesus illic est exercitus Nicanoris. *1. Macc. 7. 31.* Ipse autem fugit ad urbem Davidis.

CAPHARSCHICHALIN.

כפר שיחלין, Oppidum in monte regio ita dictum ab herba, qua incolae ejus multum utebantur: vide supra ad vocem Caphar bisch. In Gem. Gittin. 57. 1. scribitur כפר שיחליים.

CAPHARSEMELIA.

Vici hujus mentio fit in Luciani presbyteri tractatu de inventis reliquiis S. Stephani. Vide Bochartum in notis ad illum tractatum scriptis, quem νοθείας postulat.

CAPHARSECANJA.

כפר סכניא, Unde Jacobus quidam, Christianus denominatur איש כפר סכניא. Midras Coheleth *fol. 89. col. 3.*

CA-

CAPHARSIGNA.

Meminit hujus loci Misna Menachot VIII. 6. *Unde adducebant vinum? E Kerotim & Tolim. Hae primas tenent in vino, secundas Beth Riba & Beth Laban in monte,* וכפר סגנדא בבקעדא *& Caphar Signa in Valle.* Idem locus in codice Kelim *cap. 4.* כפר סיגנא appellatur. Ita legit Aruch ad v. כפר. & hinc puto, nomen habet doctor Misnicus Menachem בן סיגנאי in Eduioth *cap. 7. m. 8.* p. 692.

CAPHARSORECH.

Vicus ad septentrionem Eleutheropoleos, juxta vicum Saara. Hieronymus ad vocem Sorech. Creditur ita dictus a fluvio שורק, ad quem Delila, cujus amore captus fuit Samson, habitavit *Jud. 16. 4.*

CAPHARTANCHUMIN.

Invenio in Midrasch Schir Hasschirin *fol. 18. col. 3.* R. Judam aliquid narrare ex ore ר' חמא דכפר תנחומין R. Chammae e Caphar Tanchumin.

CAPHARTEBI.

כפר טבי erat במזרח לוד ad ortum Lyddae. Gem. Roshhaschana *fol. 13. 2.*

CAPHARTERUBA.

כפר טרובא, Nomen loci memorati in Echa Rabbeti *fol. 75. 3.* Ubi duo fratres illic habitasse dicuntur, qui tempore Hadriani Romanis transitum negabant.

CAPHARTOBA.

Καφαρτόβα. Vicus in media Idumaea. Josephus *de bell. V. 4.* Rufinus videtur legisse Καφαρτόφα.

CAPHARTZEMACH.

כפר צמח. Vide, quae ex Talmude de hoc loco notavimus supra *lib. I. cap. XXVI.*

CAPHARUTNAI.

p. 693. כפר עותנאי, In Misna Gittin. VII. 7. dicitur esse in via, quae ex Galilaea in Judaeam tendit, & ex iis, quae adjiciuntur, liquet, in Galilaea fuisse, ita tamen, ut in finibus ejus esset. Memoratur & ibidem *cap. 1. m. 5.*

CAPHETHRAMIS.

Καφεθράμις, oppidum Idumaeae superioris. Josephus *bell. V. 8.* Rufinus habet Caphetram, Petrus Apollonius *lib. III. de excid. Hierosol. pag. 65.* Capharam.

Hinc Syriis, illinc Arabum, contermina sylvis
Affaca diripitur, Solymae quoque proxima Chebron.
Absumit posthac Capharam Vulcanius ignis.

CAPITOLIAS.

Ptolemaeus tradit, urbem Ἱεροσόλυμα eandem esse, quae Καπιτωλιάς dicitur: sed quum antea inter Hippon & Gadara urbem Capitoliada collocaverit, videtur librariis potius error adscribendus, quam Ptolemaeo; & scribendum, Hierosolyma hanc etiam dici Capitolinam, Καπιτωλίναν, uti Dioni Cassio nuncupatur. Certe diversam esse ab Aelia Capitolina sive Hierosolymis ex nummis liquet, in quibus αὐτόνομος suis legibus utens appellatur: atqui Aelia Capitolina erat colonia Romana, quemadmodum & Caesarea & Sebaste Samariae, uti Ulpianus eas recenset ipse in Phoenice Tyri natus adeoque non αὐτόνομος, sed legibus Romanis utens. Praeterea situs ei tributus in itinerario Antonini inter Gadara & Damascum docet, eam omnino ab Aelia distinguendam: uti & quod in subscriptionibus Concilii Nicaeni, & Chalcedonensis distincte recenseantur Macarius Hierosolymitanus, & Antiochus Capitoliadis, vel Καπετωλιάδος & in Notitiis veteribus Ecclesiasticis.

In tabula veteri Peutingeriana collocatur inter Gadara & Adraa: Adraa autem inter hanc & Bostra. In itinerario Antonini collocatur p. 694. inter Neue & Gadara, hinc XVI, illinc XXXVI. miliaribus remota. Καπετωλίσσα inter urbee Palaestinae secundae recenseetur in Notitiis veteribus ecclesiasticis.

CARCAA.

קרקעה, *Jos. 15. 3.* In finibus australibus Judae. Vicum fuisse in solitudine vel ad solitudinem docet Eusebius ad vocem Ἀκαρκά. Et ad vocem Καρκά, castellum esse Καρκάρια unius diei itinere distans a Petra. Non puto, hanc Carcariam esse eandem ac eam, de qua *Jud. 8. 10.*

CAREM.

Καρέμ. Nomen hoc legitur inter urbes Judae *Jos. 15. 60.* sed in Graecis codicibus non in Hebraeis. Vide, quae notavimus ad vocem Bethlechem. Invenio eam in versione Graeca Γαρὲμ ἀναβάθμων quasi nomen loci proprium pro Hebraeis גרם המעלות *2. Reg. 9. 13.* possetque vox Καρὲμ esse ducta ab Hebraeo גרם, expresso Gimel per Kappa, uti κάμηλος a גמל, aliaque. Sed non est illa גרם *2. Reg. 9. 13.* eadem ac Καρὲμ, memorata in libro Josuae inter urbes Judae.

CARIADA.

Καριάδα. Vicus prope Medabam, decem inde miliaribus versus occasum. Eusebius ad vocem Καριαθείμ.

CARIA-

CARIATHAMAUM.

Patria Jonae Καριαθαμαείμ. Epiphanius de vitis Prophetarum *pag. 246.* eamque dicit esse πλησίον Ἀζώτε πόλεως Ἑλλήνων κατὰ θάλασσαν *prope Azotum urbem Graecorum ad mare.* Al. codd. Καριαθιαρίμ. Est urbs nota Kiriatjearim. Chronicon. Pascale *p. 149.* Ἰωνᾶς ἦν ἐκ γῆς Καριαθμαεῖς. Aliis *Gath Hachepher* est patria Jonae. Anonymus auctor de vitis prophetarum editus ab Hoeschelio ex codice Augustano habet ἐκ p. γῆς Καριαθὲμ, πλησίον Ἀζώτε πόλεως Ἑλλήνων κατὰ θάλασσαν. Et ad margine 695. ex Theophylacto scribitur Καριαθιαρείμ. Nam & apud alios scriptores nomen urbis Cariathjearim ita fere corruptum legitur. Suidas ad vocem Ὀζὰν ex Josepho scribit ἐπὶ τὴν κιβωτὸν ἔκειτο εἰς Καριαθαμά, *ad arcam, quae erat in Cariathama.* Manifestum est, hoc nomine designari urbem *Cariathjearim.* Et in codicibus editis Josephi *Antiquit. lib. VII. cap. 4.* unde sua Suidas hausit Καριαθιαρεὶμ legitur.

CARMEL.

כַּרְמֶל, Urbs in tribu Juda in australi parte terrae Israël. *Jos. 15. 55.* in monte sita. *1. Sam. 25. 5.* Procopius Gazaeus ex Eusebio in Comm. ad *1. lib. Reg.* Ἐν τῷ Καρμήλῳ. Ἐνταῦθα δὲ τὸ ὄρος εἰρηκέναι φησὶν ὁ Εὐσέβιος, κώμην δέ τινα μέχρι τῆς νῦν ἔτως ὠνομασμένην, ἐν ᾗ ᾠκηκέναι τὸν Ναβάλ. *In Carmelo. Hic non montem nominari auctor est Eusebius, sed vicum quendam usque in hunc diem ita appellatum, in quo habitaverit Nabal.* Legendum itaque in Eusebio non Χειμαλλά, sed Καρμαλλὰ vel Καρμήλια, quum Procopius dicat, Eusebium scribere, esse vicum ἔτως (explicat autem vocem Κάρμηλος) appellatum. Si Χειμαλλὰ is vicus appellaretur, non posset dici ἔτως ὀνομαζόμενος.

Meminit & Hieronymus, sed & montem hunc vocat in Comm. ad *Amos. 1. Carmelus Graece dicitur & Latine, Hebraice autem Chermel & sunt duo montes, qui vocantur hoc nomine. Alter, in quo fuit Nabal Carmelius maritus Abigail ad australem plagam. Alter juxta Ptolemaidem, quae prius vocabatur Acho mari imminens.*

Theodoretus *quaest. 59. in 1. lib. Reg.* Τὸν μέν τοι Κάρμηλον ἐνταῦθα Εὐσέβιος ὁ Καισαρεὺς, δὲ τὸ ὄρος εἴρηκε, ἀλλὰ κώμην τινὰ μέχρι τῆς νῦν ἔτως ὀνομαζομένην νόθοθεν τῆς Ἱεροσαλὲμ κειμένην, ἐν ᾗ φασὶν ᾠκηκέναι τὸν Ναβάλ. *Carmelum autem Eusebius Caesareensis dixit non esse montem, sed vicum aliquem usque in hunc diem ita nuncupatum, ad australem plagam Hierosolymae, in quo ajunt habitasse Nabalem.*

Haec est, cujus mentio fit in Notitia dignitatum Imperii *Equites scutarii Illyriciani Chermulae.* Nam Eusebius in Onomastico testatur, *Romanum praesidium esse positum eo loco.* Vide eum ad vocem Κάρμηλος.

KARNAIN.

p. 696.

Καρναΐν. Urbs trans Jordanem sita. Josephus *Antiq. XII. 12.* Eadem ac Asterothi Carnain; vide supra. Vicus est grandis Batanaeae, teste Eusebio in Omom. sed *1. Macc. 5. 36.* dicitur esse urbs Gileaditidis.

CARNEA.

Est vicus Batanaeae, qui & Carnaim dicitur. Est etiam in finibus Aeliae vicus Carnea nuncupatus. Eusebius ad vocem Καρναείμ. Καρναΐν appellatur & urbs magna Gileaditidis *1. Macc. 5. 26.* Fugisse leguntur ibidem *commate 43.* ἐις τὸ τέμενος ἐν Καρναΐν, quod in Chronico Templi secundi *pag. 86. 2.* scribitur נמלטו בעשתרות קרנים *fugerunt ad Asteroth Carnain*, licet ex eo ceterum non adeo multa peti possint ad illustrandas res illorum temporum, quia rationes locorum, temporum, & personarum praeliantium miro modo illic turbatae sunt, si fidem habemus iis, quae in libris Chasmonaeorum leguntur. Asteroth a fano Astartes dicitur. Κάρνιον appellatur *2. Macc. 12. 21.*

* CARTA.

קַרְתָּה, Urbs tribus Zabulon. *Jos. 21. 34.* Non videtur haec esse *Certa* memorata in itinerario veteri Hierosolymitano.

* CARTAN.

קַרְתָּן, Urbs in Nephtali. *Jos. 21. 32.*

CASON.

Ἐις Κασὼν Graeci ut nomen loci habent *2. Sam. 23. 13.* ubi קָצִיר est in Hebraeo. Κασωὰρ in cod. MS. Alexandrino. Sunt, qui non *messem*, sed locum hoc nomine dictum ibi intelligendum putent: si loci nomen est, fuit prope speluncam Adullam.

CASTRA.

p. 697. קסטרה, Loci nomen in Galilaea non longe a חיפה Chepha, vide vocem *Kepha*. Forsitan Latina vox est & a Castris Romanorum id nomen loco adhaesit. Nam etiam alibi apud Judaeos haec vox appellative usurpatur, uti in Echa Rabbati 79. 2. זה קסטרה של פרסיין *haec sunt castra Persarum.* Confer dicenda infra ad vocem *Legio*, quod & nomen urbis fuit non longe hinc.

CATONITH.

קטוניתה, Nomen recentius urbis קטת Cattath, uti scribitur in Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.* Καταναὰθ etiam reddunt interpretes Graeci *Jos. 19. 15.*

* CATTATH.

Urbs tribus Zebulon. *Jos. 19. 15.*

KEDASA.

Κεδάσα. Urbs Tyriorum, sed propinqua Galilaeae. Vide *Kedesch.*

KEDE-

KEDEMOTH.

קְדֵמוֹת, Urbs in tribu Ruben. *Jos. 13. 18.*

KEDESCH.

קֶדֶשׁ, Urbs in tribu Juda *Jos. 15. 23.* Vide *Cadesch* supra. Est & in Naphtali *Jos. 19. 37.* & *20. 7.* quae ut ab aliis distinguatur קדש נפתלי appellatur & קדש בגליל *Jos. 21. 23.* Καδὴς, ἡ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ *1. Macc. 11. 63.* Κεδέσις superioris Galilaeae Josepho *Ant. V. 1.* ἡ ἄνω Καιδέση. *ibid.* Alia est, puto Κέδασα τῶν Τυρίων. *bell. II. 19.* urbs propinqua regioni Tyriorum & Galilaeae *Ant. VIII. 9.* Sitam illam esse tradit ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ἐν ὄρει Νεφθαλείμ Eusebius, qui & ad vocem Ἐρεμίνθα (loco prorsus alieno) ejus meminit. Aut dicamus potius, librariorum culpa ea verba illic esse inserta. Est urbs hoc nomine in Jissascar. *1. Chron. 6. 72.*

KEDRON.

p. 698. Κεδρών. Rex jubet muniri Kedron, quod praestiturus Cendebaeus Jamniam proficiscitur. Inde haud longe aberat *1. Macc. 15. 39.* & *16. 9.* aliis *Gedor.*

KEILA.

קְעִילָה, Urbs tribus Judae, *Jos. 15. 44.* Κεῖλα scribitur Josepho, & regio adsita Κειλαίνων χώρα. Eusebius scribit, villam Κηλὰ sitam ad ortum Eleutheropolis 8. inde miliaribus. Confer eum quoque ad vocem Ἐχελά, nam tum, quae ad Κηλὰ, tum quae ad Ἐχελὰ leguntur, de eodem loco, Keila קעילה nempe, intelligenda sunt, quamvis non negem, prius membrum Ἐχελὰ, ἔνθα ἐκρύπτετο Δαβίδ, posse de *colle Hachila* accipi, ubi David egressus delituit *1. Sam. 23. 19.*

Meminit Sozomenus *Hist. VII. 29.* Τένομα ἦςην Κελὰ ἡ πρὶν Κεῖλα ὀνομαζομένη πόλις, καθ' ἣν ὁ Ἀβακκὰμ ἐυρέθη. Καὶ Βηραθσατία χώριον ἀμφὶ δέκα ςάδια τῆς πόλεως διεςῶς, περὶ δὲ τέτο ὁ Μιχαὶκ τάφος ἦν, ὃ μνῆμα πιςὸν ἀγνοῦντες ὅ τι λέγεσιν οἱ ἐπιχώριοι ἐκάλεν, Νεφσαμεμαίνα τῇ πατρίῳ φωνῇ ὀνομάζοντες. *Loci nomen est Kela, quae ante Keila nuncupabatur, ubi repertus est Abacuc. Et Berathsatia locus est 10. stadiis ab urbe remotus, juxta quem erat sepulcrum Michae, quod incolae patrio sermone, licet inscii, appellabant monumentum fidele* נפש נאמן. Nam *verbum Hebraicum* Neemanim, πιςὸς *id est fideles sonat*, sumit verba Hieronymi ad *Jes. cap. 17.* Est autem נפשא Νέφσα cippus sepulcralis. Cornelius a Lapide praefatione in Micham hoc nomen optime scripsit *Nephsaneemana.*

KENATH.

קְנָת, Urbs Menassitarum *Num. 32. 42.* Est vicus *Arabiae* Καναθὰ nunc dictus, olim in Menassitide nunc Trachonitide situs juxta Bostra, teste

teste Eusebio. Videtur esse Καναθὰ Josephi, qui eam in Coelesyria locat *bell. I. 14.* & Κανᾶ vocat *Antiq. XV. 6.*

p. 699.

KEPHA.

Haec urbs חופא scriptoribus Hebraeis dicta, حيفا *Hipha* Arabibus, aliis Epha, Hepha, & Kepha, sita est ad sinum Ptolemaidis. *Caiphas* appellatur in Notitia veteri Latina quinque Patriarchatuum. Anonymus de locis Hierosol. ab eruditissimo viro Leone Allatio editus meminit loci Caipha ad mare (sed ibi legendum esse, reor, Ἰάφα pro Καιάφα, nam de Japha sive Joppe tradunt accolae ibi in mari saxa quaedam cerni, ad quae piscatus fuerit Petrus) Τὸ δὲ Καιάφα, ὅπε ἁλίευεν ὁ Πέτρος, ἀπέχει ἀπὸ τῆς Ιερεσαλὴμ μίλιον ά. *Caiapha, ubi Petrus piscatus erat, abest a Jerusalem miliare unum.* Erratum esse in numeris miliarium, res ipsa clamat, ubi enim mare, in quo Petrus piscari potuit uno miliari ab urbe Jerusalem? Quaresmius tamen in elucidatione terrae Sanctae *lib. IV. cap. 1.* nec se id saxum vidisse tradit, nec illius aliquam in partibus istis mentionem fieri audivisse. Alii tamen narrant (uti D. de Monconis Itiner. *part. II.*) sibi id saxum in mari non longe a Joppe monstratum esse. Ad rem ipsam quod attinet, facile largior Quaresmio, non supra hoc saxum in mari magno, sed ad mare Tiberiadis Petrum retia sua siccasse, quum vocaretur a Christo. Non sinunt de ea re nos dubitare scriptores sacri. Sed error natus mihi vedetur ex convenientia inter nomen Petri *Cephas*, & nomen urbium, Καιάφα, Κήφα, & Ἰάφα. Plura de hac notata invenies infra ad vocem *Epha.*

* KEPHAR HAAMMONAI.

כְּפַר הָעַמֹּנַי, Urbs Benjamin. *Jos. 18. 24.*

KEPHIRA.

כְּפִירָה, Urbs Gibeonitarum, postea Benjamin. *Jos. 9. 17.* & *18. 26.* Καφιρὰ in libris Apocryphis. Josephus incolas vocat Κεφηνῖτας *Antiquit. V. 1.* Vide supra *Beeroth.*

p. 700.

* KERIOTH.

קְרִיּוֹת, Urbs in tribu Judae, *Jos. 15. 25.* videtur illa cognomen habuisse קריות חצרון: vide, quae nos ad vocem *Chatzor.* Haec tamen non vetant, quominus & ἁπλῶς Κεριὼθ (aut Καριὼθ, uti כפירה Καφιρὰ מגבו Μαγεδδώ. &c. Alpha pro Schevate substituto) appellari potuerit, uti in Belgio nostro Haga Comitum etiam Haga non addito τῷ Comitum dici solet, Hage, & 's Gravenhage; Sylva Ducis, den Bosch & 's Hertogenbosch. Ab hac urbe Judas videtur dictus Iscarioth איש קריות, uti Judaei solent gentilia formare praeposito איש, quae res certa & nota est: de

de qua nos diximus copiosius in dissertat. miscellan. *parte I.* Eodem modo Jephtham Josephum vocat Ἰεφθὸν i. e. איש טוב; oriundus enim erat Tob.

KEROTIM.

קרותים, Locus erat, in quo vinum optimum proveniebat. *Menachot. VIII. 6.*

CERTA.

Nomen mutationis in Itinerario Hierosolymitano, quae VIII. millia passuum a Caesarea Palaestinae versus septentrionem aberat. Videtur eadem Cartha dici in Notitia dignitatum Imperii: *Cohors decima Carthaginensis Carthae.*

p. 701.

KESIL.

כְּסִיל, Urbs in tribus Judae parte australi. *Jos. 15. 30.* Κὶλ Eusebio. Vide supra *pag. 152.*

* KESULLOTH.

כְּסֻלּוֹת, Urbs tribus Jissascar, quae & הכסלות dicitur *Jos. 19. 18.* Eusebius & Hieronymus eam collocant juxta Tabor in campestribus, 8. miliaribus a Diocaesarea sive Sippori versus orientem. An est Exalus Ἔξαλες, cujus mentio in Concil. Hierosol.

* KEZIB.

כְּזִיב, Urbs in regione tribus Judae. *Gen. 38. 5.*

CHABOLO.

Χαβωλώ. Vicus in confiniis Ptolemaidis. Josephus in vita *pag. 1015.* videtur Ζαβελὼν legendum. Alibi sc. in vita *pag. 1016.* Χαβαλὼ dicitur & Χαβαλὼν *pag. eadem.* Affine nomen est *Cabul*, de quo supra. Erat haec urbs vastata propter discordiam, כבול, Gem. Hierosol. Taanith. Notum est, hoc nomen etiam tributum fuisse regioni urbium illarum viginti, quas Salomo Chiramo Tyriorum Regi destinavit *1. Reg. 9. 13.* illud כבול quasi כחבול *sicuti nihil* dictum esse, Hillerus in Onomastico opinatur, id ἀπ' ἀρέσκον lingua Phoenicum notare Josephus notat *Antiquit. VIII. 2.*

* CHADASCHA.

Urbs Judae, omnium minima, quae in ea regione fuerunt & non plures, quaam quinquaginta habitacula complexa. Ita memoratur in Eruvin. V.. 6. עיר חדשה שביהודה שיש בה נ' דיורין *Urbs Chadascha Judaeae, in quua non nisi 50. habitacula sunt.* Videtur esse eadem ac חדשה Chadascha a, urbs tribus Judae, memorata *Jos. 15. 37.* Eusebius scribit, esse

esse vicum, ἐγγὺς Γαφνῶν. Hieronymus legit ibi Γαφνῶν, miraturque, quum Gufna עפני in Ephraim fuerint, locum hunc, qui in tribu Juda fuit, Gufnis vicinum statui.

* CHADATTA.

חֲדַתָּה, Urbs tribus Judae, ut quibusdam placet *Jos. 15. 25.* vide, quae leguntur ad vocem Chatzor.

CHADIA.

p. 702. Χαδία. Legitur III. *Ezr. 5. 38.* inter nomina urbium Ὁι Χαδίας. Sed *Neh. 7.* ubi eadem series extat, non invenitur & praeterea incerta est vocis scriptio. Ὁι Χαδιασαὶ habent alii codices. Ego puto, totum hoc comma loco suo motum esse, nam post *comma 44.* υἱοὶ Ἰεζεχὲ debebant sequi incolae *Lod, Chadid & Ono*, uti liquet ex *Nehem. 7.* Atqui hic omittuntur & videtur illud comma hic insertum loco non suo: detego enim signa verae scriptionis in hisce, ΌΙ ΧΑΔΙΑC ΚΑΙ ΑΜΜΙΔΙΟΙ.

CHADID.

חָדִיד, Urbs tribus Benjamin *Ezr. 2. 33. Nehem. 11. 34.* Videtur eadem esse, quae Ἀδιδὰ & Ἀδδιδὰ Josepho & scriptori librorum Maccabaicorum appellatur, urbs in Sephela sive regione campestri Judae sita. Vide vocem *Adida.*

CHALAMIS.

חלמיש, Videtur hic locus quippe propinquus urbi Neue collocandus in Palaestina. Mentio ejus fit in Echa Rabbati *fol. 72. col. 4.* צוה ה׳ ליעקוב סביביו צריו כגון חלמיש לנוה קסטרא לחיפה סוסיתא לטבריה יריחו לנועדן לוד לאונו *Fussit Deus (Thren. 1. 17.) Jacobum cingi hostibus suis, uti Chalamis vicina erat Neue, Castra Chephae, Susitha Tiberiadi, Jericho Noarae* (ita legendum esse docebimus ad vocem *Neara*) *Lod Ono*, Glossator notat, in Chalamis habitasse hostes Judaeorum, in Neue Judaeos: atque ita in reliquis. In Schir Hasschirim Rabba *fol. 14. 4.* paulo aliter haec leguntur. כגון חלמיש לנוה ירחו לנועדן סוסיתן לטברי׳ קסטרא לחיפה לוד לאונו & notat ad haec glossator כל אילו שמות מקומות ובהם היו דרים רשעי אומות העולם מעמון ומואב כראיתא בפרק עשרה יוחסין ובאיכה רבה בפשוק פרשה ציון בודיה ובויקרא רבא פ׳ כ׳ ג׳ *omnia haec sunt nomina locorum, in quibus (sc. priore loco nominatis) habitabant impii ex gentibus, Moabitae & Ammonitae, uti est in capite, cujus initium* עשרה יוחסין (*in codice* קדושין *cap. 4.*) *& in Echa Rabba* (locus is est, quem mox exhibuimus) *sectione illa, quae initium capit a verbis Thren.* p. 703. *1. 17.* Expandat Tzion manus suas, *& in Vajikra Sect. 23.*

* CHAL-

* CHALCHUL.

חֲלֻחוּל, Urbs tribus Judae *Jos. 15. 58.* Hieronymus ad vocem Elul scribit, esse in regione ad Aeliam pertinente villulam nomine Alulam juxta Chebron.

* CHALI.

חֲלִי, Urbs in tribu Ascher *Jos. 19. 25.*

CHAMMATH.

חַמַּת, Urbs tribus Nephtali *Jos. 19. 35.* Creditur multis esse Tiberias ab aquis calidis ita dicta, quae olim & nostra aetate illic fuerunt. Ante triennium circiter illae terrae motu deletae sunt, uti mihi retulerunt, qui illo tempore in oriente iter fecerunt. Vide de iis Golium in notis ad Alfragan. *pag. 133.* ubi observat, optimas aquarum illarum erumpere ad ortum pagi الحسيبة dicti. Memoratur & חמתא loci nomen, in quo, uti & in Bethel ac Caphar Lakitia, Hadrianus custodes locaverit in Echa Rabbati 70. 3.

CHAMMON.

חַמּוֹן, Urbs tribus Ascher. *Jos. 19. 28.* eodem nomine est urbs in Nephtali. *1. Chron. 6. 76.*

CHAMMOTHDOR.

חַמֹּת דֹּאר, Urbs tribus Nephtali *Jos. 21. 32.*

* CHANNATON.

חַנָּתוֹן, Urbs in finibus Zabulon *Jos. 19. 14.*

p. 704.

* CHAPHARAIM.

חֲפָרַיִם, Urbs tribus Jissascar *Jos. 19. 19.* Vicus erat tempore Eusebii 6. miliaria distans ab urbe Legionis versus septentrionem. Vide eum ad vocem Ἀιφραείμ.

CHAPHRATHA.

Meminit hujus loci Theodoretus in commentario in *Jer. 31.* Καὶ τῆς Ῥαχὴλ ὁ τάφος ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἐςὶ Χαφραθά, τὲ ἐλθεῖν εἰς Ἐφραθά. *Rachelis sepulcrum est in hippodromo Chaphratha, qua venitur in Ephratha.* Et Hieron. quaest. Hebr. in Genesin, *Nescio, quid volentes Hippodromum septuaginta interpretes transtulerunt, & statim ibi, ubi in Hebraeo dicitur, & sepelierunt eam in viâ Ephratha, haec est Bethlehem, rursum Septuaginta posuerunt hippodromum, cunm utique, si Chabratha hippodromus est, Ephratha hippodromus esse non possit.* Videlicet *Gen. 48. 7.* legitur בעוד כברת ארץ *exiguum spatium terrae adhuc,*

adhuc, quod Rachel moriens aberat ab Ephrata, ubi Alexandrini habent κατὰ τὸν ἱππόδρομον Χαβραθὰ τῆς γῆς. Ex voce כברת natum est Χαβραθὰ, quod etiam *Gen. 35. 16.* posuerunt, uti nomen loci ἤγγισεν εἰς Χαβραθὰ, & Eusebius inseruit Onomastico locorum notatque, Aquilam reddidisse καθ' ὁδόν. Vide &, quae habet ad vocem Ἐφραθὰ, ubi notat, sepulcrum hoc Rachelis ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππόδρομῳ distare 4. miliaribus a Jerusalem. Demetrius Polyhistor, citatus Eusebio praep. Evang. *lib. IX. cap. 21.* etiam hujus loci meminit ἐκεῖθεν δὲ ἐλθεῖν εἰς Χαφραθά. Et Chrysostomus in *caput 2. Matthaei.* Apud Cyrillum *lib. VI. Glaphyrorum in Genesin pag. 205.* editionis Parisinae ann. 1638. etiam legitur ex versione Alexandrina κατὰ τὸν ἱππόδρομον Χαβραθᾶ τῆς γῆς. Origenes, *Homil. III. in diversos* Rachelem scribit, in via, quae dicitur Hippodromi in terra Cabrati introeuntibus Bethleem, esse sepultam.

CHARABE.

p. 705. Χαράβη. Vicus superioris Galilaeae a Josepho munitus. Vide eum in vita *pag. 1013.* Locus huic parallelus *lib. II. de bello cap. 25.* suadet, hic intelligi eundem locum, qui illic Ἀχαβάρων πέτρα dicitur, quare puto, hic legendum Ἀχαβαρη. A initiale ex fine vocis praecedentis Ἀμύγυθα peti potest.

CHARACMOBA.

Χαρακμῶβα. Urbs Palaestinae episcopatu insignis. Vide supra *pag. 212.* & Excerpta ex Concilio Hierosolymitano supra 533. Recensetur inter urbes Arabiae Petraeae a Ptolemaeo, & Palaestinae tertiae in Notitiis veteribus Ecclesiasticis Παρωχμῶχα, sed in aliis rectius Χαραγμῶχα, quod idem est ac *Characmoba.* Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Χαράκμωβα, πόλις τῆς νῦν τρίτης Παλαιστίνης, ἣν ἀναγράφει Πτολεμαῖος ἐν γεωγραφικοῖς ἐν πέμπτῳ βιβλίῳ, ἐν τοῖς Ἀραβικοῖς. Ἀξιοπίστος δ' ἀνὴρ περὶ τὰ τοιαῦτα. Σπουδὴν γὰρ ἔθετο ἱστορῆσαι ἀκριβῶς τὰ τῆς Ἀραβίας. Καὶ Μωβαχάραξ φησίν. *Characmoba, urbs tertiae Palaestinae, quam recens & Ptolemaeus in Geographicis lib. V. in Arabicis. Fide dignus ille est in talibus. Laborem enim posuit in describenda accurate Arabia. Dicunt & Mobocharax.* Χάραξ pro vallo solet accipi proprie, aut ipsis castris, quae vallo cingi solebant: sic legitur apud Dionys. Halicarn. *Antiquit. lib. II. p. 105.* ponere ἐν τῷ πεδίῳ χάρακα *castra in campo* & *pag. 111.* εἰς τὸν χάρακα τῶν Σαβινῶν προῆλθον, *ad castra Sabinorum pervenerunt.*

CHAROD.

חָרֹד, Locus erat ad austrum collis hammore *Jud. 7. 1.*

CHARRAN.

Meminit Theophilus, Patriarcha Antiochenus, *libro II. ad Autolycum, pag. 107.* urbis cujusdam hoc nomine in terra Canaan. Ταῦτα μὲν

μὲν οὖν ἐγεννήθη ἐν τῇ γῇ Χαλδαίων· ἐν δὲ τῇ γῇ Χαναὰν ἐγένετο πόλις, ᾗ ὄνομα Χαῤῥάν. *Illa quidem evenerunt in terra Chaldaeorum. In terra autem Canaan urbs fuit, cui nomen Charran.*

CHARRI.

p. 706. Loci nomen, quod in Graeca versione Sacri Codicis legitur *2. Sam. 10. 14.* Καὶ πάντες ἐν Χαῤῥί. In Hebraeo legitur כל חבריהם *omnes Habberim.* Pro ב legerunt כ, uti clarum est.

CHASALUS.

Vicus prope montem Tabor, octo miliaribus a Diocaesarea versus ortum Eusebius. Hieronymus ita in eo legit: nunc Χεαλὲς extat.

CHASBI.

Χασβεί. Locus desertus tempore Eusebii prope Odollam. Vid. Onomasticon & confer *Gen. 38. 5.*

CHASLON.

Vicus praegrandis in finibus Aeliae. Eusebius in Onom. ad vocem Χαλασών. Lege cum Hieronymo Χασλών.

CHASPHOMA.

Χάσφωμα. Urbs Gileaditidis capta a Juda Maccabaeo. Josephus *Antiquit. XII. 12.* Scriptor libri primi Chasmonaeorum *cap. 5. c. 26.* pro eo Χασκὼρ habet & *commate 36.* Χασών. Interpres vulgatus Casphor. Alii Cheschbon, quae notissima urbs est. Dicitur haec urbs magna & munita fuisse *1. Macc. 5. 26.*

CHATZAR ADDAR.

חֲצַר אַדָּר, In confiniis Idumaeae. *Num. 34. 4.*

CHATZAR ENAN.

חֲצַר עֵינָן, *Num. 34. 20.* Urbs ad septentrionem terrae Israëliticae. Eusebius scribit, esse ὅριον Δαμασκῆ.

* CHATZAR GADDA.

p. 707. חֲצַר גַּדָּה, Urbs in tribus Judae parte australi. *Jos. 15. 27.* Alii putant, esse duas urbes: sed quum per Vav non separentur & alia sint urbium nomina composita ex Chatzar alioque nomine, puto, esse unam urbem. Eusebius quidem inter eos est, qui putant, duas urbes in hoc nomine latere: nam meminit urbis *Aser* sitae in tribu Juda, & alibi urbis *Gadda* etiam sitae in illa tribu. Atqui nusquam in V. T. legitur Ascher & Gadda, nisi hic. Ita ille Ἀσὲρ, φυλῆς Ἰούδα· καλεῖται δὲ ἡ νῦν Ἀσὲρ κώμη μεγίστη ἀπιόντων ἀπὸ Ἀζώτου εἰς Ἀσκάλωνα. *Ascher, in tribu Juda: appellatur autem & nunc vicus praegrandis pergentibus Ascalonem de Azoto.* Ad haec notat in commentario Bonfrerius: *Nusquam id nomen*

 (*Ascher*)

(*Ascher*) *in Scriptura apparet.* Scilicet non apparet, nisi hoc loco, & junctum cum *Gadda.* Ita quoque scribit idem ad Eusebium, in voce *Gadda. Nulla hujusmodi urbs eo nomine in Scriptura cernitur*, additque, *sibi videri Engaddi significari, quae Engadda Josepho dicitur, unde, decurtata voce, fit Gadda.* Vir clarissimus, Johannes Clericus, putat, scribendum Γαδδὰ עדערה memoratam *Jos. 15. 22.* Ego autem existimo, Γάδδα recte scriptum esse, & intelligi nomen גדרה Γαδδὰ avulsum a praecedenti חצר, inprimis quum & praecedens חצר, Ἀσὲρ, distincte ab Eusebio recenseatur, & nec haec, nec illa urbs tribus Judae separatim in sacro codice memoretur. Simili plane modo Ἀδὰρ ab Eusebio urbs Ephraim appellatur, quum nulla hoc nomine nota sit, sed id divulsum est ex *Ataroth Addar.* Sic idem recenset urbem Βαὰλ, quum sit nomen dimidium urbis Baalmeon.

CHATZAR SCHUAL.

חֲצַר שׁוּעָל, Urbs in parte australi tribus Judae. Jungitur cum Beerscheba *Jos. 15. 28. Neh. 11. 27.*

* CHATZAR SUSA.

p. 708. חֲצַר סוּסָה, Urbs tribus Simon *Jos. 19. 5.* Vide supra *p. 152. & 153.*

* CHATZAR SUSIM.

חֲצַר סוּסִים, Urbs in tribu Simeon *1. Chron. 4. 31.*

CHATZATZON TAMAR.

חֲצָצֹן תָּמָר, Est Engedi. *2. Chron. 20. 2.* Ad hanc vocem notat Eusebius, esse quoque Θαμαρὰ vicum distantem Malathis iter diei inter Chebron & Ailam, ubi & praesidium Romanorum est. Pro Chatzatzon Tamar *Gen. 14. 7.* Samaritanus Interpres habet בפלוג כדי *in valle Gadi.* Haec vallem Engaddi videntur indicare.

CHATZOR.

חָצוֹר, Urbs tribus Nephtali. *Jos. 11. 1.* caput regnorum, *commate 10.* post Cadesch in Nephtali capta a Tiglathphulesere, *2. Reg. 15. 29.* Ἄσωρος Josepho dicitur, qui illam sitam esse supra Lacum Samochonitin scribit *lib. V. Ant. 6.* Notari meretur, in serie urbium australium tribus Judae *Jos. 15. 21.* trium חצור mentionem fieri, quas tamen sine ulla distinctione ita recensitas fuisse mihi non persuadeo. *Commate 23.* legitur *Kedesch*, & חצור & *Jithnan. Comm. 25.* וחצור חדתה *Et Chatzor Chadatta* sive *nova:* uti Graeci Ἀσὼρ ἡ καινή. Vide Eusebium ad vocem Ἀσώρ. quod enim quidam *Chadatta* urbis singularis nomen faciant, non placet; quia requiritur distinctio hujus Chatzor a praecedenti, & quia חדתה non habet ו praefixum, sic ut ipsa res suadeat, illam non separandam a voce praecedenti, sed conjungendam. Tertio mentio fit Chazor hoc modo וקריות חשרון היא חצור. *Et Kerioth Chezron, illa* (unde videlicet hoc cognomen חצרון habet urbs *Kerioth*) *est* חצור ea sc., quae ἁπλῶς חצור dicitur *comm. 23.* Quomodo autem contigerit, urbem hanc *Kerioth* dictam esse חצרון ab urbe חצרון vel חצור, uti explicare ob penuriam veterum monumentorum non possumus, ita tamen certissimum est, variis de causis unam urbem ab altera cognomen trahere potuisse. Hujus *Chatzor novae* meminit Eusebius his verbis Ἔςι δὲ καὶ εἰς ἔτι νῦν κώμη λεγομένη Ἀσὼρ ἐν ὁρίοις Ἀσκαλῶνος τοῖς εἰς ἀνατολὰς ἡ γίγονε φυλῆς Ἰεδα. Καὶ οἶδεν ἡ γραφὴ Ἀσὼρ τὴν καινήν. Hieronymus, *est & villa usque hodie Asor in finibus Ascalonis contra orientem ejus, quae cecidit in sortem tribus Juda, cujus & Scriptura meminit, appellans eam ad distinctionem veteris Asor novam.* Est & urbs in Benjamin *Neh. 11. 33.* p. 709.

* CHATZOR JITNAN.

Jos. 15. 23. Graeci duas has voces pro nomine unius urbis habuerunt. Vide supra *pag. 143. & 144.*

CHEBRON.

חֶבְרוֹן, Urbs olim dicta Kiriathairbe *Gen. 23. 2.* pro quo קריית דגובריא est in Targum. Arbe autem fuit pater תא Enac, *Jos. 15. 13.* Quercus Mambre sunt juxta eam *Gen. 13. 18.* Vallis Chebronis memoratur *Gen. 37. 14.* Urbs illa condita septennii spatio ante Tzoan urbem Aegypti, *Num. 13. 22.* data est Calebo *Jos. 14. 13.* sita fuit in montanis Judae *Jos. 20. 7.* Piscina, ברכה, fuit in Chebron *2. Sam. 4. 13.* בחברון.

Cyrillus Homilia Paschali 23. observat, hoc nomen unionem significare, δηλοῖ τοι γὰρ ἐν ἡ λέξις τὴν ἕνωσιν. Nunc dicitur بيت حبرون ita & in Abulfeda legere est, qui & illic sepulcrum Abrahami esse, Isaaci, & Jacobi scribit. Res nota est. Inde & medio aevo *Sanctum Abrahamium* dicta est haec urbs, aut certe sepulcra urbi vicina. Hieronymus in *comm. ad Matth. 27.* Adami quoque illic sepulti meminit: *Adam sepultum juxta Hebron & Arbee in Jesu Nave volumine legimus.* Confer eundem *in quaest. Hebr. ad Gen. 35.* ubi eam sitam in monte scribit, & *quaestion. in libr. Reg. pag. 31. 1. Macc. 5. 56.* Χεβρὼν scribitur diciturque esse sita in terra australi & a filiis Esau inhabitata, iis erepta a Juda Maccabaeo. Urbs haec variis nominibus apud Josephum expressa legitur, non adeo ipsius, quam librariorum culpa, Χεβρὼν *Antiq. I. 17.* Ἑβρὼν *Antiq. I. 17.* (ita & ἐν Ἐθνικοῖς Stephani scribitur) Χεβρώνια πόλις *Antiquit. II. 1.* Ναβρὼ *Antiquit. I. 9.* Saram & Abrahamum ibi sepultos esse tradit *Ant. I. 15.* urbem esse septennio vetustiorem, quam Tanin Aegypti *Antiq. I. 9.* sitam esse in tribu Judae, & urbem refugii dictam *Antiq. V. 1.* Levitis datam *Antiq. V. 2.* ad montem supra Chebronem situm portas Gazae detulisse Samsonem *Antiq. V. 10.* Fontem fuisse Chebrone, πηγὴν ἐν Χεβρῶνι, ad quem p. 710.

quem Ismaël inventus est *Antiq. X. 10.* sed suspicari licet, locum hunc corruptum esse, & legendum Γαβαῶνι pro Χεβρῶνι, nam ibi id contigisse traditur *Jerem. 41. 12.* ad מים רבים אשר בגבעון *aquas multas, quae Gibeone sunt. Antiquit. XII. 12.* scribit, Idumaeos ex illa pulsos ab Juda Maccabaeo. Et *lib. V. de bell. cap. 7.* Simonem sine sanguine ingressum Idumaeam & urbem Chebronem cepisse, eamque esse antiquiorem Memphi: sex stadia inde abesse terebinthum, quae a condito mundo illic fuit. Capite sequenti tradit, urbem hanc in tractu montano κατὰ τὴν ὀρεινὴν sitam, non longe ab Hierosolymis, captamque a Cereali, postquam invadens Idumaeam superiorem, Caphetram & Capharim cepisset. Memoratur etiam eidem χώριον Cananaeae non longe a Chebrone, nomine Ὠγύτης δρῦς. *Ant. I. 11.* Intelligitne *Elon Mamre?*

Quo spatio haec urbs abfuerit Hierosolymis, Eusebius docet ad vocem Ἀκρὼ, nempe versus austrum distabat Hierosolymis 22. miliaria. Et 20. inde miliaribus versus austrum Bersabe aberat.

Urbem hanc nimis orientem versus removet Ligtfootus, &, qui eum secutus est hac parte, Cellarius, scribens, *quamquam ultra 20. milia in meridiem ab Hierosolymis recederet, ut Hieronymus tradit, in orientem tamen ab Hierosolymorum meridiano simul declinabat, quia Judaei in Talmud Joma cap. III. hal. 2. & Maimonides in eum locum referunt, missum quolibet mane fuisse, qui ex summo templo ortum diei pro sacrificio offerendo observaret: cui acclamarint, num lux usque Hebronem sit, hoc est, num ita lux fugaverit tenebras, ut, qui ortum spectet, etiam Hebronem videre possit. Paulo supra ortum hybernum enim sita erat.* Ego existimo, non declinasse hanc urbem in orientem a meridiano Hierosolymorum, sed ad occidentem potius, quia via
p. per eam Gazam tendit, & portae Gazae a Samsone delatae sunt ad
711. montem, qui spectabat Chebronem, quodque ita nimis vicina mari mortuo statuitur. Ex formula autem speculatoris matutini clamantis, ut ortum solem indicaret, in templo Hierosolymitano בקאי עד חברון *coruscationes usque ad Chebron* colligi posse non videtur, urbem hanc ad orientem Hierosolymarum fuisse. Quid? quod etiamsi ad oppositam coeli plagam, id est, occidentem sita fuisset, potuisset clamare, *Lucet usque ad Chebron*, si Chebron in altissimo monte sita fuisset; quandoquidem mons iste & superposita urbs solis orientis radios, antequam in loca humiliora radii directi incidere possint, excepisset & exceptos reflexisset versus speculatorem in loco non tam alto constitutum. Huc facit, quod Justinus narrat *lib. XVIII.* de solis ortu, quem, qui occasum spectabat, prius detexit, quam illi, qui oculos habebant conversos in plagam orientalem. Atque ita sol occidens latera montium orientalium radiis suis deserit, donec, uti apud Statium de sole legitur, Thebaidos *lib. VII. 450.*

—— sol montibus omnis
Erepsit, rebusque dedit sopor etia fessis,

Verum

Verum, non est necesse, ut hoc dicamus. Credibile est, respexisse eos Chebronem, non, ut ipsum solis discum in momento ortus sui illic conspicerent; sic enim Chebron in regione trans Jordanica deberet collocari, quo nihil esse potest absurdius: verum ut signo aliquo evidenti indicarent sacerdotibus, lumen Aurorae solis praenuntiae diffundi incipere, ita ut Chebronem conspicere possent, licet ea urbs non esset sita in ipsa plaga orientali. Quid? quod ipsum illud עד *usque ad Chebronem* videatur suadere, non in plaga directe opposita speculatori orientem spectanti, sed ad latera potius hunc locum esse quaerendum. Accedebat & alia ratio, quam ipsi nobis suggerunt Talmudici, ob merita Patrum Chebrone sepultorum illius urbis, quam aliarum factam ab iis mentionem fuisse.

Inter loca vicina Chebroni celebratur in scriptis Christianorum veteris & medii aevi *Terebinthus.* Eusebius terebinthi hujus meminit *l. V. demonstrationis Evangel. c. 9.* ὅθεν εἰσέτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς πλησιοχώροις, ὡς ἂν θεῖος ὁ τόπος εἰς τιμὴν τῶν αὐτόθι τῶν Ἀβραὰμ ἐπιφανέντων θρησκεύεται, p.
καὶ θεωρεῖταί γε εἰς δεῦρο διαμένασα ἡ Τερέβινθος. *Unde usque in hunc diem* 712.
ab iis, qui vicini sunt, hic locus uti sacer colitur in honorem eorum, qui Abraamo apparuerunt, & conspicitur huc usque permanens Terebinthus. Mox ostendit, non Christianos modo, sed Gentes Terebinthum coluisse scribens, Σωτὴρ, ὃν καὶ οἱ ἀγνῶτες σέβεσι, *sospitator, quem etiam inscii venerantur*, nempe cultum deferentes Christo, qui hoc loco Abrahamo apparuit. Sozomenus *lib. II. cap. 4. hist.* tradit, Terebinthum abesse Hierosolymis stadia 259. ab Chebrone 15. Hoc spatium convenit cum Hieronymo & aliis, qui 2. miliaria inter Chebronem & Terebinthum esse statuerunt: sed illud nequaquam: nam Hieronymus 20. tantum miliaria a Terebintho Hierosolymas usque numerat. Nota, auctorem Itinerarii Hierosolymitani cum Sozomeno tantum non censentire. Hierosolymis enim ad Bethlechem facit miliaria V. inde Bethsuram XIV. inde ad Terebinthum IX. inde Chebronem II. Sic ut XXXI. miliaria fuerint: quod spatium mihi nimium videtur, quam ut Chebron possit dici esse ἐ πόρρω Ἱεροσολύμων, uti Josephus testatur. Josephus hanc terebinthum 6. stadiis a Chebrone disjunctam scribit, & ab initio mundi illic fuisse *de bello V. 7.*

Notanda quoque sunt, quae de hac terebintho, nata ex baculo angeli, qui Abrahamo apparuit, (cui narrationi simile est, quod prope Smyrnam terebinthus ex baculo Polycarpi martyrium subituri illic defixo nata dicatur, & de baculo Sanctae Ethelredae in terram defixo, unde fraxinus crevit) leguntur apud Eustathium editum ab Allatio. Ἐν ᾧ τόπῳ ὑπῆρχε καὶ ἡ τερέβινθος, ὑφ' ᾗ ἔκρυψεν Ἰακὼβ τοὺς Λάβαν τὰ εἴδωλα· ἥτις ἐστὶ καὶ νῦν καὶ εἰς τιμὴν τῶν προγόνων ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων θρησκεύεται. ἔστι γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο παρὰ τὸν πρεμνὸν αὐτῆς βωμὸς, ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον· εἶναί τέ φασιν ῥάβδον αὐτὴν ἑνὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Ἀβραὰμ, ἥν ὑπερ τῷ τόπῳ τότε παρὼν ἐφύτευσεν.

καὶ ἐξ αὐτῆς ἡ ἀξιάγαστος αὕτη ἀνεφύη τερέβινθος· ὑφαφθεῖσα γὰρ ὅλη πῦρ γίνεται καὶ νομίζεται πᾶσιν εἰς κόνιν ἐκ τῆς φλογὸς ἀναλύεσθαι κατασβεσθεῖσα μέν τοι ἀσινὴς ὅλη καὶ ἀκέραιος δείκνηται. *Eo loco stabat Terebinthus, sub qua*
p. *Laban simulacra Jacobi occultavit. Ea perseverat & in majorem honorem a vi-*
713. *cinis accolis praecipuo honore colitur. Ad ejus enim stipitem, in hodiernum usque diem, altare erectum est, ad quod holocausta & hecatombas obtulerunt. Baculum autem unius ex angelis ab Abrahamo hospitio exceptis eum esse dicunt, quem tunc ibi plantans terrae infixit, ex quo mira illa Terebinthus nata est. Succensa enim igne tota flammis ardet & jam jam in cineres vertenda ex flammae magnitudine apparet. Igne vero sopito, pura omnino & incorrupta demonstratur.* His si addamus ea, quae ex Julio Africano Georgius Syncellus tradit *pag. 107.* apparebit, confudisse quosdam Elon more, prope Sichem, & Elon Mamre, prope Chebron. Haec illa sunt Ἰακὼβ ἀπαρεσθεὶς τοῖς ὑπὸ Συμεὼν καὶ Λευὶ πραχθεῖσιν ἐν Σικίμοις διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς φθορὰν εἰς τὰς ἐπιχωρίας, θάψας ἐν Σικίμοις, ἃς ἐφέρετο, θεὰς, παρὰ τὴν πέτραν, ὑπὸ τὴν θαυμασίαν τερέβινθον, ὅτις μέχρι νῦν εἰς τιμὴν τῶν πατριαρχῶν, ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων τιμᾶται. * μετῆρεν εἰς Βεθὴλ, ταύτης παρὰ τὸ πρέμνον βωμὸς ἦν, ὡς φησὶν ὁ Ἀφρικανὸς, τῆς τερεβίνθου, ἐφ' ὃν τὰς ἐκτενὰς ἀνέφερον ἐν ταῖς πανηγύρεσι τῆς χώρας ἔνοικοι, ἢ δ' ἐ τατεκαίετο δοκεῦσα πιμπρᾶσθαι. Παρὰ ταύτην ὁ τάφος Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαάκ. Φασὶν δέ τινες, ῥάβδον εἶναι τινὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Ἀβραὰμ φυτευθεῖσαν αὐτόθι. *Tristatus Jacob de caede Sichemitarum a Simeoni & Levi sororis Dinae stuprum ulturis perpetrata, sepeliens Deos, quos secum habebat, ad petram sub mirabili terebintho, quae usque in hunc diem ab vicinis honoratur, ad venerationem Patriarcharum, inde migravit in Bethel. Ante terebinthi illius stipitem erat exstructum altare, uti Africanus scribit, ad quas preces celebrioribus festis illius regionis incolae fundere solent. Terebinthus ipsa, licet videatur ardere, non comburitur. Ad illam Abrahami & Isaaci sepulcra sunt. Dicunt autem quidam, baculum esse unius ex angelis Abrahami hospitibus, eo loco plantatum.*

Meminit hujus terebinthi etiam Socrates *Hist. I. 18.* Μίαν μέν ἐν τῇ καλουμένῃ Δρυὶ τῇ Μαμβρῇ, ὑφ' ἣν τὰς ἀγγέλους ἐξενίσθαι πρὸς τὸν Ἀβραὰμ, οἱ ἱεροὶ λόγοι μηνύουσι, κατεσκεύαζε. Μαθὼν γὰρ ὁ βασιλεὺς, βωμὸς ὑπὸ τῇ δρυὶ ἱδρύσθαι καὶ θυσίας Ἑλληνικὰς τελεῖσθαι ἐπ' αὐτῷ, μέμφεται μὲν δι' ἐπιστολῆς Εὐσεβίῳ τῷ τῆς Καισαρείας ἐπισκόπῳ. κελεύει δὲ τὸν μὲν βωμὸν ἀνατραπῆναι πρὸς δὲ τὴν δρῦν κατασκευασθῆναι οἶκον εὐκτήριον. *Unam quidem Ecclesiam*
p. *(Constantinus) ad quercum Mambre exstruxit, sub qua Angelos hospitio exceptos*
714. *ab Abrahamo sacer codex testatur. Edoctus enim Imperator, aras sub quercu positas esse, & gentium ritu sacrificia illic fieri, Eusebium Caesareae episcopum per literas reprehendit, aramque ipsam disturbari jussit & juxta quercum oratorium exstrui.* Exemplum harum literarum extat apud Eusebium *lib. III. cap. 52.* de vita Constantini.

Sozomenus *Hist. II. 4.* ubi de hac terebintho agit *lib. II. historiarum, capite 4.* etiam narrat mercatum illic quotannis institui solitum. Meminit

minit ejus Sanutus in secretis fidelium Crucis *pag. 248.* his verbis, *ibi ilex, quae usque ad tempora Theodosii Imperatoris permansit, teste Hieronymo, & suum esse dilatavit, & ex illa haec fuisse perhibetur, quae in praesenti ab illis praesentibus videtur & cara tenetur, quae, licet arida, medicinalis tamen probatur: si enim equitans de ea secum portaverit, animal suum non infunditur.*

Huc etiam faciunt Eusebii & Hieronymi, quae leguntur in Onomastico ad vocem Ἀρβώ. Αὕτη ἐστὶ Χεβρὼμ, ... ἡ δρῦς Ἀβραὰμ καὶ τὸ μνῆμα αὐτόθι θεωρεῖται καὶ θρησκεύεται ἐπιφανῶς πρὸς τῶν ἐχθρῶν (forte legendum ἐγχωρίων. Citatur tamen ita quoque hic locus apud Damascenum *lib. III. de imagin.* aut ἐθνῶν, uti Eusebius scribit ad vocem Δρυσμαβρῆ) ἡ τερέβινθος. Hieronymus. *Arboc .... Haec est autem eadem Chebron .... & quercus Abraam, quae & Mamre usque ad Constantii Regis imperium* (quam aetatem infantiae suae vocat ad vocem *Drys*, quod nomen huic loco datur. Erat etiam suburbium Chalcedonis Δρῦς dictum. Socrates *Hist. VI. 15.* ἐν προαστείῳ Χαλκηδόνος, ᾧ ἐπώνυμον Δρῦς. & *cap. 17.* Ἐν μαρτυρίῳ τῷ ἐν τῇ δρυὶ κηδευθεὶς, *in Basilica, quae est ad Quercum,* ἐν τῇ Graca dicunt *in Quercu*) *monstrabatur & mausoleum ejus in praesentiarum cernitur. Quumque a nostris jam ibidem ecclesia aedificata sit, a cunctis in circuitu gentibus terebinthi locus superstitiose colitur.* Nota in transitu postea etiam aliquos Christianos superstitiose arbores coluisse, quorum meminit Gregorius Papa *lib. VII. Epist. 20.* Eusebius etiam *de vita Constantini Magni lib. III. cap. 53.* narrat, idola & aras illic a Gentibus collocata, quae Constantinus amoveri jusserit. Quum tamen non a solis Gentibus & Judaeis, verum etiam
a Christianis culta fuerit terebinthus, suspicatus sum, modo in Eusebii p.
Onomastico legendum ἐγχωρίων vel ἐπιχωρίων, quod facile in ἐχθρῶν 715.
mutari potuit. Confirmat me quod & Hieronymus ita legisse visus sit, reddens *a cunctis in circuitu gentibus*, quae ἐγχωρίων vel ἐπιχωρίων non ἐχθρῶν est interpretatio. Praeterea ἐχθρὰς inimicos ἁπλῶς pro gentibus accipere non videtur congruum, nec ita solet Eusebius: dixisset ἀπὸ τῶν ἐθνων, uti ad vocem Ἀερμὼν & Δρῦς, vel adjecisset, nominis fideique Christianorum hostes illos fuisse.

Ceterum dierum festorum hic quotannis actorum meminit Hieronymus in Comm. ad Jerem. *c. 31. Alii vero, quod ultima captivitate sub Hadriano, quando & urbs Jerusalem subversa est, innumerabilis populus diversae aetatis & utriusque sexus in mercato Terebinthi venundatus sit.* Festum hoc *mercatum* vocat, uti vere erat, nam Sozomenus *loc. cit.* etiam scribit, omnes vicinos populos eos confluere ἐμπορείας ἕνεκα, πωλήσοντας καὶ ἀγοράσοντας, *mercaturae faciendae gratia, utque emant & vendant.* Simile quid supra observavimus fieri consuevisse circa lacum Phialam. ⦣ id vocant Arabes. Hieron. ad *cap. XI. Zachar. Legamus veteres historias & traditiones plangentium Judaeorum, quod in tabernaculo Abrahae, ubi nunc per annos singulos mercatus celeberrimus exercetur, post ultimam eversionem, quam sustinuerunt ab Adriano, multa hominum millia venundata sint, & quae vendi*

non potuerint, translata in Aegyptum, tam naufragio & fame, quam gentium caede truncata.

Commemorat quoque Chronicon Paſchale *p. 253.* ad ann. Chriſti 119. Ἦλθεν Ἀδριανὸς εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ ἔλαβε τοὺς Ἰουδαίους αἰχμαλώτους, καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν λεγομένην Τερέβινθον, προέρησεν πανήγυριν καὶ πέπρακεν αὐτοὺς εἰς ταγὴν ἵππου ἕκαστον, καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἔλαβεν εἰς Γάζαν καὶ ἐκεῖ ἔρησεν πανήγυριν καὶ ἐπώλησεν αὐτοὺς, καὶ ἕως τοῦ νῦν ἡ πανήγυρις ἐκείνη λέγεται Ἀδριανή. *Hadrianus Hieroſolymas profectus eſt & Judaeos captivos Terebinthum, locum* (non *urbem*, uti Latinus interpres) *ita nuncupatum duxit ibique inſtitutis nundinis ſingulos vendidit, quae nundinae ad hunc usque diem Hadrianae appellantur.* Michael Glycas *annal. part. III. pag. 240.* ſcribit, Judaeos quatuor tunc uno modio hordei venditos fuiſſe τέσσαρας Ἰουδαίους ἑνὶ μοδίῳ τῆς κριθῆς. Confer *Matth. 27. 9.* & *25.*

p. 716.

Meminit etiam inter loca vicina Chebroni pineti cujusdam Adamnanus *lib. II.* de locis Sanctis. *Egredientibus de Chebron in campi latitudine ſita ad aquilonalem plagam, haud procul a margine viae, ad ſiniſtram occurrit pinoſus non grandis mons, tribus milibus a Chebron diſtans, a cujus pineto pinea ad Hieroſolymam usque in camelis vehuntur ligna ad focos nutriendos. In camelis, inquam, nam in omni Judaea, ut Arculfus refert, plauſtra vel etiam currus raro reperiri poſſunt.*

CHELAM.

חֵילָם & חֵלָאָם, In regione trans Jordanem, ubi David cum Syris conflixit *2. Sam. 10. 16.*

* CHELBA.

חֶלְבָּה, Urbs in tribu Aſcher *Jud. 1. 31.*

CHELCATH.

חֶלְקַת, Urbs in Aſcher *Joſ. 21. 31.*

* CHELCATH HATTZURIM.

חֶלְקַת הַצּוּרִים, Prope Gibeon *2. Sam. 2. 16.*

* CHELEPH.

חֵלֶף, Urbs in Nephtali. *Joſ. 19. 33.* Quidam nomen ejus integrum eſſe מחלף (uti illic legitur) putant. Ita interpretes Alexandrini Μαλὲφ & Euſebius in Onomaſtico Μεθλὲμ, ὅριον Νεφθαλείμ. Hieronymus *Meeleb terminus Nephthalim.* Cum his facere videtur Gemara Hieroſolymitana, codice Megilla (quamvis & ita poſſit intelligi, ut מ ſit praefixum) *fol. 70. col. 1.* ubi nomina priſca urbium quarundam explicantur per recentiora

Ex

Ex *Joſ. 19. 33.*

מחלף per חלף
מאילון per איילין
בצעננים per אגנייא דקדש
ארמי per רמין
הנקב per ציידתא
יבנאל per כפר ימה
לקום per לקים

p. 717.

Haec ex *Joſ. 19. 15.*

קטת per קטונית
נהלל per מהלול
שמרון per סימונייה
יראלה per חירייה
בית לחם per בית לחם צרייה

Ex *Joſ. 19. 35* haec

הצידים per כפר חטייא
צר eſt vicina ei רסמיכה לו
חמת per חמתה
רקת per טיבריא
כנרת per גיניסר

CHELLUS.

Χελλοῦς. Jungitur cum Betane & Cades in finibus auſtralibus terrae Iſraëliticae *Judith 1. 8.* Forte locus eſt, qui *Allus* dicitur ab Hieronymo, *Allus regio Idumaeorum, quae nunc Gabalene dicitur vicina Petrae civitatis.* Euſebius habet Ἀλλοῦδ. Cades autem, quacum in contextu citato Judithae proxime jungitur Chellus, ab Hieronymo quoque dicitur eſſe in deſerto, quod (ita legendum eſſe docent Euſebiana) conjungitur civitati Petrae in Arabia. Fuerunt itaque Cades & Allus loca vicina. Eadem Eluſa quoque fuiſſe dicta videtur, quae *Chalutza* חלוצה in ſacris literis. Atque ita Χελλοῦς proxime exprimit τὰ חלוצה.

CHEPHA.

חיפה, Memoratur in Midraſch Schir Haſſchirim ad *cap. 2. comm. 2.* Idem & in Gem. Kidduſchin *c. 4.* Vajicra rabba *Sect. 23.* & in Midraſch

p. 718.

Echa,

Echa, ad *cap. 17.* id eſt *fol. 72. col. 4.* editionis Theſſalonicenſis anni 1594. ubi commentator notat בחלמיש היו יושבים צוררי ישראל *In Chalamis habitabant hoſtes Iſraëlis:* adeoque Chephae incolae erant Judaei. Eſt כְּפָא *Epha,* ἤφὰ ad Carmelum, vide ſupra, quae notavimus ad vocem *Kepha*, & *Chalamis.*

CHEPHAR.

Non longe aberat hic locus ab urbe Sippori. Liquet ex Gemara Hieroſolymitana Scheviith *fol. 36. columna 3.* תני תלמיד שהורה הלכה לפני רבו חייב מיתה : תני בשם רבי ליעזר לא מתו נדב ואביהוא אלא שהורו בפני משה רבן : מעשה בתלמיד אחד שהורה לפני ר' ליעזר רבו אמר לאימא שלום אשתו אינו יוצא שבתו ולא יצא שבתו עד שמתי אמרו לו תלמידיו רבי נביא אתה : אמר להן לא נביא אנכי ולא בן נביא אנכי אלא כך אני מקובל שכל תלמיד המורה הלכה בפני רבו חייב מיתה : תני אסור לתלמיד להורות הלכה בפני רבו עד שיהא רחוק ממנו שנים עשר מיל כמחנה ישראל : ומה טעם ויחנו על הירדן מבית הישימות עד אבל השיטין וכמה הן שנים עשר מיל : כהדא רבי תנחום בר חייה חוה בחפר והוון שאלין ליה והוא מורה : אמרין ליה ולא כן אילפן רבי שאסור לתלמיד להורות הלכה לפני רבו עד שיהא רחוק ממנו שנים עשר מיל במחנה ישראל : והא ר' מנא יתיב בציפורין. *Traditum eſt. Diſcipulus, qui docet conſtitutionem aliquam, praeſente magiſtro ſuo, meretur*
p. *mortem. Nomine R. Eliezeris tradunt, non fuiſſe mortuos Nadabum & Abi-*
719. *hu, niſi propterea, quod coram Moſe docere auſi ſunt. Hiſtoria etiam narratur de eodem R. Eliezere, illum conſpecto diſcipulo ſuo docente coram ſe, magiſtro ſuo, dixiſſe uxori ſuae Immae, Schallum hominem illum non ultra hebdomadem victurum. Et ita re vera contigit. Dixerunt itaque diſcipuli ejus, profecto tu propheta es (quod id praedixeris) nequaquam, inquit propheta ſum aut prophetae filius, ſed id hauſi a majoribus, non licere diſcipulo docere, niſi 12. miliaribus remotus ſit a praeceptore, uti ſe habuit res cum ſpatio exercitus Iſraëlitici, de quo legitur caſtra metatos illos fuiſſe a Beth Feſchimoth ad Abelſchittim, id eſt 12. miliaria. Aliquando R. Tanchum filius Chaiae erat in Chephar, & rogatus ibi docuit. Dixerunt ei. An non edocti ſumus a Rabbi, interdictum eſſe diſcipulo docere* הלכה, *niſi 12. miliaria abſit a praeceptore, quod ſpatium exercitus Iſraëlitici fuit, & tamen tu hic doces, quum R. Mena (praeceptor tuus) ſit in urbe Zippori?*

CHEPHER.

חֵפֶר, Soco & tota terra Chepher *1. Reg. 4. 10.* eſt & חיפר loci nomen non longe a קסטרא, nam in Vajikra Rabba & in Midras Schir-

has.

has. *cap. 2.* vicinus dicitur ei fuiſſe (alibi חיפה ſcribitur, & Chephar uti mox vidimus) ultra XII. miliaria aberat a Tzippori. An huc Gath Hachepher pertinet?

CHERIA.

חיריה, Nomen recentius urbis יראלה memoratae *Joſ. 19. 15.* ita legitur in Gemara Hieroſolymitana codicis Megilla *fol. 70. col. 1.*

CHESCHBON.

חֶשְׁבּוֹן, Graecis, Ἐσσεβὼν Joſepho *Antiquit. XIII. 23.* unde eidem *Antiquit. XII. 5.* Ἐσσεβωνῖτις, & Ἐσσεβὼν *Judith. 5. 13.* Χασφὼν, Χασκὼρ &c. *1. Macc. 5. 26. 36.* Interpretatur Eſebon cogitatio & ideo Jeremias alludens ad nomen contra Eſebon ait (*c. 45.*) cogitaverunt mala, ſcribit Hieron. ad *c. 15.* Jeſaiae. Idem in Comment. ad Eccleſ. *Vocem appellativam* Eſebon *omnes voce conſona* λογισμὰς *tranſtulerunt.* Heſychius Ἐσεβὼν διαλογισμὸς ἢ ποταμὸς (forte l. πόλις) Μωαβιτικῆς. Χωρία ἄκαρπα. p.
Urbs fuit Sichonis Regis Amoritarum *Num. 32. 37.* Moabitis videtur 720.
adſcribi *Jerem. 48. 2.* & Joſephus qnoque dicit, eſſe urbem Moabiticam. Videlicet poſtquam X. tribus abductae ſunt in Aſſyriam, videntur Moabitae illas urbes, quae ante ab Amorrhaeis iis ereptae ſunt, deinde ab Iſraëlitis poſſeſſae, occupaſſe denuo, uti praeter Chesbon Medabam, Jaſa, Jazer, Dibon &c. A Cheſchbon usque ad Ramath Hammizpe ſe extendit regio Gad *Joſ. 13. 26.* Ipſa Cheſchbon data fuit tribui Ruben, *Joſ. 13. 17.* legitur tamen Cheſchbon urbs data Levitis e tribu Gad. *Joſ. 21. 37.* & *2. Chron. 6. 80.* Vide ſupra *pag. 582.* Plinius *lib. V. cap. 11.* meminit Arabum Esbonitarum: non dubito, quin ab hac urbe dicti ſint. Πόλις Ἐσβέντων in Concilio Chalcedonenſi appellatur: uti Ἀμαθέντων, Ἱεριχέντων &c. Sita fuit in montibus, qui contra Hiericho erant 20. a Jordane millibus diſtans. Euſebius in Onom.

* CHESCHMON.

חֶשְׁמוֹן, Urbs Judae in regione auſtrali. *Jud. 15. 27.*

CHETZRON.

חצרון, Urbs in limitibus tribus Judae *Joſ. 15. 3.* Vide, quae ſupra ſcripſimus *pag. 710.*

* CHILEN.

חִילֵן, Urbs Judae *1. Chron. 6. 58.*

CHILZON.

חלזון, Nomen urbis ad litus maris magni, a qua usque ad Scalam Tyriorum eſt piſcatio purpurae. Gem. Schabbath. 26. 1. Probabile eſt, eandem eſſe urbem, quae Πορφυρέων a purpura dicta eſt ad radices Carmeli.

CHO-

CHOBA.

p. 721. Χωβά. Et Χωβαὶ *Judith. 15. 3. 4.* ubi usque ad Χωβὰ caesi leguntur Assyrii a Judaeis. Judaei mittunt ad Jericho, Choba &c. *Judith. 4. 4.* Interpres Latinus habet Mecholam. Estne illud *Coabis*, quod in tabula Peutingeriana legitur prope Jerichuntem?

* CHODSCHI.

חָדְשִׁי, Venerunt in Gilead & campestria Chodschi *2. Sam. 24. 6.*

CHOLON.

חֹלֹן, Urbs in montanis Judae. *Jos. 15. 51.*

* CHOREM.

חָרֵם, Urbs tribus Nephthali. *Jos. 19. 38.* Judaei orientales in suis codicibus habent חרום Charum.

CHORMA.

חָרְמָה, Nomen urbis in tribu Simeon. *Jos. 15. 30.* Est & nomen loci, quo usque Amalekitae Israëlitas persecuti sunt: aut forte est idem locus. Legitur & nomen hujus loci, quum regem Arad habitantem in plaga meridiali devicit populus Israëliticus, *Num. 21. 3.* Videtur illa victoria contigisse, quum, duce Josua & trajecto Jordane, triumpharunt de rege Arad *Jos. 12. 14.* illic per πρόληψιν narrata. Cur enim ex terra exiissent, in qua jam triumphabant?

CHORON.

Unde Saneballet Choronita. Bartoloccius *tom. II. pag. 376. Bibliothecae Rabbinicae* putat, in vicinia montis Garizin fuisse.

CHORAZIN.

p. 722. Χοραζὶν & Χωραζὶν dicitur. Urbs videtur non longe abfuisse a Bethsaida, *Matth. 11. 21. Luc. 10. 13.* Oppidum fuit Galilaeae in secundo lapide a Capernaum. Ita Hieronymus. Sed in Eusebio legitur ιβ, 12. quod mendum esse videtur, si attendamus ad longitudinem maris, ad quod situm fuit, teste Hieronymo. Mare enim Genesareth vix ultra 12. miliaria protenditur, ut quidam; ut alii, 17. Et tunc a Taricheis aut Tiberiade fuisset descripta distantia. Hieronymus autem in Jesaiam *pag. 83.* scribit, *in litore maris Genesareth sita fuisse Capharnaum, Tiberiada, Bethsaida, & Chorozain.* Henr. Ernstius observationum variarum, ann. 1636. Amstelodami editarum *lib. II. c. 6.* existimat, hoc esse nomen regionis Χώρα Ζὶν, ita dictae adjecto Χώρα, ut a solitudine Sin distinguatur, quando & apud Origenem in Exodum & in Philocalia divisae leguntur hae voces. Sed videtur pro nomine urbis potius habendum, quia

quia *Matth. 11. 10.* dicitur, tunc coepit Jesus increpare urbes τὰς πόλεις, & mox sequitur, Vae tibi Χοραζὶν, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone patrata haec fuissent &c. Liquet, opinor, urbium nomina haec esse, quum & Tyro & Sidoni urbibus opponantur Chorasin & Bethsaida. Praeterea ex N. T. anno 1707. Oxonii edito liquet, in nullo codice MSto legi divisas voces Χώρα ζὶν, sed potius Χοραζαὶν, Χοραζεὶμ, Χοραζεὶν forma numeri pluralis dualisve, quod nos ducit ad חרשין, *saltus, sylvas*, vel ad כרזין, qui locus in *Menachoth fol. 85. 1.* a tritico commendatur חיטי כרזים. Nota, כורזין scribi in Evangelio illo Hebraeo Matthaei, quod a Tilio Parisiis anno 1555. editum est, pro eo, quod Χοραζὶν in Matthaeo Graeco legitur. Sed, quia non puto, illud Evangelium Hebraeum a Matthaeo Iscriptum esse, casui potius assigno, quam consilio, aut peritiae scripttoris, quod Χωραζὶν reddiderit per כורזין. At nil vetat, credere, כרזזין esse veram scriptionem nominis Χωραζὶν. Auctor Lexici Aruch ad vocem כרזים laudat verba Gemarae mox citata, ubi junguntur חיטי כרזים וכבר אחים & dicit, מקומות הן esse nomina locorum.

CHOSA.

חֹסָה, Urbs in confiniis Ascher. *Jos. 19. 29.*

CHUCCOC.

p. 723. חֻקֹּק, Urbs tribus Nephthali. *Jos. 19. 34.*

* CHUMTA.

חֻמְטָה, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 54.* Ἐμμὰ vel Ἀμματὰ Graecis. Nomen hoc satis accedit ad Κιμὰθ, quam urbem Graeci recensent *1. Sam. 30. 29.*

KIBTZAIM.

קִבְצַיִם, Urbs tribus Ephraim. *Jos. 21. 22.*

KILLA.

Κιλλά. Josephus *Antiquit. VI. 14.* Est urbs, quae *1. Sam. 23. 2.* Kehila appellatur. Hinc Κιλλάνων χώρα, in quam Palaestini irruperunt *ibid.*

KIMATH.

Κιμάθ. Urbs in codicibus Graecis *1. Sam. 30. 29.* ubi pro nominibus urbium, quae in Hebraeo contextu recensentur, ea substituuntur, quae vide ad vocem *Atach.* Inter haec sunt quatuor, quorum nec vola, nec vestigium in codice Hebraeo cernitur, Γὲδ, Κιμὰθ, Σαφὲκ & Θημάθ.

KIMHAM.

כמוהם *Jerem. 41. 17.* prope Bethlehem, uti ibidem dicitur. Eusebius, Χαμωὰς (legisse videtur illud Vav, quod tamen, uti scribitur, in

in contextu Hebraeo legi nequit, utpote fulcro destitutum) κώμη πρὸς Βηθλεέμ.

* KINA.

קִינָה, Urbs in regione australi tribus Judae. *Jos. 15. 22.*

KINNERETH.

p. 724. כִּנֶּרֶת, Urbs in tribu Nephthali. *Jos. 19. 35.* & כנרות *Jos. 11. 2.* ad cujus austrum erat planities *Jos. 11. 2.* & *12. 3.* se extendens usque ad mare mortuum *Deut. 4. 49.* hoc est μέγα Πεδίον Josephi. Num sit Tiberias, vide supra, *pag. 161.*

KIRAMA.

Κιραμά. Urbis nomen, sed corruptum *III. Ezr. 5. 39.* Est urbs Harama הרמה, uti liquet ex *Nehem. 7. 30.*

* KIRJATH.

קִרְיַת, Urbs tribus Benjamin. *Jos. 18. 28.* Fuisse urbem sub metropoli Gaba, scribit Eusebius, quia proxime praecedit vox Gaba. De voce Kirjath haec habet Hieronymus ad *Jes. 29.* Πολίχνην *hoc est oppidulum sive viculum, in Hebraeo legunt Cariath, quod proprie villam significat & lingua Syra dicitur Cartha, unde & villa sylvarum Cariathjarim.* Et mox: *Pro civitate Cariath scribitur id est villa, quam nos, ut translationem Aquilae exprimamus ad verbum, civitatulam possumus dicere.*

KIRJATHAIM.

קִרְיָתַיִם, Urbs tribus Ruben. *Num. 32. 37. Jos. 13. 19.* postea a Moabitis occupata, nam inter urbes Moabiticas recensetur *Ezech. 25. 9.* ubi quidem כתיב est קריתמרים, sed legendum esse קריתומרים docet marginale קרי. Eusebius tradit, suo tempore Καριάδα appellatam, 10. mill. Medaba distantem contra occidentem prope τὸν Βάριν.

KIRJATHARBA.

קִרְיַת אַרְבַּע, Postea Chebron dicta, *Gen. 23. 2.* sita in montanis Judae *Jos. 20. 7.* scribitur & קרית הארבע *Neh. 11. 25.* Nota illud ה, p. 725. quod nominibus propriis hominum (est autem ארבע nomen hominis hoc loco, quicquid Judaei videantur id pro *quatuor* accipere, ut allegoriis suis & quatuor Patriarcharum sepulcris locum faciant) non solet praefigi. Sed dicendum est, non esse demonstrativum aut הידיעה, sed aliud, quod formaverit ipsum nomen viri, & aliquando abjectum fuerit mollioris pronuntiationis gratia: sic ut vir הארבע & ארבע dici potuerit.

KIRJATHARIM.

קִרְיַת עָרִים, *Ezr. 2. 25.* eadem, quae Kirjathjearim, uti liquet, si conferas *Nehem. 7. 29.*

KIR-

KIRJATHBAAL.

קִרְיַת בַּעַל, Eadem ac Kirjathjearim, uti liquet ex *Jos. 15. 60.*

KIRJATHJEARIM.

קִרְיַת יְעָרִים, Urbs in tribu Juda, *Jud. 18. 12.* alias Baala. *1. Chron. 13. 6.* & Kirjathbaal. *Jos. 18. 14.* Vicina Bethschemes. *1. Sam. 6. 21.* Erat euntibus ab Aelia Diospolin in nono miliario, teste Eusebio. Καριαθιάριος dicitur in Libris Apocryphis. Καριαθιαρεὶμ Josepho *Antiquit. VI. 2.* ubi vicinam esse Bathsames scribit. Apud eundem *Antiquit. V. 1.* incolae hujus urbis Καθιερεμῖται dicuntur. Transpositae sunt literae. Legendum Καριεθιερεμῖται.

Kirjathjearim erat in limite occidentali tribus Benjamin. Limes enim ejus borealis a Jordane deducitur, non ad mare ipsum, sed לפאת הים *ad oram maritimam*, tendens ad Kiriathjearim. Et inde a fine regionis Kiriathjearim tendit versus ortum & Jardenem, qui limes est australis. Ea verba, quae *Jos. 18. 15.* leguntur ויצא הגבול ימה *& tendit terminus versus mare*, quae multorum ingenio exercuerunt, puto, non ita esse accipienda, ac si versus mare limes hic excurrisset, sed quod describatur, unde initium limitis australis duci debeat, nempe ab extremitate Kiriathjearim, quae, quum aeque ab ortu, ac occasu, aut qualibet coeli plaga concipi posset, hic dicitur, illum exire a latere Kiriathjearim, quod est ימה versus mare sive occidentem. Alii dicunt, p. ימה esse *a mari.* Sed quidni מים dixisset scriptor sacer, imprimis 726. cum toties voce ימה pro *versus mare* utatur.

* KIRJATHSANNA.

קִרְיַת סַנָּה, Urbs Judae in regione montana alio nomine Debir & Kirjatsepher *Jos. 15. 49.* Confer, quae diximus in diss. misc. *part. 11.* Ni fallor, jam alii observarunt, *Sanna* esse idem, quod Arabicum سنّة, סנה, *constitutio, lex:* sic ut *Sepher* & *Sanna* voces sint affinis significationis.

KIRJATSEPHER.

קִרְיַת סֵפֶר, Eadem urbs ac praecedens *Jos. 15. 15.*

KISCHJON.

קִשְׁיוֹן, Urbs tribus Jissascar. *Jos. 19. 20.* & *21. 28.*

* KISLOTH TABOR.

כִּסְלוֹת תָּבוֹר, Urbs in finibus tribus Zabulon. *Jos. 19. 12.* ita, ut limes orientem versus hanc tangeret.

* KITLISCH.

כִּתְלִישׁ, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 40.*

* KI-

* KITRON.

קִטְרוֹן, Urbs tribus Zabulon. *Jud. 1. 30.*

COABIS.

Legitur hoc nomen inter Scythopolim & Jerichunta, in tabula veteri Peutingeriana, quam vide ſupra *pag. 421.*

COBE.

p. 727. In Gem. Sanhedrin *cap. 11.* memoratur *Vicus, cui nomen Cobe* כפר ששמו קובי, qui erat in confiniis terrae Iſraëlis & Philiſtaeorum. Additur ratio nominis : quum David fugeret & veniſſet ad hunc locum, dixerunt Philiſtaei unus ad alterum, קום ביה *ſurge, irrue, in ipſum.*

COCHABA.

Vicus fuit in regione trans Jordanem, cujus ſitum ita deſcribit Epiphanius *lib. 1.* adverſus haereſes *pag. 126.* Κωκάβην eſſe κώμην ἐπὶ τὰ μέρη τῆς Καρναΐμ, Ἀρνὲμ, ἢ Ἀσαρὼθ ἐν τῇ Βασανίτιδι χώρᾳ, vicum circa Carnaim Arnem & Aſtaroth in Baſanitide. Illud Ἀρνὲμ mendoſum eſſe, puto, & forſan legendum Καρναΐμ, τῆς ἢ Καρνὲμ Ἀσαρώθ. Eadem enim urbs modo קרנים modo קרנים עשתורת nuncupatur. Idem *lib. 1.* adverſus haereſes *pag. 142.* ſcribit, Κώχαβα ſita eſſe ἐν τῇ Βασανίτιδι γῇ ἐπέκεινα Ἀδραῶν in Baſanitide ultra Adraa. Quae Adraa non ſunt diverſa, mea ſententia, ab אדרעי *Edrei.* Libro autem eodem adverſus haereſes *pag. 291.* haec leguntur, habitavit ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἐν Κωχάβῃ *in Arabia in Cochabe.* Eſt eadem, cujus ante meminit, nam addit, *ubi Ebionaeorum &c. ſemina pullulaſſe ante diximus.* Alibi tamen Epiphanius videtur Cocaben pro regione potius, quam urbe vel vico habere, *lib. I. adverſ. haereſ. pag. 123.* ubi Nazaraeos habitare tradit ἐν τῇ Βασανίτιδι τῇ λεγομένῃ Κωκάβῃ, Χωχάβῃ δὲ Ἑβραϊστὶ λεγομένῃ, in Baſanitide, quae Cocabe dicitur, Hebraïce Chochabe. Scilicet a כוכב *ſtella* nomen habet: videturque, ut conciliemus haec diverſa Epiphanii teſtimonia, dicendum a vico Κώχαβα regionem Κωχάβην dictam fuiſſe, uti Euſebius in Onomaſtico ad vocem Gaulon vici meminit, cujus nomen regio tota circumjacens gerat, & ad vocem Addara vici Thamnae, κώμης, unde regio Thamnitica dicta ſit. Nota quoque Epiphanium eandem regionem, ſecundum illorum temporum conſuetudinem, Ἀραβίαν & Βασανῖτιν appellare, uti & Euſebius, omnem regionem trans Jordanem Ἀραβίαν appellat.

p. 728. Praeter Epiphanium meminit hujus vici Euſebius in Hiſtoria Eccleſiaſtica *lib. I. cap. 7.* Ἀπὸ τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ κωμῶν Ἰεδαικῶν, a Nazaris & Cochaba vicis Judaicis. Aut ego vehementer fallor, aut & hunc locum Κώχαβα ante oculos habuit Euſebius ita ſcribens in Onomaſtico, Χωβὰ ἥ ἐστιν ἐν ἀριστερᾷ Δαμάσκου. Ἔστι δὲ καὶ Χωβὰ κώμη ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσιν, ἐν ᾗ εἰσιν Ἑβραῖοι οἱ εἰς Χριστὸν πιστεύσαντες Ἐβιωναῖοι καλουμένοι. Hieronymus. *Choba ad laevam partem Damaſci. Eſt autem Chobaa villa in iiſdem regionibus habens accolas Hebraeos, qui credentes in Chriſtum omnia Legis praecepta cuſtodiunt & a principe haereſeos Ebionitae nuncupantur.* Quam parum interſit inter Κωχαβὰ & Χωβὰ & *Chobaa,* quiſque videt. Eundem autem locum eſſe, quem Epiphanius Κώχαβα, Euſebius Χωβὰ, vocat, liquet ex eo, quod ſedes Ebionitarum ab utroque ſtatuatur, & ſita in regione trans Jordanem verſus Damaſcum. Confirmat nos, illam Χωβὰ ad ſiniſtram Damaſci videri eſſe locum כוכב كوكب vicinam Damaſco, cujus meminit Geographus vulgo Nubienſis dictus : atque uti illud כוכב in Χωβὰ, ita hoc quoque, degenerare potuit, vel vice verſa ex חובה naſci Κώχαβα. Quicquid ſit, & ſive Euſebius ſive Epiphanius veram ſcriptionem exhibuerit, ego non dubito, eundem locum indicare voluiſſe & hunc & illum.

Quid ſi dicamus, hinc ortum eſſe Pſeudomeſſiam celebrem *Barcochab* (cujus hiſtoria ſatis copioſe traditur in Echa Rabbati *fol. 74. col. 4. fol. 75. col. 1. 2.*) & hinc nomen traxiſſe? Alias hinc fluxiſſe perniciosas verae religioni opiniones, ex Epiphanio liquet. *Barcochab* dictus eſſet, quaſi incola Κωχάβων. Fateor, ſolere dici in ſcriptis illorum temporum איש non בר, uti in Talmude איש סוכו איש בית לחם, *Vir e Soco, Vir e Bethlechem :* ſed quum in ſacris literis etiam legamus בני בית לחם בני ירחו filii Bethlechem, filii Jericho *Ezr. 11. 3.* qui alibi אנשי בית לחם viri e Bethlechem &c. nuncupantur, ſic ut בני & אנשי *συνώνυμα* ſint, non video, quidni aeque liceat בן בית לחם dicere ac איש בית לחם. Si enim, verbi gratia, centum viri ſunt בנים alicujus loci, an non unus eſt בן? Obeſt mihi auctoritas Aben-Ezrae refutantis Iſacidem in Commentario ad *Hoſ. 1. 1.* אין משפט לשון הקדש לאמר על שם פרט שהוא בן עיר רק אם היה על דרך כלל כמו בת ציון רק יתיחש אל העיר כמו שמרוני. *Non eſt mos linguae ſanctae, de uno homine ut dicat, eſſe eum filium urbis, ſed generatim dicitur filia Tzion, & gentile tantum urbi jungitur, uti Samaritanus.* Sed, quum vel hinc pateat, omnes Judaeos in eadem opinione cum ipſo non fuiſſe verſatos, liceat nobis quoque ab eo diſſentire. Non ſit mos linguae ſanctae, id eſt, non extet in Sacro Codice בן cum nomine urbis; extat certe בני, uti vidimus : & uſus multa invexit in linguam Judaeorum vocabula nova, & modos loquendi, praecipue poſt urbis excidium (de qua aetate agimus) ſic ut ex ſolo uſu codicis ſacri argumentari non liceat. Legimus certe בן עיר pro *incola urbis* in Schin Haſſchirim Rabba *fol. 15. col. 4.* ubi, quum in Usha urbe varii doctores eſſent congregati, dicitur de R. Juda שהיה בן עיר *filius urbis ejus,* quod idem eſt ac illud, quod mox dicitur, hanc urbem fuiſſe מקומו *locum ejus :* & propterea honori ejus id dederunt, ut ipſe primus diſſereret, *non quod* p. 729.

ille reliquos sapientia anteiret, שהיה בן עיר ולא שהיה גדול מהם בתורה. Nec id, quod de שמרוני ἐθνικῷ dicit, perpetuo observatur, quum & בני & אנשי & איש separatim poni soleant, sequente urbis nomine: quidni itaque & בן aut בר, maxime quum nomina בר & בן perlate pateant in ligna Judaeorum, uti notum est.

COLA.

Κῶλα. Locus, quo Ozias nuncios misit, caeso Holopherne *Judith. 15. 3.* Interpres Latinus legit Cholon. Vide *Culon.*

* COMOSOGANA.

Κωμωσώγανα. Vicus Galilaeae Josephus in vita *p. 1013.* videtur esse vox corrupta, de qua alibi.

CORASCHAN.

1. Sam. 30. 30. Vid. supra Atach *pag. 601.* ubi Graeci legerunt *Bersabe.* Vide & *Aschan*, nam כור *lacum* notare posset.

p. 730.

COSMUS.

Κόσμος. Inter urbes ad orientem Jordanis recensetur Ptolemaeo. Vide eum supra.

COREAE.

Κορέαι. Hic initium erat Judaeae ad septentrionem in mediterraneis. Ita testatur Josephus *Ant. XIV. 6.* scribens, Pompejum praeterita Pella & Scythopoli Coreas pervenisse, ubi Judaeae initium erat, quod ad mediterranea spectat. *Lib. V. de bell. cap. 4.* Κορέα memoratur, quae videtur esse eadem: ibi dicitur Vespasianus profectus Jamnia (Rufinus legit *Ammaunte*) Hierichuntem per Samaritin ac Neapolin & Coream, & postridie Jerichuntem appulisse. Vicinum huic loco πρὸς ταῖς Κορεαῖς erat castellum Alexandrium situm in vertice montis, teste Josepho *Antiquit. XIII. 24.* & *XVI. 2.* & *XIV. 6.* & *10.* in via inter Coreas & Jerichuntem, uti colligitur ex *Ant. XIV. 6.* firmatum ab Alexandro filio Aristobuli *Ant. XIV. 10.* dirutum a Gabino, *ibidem:* sed restauratum jussu Herodis *Ant. XIV. 27.* in quo Alexander & Aristobulus, strangulati in Sebaste, sepulti sunt *Ant. XVI. ult.*

* COZEBA.

כֹּזֵבָה, Urbs tribus Judae, *1. Chron. 4. 22.*

CROCODILON.

Fuit oppidum Crocodilon, est flumen. Plinius *lib. V. 19.* ita scribit. Straboni dicitur Κροκοδείλων πόλις, sita inter Ptolemaïda & turrim Stratonis.

Lib.

Lib. XVI. Videtur Plinius illiud Κροκοδείλων in casu recto accepisse. Quia autem Plinius dicit, esse flumen, posset quis conjicere, esse illud שיחור לבנה & eodem id cum Nilo nomine שיחור Schichor dictum ob crocodilos, qui in Nilo quidem praecipue, verum etiam alibi, reperiuntur. Ita in flumine Mauritaniae Darat Crocodili gignuntur. Plin. V. 1. Vide & Strabonem *lib XVII* de Mauritania, Τὰς δὲ ποταμὰς ἔχειν φασὶ καὶ κροκοδείλας καὶ ἄλλα γένη ζώων ἐμφερῆ τοῖς ἐν τῷ Νείλῳ. *Amnes ejus ferunt etiam crocodilos & alia animantia gignere similia illis Nili.* Fuit fons in Bithynia, qui crocodilos aleret. Strabo *lib. XII.* ἔχει ἡ χώρα μικρὰν ὑπὲρ τῆς θαλάττης κρήνην Ἀζαριτίαν, τρέφουσαν κροκοδείλας μικρούς. *Habet haec regio non longe a mari fontem Azaritiam, alentem parvos Crocodilos.* Nuper & in Thuringia crocodilus in lapide fossili, metalli formam adeptus, repertus est. Sed ego verum crocodilum illum fuisse, haud mihi persuadeo, at lusum naturae res sub terra rebus supra terram existentibus similes producentis, uti pisces, arbores &c. Plinius etiam *l. 5. 9.* de lacu Mauritaniae notat, illic coracinos, siluros, & crocodilos reperiri. In India nunc sunt Crocodili, & olim fuere. Plin. VI. 20.

p. 731.

CROMMYON.

Κρομμύων, πόλις πλησίον Ἀσκάλωνος. Φιλήμων ἐν ἐφήβῳ. *Crommyon urbs prope Ascalona. Philemon in Ephebo miminit.* Stephanus in Ethnicis. Regio Ascalonitica feracissima erat κρομμύων. Vide supra, quae de cepis Ascaloniticis (nobis *chalotten*) notavimus ad vocem *Ascalon.*

CULON.

Κελόν. Alii codices exhibent Κελόμ. Hieronymus legit Caulon, uti in MS. Bibliothecae nostrae Trajectinae extat. Urbs in tribu Juda, quae in codicibus Graecis legitur *Jos. 15. 60.* non in Hebraeis. Nescio equidem, an huc faciat locus in tribu Judae Κετιλᾶ dictus, qui ad ripam occidentalem lacus Asphaltitis erat. In vita Theodosii (qui seculo sexto vixit) legitur: *Quum autem solitudinis multam terram pervasisset usque ad locum, qui dicitur Cutila & ripas lacus asphaltitis.* Vide acta Sanctorum *Tom. II. pag. 303.* Solitudo Cutilae memoratur & *Tom. V. pag. 134.* profectus est in locum, qui Cotulas dicitur. Johannes Moschus Κοτυλᾶν vocat. Vel an huc facit Κῶλα, aut Cholon. Vide *Cola.*

p. 732.

CYAMON.

Κυάμων. *Judith. 7. 3.* dicuntur castra Holophernis ab urbe Bethulua in longitudinem fuisse porrecta ἕως Κυάμωνος ἥ ἐστιν ἀπέναντι Ἐσδραηλῶν, usque ad Cyamonem, quae est ante Esdraëla. Quid si ut idem locus, qui Καμμωνὰ vicus in campo magno 6. miliaribus a Legione versus septentrionem, cujus Eusebius meminit in Onomastico.

CYDIDA.

CYDIDA.

Κύδιδα. Ex hac urbe colonos in regnum ſuum traduxit Rex Tiglath Phulezer. *Joſ. Ant. IX. 11.* recenſetur ibi inter Galilaeam & Aſoram. Videtur Κύδιδα & Ἄσωρα eſſe eadem loca, quae *2. Reg. 15. 29.* ubi haec hiſtoria traditur, appellatur Kedes & Chatzor קדש & חצור.

CYDIS.

Κύδις τῆς Νεφθαλείμ. *Tob. 1. 2.* Urbs in tribu Nephtali, eadem, quae Cades. Vulgo Κυρίως legitur pro Κύδιος, Κύδιος a Κύδις, uti Ἀφύτιος ab Ἀφυτίς apud Thucydidem *lib. I. pag. 41.* &c. Vide, quae dicuntur ad vocem Thisbe.

CYDOESSA, CYDOSSUS.

Κύδοισσα. Vicus Tyriorum mediterraneus in confinis Galilaeae, Galilaeis ſemper exoſus. Joſephus *de bell. IV. 4.* Tyriorum regio longiſſime ſe extendit auſtrum verſus. Ipſe Carmelus Tyriorum mons Joſepho dicitur, *lib. III. de bell. 2.* Κυδόσσος urbs eſt juxta Paneada, diſtans Tyro miliaribus viginti. Euſebius in Onom. ad vocem Κεδές. Ubi lege κ' pro η'. Ceteroquin vicina Paneadi eſſe non poſſet. Vide ſupra vocem Kedeſch.

DABARITTA.

p. 733. Δαβαρίττων κώμη. *Joſeph. de bell. II. 26.* unde Δαβαριττηνοὶ in vita *pag. 1008.* videtur eſſe idem ac Δαραβίττα, vicus in confiniis Galilaeae & Samariae. Vide hanc vocem.

* DABBASCHET.

דַּבֶּשֶׁת, Urbs in finibus Zabulon. *Joſ. 19. 11.*

DABIRA.

Δαβειρά. Vicus Judaeorum in monte Tabor, regionis ad Diocaeſaream pertinentis. Hieronymus. Legitur etiam Δαβειρὼν ante Kiſchjon inter urbes tribus Jiſſaſcar in verſione Graeca *Joſ. 19. 20.* In codicibus Hebraeis non invenitur. Crediderim, hanc eſſe, de qua in Suida legitur, Δόβειρα ἔνομα πόλεως.

* DALMANUTHA.

Δαλμανεθὰ ad mare Galilaeae. *Marc. 8. 10.* Vide Ligtfootum decade chorographica Marco praemiſſa *cap. V. §. 11.*

DAMIN.

דמין, nomen recentius urbis Zabuloniticae ante אדמי *Adami* dictae *Joſ.*

Joſ. 19. 33. Ita ſcribunt doctores Hebraeorum in Gemara Hieroſolymitana Megilla *fol. 7. columna 1.* Vide ſupra ad vocem *Cheleph.*

* DAMMIM.

דַּמִּים, In tribu Juda inter Socho & Azeca *1. Sam. 17. 1.* quidam putant, integrum nomen eſſe אפס דמים quod & פס דמים.

* DAMNABA.

Vicus 8. miliaribus ab Areopoli & alter eodem nomine 7. miliaribus a Chesbon ſuper montem Phogor. Euſebius ad vocem Δαμναβά. p. 734.

DAN.

דָּן, Nomen urbis ſitae in finibus borealibus terrae Iſraëliticae olim Leſem dictae *Joſ. 19. 47.* Deus monſtravit Moſi totam regionem Gilead uſque ad Dan *Deut. 34.* A Dan uſque ad Berſabe, id eſt uno extremo terrae ad aliud *1. Sam. 30. 30.* דן דקיסריון *Dan Caeſareae* ab urbe vicina dicitur in Targum Hieroſol. *Gen. 14. 14.* Erat enim vicina Caeſareae, quae & Paneas. Sita erat urbs in agro bono & fertili non longe a Libano & fontibus Jordanis Joſeph. *Ant. V. 2.* ad fontes parvi Jordanis *Ant. VIII. 3.* direpta a rege Damaſci *Ant. VIII. 6.*

* DANNA.

דַּנָּה, Urbs in montanis tribus Judae. *Joſ. 15. 49.*

DARABITTA.

Δαράβιττα. Vicus eſt in extremis Galilaeae finibus ſitus in Campo magno. Hunc tranſiit Jonathas iter faciens Tiberiade Hieroſolymas. Joſephus in vita *pag. 1023.* adeoque oportet in confiniis Samariae & Galilaeae fuiſſe. Videtur idem eſſe ac Δαβαρίττα.

DATHEMA.

Δαθεμά. Eſt nomen arcis, quo Judaei Galaaditae confugiebant. Joſephus *Ant. XII. 11.* Ita etiam appellatur. *1. Macc. 5. 9.*

DEBIR.

דְּבִיר, Quae & דבירה Debira *Joſ. 10. 39.* & דבר *Joſ. 21. 14.* Urbs in tribu Juda, olim dicta Kiriathſepher *Joſ. 15. 15.* & Kiriathſanna *ibid. commate 49.* Eſt & דבר Debir nomen loci in Peraea. A Machanaim ad Debir ſe extendit tribus Gad. *Joſ. 13. 26.* niſi forte hoc לדבר ſit idem ac *Lodebar.* p. 735.

DEPHELA.

Δήφηλα, πόλις παρὰ Ἰωσήπῳ. Suidas. Puto eſſe Σεφήλα regionem, non urbem, de qua vide ſupra *lib. I.*

DESSAU.

Δεσσαῦ. Vicus, ubi praelium commissum fuit inter Judaeos & Nicanorem. *2. Macc. 14. 16.*

DIBON.

דִּיבֹן, Urbs a tribu Gad inhabitata *Num. 32. 3. 34. Jos. 13. 9. 17.* dicitur a Mose data Rubenitis. Videntur urbes quaedam sitae in portione tribus Ruben postea a Gaditis fuisse inhabitatae, unde est, quod aliquando legamus, urbes quasdam datas Rubenitis, de quibus alio loco scriptum extat, illas inhabitatas fuisse a Gaditis. Haec caussa est, quamobrem in mappa nostra chorographica non secreverimus urbes Gaditarum & Rubenitarum; Atque ita Cheschbon ipsa, uti ante notavimus ad hanc vocem, data fuit Rubenitis, & tamen recensetur inter urbes, non tribus Ruben, sed Gad, quae Levitis datae sunt. Sic urbes tribui Judae datae postea Simeonitis assignantur. Sic Menassitae urbes possederunt in portione tribus Ascher. Videtur & in tribu Juda fuisse דִּיבֹן Dibon *Nehem. 11. 25.* Hieron. ad *Jos. 15.* notat, ob aquas tacite illic fluentes oppidum illud indifferenter Dibon & Dimon dici usque ad ipsius tempora, & Eusebius villam esse scribit praegrandem juxta Arnonam.

* DILAN.

דִּלָּן, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 38.*

* DIMNA.

דִּמְנָה, Urbs tribus Zabulon. *Jos. 21. 35.* Creditur eadem esse ac Nea vel Rimmono.

* DIMONA.

p. 736. דִּימוֹנָה, Urbs in parte australi tribus Judae. *Jos. 15. 22.*

DIOCAESAREA. Vide *Sepphoris.*

DIOCLETIANOPOLIS.

Urbs Palaestinae primae, cujus mentio fit in notitiis veteribus Ecclesiasticis, & in Conciliis. Scribitur illic Διοκλητιανόπολις uti Ἐλευθερόπολις, Ἑλενόπολις, Μαξιμιανόπολις, Σκυθόπολις, Φιλιππόπολις, Ἡλιόπολις. Memoratur Ἐλισσαῖος episcopus hujus urbis Epiphanio Haer. LXXIII. qui anno 359. interfuit conciliabulo Seleuciensi. Epictetus etiam episcopus anno 451. interfuit concilio Chalcedonensi. Vide *tom. IV.* concilior. *pag. 80.*

DIOSPO-

DIOSPOLIS.

Urbs, quae primo Lydda vocitata est. Vide *Lydda.*

DIUM.

Δῖον, *Dium* vel Δῖος nuncupatur urbs vicina Pellae in regione trans Jordanem sita. Plin. *lib. V. 17.* hanc inter Decapolitanas recenset. Arabiae fuit tributa, quum Imperatores Romani Palaestinas tres distinxerunt (vide supra *pag. 217.*) verum Pella ei vicina attributa fuit Palaestinae secundae (vide supra *pag. 215.*) sic ut inter Dium & Pellam fuerit limes Arabiam a Palaestina secunda dividens. Josephus Antiquitatum *libro XIV. 8.* hanc una cum Pella, Samaria & aliis a Pompejo incolis suis restitutam scribit. Forsitan & haec est, quae Δῖα ipsi nuncupatur *Antiquit. XIII. 23.* ubi illam captam narrat ab Alexandro Jannaeo. Stephanus his verbis ejus meminit, Δῖον .... πόλις κοιλῆς Συρίας, κτίσμα Ἀλεξάνδρε ἡ καὶ Πέλλα, ἧς τὸ ὕδωρ νοσερόν. *Dium urbs est Coelesyriae*, (ita & Ptolemaeus eam recenset inter urbes Coelesyriae, vide supra *pag. 459.*) *opus Alexandri, quae & Pella, cujus aqua morbos generat.* Mendum hic latet. Pella non erat eadem, quae Dium. Verum illud ἡ non agnoscunt codices manuscripti. Adeoque scripsit forsitan κτίσμα Ἀλεξάνδρε καὶ Πέλλα, *opus Alexandri & Pellae.* Nam & Stephanus ἀπὸ Πέλλα τοῦ κτίσαντος *a Pella conditore* dictam esse urbem Pellam notat ad vocem Πέλλα, & duos conditores uni urbi tribuit: vide eum ad voces Διόσπολις, Διονυσόπολις, Ἐρυᾶτις &c. Si noster Alexandrum pro conditore Pellae agnosceret, posset legi ὡς καὶ Πέλλα. Ad illustrationem verborum ultimorum Stephani, quae aquam Diensem respiciunt, facit vetus epigramma, quod Raphaël Volaterranus inseruit *commentariis urbanis lib. XI.* p. 737.

Νάμα τὸ Διηνὸν γλυκερὸν πότον, ἂν τὸ δὲ πίῃς
Παύσῃ μὲν δίψης, εὐθὺ δὲ καὶ βιοτῆς.

Dulcis est aqua Diensis, quam si biberis,
Sitim quidem extinguet, verum & vitam.

DOBRATH.

דָּבְרַת, Urbs in finibus tribus Zabulon *Jos. 19. 12.* pertinens tamen ad Jissascar. *Jos. 21. 28. 1. Chron. 6. 57.* Videtur esse Δάβειρα vicus in monte Tabor in regione Diocaesareae, cujus meminit Eusebius in Onomast. ad vocem Δάβειρα. Memoratu dignum est, ad hunc usque diem vetus nomen illi vico adhaerere, nec dubitare possumus, quin idem locus sit, quoniam mons Tabor, cui adjacet, notissimus est & multis indiciis ab omnibus montibus circumjacentibus distinctus. Videlicet ad radicem montis Tabor est vicus, qui Dabora dicitur, unde vulgo creditur nomen judicis Deborae, quae populum Israëliticum rexit & liberavit, derivatum esse, quemadmodum observat vir eruditissimus, & cujus indu-

induſtriae multum debemus, quod ad hodiernam Palaeſtinae faciem attinet, Henricus Maundrellus in Itinerario. Erat autem mons Tabor in confiniis tribuum Zabulon & Jiſſaſcar, uti liquet ex Sacro Codice: ſic ut vix videatur dubitandi locus, hunc eſſe locum eundem atque Δάβειρα. Poſſet alicui videri, hanc eſſe Δαβαρίττα Joſephi: ſed obſtat, quod
p. 738. Dabaritta erant ſita in confiniis Galilaeae & Samariae adeoque in confiniis tribus Jiſſaſcar & dimidiae Manaſſis, non autem tribus Jiſſaſcar & Zabulon: quoniam Samaritis regio fuit tribuum Ephraim & dimidiae Manaſſis. Nec reſponderi poteſt, tempore Joſephi Samaritin ſe extendiſſe latius & partem tribus Jiſſaſcar abſorpſiſſe, quia ipſe a Scythopoli initium Galilaeae ducit.

DOMAE.

Δώμαι. Vicus in Galilaea prope Tiberiada in loco montano ſitus. Joſephus in vita *pag. 1023.* eſtne כפר רמאי.

DOR. DORA.

דור, Urbs Menaſſchitarum, ſed extra regionem tribui eorum aſſignatam *Joſ. 17. 11.* Δὼρ Aſcheritis tribuitur in Graeco *Judic. 1. 38.* non in Hebraeo. Naphot Dora vertit Symmachus παραλία Δῶρα *Joſ. 7. 2.* Δῶρα vocatur & urbs ſita ἐπὶ τῆς θαλάσσης *1. Macc. 15. 11.* Δῶρα Polybio. Vide infra vocem *Dura.* Plinio *Dorum: Thora* in tabula veteri Peutingeriana, Δωρητῶν πόλις in epiſtola IX. Martini Papae, *Dor* Hieronymo in epitaphio Paulae; *Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentiſſimae* &c. & in Onomaſtico. *Dor eſt oppidum jam deſertum in nono miliario Caeſareae, pergentibus Ptolemaïdem.*

Urbs fuit maritima, terminus dimidiae tribus Manaſſis ad occaſum. Ita Joſephus *Ant. V. 1.* & *VIII. 2.* Illic Δῶρα ſcribitur, ſed *Ant. XIII. 12.* ἡ Δῶρα. Terminus erat regionis Dan ad boream. Ita idem *Antiq. V. 1.* niſi forſan Γάδαρα illic legi debeat pro Δῶρα, ut illa mox permutari videbimus. Reſtaurata a Gabinio *Ant. XIV. 10.* Πολίχνιον vocatur, nec ſatis apto portu inſtructum *Ant. XV. 13.* Illic fuit unum e 5. Synedriis terrae Iſraëliticae, ſi recte legit Rufinus *de bell. I. 6.* noſtri enim codices Graeci Γαδάροις pro Δώροις habent. *Lib. II. c.* Apionem Dora ſcribit eſſe urbem Phoenices ad Carmelum montem, & quatuor dierum itinere remotam ab Idumaea.

p. 739. Legitur hoc nomen ſemel in Joſopho, ſed, uti puto, male pro Ἄδωρα. Locus eſt *Antiquit. XIII. 11.* ubi Tryphon volens per Idumaeam adſcendere Hieroſolymas perveniſſe dicitur εἰς Δῶρα πόλιν τῆς Ἰδουμαίας. Quid ais, Joſephe? Dora urbem Idumaeae? Ipſe *Lib. II.* contra Apionem ſcribis, Δῶρα Ἰδουμαίας ἐστὶν ἀδεμία πόλις, *nulla urbs Idumaeae Dora nuncupatur.* Quid? quod ipſe Apionem caſtiges, qui dixerat, Dora eſſe urbem Idumaeae, & notes, eſſe Dora urbem Phoenices ad montem Carmelum?

melum? Dicamus itaque, quod res eſt. Non ita ſcripſiſti, Joſephe, nec propterea imperitiae in re Geographica poſtulandus es, uti factum a Bocharto Geogr. *pag. 1110.* Culpa eſt librariorum. Ἄδωρα legendum eſt pro Δῶρα. Id liquet ex *1. Macc. 13. 20.* ubi eadem haec urbs, quae in corruptis Joſephi codicibus Δῶρα legitur, Ἄδωρα appellatur. Quamvis ſimili corruptela illic Δῶρα in codd. quibuſdam legitur. Liquet & ex ipſo Joſepho, qui nulla Dora in Idumaea novit, ſed Ἄδωρα in Idumaea collocat, ut *Ant. XIII. 17.* τῆς Ἰδουμαίας πόλεις Ἄδωρα καὶ Μαρίσσαν. At vide ſimilem corruptelam in aliis Joſephi locis. Δωρεὸν καὶ Μαρίσσαν legitur *de bell. I. 2.* Atqui & hoc Δωρεὸν mutandum eſt in Ἄδωρα. *De bell. I. 6.* extat Μαρισά τε καὶ Δωρεός. Ubi Rufinus legit *Dora,* ſed & hic lege Ἄδωρα.

Verum in primis illuſtris eſt hujus urbis deſcriptio, quae extat in Stephani Ἐθνικοῖς. Nota autem, haec non eſſe ex epitome Stephani (quam vulgo Stephani Ἐθνικὰ dicimus) ſed ex fragmento magni operis Stephani ipſius, quod Amſtelodami primum edidit S. Tennulius anno 1669. quodque a voce Δύμη incipit, & uſque ad initium elementi E protenditur. Unde intelligimus, quantum in Stephano amiſerimus. Δῶρος, πόλις Φοινίκης. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Μετὰ δὲ ἡ πάλαι Δῶρος, νῦν δὲ Δῶρα καλεῖται. Καὶ ἔτως Ἰώσηπος αὐτὴν καλεῖ, ἐν ἑ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἱςορίας. Ἀπὸ μὲν Ἰοῤδάνε μέχρι Δώρων πόλεως. Καὶ πάλιν· Ἀζώτῳ καὶ Δώροις ὁριζόμενοι. Καὶ ἐν δ' εἶναί τι γύναιον ἐν πόλει Δώρῳ. Καὶ πάλιν, ὅτε ἤνεγκεν εἰς τὸν Δῶρον. (f. τὴν Δώρων) Καὶ Κλαύδιος Ἴλλας ἐν γ' Φοινικικῶν. Μετὰ Καισάρειαν Δῶρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη Φοινίκων αὐτὴν οἰκέντων, οἱ διὸ τὸ ὑπόπετρον τῶν τε αἰγιαλῶν καὶ τὸ πορφύρας γόνιμον συνελθόντες, καλιὰς αὐτοῖς ᾠκοδομήσαν- p.
το, καὶ περιβαλλόμενοι χάρακας, ὡς ὑπήκεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐργασίας, τεμνόμε- 740.
νοι τῆς πέτρας διὰ τῶν ἐξαιρεμένων λίθων τὰ τείχη κατεβάλοντο, καὶ τὴν ἔνορμον χειλὴν, ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο, ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ (deeſſe putat τῇ πόλει Berkelius) πατρίῳ γλώσσῃ (דור, quod hujus urbis nomen eſt *Jud. 17. 11.* notat habitationem) Δῶρα καλέντες. Οἱ δ' Ἕλληνες ἄχρι τε τῆς φωνῆς ἐυπροφώρε, καλεῖν ἀρκέντα (l. ἀρκένται) Δώραν τὴν πόλιν. Καί τινες ἱςορεῦσι, Δῶρον τὸν Ποσειδῶνος οἰκιςὴν αὐτῆς γεγονέναι. Καὶ Ἀρτεμίδωρος Δῶρον τὴν πόλιν οἶδεν ἐν ἐπιτομῇ τῶν ιά. Συνεχῶς δ' ἐςὶ Στράτωνος πύργος· εἶτα ἔνι Δώρα ἐπὶ χερσονησειδὲς τόπε κείμενον πολισμάτιον, ἀρχομένε τε ὄρεος τε Καρμήλε. Καὶ ἐν θ' γεωγραφεμένων τὸ αὐτό. Ἀπολλόδωρος δὲ Δῶρον καλεῖ ἐν χρονικῶν δ' εἰς Δῶρον, ὅσαν ἐπιθαλάττιον πόλιν· καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ.

Δῶρός τ' ἀγχίαλός τ' Ἰόπη πρέχρσα θαλάττῃ.

Καὶ Χάραξ ιά. Τρύφων ἐν Δώρῳ τῆς κοιλῆς Συρίας πόλει πολιορκεμένος ὑπ' Ἀντιόχε ἔφυγε εἰς Πτολεμαΐδα τὴν Ἄκην λεγομένην. *Doros, urbs Phoenices. Hecataeus in Asia:* deinde antiquitus Dorus nunc Dora appellata. *Atque ita Joſephus eam appellat lib. V. Hiſt. Jud.* a Jordane uſque ad urbem Dora: *& iterum,* Azoto & Doris terminati: *& lib. IV.* eſſe in urbe Doro mulier-

 culam,

culam, *& rursus:* quando tulit in Dorum. *Et Claudius Julus lib. 3. Phoenicior.* post Caesaream sita sunt Dora, exiguum oppidulum ab Phoenicibus habitatum, qui propter saxosum inferne litus & purpura foecundum ibi convenerunt, gurgustia sive casas sibi struxerunt, & circumdederunt fossis. Ubi vero hoc bene successit, secuerunt petram & ex lapidibus inde petitis muros fecerunt, & portum navibus commodum posuerunt, patriaque lingua Dora appellarunt, quod & urbis nomen est. *Graeci autem id Doram, facilioris pronuntiationis gratia, nuncuparunt. Nonnulli narrant, Dorum Neptuni filium eam condidisse. Artemidorus quoque in Epitome* XI. libr. *urbem Doram agnoscit his verbis:* Contigua est Stratonis turris, dein sequitur Dora oppidum in loco peninsulae formam habente situm, ubi incipit mons Carmelus. *Et lib. IX. Geograph. idem scribit. Apollodorus vero Dorum appellat lib. V. Chronic.* ad Dorum urbem maritimam. *Et Alexander in Asia,*

p. 741. *Et Dorus & litoralis Jope, procurrens in mare.*

Et Charax lib. XI. *Trypho in urbe Coelesyriae Doro obsessus ab Antiocho profugit Ptolemaidem, quae Ace dicitur.* Plura addit Stephanus, sed agunt de formando nomine gentili, ἐθνικῷ, de quo nos non adeo laboramus.

Nummi extant hujus urbis inscripti ΔΩΡΑ ΙΕΡΑ ΡΟΕ, *Dora sacra, anno 175.* Aerae caput ab anno Romae conditae 691. ducitur. Conspicitur in illis triremis. Vide Vaillant Numism. Impp. & Caes. *pag. 350.* Norisius in epochis Syromacedonum *Dissert. IV.* ἔκτυπον dedit nummi Hadriani, in quo legitur ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑCΤΑ. ΑΤΤ. ΝΑΥΑΡ. ΠΡ. *Dora sacra, inviolabilis, suis legibus utens, Nauarchis, anno 180.* Vide & Vaillant. libr. mox laudatum *pag. 33. & 350.* Iidem nummum Doritarum commemorant inscriptum ΔΩΡ. ΙΕΡ. ΑCΤΑ, ΑΤΤΟ. ΝΑΥΑΡ. ΡΟΕ.

Urbs fuit episcopatu insignis, & Palaestinae primae attributa. Βωρώχιος Δώρων ἐπίσκοπος memoratur in actis concilii Constantinopolitani. Vide *tom. V. conciliorum generalium pag. 192.* Unde liquet, quoniam in eadem serie episcoporum Palaestinae paullo ante legitur,

Στέφανος Ὀράων,

in voce Ὀράων non latere urbem *Dora*, quod putavit Holstenius in notis ad Caroli a St. Paulo Geographiam sacram *pag. 350.* ita enim duo Dororum episcopi subscripsissent. Vide, quae nos conjecimus de vera scriptione vocis Ὀράων supra ad vocem *Arad.*

DOTHAN. DOTHAIN.

דֹתָן, Urbs non longe a Sichem & Samaria, in via, qua mercatores Ismaëlitae, ex Gileaditide Aegyptum proficiscentes, transibant. *Gen. 37. 17. Ibidem* דתין appellatur, unde Graecum Δοθαείμ. Abest a Samaria urbe 12. miliaria contra aquilonem, teste Eusebio.

Mentio

Mentio etiam fit hujus urbis in Libris Apocryphis. Δοθαείμ appellatur in libro Judith *cap. 7. commate 3.* ubi a Dothaim usque ad Belthem fuisse dicitur latitudo castrorum Holofernis obsidentis Betuluam. In p. 742. eodem *libro cap. 3. comm. 11.* appellatur Δωθαία & non longe a campo Esdrelon locatur: dicitur enim Holophernes venisse κατὰ πρόσωπον Ἐσδραήλων (לפני יזרעאל) πλησίον τῆς Δωθαίας & castra metatus inter Gaebam & Scythopolin. In quosdam codices irrepsit Ἰεδαίας pro Δωθαίας ob vocem Ἰεδαίας, quae mox sequitur: nam legendum esse Δωθαίαν, liquet ex *cap. 8. 3.* aliisque locis hujus libri. Dicitur sita esse *ante serram magnam Judaeae,* ἀπέναντι τοῦ πρίονος μεγάλου τῆς Ἰεδαίας, *Judith. 3. 11.* Locus suspectus. Num legendum πρόνος a πρεών quod verticem montis, ὄρους ἐξοχὴν, notat: vide sis Suidam ad vocem Πρῶνες. Ita usurpatur vox πρῶνες apud Oppianum cynegeticôn *lib. III. 315.*

— — Κιλικάς τε πάγους ἠ πρῶνας Ἀμανοῦ.

Cilices colles & vertices Amani.

Non puto: quis enim ille Judaeae, longe hinc sitae, mons esset ita dictus? Num forte legendum est πεδίου μεγάλου τῆς Ἰεδαίας, ut intelligatur campus ille praegrandis, quem Jordanes medium secat, quo facit, quod *cap. 4. comm. 5.* dicatur Betomesthem esse ἀπέναντι Ἐσδραήλων κατὰ πρόσωπον τοῦ πεδίου τοῦ πλησίον Δωθαίμ. At hoc non placet, quia id μέγα Πεδίον, quod Jordanes secat, videtur αὐλῶν ab eo appellari *c. 4. 5.* & librarii non solent nomina notiora in ignotiora mutare, uti πεδίον in πρόνος, sed contra pro iis, quae non intelligunt, alia vulgatiora substituere. Num forsitan locus ita dictus est, quod juxta se positis montibus dentes serrae repraesentaret: & per eum introitus pateret in Judaeam. Huc facit, quod *cap. 4. 5.* legitur, Pontificem maximum incolas Bethuliae & Bethomesthae sitae ante Esdraëla monuisse, ut adscensus montium vicinorum occuparent, ὅτι δι' αὐτῶν ἦν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν Ἰεδαίαν, *quia per illos aditus erat ad Judaeam?* Obstat tamen, quod minus apte dicatur τῆς Ἰεδαίας πρίων *serra Judaeae.* In Judaea enim non erat. Nec Judaeae serra dici potest, quod per eam aditus sit. Clavem Judaeae dicere possumus locum extra Judaeam situm, uti κλεὶς χώρας alicujus Graecis dicitur, per quam ad illam regionem εἴσοδος & ἔξοδος p. prohiberi potest. Non ita serram Judaeae dices. Sed in mentem ve- 743. nit, quod forte magis placebit. Liber hic Judithae aut codicis Hebraei versio est, aut certe ex scriptis Hebraïcis concinnatus. Id & stylus & alia suadent. Scriptum itaque fuerit in Hebraeo codice לפני המישור הגדול *ante planitiem magnam Judaeae,* (illud nimirum μέγα Πεδίον, quod a Jordane perluitur, quod ערבה in Sacro Codice dicitur, pro quo מישרא habet Targum) & vel exciderit Jod (nulla litera ob exilitatem suam citius excidere potuit) vel lectum non sit a scriptore Graeco,

co, sic ut remanserit המשור. Id notat serram. Vid. *Jes. 10. 15.* ubi id per πρίων Graeci reddiderunt.

Quod si nec haec satisfaciant lectori, nec enim mihi ipsi plane satis faciunt, credamus, nomen esse huic loco datum, ob causas nobis incognitas, observemusque, etiam aliis locis hoc nomen datum esse. Extat apud Plinum Histor. *lib. V. 31.* mons *Prion* dictus, & apud Marcianum, citatum Stephano in Ἐθνικοῖς ad vocem Χαδραμωτῖται, fluvius Πρίων. Et apud Ptolemaeum in Arabia Πριόνος ποταμοῦ ἐκβολαί. Antoninus Liberalis in Metamorph. *pag. 126.* αὐτὰς Ἑρμῆς ἔκρυψεν ἐν τῷ Πριῶνι παρὰ τὸ Κορυφάσιον. Polybius quoque *lib. VII.* historiarum meminit loci Πρίωνος dicti, qui arcem & urbem Sardium jungebat. Συνθεωρήσας δὲ τὸ κατὰ τὸν καλούμενον Πρίωνα τεῖχος ἀφυλακτούμενον, ἔτος δ' ἔςι τόπος, ὁ συνάπτων τὴν ἄκραν καὶ τὴν πόλιν. *Cognito, partem illam muri, quae est ad Prionem (sive Serram) incustoditam manere; est autem hic locus, qui conjungit arcem & urbem &c.*

DRUSIAS.

Δρουσιάς. Urbs Judaeae, cujus meminit Ptolemaeus, inter Antipatrida & Sebasten. Cellarius suspicatur, ab Herode fuisse conditam, qui Augusti familiam, in qua Drusi erant, colebat, quemadmodum etiam turrim maximam, quam in portu Caesareensi condiderat, Δροῦσον, uti Josephus *Antiquit. XV. cap. 13.* tradit, appellavit.

DUMA.

p. 744. Δουμά. Vicus grandis in Daroma 17. miliaribus ab Eleutheropoli. Eusebius in Onom.

DURA.

Polybius *lib. V.* Historiarum *pag. 409.* hujus urbis meminit inter urbes Coelesyriae, quas Antiochus Rex Syriae Ptolemaeo regi Aegypti eripere conabatur. Tyrus & Ptolemaïs illi traditae fuerant a Theodoto & Panaetolo. Deinde aliae urbes leviter munitae ei se subjecerant: & postea narrat, nullius alterius urbis nominatim facta mentione, Antiochum urbem Dura obsedisse, his verbis, ex quibus liquet, eo tempore munitam admodum urbem fuisse. Ἀντίοχος δὲ συνεπιςάμενος πολιορκίαν περὶ τὴν καλουμένην πόλιν Δοῦρα, καὶ περαίνειν οὐδὲν δυνάμενος διὰ τὸ τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου καὶ τὰς περὶ τὸν Νικόλαον παραβοηθείας, συνάπτοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, συνεχώρησε ταῖς παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσβείαις ἀνοχάς τε ποιήσασθαι τετραμήνους καὶ περὶ τῶν ὅλων εἰς πάντα συγκαταβήσεσθαι τὰ φιλάνθρωπα. Ταῦτα δ' ἔπραττε, πλεῖςον μὲν ἀπέχων τῆς ἀληθείας· σπεύδων δὲ μὴ πολὺν χρόνον ἀποσπᾶσθαι τῶν οἰκείων τόπων, ἀλλ' ἐν τῇ Σελευκείᾳ ποιήσασθαι τὴν τῶν δυνάμεων παραχειμασίαν. *Antiochus autem urbem Dura premebat obsidione, cujus incepti quum exitum nullum videret, nam & locus erat natura munitus & obsessis opem ferebat subinde Nicolaus, appetente jam hyeme, missis a Ptolemaeo legatis innuit, ut induciae ad quatuor menses fierent & de summa re ad aequissimas conditiones descensurum se diceret. Hoc autem faciebat, non quod veram animi mentem proderet, sed quod diutius a regione sua abesse nollet & Seleuciam reducere copias constituisset ad hybernandum.* Et situs loci & alia persuadent, nobis haec Dura eadem esse ac urbem Δῶρα Josepho appellatam & *Dor* in sacris literis, ad litus maris magni inter Ptolemaïda & Caesaream. Est & alia urbs Δοῦρα Polybio dicta eodem cum hac ipsa nomine.

* EBRON.

p. 745. עֶבְרוֹן, Urbs tribus Ascher. *Jos. 19. 28.* quasi Trajectum dicas.

ECBATANA.

Oppidum non longe a Ptolemaide, in monte Carmelo. Plin. V. 19. *Promontorium Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine quondam Ecbatana dictum.* Bochartus putat, ex Basan natum. Vide ipsius Phaleg & Canaan *pag. 798.* Sed longius hinc aberat Basan.

ECDIPPA.. Vide. Aczib.

ECHELA.

Ἐχελά. Vicus 7. miliaribus ab Eleutheropoli. Eusebius. Bonfrerius in notis suspicatur, Eusebium agere de colle Hachila *1. Sam. 23.* Et videtur quidem agere de illo colle his verbis Ἐχελὰ ἔνθα ἐκρύπτετο Δαβίδ. Sed reliqua conveniunt Keilae, nam alibi ad vocem Κειλὰ קעילה iisdem verbis utitur scribens, esse vicum Κηλὰ 8. miliaribus (ita legit Hieron.) & sepulcrum Habaccuci illic monstrari.

ECREBEL.

Ἐκρεβήλ. *Judith. 7. 16.* dicuntur mississe ex vicinia Bethuluae versus notum & apelioten ἀπέναντι Ἐκρεβήλ, ἥ ἐςι πλησίον Χουσὶ, ἥ ἐςι ἐπὶ τοῦ χειμάρρου Μοχμούρ. Nomina suspecta. Latinus interpres pro Ecrebel dat *Betharabae*, pro Chusi Keziz. Hillerus reponit in Onomastico *pag. 799.* Ἐκρεβὲτ, putatque, esse regionem Acrabatenen.

ECRON.

עֶקְרוֹן, Una e quinque urbibus Philistaeorum, Judae attributa *1. Sam. 6. 17. Jos. 15. 45.* Terminus borealis Juda tendebat a Thimna ad latus boreale Ecronis, deinde ab Jabneel & mare. *Jos. 15. 11.* legitur Danitis attributa *Jos. 19. 43.* Eusebius itaque in voce Ἀκκαρῶν ait, eam esse φυλῆς Δὰν, sed Hieronymus addit, *ut ego arbitror in tribu Juda.* Collocat hanc inter Azotum & Jamniam, sed ortum versus. Hieronymus addit, *quidam putant, Accaron turrim Stratonis postea Caesaream nuncupatam.* Videtur inter quinque Philistaeorum urbes maxime ad septentrionem collocanda, quia *Jos. 13. 3.* scriptum est, a Schichor ante Aegyptum usque ad terminum Ecron versus Aquilonem, Cananaeis accen-

p. 746.

accenſetur, quinque ſatrapiae Philiſtaeorum, Gaza, Azdod, Aſcalon, Gath & Ecron. Adde, Ecron fuiſſe in limite boreali Judae *Joſ. 15. 11.* In ipſa autem Juda erant reliquae Asdod, Gaza *Joſ. 15. 47.* De Aſcalon non eſt dubium. De Gath liquet ex modo dictis *Joſ. 13. 3.* Ἀκάρων vocatur Joſepho & Ἀκκαρὼν *Antiquit. V. 2.* & *IX. 1.* qui eam ceſſiſſe Danitis ſcribit *Antiquit. V. 1.* ſitam in tribu Juda *Antiquit. V. 2.* unam ex urbibus 5. Palaeſtinorum, *Antiquit. VI. 1.*

* EDER.

עֶדֶר, Urbs tribus Judae in parte ejus auſtrali prope fines Edomaeorum *Joſ. 15. 21.*

EDOMIA.

Hieron. ad Obad. *cap. 1. Quod ergo Hebraice Edom, & Graece dicitur* Ἰδουμαία, *nunc viculus Palaeſtinae eſt, a conditore ſic impoſito nomine.* Meminit & Euſebius in Onomaſt. viculi Ἐδουμά, 12. mill. a Neapoli verſus orientem in Acrabattene. Sed is viculus diverſus omnino videtur a priori.

EDREI.

אדרעי, In regione dimidiae tribus Manaſſe trans Jordanem *Joſ. 13. 31.* Recenſetur & alia in tribu Nephtali *Joſ. 19. 36.* Vide vocem *Adraa* ſupra.

EGLON.

עֶגְלוֹן, Urbs in tribu Juda. *Joſ. 15. 39.* Facit eam Euſebius eandem atque Adollam, ſed Sacer Codex has urbes diſtinguit manifeſtiſſime. p. 747.

EIPAN.

Ἐιπάν. Urbs eſt in tribu Judae. Joſephus *Antiquit. VIII. 3.* Sine dubio haec eſt vox corrupta. Quum enim quindecim urbes Joſephus recenſeat eodem ordine, quo *2. Chron. XI. 6.* recenſentur, & in omnibus conveniat inter utrumque ſcriptorem, non eſt credibile, Joſephum hic a ſacro ſcriptore receſſiſſe, qui hoc loco habet גת Gath. Quomodo autem inde factum eſt ἐιπάν; Suſpicor, ex את גת, uti in ſacro codice legitur, factum ΕΤΓΑΔ & dein ΕΤΓΑΝ, denique ΕΙΠΑΝ. Nota Π olim ſcriptum Γ ita, ut magis conveniret cum Γ.

ELAIS.

Ἐλαΐς. Oppidum, cujus meminit Dionyſius in Periegeſi verſu 910. interponens eam inter Joppen, Gazam & Tyrum.

Οἱ τ' Ἰόπην καὶ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναιέσκον,
Qui Jopen & Gazam & Elaida incolunt.

Euſtathius in ſcholiis. Ἐλαΐς, πόλις Φοινίκης ἅτω λέγεται, διὰ τὸ ἐλαιοφόρον εἶναι. *Elais, urbs Phoenices, ita nuncupata ab eo, quod oleas proferat.*

Sine

Sine dubio eſt eadem ac Ἐλαΐα apud Stephanum in Ἐθνικοῖς, Ἐλαία . . . πόλις Φοινίκης μεταξὺ Τύρου καὶ Σιδῶνος ὡς Φίλων. *Elaia . . . urbs Phoenices inter Tyrum & Sidonem, ut Philo.* Confuderunt Ἐλαΐς & Ἐλαία, quum ea idem ſignificent videlicet oleas arbores. Suidas Ἐλαία ὁ καρπὸς, Ἐλαία δὲ τὸ δένδρον. *Elaa eſt fructus, Elaia arbor.* Et mox: Ἐλαΐδας, ἐλαίας δένδρα. *Elaidas, oleas arbores.* Meminit & hujus urbis Johannes Tzetzes in Chiliadibus hiſt. 452.

Ἀσσύριοι μὲν λέγονται οἱ Μεσοποταμῖται
Σύροι δὲ πάντες οἱ ἐντὸς Κασίου καὶ Λιβάνου,
Ὧν πόλεις Ἀντιόχεια, Γάζα, καὶ Ἐλαΐς τε
Μάραφις καὶ Ἀσκάλων τε Τρίπολις καὶ Ἴοπη.
Aſſyrii quidem dicuntur Meſopotamitae
Syri autem omnes, qui ſunt inter Caſium & Libanum: p. 748.
Quorum urbes ſunt Antiochia, Gaza, & Elais,
Maraphis, & Aſcalon, Tripolis & Jope.

Haec Tzetzes petiit ex Dionyſii periegeſi, uti liquebit, ſi quis conferat utrumque: & Μάραφις videtur legi in Tzetze, pro Μάραθος, quod eſt in Dionyſio. Marathos eſt urbs Phoenices, & altera eſt in Acarnania hoc nomine, uti Euſtathius docet in comm. ad Dionyſium, & Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Quare non crediderim, illud Ἀκαρνανίας in Stephano eſſe mutandum. Commemorat quoque Arabs Ibn Idris urbem ab olivis nomen habentem, & ad mare ſitam, quae 12. miliaribus aberat a Ptolemaide, his verbis ومن عكة الي حصن الزيت اثنا عشر ميلا وهو حصن حسن علي صفة البحر. *Ab Acco (Ptolemaide) usque ad arcem Zait, id eſt, olei 12. ſunt miliaria. Eſt autem haec arx valida & maritima:* ſed non videtur eadem ac Elais. Plura erant in iſta regione loca olei feracia, uti ſupra notavimus *lib. 1.*

ELAS.

Ἐλάς. Urbs Palaeſtinae tertiae. Vide notitias veteres. Puto, eſſe Ἀιλὰν ad ſinum Arabicum. Vide ſupra *Aila.*

ELCESI.

Patria Nachum Prophetae. Heſychius Presbyter de vitis Prophetarum editus ab Hoeſchelio ex codice Auguſtano, ἦν ἀπὸ Ἐλκεσεὶν πέραν τοῦ τηνβαρεὶν ἐκ φυλῆς Συμεών. Ad marginem ex Theophylacto haec ſubſtituuntur Ἐλκασαὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου εἰς Βιγαβρί. Hieron. in prol. ad Prophetiam Nachumi. *Quum Elceſi usque hodie in Galilaea viculus ſit, parvus quidem & vix ruinis veterum aedificiorum indicans veſtigia, ſed tamen notus Judaeis & mihi quoque a circunducente monſtratus.*

ELEALE.

p. 749. עֲלֶעֵלֶה, Urbs condita a Rubenitis. *Num. 32. 37.* Esse villam grandem in primo miliario a Chesbone scribit Eusebius in Onom.

ELEASA.

Ἐλεασά. *1. Macc. 9. 5.* aliis Ἀδασά. Confer *1. Macc. 7. 40.*

ELEUTHEROPOLIS.

Nomen habet haec urbs, cujus, stante Templo primo & secundo, nulla fit mentio, quippe quae tum non extitit (*aevo superiore exstructam* dicit Ammianus Marcellinus *lib. XIV.*) a gente Chorraeorum, quae olim hic habitavit, uti scribit Hieronymus in commentar. ad Obad. *cap. 1. Unus ergo atque idem tribus nominibus appellatur Esau, Edom, Seir, possedit-que eam regionem, quae nunc Gebalena dicitur, & in finibus est* Ἐλευθεροπόλεως, *ubi ante habitaverant Horraei, qui interpretantur liberi, unde ipsa urbs postea sortita vocabulum est.* Sed id mihi non persuadet, quum vetus nomen illarum gentium, quae montana Seir incoluerunt, post tot saecula revocatum esse, non sit probabile, nec Romani, qui nominum Nicopolis, Neapolis, & aliorum auctores fuere, credi debeant, nomen illud barbarae gentis, & cujus vix ulla id temporis supererat memoria, nisi in monumentis literarum, iisque paucissimis, huic urbi indidisse. Adde quod Eleutheropolis in montanis Seir sita non fuerit; sed errori ansam dedit vox Idumaeae, quae in scriptorum quorundam (qualis Josephus) consuetudine perlate patet, ut dici possit regio Eleutheropolitana in Idumaea sita; quod tamen neutiquam ita debet intelligi, ac si montana Seir & Idumaea proprie dicta eo usque se extenderint usquam: sed quod magna portio Judaeae Idumaea nuncupata sit. Ab Eleutheropoli usque ad Petram & Ailam extendit ipse Hieronymus regionem Idumaeorum, quatenus circa Templi secundi excidium portio magna Ju-
p. 750. daeae ad austrum, Idumaeae adjecta, nomen Idumaeae adepta est. Ita scribit ad *Obad. 1. Omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli usque Petram & Ailam (haec est enim possessio Esau) in specubus habitatiunculas habet.* Praeterea nomen חרי vel חור quod ἐλεύθερον significat illam Hieronymi opinionem firmare videtur: sed uti Νικόπολις & aliae a victoria Romanorum, aut Caesaribus, aut aliunde nomen habent, ita probabile est, a libertate nomen urbi datum esse Eleutheropolis.

Videtur tamen Hieronymus a praeceptore suo Judaeo id hausisse: nam & in scriptis veterum Hebraeorum nomen Eleutheropolis, quasi dimanatum a Chorraeis, legitur. Auctor libri Aruch ejus meminit, citato loco ex Bereschith Rabba. Haec verba ibi leguntur אליותרופוליס ברשית רבא (פר' טב) ואת החורי אליותרופוליס ולמה קורא אותה אליותרופוליס שבררו אותה ויצאו להן לחירות ברור הפלגה : פיר' ברשון יון אליות"רו חירות פוליס עיר *Eleutheropolis. In Bereschit Rabba* (*sectione*

(*sectione XLII.*) *legitur*, Et Choreum: *ea est Eleutheropolis. At quare appellatur Eleutheropolis? quia eam elegerunt & in eam ingressi sunt in libertatem tempore divisionis* (*aetate Pelegi*) *videlicet Graece* ἐλεύθερο *libertatem*, πόλις *urbem notat.* Notandum omnino est, in Bereschith Rabba nomen Eleutheropolis hodie non legi, sed מטרופולין *metropolin.* Ignotum fuit Judaeis recentioribus nomen urbis Eleutheropolis, & notius alterum substituerunt: unde, quod & alias monui, liquet, quanto in pretio Aruch R. Nathanis esse debeat, in quo plerumque melius, quam in ipso Talmude, vocabula exotica scripta leguntur. Ibidem extat יצאת להם לחירות & למה קורא אותה חורי, quae abeunt ab iis, quae R. Nathan exhibet.

Urbs haec fuit episcopalis Palaestinae primae. Id liquet ex notitiis veteribus supra exhibitis. Episcopos ejus in actis conciliorum hos invenio commemoratos,

MACRINUM. Hic subscripsit concilio Niceno. Vide *tomum II.* conciliorum generalium *pag. 51.*

EUTYCHIUM. Interfuit concilio Antiocheno habito anno aerae Christianae 363. Vide *tomum II.* conciliorum *pag. 828.* & Socra- p. 751.
tis historiam ecclesiasticam *lib. III. c. 25.*

BEZENUM. Mentio ejus fit in actis concilii Diospolitani habiti anno 415. Vide *tomum II.* conciliorum *pag. 1532.* ubi Zebaenus dicitur, sed aliis Bezenus nuncupatur. Ita in chronico Theophanis ad annum 385. legitur Βεζένῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἐλευθεροπόλεως τῆς Παλαιστίνης.

GREGORIUM. In epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Hierosolymitani habiti anno 536. Vide *tom. V.* conciliorum *pag. 192.*

ANASTASIUM. In actis ejusdem concilii. *Tom. V.* conciliorum, *pag. 284.*

Dorotheus episcopus Tyri, qui Licinii & Constantini Imperatorum tempore martyrium passus esse dicitur in commentario de 70. discipulis unum ex iis scribit, fuisse episcopum Eleutheropolis (unde in Menaeis MStis eadem fere leguntur: vide acta Sanctorum Junii *tom. IV. pag. 67.*) N. Z. Ἰησοῦς ὁ λεγόμενος Ἰοῦστος, οὗ καὶ αὐτοῦ μέμνηται ὁ Ἀπόστολος ἐν ταῖς πράξεσιν τῶν Ἀποστόλων, ὃς καὶ ἐπίσκοπος γέγονεν ἐν Ἐλευθεροπόλει. *LVII. Jesus, appellatus justus, cujus meminit Apostolus in Actis Apostolorum, qui & Eleutheropoli episcopus fuit.* Quod si jam tum fuisset eo nomine nota Eleutheropolis & episcopatu insignis, fecisset certe uspiam hujus urbis mentionem Josephus. Idem Dorotheus de Simone uno ex 12. Apostolis scribit, illum Eleutheropoli Evangelium praedicasse. Σιμὼν δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας ἐν Ἐλευθεροπόλει, καὶ ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου κηρύξας τὸν

Χρισὸν θάπτεται ἐν τῇ Ὀςρακίνῃ πόλει τῆς Αἰγύπτε. *Simon, cognomine Judas Eleutheropoli & a Gaza ad Aegyptum usque praedicato Christo sepultus est Ostracine, urbe Aegypti.* Sed nulla est hujus libelli auctoritas, qui nomine Dorothei prodiit; sic ut his immorari non sit operae pretium.

Patria haec dicitur fuisse Epiphanii. Ἀπὸ Ἐλευθεροπόλεως ὡρμᾶτο legitur in synopsi Ancorati. Ἐλευθεροπολίτης etiam nuncupatur in epistola Acacii praemissa libris ejus de haeresibus. Nec tamen urbs ipsa natales ei praebuit, sed vicus, qui tria miliaria ab Eleutheropoli aberat, ubi pater ejus erat agricola. Vicum tradit Sozomenus *lib. VI. 32.* dictum fuisse Bezanducen. An forte hoc nomen a Bezeno episcopo Eleutheropolitano circa finem saeculi quarti traxit? Meminit & Epiphanius hujus urbis *lib. II.* adversus haereses *pag. 719.* ubi Melecium clericos illic instituisse scribit, & *lib. I. adv. haeres. pag. 291.* ubi ἐν τῇ ἐνορίᾳ, in confiniis regionis Hierosolymitanae & Eleutheropolitanae, tribus miliaribus a Chebrone, urbem Cabarbaricha sitam notat.

p. 752.

Petavius in Animadv. ad Epiphanium *pag. 77.* scribit, *Chebron Eleutheropolis vulgo esse creditur.* Sed non opinor, multum laborandum esse ad hanc sententiam refellendam. Inspiciat modo quis Eusebii Onomasticon, vel nostra ex eo excerpta, videbit, urbes fuisse longe a se invicem remotas. Ipsae viae ducentes Eleutheropoli Chebronem commemorantur. Verum & idem scripserat Cedrenus in Comp. Histor. *pag. 33.* θάπτεται (ἡ Σαῤῥὰ) ἐν Χεβρὼν, ἥ τις νῦν Ἐλευθερόπολις καλεῖται. *Sepulta est Sara Chebrone, quae nunc Eleutheropolis appellatur.*

In Itinerario Antonini Martyris corrupte legitur Eliotropolis, & ita describitur: *Venimus in civitatem, quae dicitur Eliotropolis in loco, ubi Samson ille fortissimus maxilla asini mille occidit viros, ex qua maxilla, illo erante, aqua profluxit, qui fons loca illa usque in hodiernum diem irrigat & in loco, ubi surgit, fuimus.* Haec omnino conferenda sunt cum iis, quae leguntur in Annalibus Glycae *part. II. pag. 164.* ἡ τοιαύτη πηγὴ μέχρι καὶ τήμερον ἐν τοῖς προαςείοις Ἐλευθεροπόλεως Φαίνεται Σιαγόνος ἐπονομαζομένη πηγή. *Fons ille* (ortus eo loco, quo Samson maxillam abjecerat) *in hodiernum usque diem in suburbiis Eleutheropolis conspicitur, & fons maxillae appellatur.* Unde conjicere quispiam posset, nomen Eleutheropolis urbi datum ab facinore Samsonis, qui Ἐλευθερίαν populo Israëlitico, caesis & fugatis hac maxilla Philistaeis, peperit. Sed probabilius est, a Romanis id nomen urbi impositum fuisse.

Ab hac urbe regio circumjacens appellabatur, cujus pars illa, quae ad occasum & septentrionem vergebat, quia campestris, singulari etiam nomine *Sephela* dicta fuit. Hieronym. *epist. 39.* quae est adversus Johannem Hierosol. *Monasterium Sancti Papae Epiphanii nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est presbyter, in Eleutheropolitano territorio & non in Aeliensi situm est.* Atque ita apud Eusebium in Onomastico ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως, quod non ubique notat *in finibus* vel *confiniis* regionis Eleutheropolitanae, sed *in regione Eleutheropolitana*, legitur, & in eodem Eusebii Onomastico saepe vici describuntur siti ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως, id est, *in regione Eleutheropolitana.* Eusebius *lib.* de martyribus Palaestinae *cap. X. pag. 335.* scribit, ἀπὸ Ἀνέας κώμης τῶν ὅρων Ἐλευθεροπόλεως, *ex vico Anea in regione Eleutheropolitana.* Et sic quoque alii loquuntur. In regione Eleutheropolitana fuit, teste Sozomeno *histor. IX. c. 17.* vicus quidam nomine Χαφὰρ Ζαχαρία, & illic in via, quae ducit ad urbem Βιθθερέειν (al. Βιθθερέμιν. Est Ἐρεμίνθα Eusebii, Ἐρεβίνθων οἶκος Josephi vide infra) inventum fuit cadaver Zachariae. Josephus meminit vici Βηθζαχαρία, & *1. Macc. 6. 33.* Βαιθζαχαρία dicitur. Vide supra *pag. 660.* Vocem Ζαχαρία delendam vult Valesius: sed tunc nil nisi Χαφὰρ remanet, quod nomen vici proprium esse nequit, quum pluribus commune sit, (notat enim Χαφὰρ, כפר, vicum) adeoque necessario Ζαχαρία addi debet.

p. 763.

Quandoquidem haud multa extant loca in scriptis veterum, qui mentionem hujus urbis faciunt, quae tamen olim clara fuit, ex Suida aliqua describere lubet, quae habet ad vocem Εὐτόκιος, Ἀπὸ Θράκης ἐλθὼν ἄτε γνώμης ἐπιεικής τις ὤν, ἄτε γένες εὖ ἥκων, ἀλλὰ καὶ ςρατιώτης μὲν ὁ τυχών. Πολλὰ δὲ χρήματα κοινὰ τᾷ ἰδίᾳ τάγματος ὑποσκλέψας ᾤχετο εἰς τὴν Παλαιςίνην. Ἐπεχείρησε μὲν ἓν Ἐλευθεροπολίταις ἑαυτὸν ἐγκαταλέξαι, τῆς βελῆς μετασχὼν ἐπὶ χρήμασι μεγάλοις. Καὶ ἐγλίχετο τὴν τύχην μεταβαλεῖν ἐς τὸ εὐγενέςερον. Ἀλλ' ὅμως οἱ Ἐλευθεροπολῖται ἀ προσεδέξαντο τὸν Εὐτόκιον. Ὁ δὲ μετεχωρήσεν ἐς τὴν Ἀσκάλωνα. καὶ ὁ τότε πρωτεύων Κρατερὸς εὐμενῶς αὐτὸν ὑπεδέξατο μετὰ τῶν χρημάτων, καὶ πολιτικῆς μετέδωκεν ἐλευθερίας· οἱ δὲ Θρᾶκες ὑςέρῳ χρόνῳ κατὰ πύσιν ἥκοντες ἐπὶ τὸν Εὐτόκιον, ἀπῄτεν τὸν Κρατερὸν τὸν Εὐτόκιον καὶ τὰ χρήματα· ὁ δὲ ἀ μεδίει τὸν ἄνδρα. Τῶν δε ςρατιωτῶν ἐπὶ δίκην ἐλθόντων, ὁ Κρατερὸς ὑπεραγωνίζεται τᾷ Εὐτοκίᾳ καὶ περιγίνεται τῶν Θρᾳκῶν· ἐφ' ᾧ καὶ χρησμὸς ἐξέπεσεν ἔχων ὧδε. *Eutocius, e Thracia ortus nec animo probo nec genere nobili fuit, sed miles gregarius. Qui multam pecuniam cohorti suae suffuratus in Palaestinam abiit. Conabatur autem efficere, ut ab Eleutheropolitanis reciperetur in numerum civium, factus senator magnis largis largitionibus* (sed quid si *καὶ* locemus ante τῆς βελῆς & legamus καὶ τῆς βελῆς μετασχὼν ἐπὶ χρήμασι μεγάλοις ἐγλίχετο τὴν τύχην &c. ut sensus sit, *recipi voluisse in numerum civium, ut postea senator factus profusa liberaliter pecunia, humilem sortem in illustrem commutaret*) *& ex humili conditione ad splendorem fortunae pervenire cupiebat. Sed Eleutheropolitani non receperunt Eutocium. Ille igitur Ascalonem profectus est, ubi Craterus vir primarius inter eos illum jure civitatis donavit. Thraces autem, quum ad eorum aures hic rumor pervenisset, ad Eutocium venerunt ab eo & Cratero pecuniam repetentes. Sed hic cis virum non tradidit. Quum autem milites rem ad judices delutissent, Craterus defendit Eutocium, & Thraces causa ceciderunt: qua de re hoc oraculum editum est.*

p. 754.

Meminit hujus urbis quoque Suidas in voce Μαριανός. Digna ea sunt, quae hic adscribam, ut nobilli huic urbi & natalibus Mariani, inde orti

orti (quare Σύρος dicebatur) lucem majorem affundam. Μαριανὸς, Μάρσε δικηγόρε τῶν ὑπάρχων Ῥώμης. Ῥωμαῖος γὰρ τὸ ἀρχαῖον· μετῳκήσαντος δὲ τε πατρὸς Ἐλευθερόπολιν, μίαν τῶν τῆς πρώτης Παλαιςίνης, ἀπὸ ὑπάτων καὶ ὑπάρχων καὶ πατρίκιος γεγονὼς τὸ ἐπιφανέςερον κατὰ τὸν βασιλέα Ἀνας άσιον. *Marianus Marsi causidici filius, unus ex praefectis urbi Romae:* (alii praefectum praetorio τῆς αὐλῆς vocant. Vide Euagrium *lib. III. 42.* & Malalam *pag. 116.*) *erat enim genere Romanus. Postea quum parens ejus migrasset Eleutheropolin, ut illic habitaret, non Consul modo & praefectus urbi, sed & patricius factus est, imperante Anastasio.* Poëta hic erat, qui jambis multum delectabatur. Narrat enim Suidas, eum metaphrasin scripsisse Theocriti, Argonauticorum Apollonii, Arati, Theriacorum Nicandri aliasque, jambis quam plurimis· Memini, nuper in scriptis Johannis Joviani Pontani simile quidpiam legere de poëta aliquo recentiore, sed in quo libro, menti non observatur.

p. 755.

ELOM.

Ἠλώμ. Urbs in tribu Juda. Josephus *Antiq. VIII. 3. 2. Chron. XI. 6.* אילון Ajalon appellatur.

* ELOM.

Urbs in tribu Dan *Jos. 19. 43.* In eadem tribu memoratur, quae & ipsa ex ἅπαξ λεγομένοις est, Elon Beth Chanan *1. Reg. 4. 9.*

ELTEKE.

אֶלְתֵּקֵה, Elteke. Urbs tribus Dan. *Jos. 19. 44.* quae etiam אלתקא scribitur *Jos. 21. 23.*

* ELTEKON.

Urbs tribus Juda. *Jos. 15. 59.*

ELTOLAD.

Urbs tribus Juda *Jos. 15. 30.* Simeonitis data *Jos. 19. 4.* Erant autem urbes illae, quas Simeonitae ex Juda acceperunt, ad austrum Judae *Jos. 15. 21.*

ELUSA.

Urbs fuit Palaestinae tertiae. Vide supra *l. 1. 6. 35.* Ptolemaeus eam collocat inter urbes Idumaeae ad occidentem Jordanis. Sunt, qui hanc urbem putent חלוצה dici. In Targum Hieros. *Gen. 25. 18. Exod. 16. 22.* redditur Schur שור per חלוצת. In Seder olam rabba *cap. 6.* solitudo Sin מדבר סין dicitur esse eadem ac אלוש Alusch. Distingui tamen haec videntur *Num. 33. 13.* Ceterum in Alusch Sabbathum esse primo datum Israëlitis & observatum traditur in loco laudato Seder olam,

olam, adeoque antequam pervenissent ad montem Sinai. Id colligunt ex verbis *Exod. 16. 31.*

Hieronymus hujus meminit in vita S. Hilarionis. *Vadens in deser-* p.
tum Cades ad unum de descipulis suis visendum cum infinito agmine monacho- 756.
rum pervenit Elusam, eo forte die, quo anniversaria solemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregaverat. Colunt autem illam ob Luciferum, cujus cultui Saracenorum natio dedita est. Sed & ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est, propter loci situm. Incolas ejus urbis voce Syra *Barech*, i. e. *benedic* inclamasse ibidem refertur. Videlicet lingua Syra utebantur Phoenice & Palaestina, sub qua Elusa eo tempore censebatur, teste Theodoreto *quaest. 19.* in Judices, Ὀσροηνοὶ καὶ Σύροι καὶ Ἐυφρατήσιοι καὶ Φοίνικες τῇ Σύρων χρῶνται φωνῇ. *Osroëni, Syri, Euphratesii, Palaestini & Phoenices Syriaca utuntur lingua.* Et Cyrillo in Comm. ad Jesaiam *lib. II. tom. 4. pag. 293.* τῇ γλώσσῃ τῇ Χανανίτιδι, τέτ' ἔςι, τῇ Σύρων, ἤτοι τῇ κατὰ τὴν Παλαιςίνην· μιᾷ γὰρ λαλοῦσι γλώσσῃ Φοίνικες καὶ Παλαιςινοί. *Lingua Chananaea, id est, lingua Syrorum vel Palaestinorum. Una enim lingua loquuntur Phoenices & Palaestini.* Adde Origenem *lib. III. in Job scribentem periisse Idumaeorum nomen & linguam, omnesque Arabes appellari & Syriace loqui.* Utrumque illustratur ex Eusebii Onomastico ad vocem Πέτρα, quum Petram esse Arabiae urbem scribit in terra Edom, & a Syris appellari Rekem. Πέτρα, πόλις ἐν γῇ Ἐδὼμ τῆς Ἀραβίας, ἥτις ἐπεκλήθη Ἰεχθοὴλ, ἡ καὶ Ῥεκὲμ παρὰ Ἀσσυρίοις (Σύροις legisse Hieronymum liquet ex ejus versione) ὀνομάζεται.

Meminit & Hieronymus hujus urbis in comm. ad *Jes. 15.* ubi legitur חלוזי quod vulgo vertitur per *Expeditos. Sed quidam putant, non viros, sed nomen urbis intelligi, quae hodie appellatur Elusa & est in Moabitidis partibus sita.*

Episcopus Elusae in actis concilii Ephesini inter Oecumenica tertii commemoratur Ampelas. Ita illic legitur *tom. III.* conciliorum generalium *pag. 448.*

Ἀμπελᾶ Ἐλεύσης.

In concilio Chalcedonensi habito *anno 451.* ubi nomina haec relecta fuerunt, legitur

Apelle Eleusii. p. 757.

Verum idem hic Ampelas vel nuncupatur Θεόδελος ἐπίσκοπος Ἐλεύσης Παλαιςίνης *tom. III.* conciliorum gener. *pag. 452. 455.* & *458.* At quomodo Ἀμπελᾶ factum est ex Θεοδέλε. Nempe *Abdalla* nomen ei fuit. Id notat Θεῦ δέλον, Arabice عبد الله Ne quis dubitet de hujus conjecturae veritate, sciat, legi *Adella Eleusi* in Actis hujus Concilii apud Baluzium *pag. 452.* Hoc nomen restituendum quoque est in actione sexta Concilii Ephesini, quam ex duobus codd. M. SS. Vaticanis primus

 edidit

edidit Baluzius & novae collectioni Conciliorum inseruit *pag. 610.* Illic legitur *Letoio Lybiadis, Apelle Justes, Theodoro Ariddelon.* Mirum est, Baluzium non vidisse, latere *Abdallam Elusae episcopum* sub his verbis *Apelle Justes.* Inprimis quum pro Justes notet, in aliis codd. legi *Luetes* & *Elysii.* Nam ita inseritur *Abdallas Elusae* inter Letoium Libiadis & Theodorum Aribdelorum. Plane enim huc non faciunt, quae vir eruditissimus porro ad hoc nomen scribit, *Nullum in editionibus Conciliorum hoc loco apparere istius nominis episcopum: & tantum inter eos, qui Nestorium deposuerunt Apellam episcopum Byrrhae sive Cibyrrhae recenseri.* Hic certe Abdallas sive Θεόδελος episcopus Elusae, non alius, intelligitur.

Memoratum & invenio Aretam hujus urbis episcopum in actis concilii Chalcedonensis inter oecumenica quarti, *tomo IV.* conciliorum *pag. 80.*

Ἀρέτα Ἐλεύσης.

In Latina versione legitur *Elusae Palaestinae secundae.* Error est. Elusa Palaestinae tertiae urbs fuit. Vide supra notitias veteres ecclesiasticas *lib. I.* & *pag. 213.* atque actionem XV. hujus concilii *tom. IV.* conciliorum *pag. 787.* ubi Aretas Elusitanus recensetur inter episcopos Palaestinae tertiae. In actis concilii Constantinopolitani habiti *anno 536.* Ζηνόβιος Ἐλεύσης ἐπίσκοπος legitur. Vide *tom. V.* conciliorum *pag. 284.* & in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis ejusdem concilii Πέτρος Ἐλεύσης.

p. 758.

EMMA.

Urbs patria Nabalis. Josephus *Antiquit. VI. 14.*

EMMATHA.

Vicus vicinius Gadaris, ab aquis calidis חמת dictus, de quo egimus *lib. I. cap. 46.* Vide Eusebium ad vocem Ἀιθάμ.

EMMAUS, urbs.

Superius *lib. II. c. 6.* multa notavi, ut ostenderem, aliam fuisse Emmaunta, quae Nicopolis nomen postea gessit, aliam illam, cujus tabulae Novi Testamenti meminerunt. Quare ista heic non repetam. Ad vocem Ammaus *pag. 560.* etiam nonnulla invenies, quae huc transferri possent: nam tria loca sunt nomine Emmauntis nota in Palaestina, 1. Urbs haec, Nicopolis dicta postea. 2. Vicus in Evangelio Lucae memoratus. 3. Locus vicinus Tiberiadi, qui a thermis nomen videtur traxisse. Indicabo potius aliquot loca ex veteribus, unde notitia hujus urbis peti debet.

Meminit hujus urbis aliquoties Josephus, cui Ἀμμαῦς solet nuncupari. Uti *de bello lib. I. cap. 9.* Ἀμμαῦς & Gophna urbes duae a Cassio direptae. Eadem, quae Ἀμμαῦς *de bell. II. 3.* dicitur, appellatur Ἐμμαῦς *Anti-*

quit. XVII. 12. Libro II. de bell. cap. 25. junguntur Lydda Joppe & Emmaus, ut loca vicina. *Lib. III. de bell. cap. 2.* Thamna, Lydda & Ἀμμαῦς. *Libro V. cap. 4.* dicitur Vespasianus Antipatride profectus vastasse toparchiam Thamnae, dein Lyddam & Jamniam ivisse, tum Ammaunta & μητρόπολιν αὐτῶν obsedisse. *Lib. VI. de bell. c. 1.* legitur Titum Caesarea proficiscentem Hierosolymas jussisse, sibi legionem decimam occurrere per Ammaunta & adscendere per Jerichunta. Munitam eam a Bacchide narrat *Antiq. XIII. 1.* Confer *1. Macc. 9. 50.* crematam a Varo *Antiquit. XVII. 12.* qui Hierosolymas profectus est Ptolemaide per Sepphorim, Arum, Sampho & Ammaunta.

Mentio etiam fit hujus urbis in libris Apocryphis. *1. Macc. 3. 40.* Syri leguntur castra metati prope Ἐμμαοῦμ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ in campestribus. Alii legunt illic Ἐμμαουάμ. Sed male, uti patet ex collatione *commatis 57. & cap. 4. comm. 3.* Judas praelio illic certavit cum Syris & hi fugerunt ad Sedemoth, campos Idumaeae, Aschdod & Jamniam. *1. Macc. 4. 15.* Ad hunc locum respiciunt verba Hieronymi ad Daniel *cap. VIII. Judae Machabaei significat tempora, qui de vico Modin fratribus ac propinquis secum annitentibus & multis de populo Judaeorum Antiochi duces superat juxta Emaus, quae nunc Nicopollis dicitur. 1. Macc. 9. 50.* legitur Jonathas munivisse Ἐμμαούμ. Interpres Latinus hanc vocem non agnoscit. p. 759.

De novo nomine Nicopolis, quod huic Emmaunti datum est, scribit M. Aurel. Cassiodorus in Chron. ad Consulatum Alexandri & Augusti. *His Coss. in Palaestina Nicopolis, quae prius Emmaus vocabatur, urbs condita est.* Adeoque secundum ipsius computum, ante imperium Alexandri Mammaeae, sub Elagabalo. Chronicon Paschale ad annum Christi 223. Παλαιστίνης Νικόπολις ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς ἐκτίσθη πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς καὶ προιστάμενος Ἰκλίκ Ἀφρικανὸς τὸ τὰ Χρονικὰ συγγραψάμενος. *Nicopolis Palaestinae olim Emmaus dicta condita est, legationem pro ea obeunte illius Praefecto Julio Africano, scriptore Chronicorum.* Consentit Anastasius in Historia *pag. 19. Emaus Palaestinae castellum, de quo in sacris legitur Evangeliis, Alexandro Nicopolis est honorari decreta, legatione fungente Africano, qui historias in quinque libris conscripsit.* Legitur in edito conjunctim *Alexandronicopolis*, sed ea divellenda esse certum est. Erat autem is Alexander Imperator, filius Mammaeae. Hieronymus in Catal. Scriptor. eccles. ita rem narrat. *Julius Africanus, cujus quinque de temporibus extant volumina, sub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quae postea Nicopolis appellata est.*

Theophanes in Chronographia *pag. 41.* tradit haec de fonte Emmauntico, quem Julianus obstruxit. Ἐν Νικοπόλει τῆς Παλαιστίνης τῇ λεγομένῃ τὸ πρὶν Ἐμμαοῦς πηγή ἐστιν παντοίων παθῶν ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων ἱάσεις παρέχουσα· ἐν αὐτῇ γάρ φασιν τὸν Κύριον καὶ θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοὺς πόδας ἀπονίψασθαι ἐξ ὁδοιπορίας, καὶ ταύτην ὁ δυσσεβὴς χαταχωσθῆναι ἐπέτρεψεν. *Nicopoli Palaestinae, quaee olim Emmaus vocabatur fons est, qui omnibus* p. 760.

bus tam brutorum, quam hominum morbis medetur, in eo enim ferunt Deum & Dominum nostrum Jesum peracto itinere pedes suos lavisse. Illum aggesta terra obstrui scelestus (Imperator Julianus) imperavit. Confer, quod in Midrasch Coheleth legitur *fol. 106. col. 2.* חמשה תלמידין היו לו לרבי יוחנן בן זכאי כל זמן קיים היו יושבין לפניו כשנפטר הלכו ליבנה והלך ר' אלעזר בן ערך אצל אשתו לאמאוס מקום מים נים ונוה זכה *Quinque discipuli erant R. Johanni filio Zaccai, qui toto illo tempore, quo vixit, sederunt coram eo. Quum obiit, iverunt Jafnem & R. Eleazar ivit ad uxorem suam Emmauntem, quo loco aquae praestantes sunt & habitatio pulcra.*

In Itinerario S. Willibaldi, qui saeculo octavo iter per Palaestinam instituit, in altero nempe conscripto ab anonymo, mentio fit fontis in trivio non longe ab hoc loco, cujus Sozomenus *l. V. c. 20.* etiam meminit. *Venit Emaus vicum Palaestinae, quem Romani post destructionem Hierosolymorum ex eventu victoriae Nicopolin vocaverunt .... vidit & fontem, qui est in trivio, quo Christus eodem, quo resurrexit die, cum discipulis duobus Luca & Cleopha, quasi ad alium declinaturus vicum ambulavit.* Verum hi confundunt Emmaunta vicum, in Evangelio Lucae memoratum, & Emmaunta, quae dicta est Nicopolis.

* EMMAUS, vicus.

Hic est, qui *Luc. 24. 13.* commemoratur, de quo & Josephus *lib. VII. 26.* scribit, abesse illum Hierosolymis stadia 60. uti & Lucas tradit. Rufinus & Zonaras in Josepho 30. legunt. Confer, quae de hoc vico, & intervallo, quod abfuit Hierosolymis, scripsimus supra *lib. II. cap. 6.*

ENADDA.

Ἡναδά. Vicus pergentibus Aeliam de Eleutheropoli, quasi in decimo miliario. Eusebius in Onom.

p. 761.

* ENAIM.

עֵינַיִם, *Jos. 15. 34.* Sunt, qui putent, esse nomen proprium, uti Philo, *de profugis, p. 471.* ἡ πόρνη ἡ γενομένη ἐν Αἰνὰν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Ita reddit *Gen. 38. 21.* בעינים. Eusebius quoque ad vocem Αἰνὰν, &, qui eum sequitur, Procopius Gazaeus ad *Gen. 36.* Erat in via Thimnam versus vicus ita dictus a fonte, qui ibi erat. Sic illi. Alii vero existimant, hanc vocem significare bivium, uti jam monuit Hieronymus ad vocem Ἠναίμ. Eusebius notat, *vicum esse Βεθενὶμ dictum circa Terebinthum*, id est, non longe a Chebron. Quod hic Bonfrerius scribit, *quem locum nomine Terebinthi significare velit, supra modum obscurum est*, miror: quum per Terebinthum ἁπλῶς semper intelligatur quercus Mamre non longe a Chebron. Vide, quae nos de Terebintho plura notavimus ad vocem *Chebron.*

*ENAM.

* ENAM.

עֵינָם, Urbs in planitie tribus Judae. *Jos. 15. 34.* ibi legitur העינם: volunt autem alii, ה praefixum esse, quod abesse vel adesse potest, alii ad nomen constituendum requiri. Vide, quae dicuntur ad vocem תפוח.

ENABRIS.

Ἐναβρίς. Locus inter Scythopolin & Tiberiada. Josephus *de bell. III. 16.* alii legunt Σενναβρίς.

* ENCHADDA.

עֵין חֲדָה, Urbs in Jissascar. *Jos. 19. 21.* Eusebius ad hanc vocem scribit, esse ἑτέραν Ἡναδὰ, aliam Enada, in via, quae ab Eleutheropoli Aeliam ducit in decimo miliario. Scilicet illa non fuit eadem, ac quae in Jissascar sita fuit & hoc ipse Eusebius fatetur. Observa itaque, Eusebium aliquando, ubi nomen loci & situm ex Sacro Codice indicavit, aliorum quoque locorum meminisse, idem vel affine nomen gerentium, licet certissimum sit, & ipsi etiam persuasum, illa non esse eadem ac loca, quorum nomen ex libris sacris exhibuerat. p. 762.

* EN CHATZOR.

עֵין חָצוֹר, Urbs tribus Naphthali. *Jos. 19. 37.*

ENDOR.

עֵין דֹּר & עֵין דֹּאר, Urbs Menassitarum, sed extra regionem tribui eorum attributam *Jos. 17. 11. Psalm. 83. 11.* Ἔνδωρον Josepho, *Antiq. VI. 15.* Erat magnus vicus tempore Eusebii ita dictus ad montem Tabor, 4. miliaribus versus meridiem inde distans. Ita ille ad vocem Ἀηνδὼρ, & ad vocem Ἠνδὼρ scribit, esse juxta oppidum Ναὶμ circa Scythopolim. Appellatur & *Endor Jezraëlis* Hieronymo ad vocem *Aphec*, uti Ἀενδὼρ ἡ ἐν Ἰεσραήλ Eusebio ad hanc vocem.

* ENEGLAIM.

עֵין אֶגְלַיִם, *Piscatores Engedi usque ad Eneglaim*, legitur *Ezech. 47. 10.* Eglaim erat urbs Moabitica אגליים, quam Eusebius in Onomast. ad voces Ἀγαλλεὶμ & Ἀρωννιεὶμ octo miliaria abesse ab Areopoli versus austrum scribit. An forsitan a vicinia urbis Eglaim in litore orientali lacus Asphaltitis locus aliquis Eneglaim dictus est, cui opponitur circa litus lacus occiduum Engedi? Hieron. ad *Ezech. 47. Engallim in principio est maris mortui, ubi Jordanes ingreditur.* Josephus *Antiquit. VI. 14.* meminit collis muniti in solitudine dicti Ἐγγελαὶν, quae vox satis bene convenit cum *Eneglaim.*

ENGANNIM.

עֵין גַּנִּים, Urbs in planititie tribus Judae. *Jos. 15. 34.* Est & altera hoc nomine in Jissascar. *Jos. 19. 21.* & *21. 29.* Confer, quae nos ad vocem p. 763.

cem *Jarmuth.* Ad hanc vocem notat Eusebius, esse vicum ejusdem nominis Ἡγαννὰ (Enganna legit Hieron.) circa Gerasam in Peraea, & esse vicum juxta Bethel.

ENGEDI.

עֵין גֶּדִי, Urbs in solitudine tribus Judae. *Jos. 15. 62.* alio nomine Chatzatzon Tamar *2. Chron. 20. 2.* Solitudo Engedi memoratur *1. Sam. 24. 2.* Vineae Engedi *Cant. 1. 14.* Est vicus praegrandis juxta mare mortuum ad occidentem in solitudine, quae est in Aulone Hierichus, teste Eusebio ad hanc vocem. Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς, Ἐγγάδα κώμη μεγάλη πλησίον Σοδόμων Ἀραβίας. *Engadda, vicus magnus prope Sodomam Arabiae.* Sed falsum hoc est. Sodoma enim fuit vicina Zoaris *Gen. 13. 10.* Zoara autem erant sita ad extremitatem australem lacus Asphaltitis, teste Josepho. Ἐγγαδὶ appellatur in libris Apocryphis. Ἐγγαδδὲ, Ἐγγαδὶ, Ἐγγαδαὶ Josepho. Ptolemaeo Ἐγγάδδα. Hieronymus ita ejus meminit ad *c. 47. Ezech. Engallim enim in principio est maris mortui, ubi Jordanes ingreditur. Engaddi vero, ubi finitur atque consumitur.* Id verum esse non potest, si fidem habemus Josepho, nam is scribit, Engaddi 300. stadia abfuisse Hierosolymis, ergo fuit non longe a principio maris mortui, ubi Jordanes ingreditur, non vero ubi finitur: sic enim plura, quam 600. aut 700. stadia abfuisset, quum ipse lacus longus sit 580. stadia. Josephus meminit hujus loci quater. *Antiquit. IX. 1.* Ἐγγαδὲ vocat, additque, urbem esse non longe a lacu Asphaltite, & 300. stadia abesse Hierosolymis. *Lib. III. de bell. 2.* Ἐγγαδαὶ nuncupat & unam fuisse ex undecim toparchiis Judaeae. *Lib. V. de bell. cap. 3.* Ἐγγαδὶ narrat, a sicariis, qui Masadam inhabitabant, occupatam. Denique *Antiquit. VI. 14.* commemorantur ei Ἐγγηδήνη ὄρεα montes Engedeni. Etiam Plinius *l. V. 17. Infra hos* (Essenos ad occidentem lacus Asphaltitis) *Engadda oppidum fuit, secundum ab Hierosolymis fertilitate palmetorumque nemoribus.* In Libris Apocryphis semel tantum memoratur *Ecclesiast. 24. 15.* palma
p. Ἐγγαδδί. Quidam illic legunt Γάδοις, alii Κάδης & Ἀιγιαλοῖς. Sed legen-
764. dum esse Engaddi patet ex adjecta mentione palmae. Engaddi enim a palmis dicta fuit חצצון תמר *2. Chron. 20. 2.*

Ab Engaddi עד רמתא usque ad Ramatham balsamum provenisse notant Talmudici in Gem. *Schabbath. 26. 1.* Ab Engaddi venire opobalsamum scribit Eusebius ad hanc vocem, & Zoar Balsami patriam esse, ad vocem Bala. Erant tamen ea loca παρακείμενα τῇ νεκρᾷ θαλάσσῃ.

EN MISCHPAT.

עֵין מִשְׁפָּט, Alio nomine Cadesch in solitudine *Gen. 14. 7.* significat locum apud Petram, qui fons judicii nominatur, scribit Hieronymus ad *Gen. 14. 7.*

* EN RIMMON.

עֵין רִמּוֹן, Urbs tribus Juda *Neh. 11. 29.* dubitari posset, an non essent nomina duarum urbium, quia *Jos. 15. 32.* inter urbes Judae recen-

censentur ועין רמון sed *Jos. 19. 7.* & *1. Chron. 4. 32.* habetur *Ain Rimmon.*

* EN ROGEL.

עֵין רֹגֵל, In Juda. *Jos. 15. 7.*

EN SCHEMESCH.

עֵין שֶׁמֶשׁ, Aquae Enschemesch, in finibus Judae. *Jos. 15. 7.*

* EN TAPPUACH.

עֵין תַּפּוּחַ, Urbs in finibus Menassis. *Jos. 17. 7.*

EN TEENA.

Non inveni, nisi semel hujus factam mentionem, in Midrasch Koheleth *fol. 95. col. 2.* ubi אנשי עין תאנה *incolae En Teenae* memorantur. Videtur non longe a Tzippori abfuisse.

* EPHES DAMMIM. p. 765.

אפס דמים, *Jos. 17. 1.* Sunt, qui putent, esse nomen loci. Aquila reddit ἐν πέρατι Δαμμείν. *1. Chron. 11. 13.* videtur *Pas Dammim* dici: vide & *Dammim* supra.

EPHRA.

Ἔφρα. Patria Gideonis. Josephus *Antiquit. V. 8.*

* EPHRAIM.

Ἐφραίμ. Urbs in regione prope solitudinem *Joh. 11. 54.* In codicibus quibusdam Graecis illic legitur hanc urbem sitam esse in regione Σαμφαρείν. Epiphanius *l. 1. tom. 11.* adv. haereses *p. 117.* nuncupat illam πόλιν τῆς ἐρήμας, *urbem solitudinis.* Eusebius ait, esse ἐγγὺς τῆς ἐρήμας ad vocem Ἐφραίμ, idemque ad vocem Ἐφρὼν notat, esse Ephraim villam praegrandem 8. mill. ab Aelia versus septentrionem, ubi Hieronymus legit K. i. e. 20. Vide, quae nos supra *lib. I. cap. 56.* notavimus de situ hujus urbis.

עפרים urbs etiam est terrae Israëliticae, teste R. Nathane in Aruch a fertilitate commendata, aliis חפרים Chephraim. עפרין *Ephraim* (ita est Keri: nam Ketib est עפרון) urbs est, quam cum Bethele & Jeschane eripuit Abia Jeroboamo *2. Chron. 13. 19.*

EPHRATH.

Est Bethlechem. *Gen. 39. 19.* & *48. 7.*

EPHRON.

עֶפְרוֹן, Urbs in Benjamin. *2. Chron. 13. 19.* Eusebius ad vocem Ἐφρὼν notat, Ephraim esse viccum praegrandem, qui ab Aelia aberat 8. mill. septentrionem versus.] Fuit etiam Ἐφρὼν urbs munita & magna,

gna, quam Judas e Galaaditide reversurus in Judaeam necessario transire debuit, *1. Macc. 5. 46.* erat in regione trans Jordanica e regione Scythopolis, uti colligitur ex *commate 52.* Diversas gentes illic habitasse dicitur *2. Macc. 12. 27.*

EPICAERUS.

Ἐπίκαιρος. Legitur in Ptolemaeo urbs ad orientem Jordanis. Meminit etiam interpres Chaldaeus.

EREBINTHONOECOS.

Ἐρεβίνθων οἶκος domus cicerum. Vicus prope Hierosolymas. Josephus *lib. VI. de bell. cap. 13.* Rufinus legit junctim Ἐρεβινθώνικος. Eusebius meminit vici Ἐρεμίνθα ἐν τῷ Δαρωμᾶ, tractu Judaeae australi. Videtur esse Βιθθέρεβιν, cujus mentio apud Sozomenum Histor. *lib. IX. cap. 17.* Fuit autem hic vicus regionis Eleutheropolitanae, aut certe non longe inde. Et Βιθθερέβιν quid est aliud, quam Ἐρεβίνθων οἶκος. Nomen certe videtur esse idem: sed situs differt.

EREMBON.

Ἐρεμβών. Vicus praegrandis Judaeorum in decimo sexto ab Eleutheropoli miliario contra meridiem. Eusebius in Onom.

EREMINTHA.

Meminit illius Eusebius in Onom. scribens, esse vicum in Daroma, sive parte Judae australi.

* ESCHAN.

אֶשְׁעָן, Urbs tribus Judae *Jos. 15. 52.*

ESDRAEL.

Ἐσδραηλά. In libris Apocryphis. Vide Vocem *Jizreel.*

ESDRIN.

p. 767. Ἐσδρίν. *2. Macc. 12. 36.* alii hic habent Τοργίαν, sic ut loci nomen non sit, sed viri. Hillerus substituit Ἐφρίν עפרין.

ESORA.

Ἐσωρά. Judaei eo misisse nuncios leguntur *Judith. 4. 4.* Videtur esse חצור.

ESSA.

Ἔσσα. Urbs, quam Rex Alexander cepit post Dion, & quum Essam cepisset, occupavit Gaulana & Seleuciam. Josephus *Antiq. XIII. 23.* Videtur itaque urbs ad orientem maris Tiberiadis sita fuisse.

ESTAOL.

אֶשְׁתָּאוֹל, Urbs Judae in planitie *Jos. 15. 33.* Dani tribuitur *Jos. 19. 41. Jud. 13. 25.* ubi cum Zora conjungitur. Eusebius inter Azotum & Ascalonem collocat ad vocem Ἀσθαώλ, & ad vocem Ἐσθαὰλ scribit, esse in decimo miliario Eleutheropolis contra aquilonem pergentibus Nicopolin.

* ESTEMO.

אֶשְׁתְּמֹה, Urbs in montanis Judae *Jos. 15. 50.* Eusebius notat, esse vicum praegrandem Judaeorum in regione Eleutheropolitana in Δαρωμᾶ, sive portione Judae australi, & quidem ad septentrionem vici Anem. vide eum ad v. Ἀνσοεμὰ & Ἐσθεμά.

ESTEMOA.

אֶשְׁתְּמֹעַ, Urbs tribus Judae. *Jos. 21. 14.*

ETHER.

p. 768. עֶתֶר, Urbs tribus Simeon. *Jos. 19. 7.* inter urbes Judae recensita, quia ex iis Simeonitae suas acceperunt. Eusebius ad vocem Ἐθὲρ notat, esse vicum hoc nomine Ἑτέραν, *Eteram* (nunc ἑτέραν *aliam* male legitur) prope Malatham in Daroma. Hic situs non est inconveniens.

* ETH CATZIN.

עֵת קָצִין, Urbs in confiniiss Zebulon. *Jos. 19. 13.* Legitur quidem illic עִתָּה, sed id videtur signifficare versus עת uti mox גתה versus Gath, *commate 13.* nam aliunde, ex *2. Reg. 14. 25.* liquet, dici Gath Hachepher.

* ETZEM.

עֶצֶם, Urbs in tribu Simeon *1. Chron. 4. 29.* videtur eadem ac Azem עצם *Jos. 19. 3.*

EUHYDRA.

Oppidum inter Tyrum & Sidonem. Plinius meminit *l. V. 19. Inde Euhydra, Sarepta, & Ornithon oppida.*

EXALUS.

Ἐξαλὲς. Episcopus ejus Parthenius interfuit Concilio Hierosolymitano habito *anno 536.* Videtur esse Ἐξαλὲς Eusebii in Onom. Ita enim videtur scripsisse pro Ἐξαδὲς uti nunc legitur: nam Hieronymus vertit *Chasalus.* Et facilis est mutatio Δ in Λ. Vide Eusebium ad vocem Ἀχσάφ.

Quae nomina ab F. initium capiunt in scriptis quorundam geographorum, invenies infra inchoata a P H, *uti* Faran, *Pharan, &c.*

GABA.

p. 769. גֶּבַע, Urbs in tribu Benjamin *Jos. 18. 24. Ezr. 2. 26.* quam multi putant esse eandem ac גִּבְעָ *Geba.* Γάββη appellatur in libro Ezrae tertio *c. 5. comm. 39.* uti liquet, si conferas *Neh. 7. 30.*

Est & Γάβα urbs Carmelilo monti adsita, inter Ptolemaida & Caesaream: ita enim Josephus *lib. 1. II. de bell. cap. 19.* Judaeos scribit profectos Keda-

Kedasam Tyriorum, Ptolemaidem, Gabam & Caesaream, dein Sebasten, Ascalona, Anthedona, Gazam, & *lib. III. de bell. cap. 2.* scribit, conjunctam esse monti Carmelo & urbem equitum dictam. Rufinus ibi legit Gaba, sed MStum Academiae Lipsiensis Γάβλα, codices vulgati Γάμαλα. In vita sua etiam hujus Gabae meminit, scribens, Bezaram sitam esse in finibus Ptolemaidis & 20. stadia a Gaba abesse. Probabile est, Gabam illam esse eandem, quae postea *Caipha* & *Hepha* dicta fuit, urbs Carmelo adsita e regione Ptolemaidis.

Meminit & hujus Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Γάβα, πόλις Γαλιλαίας. Ἰώσηπος πέμπτῳ Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικοὶ Γαβηνὸς ὡς αὐτὸς Ἰωσηπος. *Gaba, urbs Galilaeae*, Josephus *lib. V. Antiquit.* Judaic. *Gentile Gabenus, apud eundem.* Atqui apud Josephum Γαβαηνὸς nunc ubique legitur.

Extant nummi Gabenorum (quos ad Gaben quidam referunt. Vide vocem *Gabe*) inscripti ΚΛΑΥΔ. ΓΑΒΗΝΩΝ. ΖΟΡ. Annus hujus aerae 177. hic extat, in aliis ΖΙC. 217. Initium aerae ducitur ab anno Romae conditae 693. Vide Norisii epochas Syromacedonum *Diss. IV.* Vaillantii nummos Imperatorum Augustorum & Caesarum *pag. 31. & 339.* Verum & in Coelesyria (distincta a Palaestina) erant *Gabeni.* Γαβηνῶν episcopus subscripsit concilio Niceno I.

GABAA.

Gabaa, in qua natus est Saul, & Rama, quae est juxta Gabaa in septimo lapide a Jerosolymis sita. Ita scribit Hieron. ad *cap. 5. Hos.* Erat autem tempore Hieronymi diruta, quod his verbis testatur ad Sophon. *cap. 1. Gabaa illa civitas Saulis usque ad fundamenta diruta est.* Est in epitaphio Paulae. *In Gabaa urbe usque ad solum diruta paululum substitit recordata peccati ejus & concubinae in frusta divisae & tribus Benjamin trecentos viros, propter Paulum Apostolum, reservatos.* Haec Γαβαθσαΰλη Josepho *lib. VI. de bell. cap. 2.* appellatur, diciturque 30. stadia ab urbe Hierosolymitana abfuisse. Vide infra vocem *Gibea.*

p. 770.

GABALA. Vide *Gamala.*

GABAOPOLIS.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Γαβαΰπολις, πόλις τῆς Γαλιλαίας .... Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαικῆς Ἀρχαιολογίας. Σαΰλος δὲ εἰς Γαβαΰπολιν ἔχων ἑξακοσίους μετ' αὐτοῦ μόνον ἦκε. *Gabaupolis, urbs Galilaeae. Josephus lib. VI. Antiquit. Saulus autem tantum cum 600. militibus venit Gabaupolin.* Nunc Γαβαὼν πόλιν in Josepho legitur.

GABAOTH.

Γαβαώθ. Nomen loci remoti ab Hierosolymis stadiis 20. ἔχει κατ' ἀνατολὰς τῆς Σιὼν, ἥτις ἔχει εἴσοδον ἀπὸ Γαβαὼθ μήκοθεν τῆς πόλεως σταδίους κ'. *Est ad orientem Sionis, qui aditum habet a Gabaoth, viginti stadiis ab urbe.* Epiphanius de vitis Prophetarum *pag. 239.* addens, hunc aditum plerosque ignorare, propter obliquos ejus recessus. Non est Gibeon, nam situs ab Epiphanio assignatus non convenit cum situ Gibeonis, quippe quae amplius viginti stadiorum ab urbe Hierosolymitana aberat, & ipsi Gibeon Γαβαὼν dicitur *lib. II. adv. haereses pag. 702.* At in Chronico Paschali Γαβαὼν legitur *pag. 155.* Σολομῶν γὰρ ἐποίησε τοὺς τάφους τοῦ Δαβὶδ, διαγράψας κατὰ ἀνατολὰς τῆς Σιὼν, ἥτις ἔχει εἴσοδον ἀπὸ Γαβαὼν μήκοθεν τῆς πόλεως σταδίων εἴκοσι. Ἐποίησεν δὲ ταύτην σκολιὰν, σύνθετον, ἀνυπενόητον. Καὶ ἔστιν ἡ εἴσοδος ἕως τῆς σήμερον τοῖς πολλοῖς ἀγνοουμένη τῶν ἱερέων καὶ ὅλῳ τῷ λαῷ. *Salomon sepulcra Davidica ita constituit, ut essent obversa orienti Sionis, qui aditum habet a Gabaon procul ab urbe, stadiis viginti. Quem quidem ita occultum & obliquum fecit, ut a nemine perciperetur, sic ut introitus plerosque sacerdotes hodie & totum populum lateat.*

GABARA.

Γάβαρα. In plurali. Haec urbs, & Sephoris, & Tiberias sunt tres praecipuae Galilaeae, teste Josepho *in Vita.* Quare suspicor, plus uno in loco Γάδαρα, vocem notiorem, in contextum Josephi irrepsisse pro Γάβαρα. Sepphoris, Tiberias & Gabara conjunguntur quoque *in Vita 104.* Vespasianus enim Ptolemaïde cum exercitu profectus legitur ad fines Galilaeae. Josephus autem cum suis non longe a Sippori castrametatus fugit Tiberiada. Tum Gabarensium civitas, πόλις Γαβαρέων, capitur a Vespasiano, deinde obsidetur Jotapata & aliae urbes Galilaeae *bell. III. 6.* Nunc legitur Γαδαρέων, sed non dubito, reponendum esse Γαβαρέων, uti & quum *in Vita* urbem Giscala a populis vicinis, Gadarenis, Gabaraganaeis, & Tyriis expugnatam narrat, & se Sephoritas bis, Tiberienses quater, Gadarenses semel expugnasse, & vulgus Galilaeorum, licet expugnasset eorum oppida, eum tamen amasse. *In Vita.* Gabarorum situs hinc colligi potest, quod Jonathas cum suis tendens ex Judaea in Galilaeam transierit Japham, Sephorim, Asochim, Gabara. *in Vita 1016.* Distant autem Gabara & Jotapata 40. stadiis. *Ibid. 1017.* Puto, hanc quoque vocem restituendam esse *pag. 1019.* ubi nunc legitur, ἐκέλευσα τοῖς πλήθεσι πρὸς Σωγάνην κώμην ἕπεσθαι Ἀράβων ἀπέχουσαν εἴκοσι σταδία: *Jussi multitudinem sequi usque ad Soganem vicum Arabum, remotam inde 20. stadiis.* Lego Γαβάρων ἀπέχουσαν, vicum, *qui a Gabaris distat*, Gabaris enim erat multitudo, & longe hinc Arabia.

p. 771.

GABAROTH.

Γαβαρώθ. Gabaroth. Vicus Galilaeae. In vita *pag. 1016.* Videtur idem esse ac Gabara. Nam Γάβαρα appellatur *pag. 1017.*

GABATH.

Γαβάθ, patria Nathanis. Epiphanius de vitis Prophetarum *pag. 235.*

GABATHA.

Josephus meminit oppidi i Γαβαθά. *Antiquit. VI. 5. Antiquit. XIII. 1.* sed in

p. in hoc loco videtur legendum Ναδαβάθ. Vide *1. Macc. 9. 37.* Stephanus
772. Γαβάθη πόλις Γαλιλαίας ὡς Ἰώσηπος ἐκτῷ Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας. *Gabatha. Urbs Galilaeae. Josephus lib. VI. Antiquit.*

Γαβαθὰ est & vicus 12. miliaribus ab Eleutheropoli, ubi sepulcrum Habaccuci ostenditur. Eusebius in Onomastico ad vocem Γαβαής. Antea ad vocem Κηλὰ & Ἐχελὰ dixerat, illic ostendi sepulcrum Habaccuci. Sed haec facile conciliantur, si conferamus ea, quae de situ horum locorum tradit Eusebius. Kela, sive Κηλὰ, erat 8. miliaribus ab Eleutheropoli ad ortum, id est Aeliam versus. Gabatha, 12. miliaribus ab Aelia. Spatium autem omne inter Aeliam & Eleutheropolin fuit 20. miliarium. Atqui 8. & 12. efficiunt 20. Sic ut Gabatha & Kela loca videantur fuisse vicina & paribus fere intervallis remota hinc & inde, i. e. ab Eleutheropoli 12, ab Aelia 8. Et sepulcrum Habaccuci inter Gabatha erat & Kela, ita ut aeque ab hoc, quam illo loco conspici potuerit. Meminit idem Γαβαθὰ in Benjamin, ubi domus Saulis fuit (illa est Gibea) & Gabatha, vici in finibus Diocaesareae: sed Graeca mire illic turbata sunt.

GABATHO. Vide *Gibbethon.*

GABE.

Γαβέ. *Zachar. 14. 10.* Γαβὲ pro גבע legitur. Erat haec urbs parva distans 16. miliaribus a Caesarea, adjacens magno campo Legionis. Eusebius in Onom. ad vocem Γαβαθών. Plinio etiam memoratur Gabe, sed alio loco. Postquam urbes Decapolis recensuisset, dicit, *has urbes intercursare tetrarchias, quae in regna contribuuntur*, & mox addit *Trachonitis, Paneas, Abila, Arca, Ampeloessa, Gabe.* De nummis Gabenorum vide, quae ad vocem *Gaba.* Legitur & Anastasius Γάβων episcopus in Palaestina (vide supra *pag. 532.*) at nulla Gabe recensetur inter sedes episcopales Palaestinae (vide supra *pag. 215.*) sed Γαδαὶ, quum tamen Γάδων episcopus nusquam in actis conciliorum legatur. Legendumne in Notitiis Γάβαις

GABBE.

p. 773. Γάββη. Vel ut alii Γάβδη. *III. Ezr. 5. 39.* Est urbs גבע uti liquet, si conferamus *Neh. 7. 30.*

GADAE.

Γάδαι. Inter urbes Palaestinae secundae recensetur in Notitia Veteri Ecclesiastica. Forsitan legendum Γάβαι ob ea, quae mox notavimus ad vocem *Gabe.*

GADARA PERAEAE.
vel Palaestinae secundae.

Ita hanc urbem nuncupo, ut distinguam ab alia, quae idem nomen gessit, & vicina fuit Nicopoli atque Diospoli, de qua mox. Fuit autem haec urbs sita ad flumen Hieramacen, teste Plinio, *lib. V. 16.* μητρόπολις Peraeae,

Peraeae, teste Josepho *lib. V. de bello, cap. 3.* ad ortum sita lacus Tiberiadis, remota a Tiberiade intervallo 60. stadiorum, uti idem testatur *in historia vitae suae, pag. 1025.* In hujus scriptis & alia leguntur ad notitiam hujus urbis facientia. Regionem Gadarem, Γαδαρίδα, scribit, terminare Galilaeam a plaga orientali *lib. III. de bello cap. 2.* Idem nomen usurpat Strabo narrans, ἐν τῇ Γαδαρίδι aquam lacustrem esse, qua degustata, pecora pilos, ungues, & cornua amittunt. Videtur esse illa, quam Pompejum instaurasse scribit, *Antiq. XIV. 8.* Habuit unum ex 5. Synedriis totius terrae Israëliticae *Antiquit. XIV. 10. bell. I. 6.* sed Rufinus loco posteriore legit Δώροις. Gadara, Hippon, & Samariam, Augustus Herodi reddit, *Antiquit. XV. 11. bell. I. 15.* Gaza, Gadara & Hippos πόλεις Ἑλληνίδες erant, nec Archelao subjectae, *Antiquit. XVII. 13.* sed Syriae adjectae *bell. II. 4.* quum tamen Gaza tam longe remota fuerit a Gadaris & Hippo, suspicio nasci posset, legendum Γέρασα, quae urbs utrique vi- p.
cina fuit. Vici Gadarenorum & Hippenorum, in confiniis Tiberiadis & 774.
agri Scythopolitani incenduntur a Justo, *In vitae suae historia.* Denique nomen Γάδαρα aliquoties legi in Josepho pro Γάδαρα urbe suspicamur. Gadara & Scythopolin urbes Coelesyriae vocat *Antiq. XIII. 21.* & ibidem Γάδαρα nuncupat κώμην Γαλααδίτιδος. Vide vocem Gabara: nempe late patet nomen Coelesyriae, complectiturque apud eundem regionem Moabitarum ac Ammonitarum *Ant. I. 11.* Alibi *Ant. X. 11.* videtur Coelesyriam distinguere a regionibus illis. *Ant. XV. 4.* totam Coelesyriam Cleopatrae ab Antonio donatam scribit. Idem *Antiquit. XII. 3.* ex Polybio narrat, Gadara capta esse ab Antiocho. Apud Polybium ita nunc legitur Historiarum *lib V.* postquam Antiochus cepisset Pellam, Camun, Gephrun & Abila, Gadara capienda superfuisse. Καταλειπομένων δ' ἔτι τῶν Γαδάρων ἃ δοκεῖ τῶν κατ' ἐκείνας τὰς τόπας ὀχυρότητι διαφέρειν, προσχραποτεδεύσας αὐτοῖς καὶ συνηγάμενος ἔργα ταχέως κατεπλήξατο καὶ παρέλαβε τὴν πόλιν. *Restabat adhuc Gadara, locus opinione hominum prae ceteris omnibus illius tractus eximie munitus, ad quem Rex admovit exercitum & molitus opera oppidanos ita terruit, ut ex templo se dederent.*

In tabulis Novi Testamenti memoratur Γαδαρήνων γῆ, *regio Gadarenorum* adsita mari Tiberiadis, *Marc. 5. 1.* diciturque esse e regione Galilaeae *Luc. 8. 26.* plane, uti Josephum mox loquentem audivimus Γαδαρίδα, id est regionem Gadarenorum, terminare Galilaeam ad ortum: quo magis miror, viros doctos credere potuisse, partem aliquam Galilaeae ad ortum Jordanis aut lacus Tiberiadis esse collocandam. Matthaei *cap. 8. 28.* Gergesenorum regio illa dicitur, quae a Luca Gadarenorum: verum & in Matthaeo olim Γαδαρήνων lectum fuisse in codicibus quibusdam notavit Epiphanius *lib. II. adv. pag. 650.* quamvis non repugnet, eandem regionem & ab urbe praecipua Gadaris, & a loco minus noto Gergesi, nomen ferre.

Stephanus ita describit hanc urbem Γάδαρα, πόλις κοιλῆς Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη. Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεύς· καὶ Γαδαρὶς καὶ ἡ γυνὴ

p. 775. γυνὴ καὶ ἡ χώρα. Ἐντεῦθεν ἦν Μένιππος ὁ σπουδογελοῖος. *Gadara. Urbi cavae Syriae, quae & Seleucia & Antiochia dicta est. Gentile est Gadaraeus. Gadaris faeminin. Et regio ita nuncupatur. Inde erat Menippus dictus spudogeloeus.* In voce Ἀντιόχεια ait, urbem quandam, inter Cavam Syriam & Arabiam, ita dictam fuisse: haec erit, quam hic Gadara appellat ad orientem lacus Tiberiadis. In confiniis Cavae Syriae & Arabiae erat sita, hinc illi hic attribuitur. Ceterum de Menippo hinc orto supra diximus. Erant & alii, quibus adhaesit nomen Γαδαρεὺς ab urbe Gadarorum. Ὀινομαὸς erat Γαδαρεὺς Philosophus Cynicus, qui paulo antiquior fuit Porphyrio. Suidas ad vocem Ὀινομ. Erat & Ἀψινὴς Γαδαρεὺς, cujus Suidas meminit ad vocem Φρόντων. Gadarenus fuit & Theodorus Sophista, magister Tiberii Caesaris. Suidas ϑ. Θεόδωρος. Strabo, ubi de urbe Gadaris *lib. XVI.* etiam Menippum Gadarenum dicit. Sed Gadara Strabonis prope Nicopolin erant, non quae ad ortum lacus Tiberiadis sita fuere.

Thermas Gadarenses laudat Epiphanius *lib. I. adv. haeres. pag. 131.* παραγίνονται γὰν εἰς Γάδαρα εἰς τὰ θερμὰ ὕδατα, additque πανήγυρις δὲ ἐκεῖ κατ' ἔτος ἄγεται, *ibi festum celebratur quotannis*, & lavabant ibi in balneis promiscue viri & faeminae aquaeque utiles erant pellendis variis morbis. Epiphanius etiam refert prope Gadara speluncas rupibus incisas, πολυάνδρια dicta & τύμβας. Celebres sunt hae thermae Gadarenae. Meminit etiam harum Itinerarium Antonini Martyris his verbis. *Transivimus Jordanem in ipso loco & venimus in civitatem, quae vocatur Gaddi, quae Gabaon dicitur* (voluit aut debuit dicere *Gadara*) *in parte ipsius civitatis miliario tertio sunt aquae calidae, quae appellantur thermae Heliae, ubi leprosi mundantur*, & mox: *Ibi est etiam fluvius calidus, qui dicitur Gadarra, & descendit torrens & intrat Jordanem, & ex ipso ampliatur Jordanis & major fit.* Thermas Gadarenses commendat quoque Eunapius Sardianus in libro de vitis Philosophorum, ubi Jamblichi vitam enarrat, sic ut solis Bajanis cedant. Τὰ Γάδαρα, θερμὰ δέ ἐςι λατρὰ τῆς Συρίας, τῶν γε μετὰ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐν Βαίαις δεύτερα· ἐκείνοις δὲ ἐκ ἔςιν ἕτερα παραβάλλεσθαι. *Gadara Thermae sunt illae in Syria, secundas tenentes a Romanis, quae Bajis sunt, & quibuscum nullae aliae comparari queunt.* Postea narrat fontium duos minores ap-
p. 776. pellatos Ἔρωτα & Ἀντέρωτα & ex iis pusiones duos a Jamblicho excitos, qui in complexum ejus ruerunt. Nos plura de thermis Gadarensibus notavimus *lib. I. cap. 46.*

Nummi extant in hac urbe cusi, in quibus vel triremis, vel cornu copiae duplex decussatum, vel caput velatum & turritum, vel caput Herculis conspicitur, & aera, cujus initium ducitur ab Romae conditae 690. qualis anni ΔM. (44) Βq (92) ΑΛΡ (131) ΒΛΡ (132) ΕΞΡ (165) ΖΞΡ (167) ΗC (208) ΔKC (224) ϛKC (226) ΓMC (243) ΑΠC (281) ΓΤ (303) de quibus vide Vaillantii numism. Impp. Augg. & Caes. *pag. 340.* Norisii epochas Syromacedonum, Patini nummos aereos Impp. *pag. 183. 245. 266.*

Episcopi

Episcopi Gadarenses in actis conciliorum aliqui memorantur, ita tamen, ut dubium videri possit, fueritne episcopi hujus urbis, an Gadarae illius, de qua mox: nam Ῥεγεὼν Γαδάρων inter sedes episcopos Palaestinae primae recensetur: Vide supra *pag. 215.* & Γάδειρα, *Gadara* inter sedes episcopales Palaestinae secundae: vide *ibidem.* Illud Ῥεγεὼν non satis indicat, cujus Gadarae episcopus debeat intelligi, nam ita & Ῥεγεὼν Ἱεριχὼ legitur (vide *pag. 215.*) verum episcopi se scribunt Ἱεριχέντος esse episcopos, omissa voce Ῥεγεών. Ita etiam Ῥεγεὼν Λιβυάς legitur, & tamen episcopi Λιβυάδος appellantur. Auget difficultatem, quod in eadem serie episcopus Γαδάρων bis memoretur, sic ut inde certo colligere non detur, quinam fuerint episcopi hujus vel alterius Gadarae. Ex urbibus adjectis vix quicquam lucis accedit, quoniam ordo ille secundum situm urbium non digeritur. Videamus ergo episcopos Γαδάρων. Lector videat, quo velit referri singulos.

CAJANUM invenio episcopum Gadarensem subscripsisse concilio Niceno. Vide *tom. II.* conciliorum general. *pag. 51.* Ob loca adjecta videretur hic Gadara Palaestinae primae esse intelligenda.

EUSEBIUM solum ex episcopis provinciae Palaestinae subscripsisse Concilio Antiocheno I. *anno 341.* habiti, notatur in actis concilii, *tom. II.* concilior. *pag. 561.*

THEODORUM lego inter illos, qui subscripsere concilio Ephesino. Vide Baluzii novam collectionem conciliorum *pag. 507.* & *tom. III.* conciliorum general. *pag. 448.*

JOHANNEM invenio in actis concilii Chalcedonensis inter oecu- p. 777.
menica quarti, *tom. IV.* concilior. *pag. 80.* & *330.* ubi legitur

Ἰωάννου Γαδείρων.

Uti & Γάδειρα scribitur in notitia vetere (vide supra *pag. 215.*) urbs Gadara Palaestinae secundae, quum illa Palaestinae primae Γαδάρα & Ῥεγεὼν Γαδάρων illic appelletur. Sic ut dubium non sit, voce Γαδείρων hic indicari urbem Gadara Palaestinae secundae, quod etiam liquet ex eo, quod in actione quarta hujus concilii haec recenseatur inter urbes Palaestinae secundae, quum ibi separatim urbes singularum Palaestinarum memorentur. Nec est tamen, quod quis existimet, quoniam hic Γαδείρων scribitur, & quia in notitiis veteribus Γάδειρα etiam appellatur urbs Palaestinae secundae, illa autem primae Γάδαρα, oportere episcopos, qui Γαδάρων esse dicuntur, in actis conciliorum, referri ad Gadara Palaestinae primae, & qui Γαδείρων, ad Gadara Palaestinae secundae: nam verum nomen urbis hujus Palaestinae secundae Γάδαρα fuisse non Γάδειρα, constat ex scriptoribus antiquis, & hi ipsi episcopi, qui Γαδείρων dicuntur, Gadarenses nuncupantur. Ita in Latina versione actorum hujus ipsius concilii Chalcedonensis, ubi in Graeco legitur Ἰωάννου Γαδείρων, in Latino est *Gadarae Palaestinae secundae.* Et in actione quinta & decima hujus con-

concilii, *tom. IV.* conciliorum *pag. 787.* uti ex codice antiquissimo descripta sunt episcoporum nomina a Sirmondo, legitur *Provinciae Palaestinae secundae episcopi IV. Severianus Scythopolitanus, Annianus Capitoliados, Zebinus Pellestianus, Johannes Gadarensis.* Quid? quod in ipso contextu Graeco *pag. 586.* hujus tomi idem episcopus appelletur τῆς Γαδαρέων. Atque ita etiam in ipsis notitiis veteribus pro Γάδειρα legitur *Gadarum*: vide supra *pag. 223. 226.* Sic flexerunt illi nomen גדר in Γάδειρα, uti & notissimae urbis in Hispania nomen גדר evasit Γάδειρα.

Nam Punicorum lingua conseptum locum
Gadir vocabat,

uti Festus Avienus scribit *in ora maritima lib. I.*

p. 778. ARAXIUM Γαδάρων episcopum video memoratum in actis concilii Hierosolymitani habiti anno aerae Christianae 536. vide v. conciliorum *pag. 284.* & mox THEODORUM Γαδάρων.

Medio aevo ab hac urbe regio olim Gadarena dicta videtur accepisse nomen Cedar & Kedar, & persuasum fuit vulgo, hanc esse regionem Kedar, cujus in sacris literis fit mentio. Id nomen primum suspicari coepi hinc originem suam traxisse, quum in Chronico Freculphi, episcopi Lexoviensis *tomo I. lib. V. c. 8.* legerem *Abella & Cedar*, pro eo, quod in Polybio *lib. XVI.* Josepho *lib. XIII.* legitur Ἄειλα καὶ Γάδαρα.

GADARA.

Palaestinae primae.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς describit urbem Gadara dictam, quae sit urbs Coelesyriae iis verbis, quae mox dedimus *pag. 774.* Illam nos credidimus esse Gadara Peraeae, quae & ipsa urbs Coelesyriae a Josepho dicitur, uti & apud Varronem *lib. I.* de re rustica legitur, *in Syria ad Gadara.* Verum praeter hanc urbem aliam hoc nomine Stephanus commemorat, quam vocat Palaestinae, hoc modo Γάδαρα, πόλις Παλαιστίνης .... Πορφύριος τρίτῳ Φιλοσόφε ἱστορίας. Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρηνός. *Gadara, urbs Palaestinae. Porphyrius lib. III. Philos. Hist. Gentile Gadarenus.* Hanc ego puto, esse Gadaram Palaestinae primae. Nec enim video, cur Gadara Palaestinae primae possit Coelesyriae attribui, & Gadara Palaestinae secundae dici esse Palaestinae, ut distinguatur a Gadara Coelesyriae. Non moror, quod hic Γαδαρηνὸς dicatur esse hujus urbis ἐθνικὸν, sic ut haec videantur ad Gadara Palaestinae secundae pertinere, cujus ἐθνικὸν etiam Γαδαρηνὸς legitur in scriptis Novi Testamenti, nam & Γαδαρεὺς est ἐθνικὸν in nummis urbis Gadarorum Palaestinae secundae: quos quidem nummos ad Gadara Palaestinae primae referre non possumus, ob imaginem triremis in iis conspicuam. Haec enim Gadaris Palaestinae secundae, non primae, quae longe erat a mari & flumine navigabili, convenit.

Fuit

Fuit urbs haec non longe ab Azoto. Strabo ejus meminit *lib. XVI.* collocatque ad septentrionem illius. Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ καὶ ἡ Γαδαρίς ἐστιν, ἣν καὶ αὐτὴν ἐξιδιάσαντο οἱ Ἰουδαῖοι εἶτ' Ἄζωτος καὶ Ἀσκαλών. *Interjacet Gadaris, quam & ipsam Judaei sibi vendicarunt, postea Azotus & Ascalon.* Nomen Γαδαρὶς videtur regionem significare potius, quam urbem, uti apud Josephum Γαδαρὶς, regio Gadarena, dicitur Peraeam terminare ab ortu *bell. III. 2.* (quam cave confundas cum hac regione Gadarena, cujus erroris reus fuit ipse Strabo, uti jam a Casaubono observatum est) quod si regio per eam intelligi debeat, nomen ab urbe Gadara accepit. p. 779.

Haec urbs modo Γάζαρα, modo Γάδαρα appellatur, quod liquet ex collatione locorum *1. Macc. 15. 28.* & *35.* ubi jungitur cum Joppe: etiam Γάσηρα *1. Macc. 7. 45.* ubi dicitur circa Bethchoronem Nicanor & Judas patrasse praelium, caeso autem Nicanore, Judas fugientes ab Adasa usque ad Gazera insecutus, quod est iter unius diei. Alibi, *1. Macc. 9. 52.* dicitur esse munita a Jonathane & *1. Macc. 13. 54.* Simeonem habitasse ἐν Γαζάροις. Sita dicitur in finibus Azoti *1. Macc. 14. 34.* & *2. Macc. 10. 32.* Timotheus legitur fugisse ad Γάζαρα λεγόμενον ὀχύρωμα. Josephus ejus quoque meminit dicens, Γάδαρα terminum esse regionis Ephraim ad occasum, *Antiq. V. 1.* quod firmat opinionem eorum, qui existimant, eam in Sacro Codice Gezer גזר appellari. Vide *Jos. 17. 3.* & quae ad vocem Gezer dicentur. Frequenter eam γάζαρα Josephus nuncupat scribitque, esse in finibus Azoti, jungens eam ter cum Joppe & Jamnia. Videamus loca quaedam, quae de hac urbe agere videntur, licet Ζάρα, Γάδαρα & Γάζαρα aliquando apud ipsum scribatur. *Antiquit. XII. 11.* dicitur Judas persecutus hostes suos μέχρι Γαδάρων καὶ τῶν πεδίων τῆς Ἰδουμαίας (melius credo legeretur Ἰουδαίας) καὶ Ἀζώτε καὶ Ἰαμνείας *usque ad Gadara & campos Idumaeae* (f. Judaeae) *& Azotum & Jamniam.* Erat autem Γαζάρη ἐπὶ τῶν ὁρίων Ἀζώτε, in finibus Azoti *1. Macc. 14. 34.* Per hanc Γάδαρα intelligendam esse Gezer sive Γάζαρα, licet etiam colligere ex eo, quod in libro Chasmonaeorum *cap. 4. 14.* ubi eadem res narratur pro Γαδάρων in quibusdam codicibus legitur Γαζηρῶν, in aliis Ἀσσαρημὼθ, quasi ex Γάζηρα. Ita enim illic legitur ἐδίωξαν αὐτὸς ἕως Γαζήρων καὶ ἕως τῶν πεδίων τῆς Ἰδουμαίας καὶ Ἀζώτε καὶ Ἰαμνείας. Alibi Josephus hanc urbem Γάζαρα vocat, uti *Antiq. VIII. 2.* ubi de rege Aegypti scribit, eum cepisse Γάζαρα urbem regionis Palaestinorum τῆς Παλαιστινῶν χώρας & filiae suae Salomoni nuptae donasse. Haec autem גזר Gezer appellatur *1. Reg. 9. 15.* & *2. Sam. 5. 25.* Γέζαρα גזר *Ant. XIII. 1.* narrat, Gazara a Bacchide munita. Nihil obstat, quo minus credamus, haec esse Gezer. Tria autem loca, in quibus Josephus Gazara cum Joppe & Jamnia jungit haec sunt.

Gazaran & Joppen & Jamniam cepit Simon. *Ant. XIII. 11.* Videtur illa in regione Palaestinorum fuisse, quae cum Azoto & Joppe plerum- p. 780.

que

que jungi ſolet Γάδαρα Straboni dicta, ad quem vide eruditiſſimas notas Caſauboni.

Gazara cum Joppe conjungitur, quae ab Antiocho Judaeis erepta eſt. *Ant. XIII. 17.* Γαζάρα καὶ πηγαὶ ibidem dicitur. Si recte ita legitur, docemur, ibi fontes fuiſſe. Mox praeceſſit Ἰόππη καὶ λιμένες. Eadem phraſis.

Zara, Joppen & Jamniam cepit Simon. *bell. I. 2.* lege *Gazara*, uti liquet ex *Antiquit. XIII. 11.* & quibuſdam codicibus verſionis Rufini, & *1. Macc. 14. 34.* ubi Gazara appellatur ad fines Aſdodi.

In Notitiis Veteribus Eccleſiaſticis etiam jungitur Gadara haec cum Azoto, uti urbs Palaeſtinae primae. Ῥεγεὼν Γαδάρων, Ἄζωτος παράλιος. *Regio Gadarorum* (cur ita reddam Ῥεγεὼν, vide in notis ad excerpta ex notitiis) *Azotus maritima.*

* GADDA.

גַּדָּה, Urbs in tribu Juda *Joſ. 15. 27.* Ita quidam putant. Euſebius Γάδδα, φυλῆς Ἰούδα. Κώμη εἰς ἔτι καὶ νῦν ἐςιν ἐν ἐσχάτοις τοῦ Δαρωμᾶ. Hieron. *Gadda, in tribu Juda. Eſt autem hodieque villa in extremis finibus Daromae contra Orientem, imminens mari mortuo.* Memoratur etiam Gadda in Notitia Imperii ſub diſpoſitione Ducis Arabiae. Ego exiſtimo, eſſe jungendum cum praecedenti חצר: vide vocem *Chatzar Gadda.*

p. 781.

GADORA.

Vicus in regione urbis Aelienſis, id eſt Hieroſolymae, circa Terebinthum. Euſebius ad vocem Γάδειρα. Confer Hieronymum. Terebinthus erat 2. miliaribus ab urbe Chebron.

GADVAD.

גדוד Memoratur in Miſna *Negaim. VII. 4.*

GAEBA.

Γαιβά. Non longe a Scythopoli & Dothaim. *Judith. 3. 11.* ubi Holofernes caſtrametatus dicitur inter Gaebam & Scythopolin, non longe a Dothaim.

GAIA.

Urbs Palaeſtinae juxta civitatem Petram. Ita Hieronymus in Onom. ad vocem Γαὶ, i. e. עִי הָעִבְרִים *Num. 33. 44.* ubi dicitur hic locus eſſe in terminis Moabitarum : hoc quoque nota ad illuſtranda loca manſionum Iſraëliticarum in ſolitudine.

GALBAATH.

Γαλβαάθ. Nomen loci ubi David delituit. *Joſ. Ant. VI. 14.*

GALEM.

GALEM.

Γαλέμ. Urbs tribus Judae, ſi ſequamur codices Graecos *Joſ. 15. 60.* Hebraei enim non habent eo loco. At in Jeſaiae *c. 10. comm. 30.* גַּלִּים *Gallim* memoratur. Sed vix inde ſitum loci colligas, niſi forte ex vicinis urbibus. At Judaei in Seder olam Rabba *cap. 23.* putant, decem illas urbes ordine invaſiſſe Sanheribum & decem ejus מסעות ſtationes iis indicari exiſtimant. Id mihi non fit veriſimile. Loca, quae novimus, ubi ſita fuerint, Anathoth, Gibea Saulis, Micmas & alia, abunde hoc refutant, oſtenduntque loca Hieroſolymis vicina heic recenſeri, quae terrore ſuo replevit Rex Aſſyrius. Hieronymus, quem vide in Comm. ad *Mich. 5.* legit Gallim. Erat quoque vicus hoc nomine dictus Gallim, qui aetate Euſebii prope Ekron eſſe dicebatur, λέγεται, ſcribit is in Onomaſtico ad vocem Γαλλεὶ, πλησίον Ἀκκαρὼν εἶναί τινα κώμην Γαλλεὶμ καλουμένην. Ita legit Hieronymus *dicitur autem eſſe quidam Accaron vicus, qui vocetur Gallim.* Fuit audem *Joſ. 15. 45.* Accaron עקרון data tribui Juda.

p. 782.

GALGALA.

Γάγαλα. Nomen loci eſt circa Bethel. Ita Joſephus *Antiq. VI. 5.* Euſebius in Onom. ad vocem Γάλγαλα. Ἄλλοις δὲ ἔοικεν εἶναι Γάλγαλα τὴν περὶ Βαιθήλ. Hieronymus. *Sed & juxta Bethel quidam aliam Galgalam ſuſpicantur.* Hieronymus in epitaph. Paulae. *Intuita eſt caſtra Galgalae & acervum praeputiorum & ſecundae circumciſionis myſterium & 12. lapides, qui de Jordanis illuc translati alveo 12. Apoſtolorum fundamenta firmaverant.* Iſte acervus & Galgala aberant 2. miliaribus a Jerichunte teſte Euſebio ad vocem Βενός. Joſephus memorat quoque Γάλγαλα ſita in planitie inter Jerichuntem & Jordanem *Ant. V. 1.*

Eadem eſt ac Gilgal, ſed Graecis ita dicta. Vide *1. Macc. 9. 2.* Theodoretus *quaeſt. 8. in lib. Jud.* Ἡ δὲ Γάλγαλα τῇ Ἰεριχὼ πλειάζει. *Galgala vicina eſt Jerichunti.* Quaeſt. 7. ſcripſerat, eam vocem lingua Hebraea libertatem ſignificare, quod opinor eum hauſiſſe vel ex libro nominum Hebraïcorum τῷ βιβλίῳ τῶν Ἑβραικῶν ὀνομάτων, quem conſulere ſolebat in indagatione ſignificationis vocum, vide *quaeſt. 51. 54. & 59.* in primum librum Regum, qui noſtris hominibus vulgo primus Samuelis dicitur; aut forte ex Joſepho, cujus ſaepe mentionem facit. Notum enim eſt, eum ad גלה *Gala*, liberavit, reſpexiſſe; quum in Sacro Codice, nomen Gilgal a גלל *Galal*, ſive devoluto illic opprobrio Aegypti per circumciſionem ducatur.

In Chronico Paſchali *pag. 161.* mentio fit aureae buculae ibi conſtitutae his verbis. Ἐπὶ τοῦτο γέγονε τέρας, ὅτι ἤνικα ἐτέχθη, ἐν Γαλγάλοις ἡ Δάμαλις ἡ χρυσῆ ὀξὺ ἐβόησεν, ὡςε ἀκοῦσθῆναι εἰς Ἱεροσαλὴμ, Ὃς καθελεῖ τὰ γλυπτὰ αὐτῶν καὶ τὰ χωνευτὰ αὐτῶν. *Circa hunc* (Elilaeum) *factum eſt prodigium. Quum enim naſcerretur, in Galgalis aurea bos acutam vocem edidit, ita*

p. 783.

ita ut audiretur Hierosolymis dicens, hic destruet sculpta illorum simulacra. Apud Epiphanium de vitis Prophetarum *pag. 237.* legitur, ἥνικα ἐτέχθη, ἐν Γαλγάλοις ἡ δάμαλις ἡ χρυσῆ, ἡ ἐν Σηλὼμ ὀξὺ ἐβόησεν, *quum nasceretur Galgalis bos aurea, quae in Silo erat vocem edidit.* Sed haec corrupta sunt, nec enim idem bos Galgalis & Silunte erat, nec τὸ Galgalis cum ἐτέχθη jungi potest, quia mox dictum fuit, eum natum esse Abelmaulae in tribu Ruben. Credo, illud ἡ ἐν Σηλὼμ, *vel in Silo* glossema esse, additum ab aliquo, quod in contextum irrepsit. Sed unde illud est, quod Galgalis bos erectus esse dicatur? Forte quod *Hos. cap. 4.* dicatur, nolite ingredi in Galgala & ne ascenderitis in Bethaven; & *cap. 9. 15.* omnis malitia eorum Galgalis. Quo etiam facit, quod verba a bove prolata videantur ex eodem Hosea *cap. 10. 2.* petita, & *Hos. 12. 12. erant in Galgal bobus immolantes*, ita Hieron. reddit, quamvis Hebraïca בגלגל שורים זבחו etiam ita reddi queant, & forsan melius, *in Gilgal boves immolant.* Praeterea notandum est, in versione Alexandrina, qua Patres plerumque utebantur, lectum olim *1. Reg. 12.* Jeroboamum vitulorum unum erexisse Galgalis, alterum in Dan (nunc legitur, uti in Hebraeo, unum in Bethel, alterum in Dan) ita cerce citat Cyrillus in Comment. ad Hoseam *pag. 5.* Καὶ ἀπέθετο, φησὶ, τὴν μὲν εἰς Γάλγαλα, τὴν δὲ εἰς Δάν. *Et collocavit quidem unum Galgalis, alterum in Dan.* Nec verum est, quod subjungit πόλεις γὰρ αὐταὶ περιφανεςέραι τῶν ἄλλων, αἳ ἦσαν ἐν χώρᾳ Σαμαρειτῶν, *hae enim urbes in regione Samaritanorum prae aliis illustres sunt.*

Ceterum quod hic semel accidisse narratur, bovem ex metallo mugiisse quotannis, fieri consuevisse Constantinopoli tradit ex opinione vulgi Georgius Codinus in Excerptis de Orig. Constant. *pag. 32.* Ἐν τῷ λεγομένῳ λιμένι τοῦ Νεωρίου βοῦς ἵςατο χαλκοῦς παμμεγεθέςατος κράζειν δὲ αὐτὸν ἔλεγον ὡς βοῦς μίαν τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ γίνεσθαι παράπτωμά τι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἣ ἔκραξεν. *In portu Neorii bos maximus ex aere stabat, quem ferunt semel in anno mugire solitum, & eo die calamitatem aliquam urbi accidere.*

p. 784.

GALGULIS.

Γαλγαλῆς. Vicus in sexto miliario ab Antipatride contra septentrionem. Eusebius ad vocem Γελγέλ.

GALLIM.

גלים *1. Sam. 25. 44.* Videtur in Benjamin fuisse, quia *Jes. 10. 30.* conjungitur cum Michmas, Geba, Rama, Gibea, Saulis, & Anathoth. Hieron. in Onom. scribit, non longe ab Accaron esse vicum Gallim, sed is est a nostro diversus. Vide vocem *Galem.* In Echa Rabbati *fol. 52. col. 4.* vide, quomodo illud Jesaiae בת גלים Abba Bar Cahanna interpretetur comparatione instituta inter גלים *fluctus* maris & majores Israëlitarum, unde ipsi nunc בת גלים dicantur, vel בת גלים sit quasi

בת

בת גוים i. e. Abrahaami, Isaaci & Jacobi, qui profecti sunt in alias regiones, uti Abraham in Aegyptum, Isaacus ad Abimelechum regem Philistaeorum, Jacobus in Paddan Aram.

GAMALA.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Γάμαλα, κατοικία Συρίας. ὁ οἰκήτωρ Γαμαλεύς. Ἰώσηπος ἐν τετάρτῳ τῆς Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας. *Gamala, Syriae, Incola Gamaleus. Josephus lib. IV. Antiquit. Jud.* Urbs fuit Gaulanitidis e regione urbis Tarichaeae sita, unde regio Gamalitica nomen habet ad septentrionem Peraeae sita, & a forma cameli, quam repraesentabat dicta. *de bell. IV. 1.* Plinius inter oppida Samariae Gamala recenset *lib. V. c. 13.* Sed crediderim, hoc nomen corruptum esse.

Legitur etiam apud Josephum *de bell. III. 1.* Γάμαλα in Galilaea sita, urbs equitum dicta, ad montem Carmelum, sed MS. tum Acad. Lips. illic Γάβλα legit, Rufinus Γάβα. Sic etiam Γάμαλα, in Vita *pag. 1002.* & Γάβαλα in Galilaea munita ab Herode *Antiquit. XV. 11.* affines sunt literae μ & β in veteribus membranis. Et sic *Antiquit. XII. 23.* Γάβαλα recensentur cum Gadaris & Seleucia, quae non dubito esse eadem ac Gamala. Forsitan sub Gabala aut Gamala in Galilaea latet urbs Gabara, quae, uti & Sipporis & Tiberias, tres erant nobilissimae urbes Galilaeae, teste Josepho: aut erit Gaba, quae *lib. II. de bell. cap. 19.* interponitur inter Ptolemaïdem & Caesaream. Gemalae vicina erat ars Magdala, Μάγδαλα, cujus meminit Josephus in vita. Josephus *de bell. II. 25.* & *Antiquit. XVIII. 1.* Sed *Antiquit. XIII. 23.* arcem vocat.

p. 785.

GARISIME.

Γαρισίμη. Locus distans 20. stadiis a Sephori urbe Galilaeae. Josephus in vita *pag. 1029.*

GAROB.

גרוב, Ibi Ephod erat Michae. Sanhedrin *fol. 103. 2.* מגרב לשילו ג׳ מילין a Garob usque ad Schilo erant 3. miliaria.

GARSIS.

Γαρσίς. Urbs Galilaeae. Josephus *de bell. VI. 12.* ἀπὸ Γαρσὶς πόλεως.

GATH.

גת, Urbs Philistaeorum *Jos. 11. 22.* Sed iis erepta una cum Jafne & Asdod a rege Judae Uzzia *2. Chron. 26. 6.* vicina iis urbibus, uti hinc colligere licet; & quidem regia, cujus rex alias quoque urbes, quas inter Tziklag imperio suo subjectas habuit. *1. Sam. 27. 5. 6.*

Josephus urbem hanc Γίτταν appellat, quae forma videtur nata ex ἐθνικῷ גתי *Gitti*, i. e. oriundus e Gath. Scribit ille *Antiq. V. 1.* esse

 hanc

hanc urbem Danitarum, & *Ant. VI. 1.* esse urbem unam ex quinque Palaestinorum, *Antiq. IX. 11.* illam Palaestinis ereptam a Rege Ozia, & *Antiquit. IX. 13.* scribit, Hizkiam cepisse urbes Palaestinorum a Gaza ad
p. Gath.
786. Hieronymus in Comm. ad *Mich. 1.* scribit, *Geth una est de 5. urbibus Palaestinae vicina Judaeae confinio & de Eleutheropoli euntibus Gazam, nunc usque vicus vel maximus.* Eusebius in Onomastico testatur, vicum Γεθὰ fuisse 5. miliaribus ab Eleutheropoli remotum in via versus Diospolim, i. e. Lyddam. Hieronymus in praef. ad Jonam testatur, patriam Jonae dici Geth, quae est in Opher *ad distinctionem aliarum Geth urbium,* (nota τὸ urbium) *quae juxta Eleutheropolim sive Diospolim hodie quoque monstrantur.* Plures monstrabantur hoc nomine, uti, praeter illam Getha 5. mill. ab Eleutheropoli versus Diospolim, alia inter Eleutheropolin & Gazam, & alia inter Antipatridem & Jamniam. Euseb. ad vocem Γιτθὰ in Onom.

Erat haec urbs haud procul ab Azoto, quapropter nomine reliquiarum Asdod intelligi eam scribit Hieron. ad *cap. 25.* Jeremiae. *Generaliter posuit Philistiim, hoc est terram Palaestinorum & specialiter urbes eorum Ascalonem, Gazam, Accaron, Azotum: solam tacuit Geth, quae continetur in reliquis. Hoc est enim, quod scriptum est,* & reliquiis Azoti: *Vicina enim atque confinis est Azoto, quae Hebraïcae dicitur Esdod, regio urbis Geth.* Quod si verum sit, non Gath, sed Asdod illic omissa esse dici debet. Ego credideri m, Gath circa excidium Templi primi minus notam aut celebrem fuisse: nam & alibi, ubi 4. aliae urbes Philistaeorum recensentur, haec omittitur. Vide *Zephan. 2. 4. Gaza direpta erit, & Ascalon in perditionem, & Azotus & Accaron eradicabuntur.* Et *Amos 1. 7. Mittam ignem in muros Gazae & devorabit aedes ejus, & disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone, & convertam manum meam super Accaron.* Huc quoque facit, quod Gath, uti urbs potens quidem olim, sed destructa postea recenseri videatur ab Amoso *cap. 6. 1. Descendite ad Gath Palaestinorum* &c.

GATH HACHEPHER.

גַּתְּחֵפֶר, In tribu Zabulon *Jos. 19. 13.* Patria fuit Jonae: cujus
p. situm ita describit Hieronymus praefatione ad Jonam. *Geth in secundo*
787. *Saphorim miliario, quae hodie appellatur Diocaesarea euntibus Tiberiadem, haud grandis est viculus, ubi & sepulcrum ejus ostenditur.* Quod si verum sit, male negarunt Judaei, aliquem Prophetam ex Galilaea ortum traxisse, nam locus a Sepphori, metropoli quondam Galilaeae, non amplius duûm millium intervallo & in meditullio ejus sita, sine ullo dubio in Galilaea fuit. Sita porro fuit eo in loco, quo communis utriusque tribus, hujus nempe & alterius proximae finis erat.

GATH

GATH RIMMON.

גַּת רִמּוֹן, Urbs Danitarum *Jos. 19. 45.* Villa, teste Hieronymo, praegrandis in decimo miliario Diospoleos pergentibus Eleutheropolin. Ita lege & confer Eusebium.

GAULADEMAN.

Γαυλαδημᾶν. Urbs refugii in Bataneade. Josephus. *Antiquit. IV. 7.* Est corruptum ex Golan גולן.

GAULANE. Vide GOLAN.

GAZA.

Urbs haec in codice Hebraeo V. T. עזה *Azza* dicitur, unde est gentile עזתי *Jos. 13. 3.* Tribui Judae sorte fuit adsignata, una ex quinque urbibus Philistaeorum *Jos. 15. 45. 1. Sam. 6. 15.* sita versus fines terrae Israëliticae australes. *Gen. 10. 19.* Avvitae leguntur *Deut. 2. 23.* habitasse in Chatzerim Gazam usque. In N. T. semel tantum ejus fit mentio *Act. 8. 26. Via, quae ducit Hierosolymis Gazam,* αὕτη ἐστὶν ἔρημος. Alii ultima verba de urbe Gaza, quae deserta fuerit eo tempore, utpote ab Alexandro eversa nec postea inhabitata, teste Strabone, *l. 16.* accipiunt, alii de ipsa via. De via ipsa non video, cur ἔρημος diceretur magis, quam multae aliae viae in terra Israëlitica: adeoque ad Gazam ipsam haec retulerim potius. Cellarius jam notavit, eam a temporibus Alexandri desertam non fuisse, quum ab Antiocho eversa sit (teste p.
Polybio in excerptis Valesianis) & a Chasmonaeis erepta aliquoties Sy- 788.
ris (*1. Macc. 11. 61.* & *13. 43.*) deinde expugnata ab Alexandro Jannaeo (*Joseph. l. 13. 21.*) & ex hoc tempore videtur ei fuisse ἔρημος deserta, usquedum, uti ex nummis Titi, Hadriani & sequentium Imperatorum ibi cusis liquet, ex hac quoque clade surrexit. Certe sub Gabinio jam ex clade sua surrexit, quum instaurata fuit, teste Josepho, & nummos cudit, de quibus mox dicemus, adeoque tempore Philippi *Act. 8. 26.* non videtur ἔρημος dici potuisse, ac si incolis omnino omnibus destituta fuisset.

Egi aliquando super hac re per literas cum amico meo, Professore regio linguarum orientalium in Academia Parisiensi, Antonio Gallandio, ut nummos veteres, de quibus mox agemus, & inscriptam iis aeram conciliarem cum testimonio sacri codicis urbem illam fuisse ἔρημον, quum tamen & a Gabinio instaurata esset & nummos cuderet. Is autem sententiam suam ad me his verbis perscripsit. *Gaza, quod non solum a Strabone, verum etiam in* Act. Apost. ἔρημος *dicatur, non est mirum, si attenderimus ad id, quod ait Hesychius his verbis:* ἔρημα, ἀφύλακτα; *ea nimirum esse loca, quae non munita praesidio carent, nec opus habent. Itaque putemus, eam urbem, ab Alexandro Magno expugnatam, & Persis, qui eam munierant, ereptam, iisdem aut deletis aut fugatis, indigenis relictam fuisse, ea conditione,*

ditione, ut ab ipsis denuo non muniretur, nec, quod ipsi contigerat, in Aegyptum contendentibus viam praecluderent, sed liberam & perviam ultra euntibus, ac redeuntibus sinerent. Notandum praeterea, ab iisdem idem sub Lagidis & Seleucidis observatum fuisse, hincque eorum urbem, sacram & asylam, seu inviolatam dictam, ἱερὰν καὶ ἄσυλον, *quod utrisque, seu victoribus, seu victis, aperta esset. Id a te si intellectum fuerit, plana omnia invenies, ac alia Gazaeorum numismata Imperatorum Romanorum nomine ante Titum cusa reperiri posse comperies. Cum eorum regio, olearum, ficuum, vinearum, & agrorum omni proventu, etiamnum hodie, uti mihi testi oculato constat, fertilissima sit, alia significatione* ἔρημος *dici non potuit. Haec est mea sententia: si quid melius tibi visum fuerit, tui arbitrii est.*

p. Josephus meminit hujus urbis aliquoties. *Antiquit. V. 1.* & *2.* scribit,
789. esse urbem tribus Judae, & *Antiq. VI. 1.* unam ex quinque urbibus Palaestinorum. *Antiquit. IX. 13.* Hizkias dicitur cepisse omnes urbes Palaestinorum a Gaza ad Gath. *Antiquit. XI. 8.* eam narrat obsessam fuisse ab Alexandro, dum praesidium Persicum in ea erat: de qua obsidione vide Plutarchum in Alexandro, qui eam vocat Συρίας μεγίστην πόλιν. Deinde capta fuit a Ptolemaeo. Vide Josephum *Antiquit. XIII. 21.* tum ab Alexandro Jannaeo *Antiquit. XIII. 21.* instaurata a Gabinio *Antiquit. XIV. 10.* Herodi reddita ab Augusto *Antiquit. XV. 11.* Eidem *Antiq. XVII. 13.* urbs Ἑλληνὶς appellatur nec Archelao regi Judaeae subdita. Porro *lib. V. de bell. cap. 14.* eam sitam esse scribit inter Raphiam & Ascalonem. Denique *lib. II.* contra Apionem tradit, Idumaeam fuisse juxta Gazam.

Stephanus ita Gazam describit, Γάζα, πόλις Φοινίκης, νῦν δὲ Παλαιστίνης (forte πρώτης) πρὸ τῆς Αἰγύπτου. Ἐκλήθη καὶ Ἄζα, καὶ μέχρι νῦν Σύροι Ἄζαν αὐτὴν καλοῦσιν ἀπὸ Ἄζονος . . . . . ἐκλήθη δὲ καὶ Ἰώνη ἐκ τῆς Ἰοῦς . . . ἐκλήθη δὲ καὶ Μινώα . . . . *Gaza urbs Phoenices, nunc autem Palaestinae, quae ante Aegyptum est. Nuncupata etiam fuit Aza, & ita a Syris hodieque appellatur de nomine Azonis . . . . . appellatur & Jone ab Jo . . . . & Minoa . . . . .* Nota olim Phoenicen postea Palaestinam dictam; & quod *Azan* eam nuncupat. Azotus etiam olim Ἄζα dicebatur, uti noster tradidit ad vocem Ἄζωτος, aut saltem ea de nomine Ἄζας mulieris ita dicta fuit. Ad nomen autem Jones haec confer ex eodem: Ἰόνιον πέλαγος . . . . Λέγουσί τινες καὶ τὸ ἀπὸ Γάζης μέχρις Αἰγύπτου πέλαγος Ἰώνιον λεγέσθαι. Ἴωνη γὰρ καὶ ἡ Γάζα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἰοῦς, *Jonium pelagus . . . dicunt quidam mare a Gaza usque ad Aegyptum Jonium dici. Gaza enim dicta fuit quoque Jone ab Jo.*

Situm urbis ita tradit Arrianus *lib. II.* de expeditione Alexandri. Ἀπέχει ἡ Γάζα τῆς μὲν θαλάσσης εἴκοσι μάλιστα σταδίους, καὶ ἔστι ψαμμώδης καὶ βαθεῖα εἰς αὐτὴν ἡ ἄνοδος. καὶ ἡ θάλασσα ἡ κατὰ τὴν πόλιν τεναγώδης πᾶσα. Μεγάλη δὲ πόλις ἡ Γάζα ἦν καὶ ἐπὶ χώματος ὑψηλοῦ ᾤκισο, καὶ τεῖχος περιεβέβλητο αὐτῇ ὀχυρόν. Ἐσχάτη δὲ ᾠκεῖτο, ὡς ἐπ' Αἰγύπτου ἰόντι ἐπὶ τῇ ἐρ-
p. χῇ τῆς ἐρήμου. *Abest Gaza a mari stadiis summum viginti, & accessus ad eam*
790. *est sabulosus & profundus, & mare urbi propinquum limosum est. Magna autem*

urbs erat Gaza & in elevato loco sita, validoque muro firmata. Ultima quoque est urbium, quae inhabitantur tendenti ex Phoenice in Aegyptum, sita in initio solitudinis. Nota illos scriptores, qui expeditionem Alexandri per Phoenicen & Palaestinam descripsere, post Tyrum nullius urbis, quam Gazae meminisse: unde liquet, hanc & celebrem & munitam fuisse. Lucanus quoque, ubi varias orientis urbes recenset, hujus solius meminit ex urbibus terrae Israëliticae cum Tyro & Sidone, *Lib. III.*

Accedunt Syriae populi, desertus Orontes,
Et felix sic fama Ninos, ventosa Damascus
Gazaque & arbusto palmarum dives Idume,
Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon.

Plinius ita *lib. VI. 28. Petra abest a Gaza oppido litoris nostri DC. mill. a sinu Persico CXXII. mill. Huc convenit utrumque bivium, eorum, qui Syriae Palmyram petiere, & eorum, qui a Gaza venerunt.* De hoc spatio vide mappam nostram, *pag. 423.* adjectam, in qua videre est, quam bene Plinio cum Strabone & Marciano Heracleota conveniat; nam sex septemve miliarium intervallum nullum est respectu spatii 150. miliarium. Idem *lib. XII. cap. 14. Caput eorum* (*Gebanitarum Arabum*) *Thomna abest a Gaza nostri litoris in Judaea oppido LXXX. XXVII. millium passuum, quod dividitur in mansiones camelorum LXII.*

Gazam duplicem fingit Palmerius, alteram prope Aegyptum, alteram Palaestinae urbem vulgo hoc nomine notam, persuasus iis, quae leguntur in Polybii *lib. V. Historiar.* Ibi describens iter Ptolemaei ex Aegypto versus Coelesyriam tradit, eum per Casium montem, & Baragthra profectum, deinde παραγινόμενον εἰς Γάζαν parte exercitus assumta ulterius processisse, donec 50. stadiis a Raphia abesset, ad austrum nempe, nam Antiochus cum exercitu ei obviam tendens Raphiam praetervectus decem stadiis ab exercitu hostili castra metatur, dein 5. tantum. Hic initum est praelium, Antiochus in fugam conjicitur, retrocedit, Raphiam primum, deinde Gazam fugiens domum redire cogi- p.
tur & Ptolemaeo Coelesyriam relinquere. Certum est, si omnia recte 791.
se habent in contextu Polybiano, duplicem Gazam statui: sed si duplex fuisset, an non Polybius debuisset, vitandae confusionis ergo, id monere, aut unam ab altera distinguere aliquo cognomine? Et quis meminit illius Gazae Aegyptiacae? Videtur itaque mihi locus cubare in mendo, & vel pro Γάζαν nomen loci ignotioris substituendum, vel aliquid aliud, quo indicetur, eum non jam appulisse Gazam, sed profectum eo, & constituisse eo usque iter facere cum exercitu.

Erat ad mare non longe a Gaza portus, Majuma Graecis ὁ Μαιούμας, dictus, quem Constantiam de nomine filii sui appellavit Constantinus & urbem esse voluit. Julianus autem hoc nomen ei ademit & λιμένα τῆς Γάζης nominari jussit. Sed secuti Imperatores & nomen & jus ei restituerunt. Meminit hujus rei Sozomenus *Histor. lib. V. cap. 3.*

Παρα-

Παραπλήσια δὲ καὶ τοῖς ἐν Παλαιστίνῃ Κωνσταντιεῦσιν ἐγκαλῶν προσένειμε Γαζαίοις τὴν αὐτῶν πόλιν. Ταύτην γὰρ τὴν Κωνσταντίαν, ὡς ἐκ τῶν πρόσθεν ἔγνωμεν, ἐπίνειον Γαζαίων ἔσαν καὶ Μαϊουμᾶν προσαγορευομένην μαθὼν Κωνσταντῖνος ἐς τὰ μάλιστα τὴν Χριστιανῶν θρησκείαν πρεσβεύειν, ἀξίᾳ πόλεως ἐτίμησε καὶ Κωνσταντίῳ τῷ παιδὶ ἐπωνόμασε, καὶ καθ' ἑαυτὴν πολιτεύεσθαι διετάξατο· λογισάμενος ἄδικον εἶναι τελεῖν ὑπὸ Γαζαίοις ἐς ἄγαν Ἑλληνίζουσιν. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν βασιλείαν παρῆλθεν Ἰουλιανὸς, δίκην ἔλαχον οἱ Γαζαῖοι τοῖς Κωνσταντιεῦσι, καὶ δικαστὴς καθίσας αὐτὸς προσένειμε Γάζῃ τὴν Κωνσταντίαν ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι σταδίους διεστῶσαν. Καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου τῆς προτέρας ἀφαιρεθεῖσα προσηγορίας, παραβαλάττιον μέρος τῆς Γαζαίων πόλεως ὀνομάζεται. *Constantiensibus in Palaestina idem crimen objiciens urbem eorum Gazaeis attribuit. Hanc enim Constantiam, uti ante diximus, quum navale esset Gazaeorum & Majumae nomen haberet, Constantinus intelligens favere religioni Christianae, civitatis jure donaverat & de nomine filii sui Constantiam appellaverat, & seorsim rem publicam habere praeceperat, iniquum esse ratus eam Gazaeis Gentium superstitioni addictissimis attribui. Verum ubi Julianus imperium adeptus est, litem moverunt Gazaei Constantiensibus. Ipse vero judex sedens Gazae Constantiam adjudicavit, quae remota inde est viginti circiter stadiis. Atque ex eo tempore prius nomen amittens dicta est pars maritima Gazae.* Hoc nomen, *pars maritima Gazae* ei datur in vita S. Porphyrii conscripta a discipulo ejus Marco Diacono *Cap. VIII. Quinto mane adnavigavimus in maritimam partem Gazaeorum, quam vocant Majumam.* Ad Majumam quoque hunc Gazae portum respicere videtur Hieronymus Gazis in litore maris collocatis *comment. ad Dan. XI. Mare magnum, in cujus littore Caesarea, Joppe, Ascalon & Gazae sitae sunt.* Si ita legitur in MStis, *Gazae*, utramque & Majumam & Gazam proprie ita dictam intelligit, quae tamen aliquo spatio a mari erat secreta, uti mox vidimus. Non debet haec confundi cum Constantia urbe Cypri, in qua requiescit S. Epiphanius, cujus mentio fit in vita S. Willibaldi a sanctimoniali conscripta, quod tamen factum video ab Mabillonio in *Tom. IV. Actor.* S. Benedicti *pag. 373.* sed ab ejusmodi erroribus, in quos viri maximi saepe aliud agentes incidunt, nemo mortalium immunis est. Meminit ejus & Euagrius Histor. *lib. II. cap. 5.* Τῇ καλουμένῃ Μαιουμᾷ, τῇ πρὸς τῇ Γαζαίων πόλει. Et *cap. 8.* vocat oppidum, Μαιουμᾶ τῇ πολιχνίῃ. Sozomenus Hist. *lib. VII. cap. 21.* vocat illam Gazam maritimam ἐν Γάζῃ πρὸς θάλασσαν, ὅπερ καὶ Μαϊουμᾶν ὀνομάζουσιν.

p. 92.

Abulfeda, Princeps Hamae, in geographia sua nondum typis descripta, oppidum esse scribit in longum porrectum, ubi paucae palmae, sed vites plurimae (قليل نخل وكروم خصبة & hinc celebrata illa vina Gazetica) proveniant, ubi horti in regione arenosa & colibus, qui inter illam & litus maris interjacent, arx praeterea exigua. Hic sepultum esse tradit ex Ibn Haukel Casimum (قاسم est in codice Abulfedae, quo utor, sed alii eum هاشم *Haschem* nuncupant) filium Abdolmenaaf, qui inter majores fuit Mohammedis, natum hic esse celeber-

leberrimae sectae auctorem Schafium & Omarem filium Chatabi. Graeci plures nobis memorant viros celebres, quibus nomen Gazaeorum adhaesit. Observa tamen, fuisse, qui Γαζαῖοι nuncuparentur, non quod Gaza oriundi essent, sed ex aerario ecclesiastico alerentur: atque ita Commodianum Gazaeum dictum ferunt. Notus est Procopius Gazaeus, Zozimus Gazaeus, qui vixit, imperante Zenone, & Ulpianus, cujus Marinus in vita Procli meminit *cap. 9.* & Suidas ad vocem Οὐλπιανός. Idem ad vocem Πρέσβεις meminit Isidori Gazaei, qui cum Areobindo legatus in Persiam missus est.

p. 793.

Incolae hujus urbis, uti superstitionis Gentium fuere tenacissimi, etiam id temporis, quum doctrinam Christianam amplexae essent urbes aliae, ita inprimis Marnae Dei templum, quod Gazae fuit celebratur. Est *Marnas* Syris *Dominus hominum.* Colebantur quidem ab iis ΖΕΥC. ΑΛΔΗΜΙΟC, quod ex Methodio narrat auctor etymologici magni, aliaque numina, sed Marnae fama reliquorum fere memoriam delevit. Saeculo quarto post Christum natum Gaza habuisse dicitur octo templa Diis dicata. Ita scribit Marcus Diaconus in vita S. Porphyrii episcopi Gazensis *cap. IX.* inserta *Actis Sanctorum Tom. V. pag. 655. Erant autem in urbe simulacrorum publica templa octo, nempe Solis & Veneris & Apollinis & Proserpinae & Hecates, & quod dicebatur Herion seu sacerdotum* (f. Ἡρῶον, uti Ἡρῶον τὸ τῆς Ἀλκμήνης ἐν Θήβαις memoratum Antonino Liberali Metamorph. *c. 39.* vel Ἡραῖον Junonis, quale fuit Corinthi, teste Xenophonte Hist. Gr. *l. IV.* & Constantinopoli: vide Codini Orig. Constant. *pag. 58.* quodque vulgo Ἱερεῖον pro Ἡραῖον dicebatur, teste Procopio de *aedif. c. 3.*) & *fortunae civitatis, quod vocabant* Τυχεῖον (de qua voce vide Notas du Cange ad Zonaram *pag. 52.*) *& Marnion, quod dicebant esse Cretigenae Jovis, quod existimabant esse gloriosius omnibus templis, quae sunt ubique.* Marnae templum erat formae rotundae, circumdatum duabus porticibus se invicem interius subeuntibus, ejus vero medium erat ad emittendos vapores constitutum, septentrionaleque & extensum in altum, uti ibidem *cap. X.* traditur: & erant nonnulli, qui existimabant, eadem forma Ecclesiam Christianam illic adificandam esse, sed Eudoxia jussit fieri ad formam S. crucis, atque ita etiam facta est, ornataque columnis triginta missis ab Eudoxia, quas inter duae Carystiae. Incensi dirutique Marnii marmora in plateae solo strata sunt ante ecclesiam, ut ab omnibus conculcarentur. Scilicet antea Constantinus Templa idolorum claudere, non evertere solebat, aut in Ecclesias commutare: sed Theodosius illa aut solo aequavit, aut convertit in Ecclesias Christianas, uti τῇ Βαλανίῃ celeberrimum Templum, quod erat Heliopoli (& cujus rudera ego illa esse reor, quae in Baalbec hodieque conspiciuntur: vide itinerar. Monconisii *pag. 103.*) & alia usui Christianorum cesserunt. Vide Chronicon Paschale ad *ann. 379.* Mentionem facit idem Marcus Diaconus *cap. 8.* loci, cui nomen Τετράμοδος, *i. e. quadrivium*, ubi statua erat marmorea Veneris supra aram marmo-

p. 794.

marmoream, & *cap. 2.* Irenes, qui locus erat in urbe Gaza, ita dictus, quod, quum urbs ab Alexandro magno obsideretur, illic primo bellum cessaverit, uti incolae referunt: & in eo loco postea S. Irenion Ecclesiam construxit. Si hoc verum sit, non fuit Gaza ejus temporis condita in alio loco, quam Gaza tempore Alexandri, uti suspicabatur Hieronymus. Legitur etiam ibidem *cap. 2.* in via, quae Diospoli ducit Gazam, prope hanc urbem, pagos aliquos sitos fuisse deditos cultui simulacrorum. Marinus etiam in vita Procli *cap. XIX.* meminit Marnae, & alterius Dei Ascalonitarum. Hieronymus ad *Jes. 17.* memorat destructum Templum Marnae his verbis. *Hoc & nostris temporibus videmus esse completum: Serapium Alexandriae & Marnae Templum Gazae in Ecclesias Domini surrexerunt, & civitates Aroër Evangelicis gregibus praeparatae sunt.* Idem Epist. ad Laetam. *Marnas Gazae luget inclusus & eversionem Templi jugiter pertimescit.* Vexaverant antea Gazaei prae reliquis Palaestinae incolis Christianos, & inprimis sub Juliano. Gregorius Nazianzenus Orat. 3. in Julian. de eis exclamat τίς ἀγνοεῖ τὴν Γαζαίων ἀπόνοιαν; *Quis amentiam Gazaeorum ignorat?* Meminit & Marnae Lampridius in vita Severi *p. 119. Quum quidam Septimius Arabinus famosus crimine furtorum & sub Heliogabalo jam liberatus inter Senatores principem salutatum venisset, exclamavit, o Marna, o Jupiter, o Dii immortales! Arabinus non solum vivit, verum etiam in Senatum venit.* Nam, ut Salmasius recte, Syrus Imperator Syrum numen invocat.

Facit templorum, quae Gazae fuerunt numinibus dedicata, mentio, ut de vetustissimo Templo Gazae, quod duabus columnis ita innitebatur, ut, his submotis, collabi necesse esset, & a Simsone dirutum
p. est, aliquid obiter monendum putem. Historia nota est, legiturque
795. Judicum XVI. 26. Adscribam ex Pausania, quod lucem huic argumento foenerabitur, *lib. VI. cap. 9.* de Cleomede. Καὶ ἀνέςρεψε ἐς Ἀςυπαλαίαν, διδασκαλείῳ δ' ἐπιςὰς, ἐνταῦθα ὅσον ἑξήκοντα ἀριθμὸν παίδων, ἀνατρέπει τὸν κίονα, ὃς τὸν ὄροφον ἀνεῖχεν· ἐμπεσόντος δὲ τε ὀρόφε τοῖς παισὶ καταλιθάμενος ὑπὸ τῶν ἀςῶν κατέφυγεν ἐς Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Reversus Astypalaeam, quum in ludum literarium intrasset, in quo pueri circiter sexaginta erant, columnam, qua tectum fulciebatur, convulsit: quare oppressis ruina pueris, quum cives lapidibus insectarentur, confugit ad Minervae.* Fateor, templum hoc Gazeticum longe fuisse capacius, ludo illo literario, & plus virium ad illud diruendum necessarium fuisse: sed & vires Simsonis majores fuere viribus Cleomedis, & non repugnat, aedem majorem inniti uni vel duabus columnis, quibus substractis concidet, aeque ut minorem. Ceterum quod quidam ajunt, moris non esse, ut duae columnae aedificium sustinentes in medio aedis tam vicinae sibi invicem constituantur, ut manu utraque arripi potuerint, ex nostri aevi & gentium Europaearum moribus temere judicant de structura aedium apud veteres Philistaeos. Memini in Itinerario Cornelii Brunii, amici nostri, parte 1, ubi a se visa

visa in Aegypto depingit, videre imaginem aedificii talis in medio tribus columnis vicinis admodum sibi mutuo fulti.

Gazae episcopos sex in actis conciliorum legimus. Sunt autem hi:

ASCLEPIUS. Subscripsit Concilio Niceno 1. Vide *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 51.* & Epiphanium *lib. II.* adversus haereses *pag. 730.* Idem subscripsit concilio Sardicensi habito anno aerae Christianae 347. ubi legitur

Asclepius a Palaestina de Gaza.

Vide *tom. II.* conciliorum *pag. 658.* vel Hilarii opera, editionis Parisinae *anno 1693, pag. 1292.* Ἀσκληπᾶς nuncupatur Socrati Historiae Ecclesiasticae *lib. II. cap. 15.* & *Asclepas* Athanasio epi- p.
stola ad solitarios, sed Theodorito Histor. Eccles. *l. I. 29.* uti 796.
hic, *Asclepius.* Huic successit Quintianus, teste Sozomeno *lib. III. 8.*

IRENION. Ἰρηνίων Γάζης episcopus subscripsit concilio Antiocheno, habito *anno 363.* Vide Socratis Historiam *lib. III. cap. 25.* & *tom. II.* conciliorum *pag. 828.*

PORPHYRIUS. Memoratur in concilio Diospolitano habito *anno 415.* Vide *tom. II.* conciliorum *pag. 1532.*

NATIRAS. Hic subscripsit condemnationi Nestorii. Vide *tom. III.* Concilior. *pag. 541. 692. 694.* ubi Νετόρας legitur. Sed in actis concilii Constantinopolitani, insertis concilio Chalcedonensi, *tom. IV.* conciliorum *pag. 238.* est

Νατίρα τȣ̃ εὐλαβεςάτȣ ἐπισκόπȣ τῆς Γαζέων πόλεως.

Idem in actione sexta concilii Chalcedonensis se scribit ἐπίσκοπον πόλεως τῆς κατὰ Γάζαν, quod notandum, quum nullus episcoporum ita subscripserit. Omnes, ἐπίσκοπος πόλεως Κοραλλίας &c. non per κατά. Confer verba Hieronymi de Gaza diruta, vicina novae Gazae, *in Onomastico* ad vocem *Gaza.* In actione XV. concilii Chalcedonensis legitur inter episcoporum Palaestinae tertiae nomina

Nix tiras,
Marcianus Gazes.

Non dubito, legendum *Netiras Gazae*, *Marcianus Geraron.* Μαρκιανὸς Γεράρων ἐπίσκοπος. Vide acta hujus concilii Chalcedonensis *tom. IV.* concilior. *pag. 80.* Subscripsit hic quoque Natiras concilio Constantinopolitano: vide acta hujus in nova collectione conciliorum edita a Baluzio *pag. 1451.* Ibi Νετίρας scribitur, & ἐπίσκοπος Γάζης.

CYRILLUS. Γαζαίων ἐπίσκοπον se scribit. Vide acta concilii Constantinopolitani *tom. V.* conciliorum *pag. 192.*

MARCIANUS. Subscripsit concilio Hierosolymitano, habito *anno 536.* Vide *tom. V.* conciliorum *pag. 284.*

p. 797. Episcopus autem Μαιουμᾶ Γάζης, sive portus Gazaeorum, distinctus ab episcopis ipsius Gazae recensetur Paulianus in actis concilii Ephesini. Vide *tom. III.* conciliorum *pag. 448.* nam eo tempore Natiras erat Gazae ipsius episcopus. Ita in actis concilii Constantinopolitani recensetur

Πρεσκόπιος Μαϊουμᾶ Γάζης
&
Κυρίλλος Γαζαίων.

Ceterum episcopum habuit Gaza primum Philemona, ad quem scripta epistola libris Canonicis inserta est, si vera narrat Dorotheus episcopus Tyri. Φιλήμων, πρὸς ὃν καὶ ἐπιστολὴν ἔγραψεν ὃς καὶ ἐπίσκοπος Γάζης γέγονεν. *Philemon, ad quem & epistolam scripsit, qui & Episcopus fuit Gazae.* Hic autem quum credatur unus ex septuaginta discipulis fuisse, non est probabile, alium ante eum illic episcopatu functum.

Nummi veteres Gazaeorum extant complures cum aera inscripta, cujus initium ducitur ab anno Romae conditae 693. adeoque annis aliquot ante Gazae instaurationem a Gabinio factam. Tales sunt inscripti ΔΗΜΟΥ ΓΑΖΑΕΩΝ ΙΕΡΑΣ ΑΣ. L. ΙΓ. Hic est Λυκαβάντος 13. Sic, ut brevis sim, nummi sunt *anni* hujus aerae 132. 192. 193. 194. 202. 203. 207. 211. 218. 221. 224. 227. 228. 229. 230. 248. 258. 259. 264. 280. At in quibusdam nova quoque aera Hadriani commemoratur, uti Γ. ΕΠΙ BqP, anno tertio nimirum aerae novae, qui erat 192. aerae veteris. Hic est in cimeliarchio Wildiano. ΓΑΖΑ ΜΑΡΝΑ legitur in quibusdam. De Marna Deo diximus. Ad illustrationem horum nummorum vide Norisii epochas Syromacedonum, Patini nummos aereos Impp. Augg. & Caes. Vaillantii numismata Impp. & Caesarum, aliosque.

Chronicon Paschale *pag. 183.* tradit, aeram Gazaeorum exordium sumere a Consulatu Marcelli II. & Philippi, id est, anno V. C. 698.

Κ. Β'. Υπ'. Μαρκέλλου τοῦ β' καὶ Φιλίππου.
Ἐντεῦθεν Γαζαῖοι τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσιν.

p. 798. Citat hoc Chronicon Norisius *Diss. V. de Epochis Syromacedonum p. 410.* atque, se cum auctore ejus credere, esse annum IV. Olympiadis 179. qui fuit annus urbis Romae 693. Cyclo Solis V. Lunae XVII. M. Pupio Pisone & M. Valerio Messala Coss. Verum annus, a quo Gazaei aeram suam exordiuntur, dicitur quidem esse quartus Olympiadis 179. uti Norisius notat,

notat, sed ad eum annum refertur Consulatus Marcelli & Philippi, non Pisonis & Messalae: & ad annum V. C. 693. sive quinquennium ante consulatum Marcelli & Philippi, refertur consulatus Pisonis & Messalae, & Cyclus Lunae 17.

Hac de re quum per literas egissem cum Illustri Ezechiele Spanhemio, pro ea, quae mihi intercessit cum viro in republica literaria principe amicitia, respondit, *a Norisio, dum multus est in adserendo aerae Gazensium initio ac inter alia Chronici hujus* (Alexandrini sive Paschalis) *auctoritate nititur moneri debuisse, quod jam Scaliger & du Cange notaverant, confusam esse & perturbatam consulum in eo seriem, nullamque posse certam temporis notam ex illis erui in iis maxime, quae praecesserunt Constantini tempora. Adde quod non vulgarem ac pro certo a Graecis habitum Olympiadum computum, Iphiteum nempe, sed lustrum Julianum in adsignandis Olympiadibus auctor illius Chronici sit secutus, quem proinde Iphiteum seu vulgarem computum in altero illius margine addendum sibi censuit idem du Cange.* In eadem epistola scribit, *se quidem in calce sui de nummis antiquis operis, ubi speciminis demum loco alibi plenius a se illustrandae ex iis Chronologiae exempla quaedam protulerat, Gazensium aerae initium retulisse ad annum* V. C. 692. *Silano & Murena Coss. a tempore nempe datae huic urbi paullo ante a Pompejo* αὐτονομίας, *Norisium vero ad annum* V. C. 693. At deinceps se mutasse sententiam, quam in erudito de nummis veteribus opere exposuerat, & Norisio accedere significat, rationesque, quibus permovebatur, his verbis expromit. *Ad annum vero V. C. 693. & proinde Pupium Pisonem ac Valerium Messallam Coss. debere illum omnino revocari, praeter adsertum a Norisio Marci Diaconi in vita Porphyrii episcopi, cujus quoque, ubi Aeram Gazensium tangit, meminerat jam ante Usserius, testimonium, evincunt insuper nummi illius Gazae urbis antiqui. Qualis est ille ab eodem Norisio eam in rem adductus, qui exstat in Regiis Gallorum cimeliis, inde dein quoque a J. Vaillant memoratus de Num. Imp. Graecis* p. pag. 144. & 229. *in quo signatam legimus* ΦΛΑCΥΙΑΝ ΠΛΑΥΤΙΛΛΑΝ 799. CEB. Flaviam Plautillam Augustam, *Antonini nempe Caracallae uxorem; illinc* ΓΑΖΑ ΔΞC *Anno 264. Quae autem Plautilla, ut ex Dione constat* lib. LXXVI. pag. 849. *ac vidit jam Norisius, est Caracallae nupta anno, quo Severo ex Oriente Romam reduci vota decennalia sunt soluta; anno proinde Christi Servatoris 203. exeunte Octobri anni V. C. 957. Eadem vero intra biennium circiter, caeso parente Plautiano, est in insulam Liparam cum filio relegata, omnique dein* Augustae *nomine & fastigio usque ad obitum exuta. Unde adscriptae in illius Plautillae nummo aerae annorum 264. initium nequeat altius repeti, quam ab anno V. C. 693. neque ultra annum 695. vel ad summum 696. extendi. Accedit, ut hoc addam, & qui idem quoque adstruit, alius horum Gazensium nummus cum adversis M. Aurelii & L. Veri seu Divorum Fratrum, capitibus; in aversa autem parte* ΓΑΖΑ ΘΚC *anno V. C. 229. qui nummus e cimeliis Reginae Christinae est ab eodem memorato paullo ante Vaillant descriptus* pag. 50. *& inter alios urbis illius Gazae nummos* pag. 268. *Quum autem Verus fato sit functus anno V. C. 922. inde liquet, aerae in eo adscriptae caput haud posse infra annum*

V. C. 693. repeti, quo constitutam esse eandem aeram aliunde, ut vidimus, liquet. Unde exstat etiam alius ejusdem urbis nummus ab eodem Vaillant proxime ibi adductus, cum inscr. ΓΑΖΑ AC *seu anni sequentis 230. qui non amplius L. Veri quippe superiore anno mortui, sed unius M. Aurelii tum imperantis, nomen & caput exhibet.*

Restat, ut loca quaedam Gazae vicina lustremus. Non longe a Gaza versus austrum fuit vicus Thabatha dictus, patria Hilarionis, ad torrentem, qui nomen a vico isto habet. Describitur a Sozomeno Histor. *lib. III. cap. 14.* Τέτῳ δὲ πατρὶς μὲν ἦν Θαβαθὰ κώμη (al. Thanatha) πρὸς νότον δὲ Γάζης κειμένη παρὰ τὸν χειμάῤῥεν, ὃς ἐπὶ θάλασσαν τὰς ἐμβολὰς ἔχων ἐπιχωρίως ἀπ' αὐτῆς τῆς κώμης τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβε. *Patria illi erat Thabatha, vicus ad austrum urbis Gazae juxta torrentem, qui in mare se effundens ab indigenis de nomine vici ipsius appellatur.* Viginti stadiis ab illo vico aberat
p. 800. mare, uti ibidem dicitur, ἐν ἐρήμῳ τόπῳ παρὰ θάλασσαν ἀμφὶ τὰ εἴκοσι ςάδια τῆς αὐτε κώμης διεςῶτι. Hieronymus in vita Hilarionis hunc vicum Thabatha quinque circiter millibus a Gaza distare versus austrum scribit.

Fuit etiam Bethelia, בית אל *Domus Dei*, vicus Gazaeorum, quem ita describit Sozomenus Histor. 5. 15. Χρισιανοὶ πρῶτοι ἐγένοντο ἐν Βηθελίᾳ κώμῃ Γαζαίᾳ πολυανθρώπῳ τε ἔσῃ καὶ ἱερὰ ἐχέσῃ ἀρχαιότητι καὶ κατασκευῇ σεμνὰ τοῖς κατοικέσι. Καὶ μάλιςα τὸ Πάνθεον ὡς ἐπὶ Ἀκροπόλεως χειροποιήτε τινὸς λόφε κείμενον καὶ πανταχόθεν πάσης τῆς κώμης ὑπερέχον. Συμβάλλω δὲ τὸ χώριον ἔνθεν λαχεῖν τὴν προσηγορίαν καὶ ἐκ τῆς Συρῶν φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλήνων ἑρμηνευόμενον, θεῶν οἰκητήριον ὀνομάζεσθαι διὰ τὸ τε Πανθέε ναόν. *Primi fidem Christi susceperunt Betheliae, qui vicus est Gazaeorum, abundans incolis & templa habens, tum ob vetustatem, tum structuram indigenis veneranda: praecipue vero Pantheon colli cuidam manu facto velut arci impositum & supra universum pagum undequaque eminens. Unde etiam conjicio, huic loco nomen datum esse, quodque Deorum domicilium lingua Syrorum appelletur ob illud Pantheon.* Verum nomen id aptius est ad notandum *Dei*, quam *Deorum* domum. Meminit ejusdem vici. Histor. *lib. VI. c. 32.* Βηθελέαν κώμην τε νόμε Γάζης, *Betheleam vicum regionis Gazae.* Et, ni fallor, de eodem vico intelligendus est, quum Ajax Majumae cum Zenone philosophatus Botolii ecclesiam gubernasse scribitur, τὴν τε Βοτωλίε ἐκκλησίαν ἐπετρόπευσε, uti Zeno ecclesiam Majumensem. Quare illud Βοτωλίε ex Βηθελία natum suspicor: hoc enim nomen magis exprimit significationem ei attributam a Sozomeno, *Deorum domus.*

Fuit praeterea vicus Gazaeorum Capharchobra dictus, cujus mentio fit a Sozomeno Histor. VI. 32. Χαφαρχοβρὰν κώμην Γαζαίαν, *Capharchobram vicum Gazaeorum.* Habitavit illic Ammonius.

Videtur & locus aliquis Gazae vicinus Ἤρα dictus esse. Scribit enim Theophanes in Chron. ad *ann. 624.* ἔλαβον τὴν Ἤραν καὶ πάσαν χώραν Γάζης, *ceperunt Ἤραν & omnem regionem circa Gazam.*

Deni-

Denique inter Gazam & Majumam erat in media circiter via monasterium, in quo vixit Severus postea Episcopus Antiochenus: meminit Evagrius *Histor. III. c. 33.* p. 801.

GAZARA.

Videtur illa spatio itineris diurni abfuisse circiter a Bethoron, eademque Gadara appellatur. Vide vocem *Gadara* & *Gezer.* Gazara aberat 4. miliaribus a Nicopoli versus septentrionem, teste Eusebio in Onomast. ad vocem Γαζέρ.

GAZORUS.

Γάζωρος. Urbs ad orientem Jordanis Ptolemaeo memorata. Videtur esse *Jaazer*, quae Ἰαζωρος Josepho dicitur.

GEBA.

גֶּבַע, Urbs in Benjamin. *Jud. 20. 10. Jos. 21. 17.* a Geba usque Berseba *2. Reg. 23. 8.* Videtur ergo limes imperii regum Judae fuisse ad septentrionem, uti Berseba ad austrum. A Geba ad Gezer caesi sunt Philistaei *2. Sam. 5. 25.* quod *1. Chron. 14. 16.* dicitur a Gibeon ad Gazer.

Γάβα nuncupatur Josepho *Antiq. V. 2.* & *Antiq. VIII. 6.* ubi Asa eam munivisse dicitur. Geba autem illa vocatur *1. Reg. 15. 22.* Non longe a Ramathone, 40. stadiis distante Hierosolymis, esse dicitur *Antiquit. VIII. 6.* Est etiam Geba Γηβὰ vicus in quinto miliario a Guphnis, euntibus Neapolin. Eusebius in Onomastico ad vocem Γηβενά. Vide, an huc faciat *Coabis*, quod legitur in tabula veteri itineraria, inter Jerichunta & Scythopolin.

GEBATH.

Urbs terrae Israëliticae, quae ab una parte magnam ejus portionem terminat, uti Antipatris ab altera. מגיבת ועד אנטיפטרס *a Gebath ad Antipatrida* erant 24000. discipuli R. Akibae. Midras Coheleth *fol. 119. 2.* Idem hic locus Gibbethon appellatur in Echa Rabbeti *fol. 76. 2.* מגיבתון ועד אנטיפטרס ששים ריבוי עירות היו וקטנה שבהן זו ביתשמש הלא הוא דכתיב ויך באנשי בית שמש וגו' *a Gibbethon usque ad Antipatrida fuere 60. myriades urbium, & minima illarum fuit Bethschemesch. An non* p. 802. *haec est illa, de qua scriptum est (1. Sam. 6. 19.)* & percussit incolas Bethschemesch &c. In glossa מגיבתון explicatur per מעיר גבת. In Schir Hasschirim Rabba *fol. 13. 4.* מגבת ועד אנטיפטרס ששים רבוי עירות היו והיו מוציאות כפלים כיוצאי מצראים *a Gebath usque Antipatrida sexaginta myriades urbium fuere, duplo plures incolas continentes, quam eorum numerus est, qui ex Aegypto egressi sunt.* Et ibidem *fol. 28. col. 2.* מגבת ועד אנטיפטרס ששים רבוא עירות ואין לך עירות מקולקלות בכלן כבית אל

 ניריחו

ויריחו שאררה יהושע בית אל ששם היו שני עגלי זהב של ירבעם עומדים *a Gebath ad Antipatrida 60. myriades urbium fuere, nec ullae urbes ex iis magis fuere vastatae quam Bethel & Jericho: quia Josua uni maledixit, & ob vitulos aureos in Bethel a Jeroboamo positos.* Videtur illa Geba fuisse, quae opponitur τῇ Gezer *2. Sam. 5. 25.* nam & Gezer non longe ab Antipatride fuit.

* GEBIM.

גבים *Jos. 10. 31.* Hillerus putat integrum urbis nomen esse יושבי הגבים. Eusebius ad hanc vocem notat, Γηβὰ esse vicum, qui Gufnis abest 5. mill. versus Neapolim.

* GEDER.

גֶּדֶר, Urbs regis Cananaei *Jos. 12. 13.* unde videtur esse גדרי *1. Chron. 27. 28.*

* GEDERA.

גְּדֵרָה, Urbs tribus Judae in planitie sita *Jos. 15. 35.* unde formatur gentile גדרתי *1. Chron. 12. 4.* Eusebius notat ad hanc vocem, esse vicum Gadora ad regionem civitatis Aeliensis (ἐν ὀρείοις Αἰλίας) pertinentem circa Terebinthum. Atqui Chebron & Terebinthum videntur non in planitie, sed ὀρεινῇ tractu montano Judae collocandae, sic ut diversa fuerit nostra Gedera a vico Gadora Eusebii.

GEDEROTH.

p. 803. Urbs Judaeae. *2. Chron. 28. 18.* Bethschemes, Ajalon, Gederath, Socho, Thimna & Gimzo captae a Philistaeis.

* GEDEROTHAIM.

גְּדֵרֹתַיִם, Urbs in planitie Judae sita *Jos. 15. 16.*

GEDOR. GEDRUS.

גְּדֹר, Urbs in tribu Judae sita. *Jos. 15. 58. 1. Chron. 4. 39.* Eusebius ad h. v. notat, esse vicum Κέδρος (Gedrus Hieronymo) 10. mill. a Diospoli euntibus Eleutheropolim.

GELBUS.

Γελβοῦς. Vicus grandis in sexto lapide a Scythopoli. Eusebius ad vocem Γεβνέ. Vestigium est nominis montium Gilboa.

* GELILOTH.

גְּלִילוֹת, *Jud. 18. 17.* vide vocem Gilgal. Videtur quibusdam גלילות הירדן esse nomen loci Jordanem *Jos. 22. 10.* & quidem trans flumen:

men: at nos ea voce denotari putamus flexus ipsius Jordanis vel *circuitus*, uti Hieronymus eos appellat in Onomastico ad vocem *Jordanus*, de quibus supra *l. 1. c. 43.* Eusebius scribit, fuisse in Benjamin.

GELMON.

Γελμών. Patria Achitophelis. Josephus *Antiq. VII. 9.* unde eidem Γελμωναῖος dictus est *Ant. VII. 8.*

GEMAN.

Γημάν. Vicus situs in magno campo Samaritidis. Josephus *de bell. II. 2.* Ναὶς appellatur *Antiq. XX. 5.* Γιναίαν pro ea substituit Eruditissimus Aldrich in notis ad *bell. II.* & conferre jubet *bell. III. 2.* ubi mentio Γιναίας. Alii codices MSSti habent ὠδᾶν & βᾶν. Nihil facilius quam μαν & βαν permutari, ob figurae similitudinem in veteribus membranis.

GEMMARURIS.

p. 804. Γεμμαρουρίς. Urbs ad occidentem Jordanis in Idumaea, memorata Ptolemaeo.

GEPHRUS.

Urbs fuit in regione trans Jordanem, non longe, uti videtur, a Pella. Polybius histor. *lib. V. pag. 414.* Παρέβαλε Πέλλαν καὶ Καμὲν καὶ Γεφρῆν. *Pellam cepit & Camun & Gephrun.* Postea Abila capta narrat ac Gadara & deinde Rabbathammana: unde aliquo modo situs hujus urbis colligi potest.

GERAR.

גְּרָר, Urbs Philistaeorum *Gen. 26. 1.* inter Cadesh & Schur *Gen. 20. 1.* Vallis Gerar memoratur *Gen. 26. 27.* Distabat autem Gerar ab Eleutheropoli versus meridiem 25. millibus, teste Hieronymo in Onomast. Idem ad *Gen. 22. 3. Notandum quod de Geraris usque ad montem Moria, id est, sedem Templi iter dierum trium sit.* Theodoretus *quaest. 1.* in *lib. II.* Paralipomen. agens de Gerar *2. Chron. 14. 13.* Ὅτι δὲ τὰ Γέραρα τῆς Παλαιστίνης ἐστὶν ἀδένα ἀντερεῖν οἶμαι· περὶ γὰρ τὴν καλουμένην Ἐλευθερόπολιν Γεραρηνῶν σαλτὸν μέχρι τοῦ παρόντος ὠνόμασται. *Esse haec Gerara Palaestinae si dixerim, nemo, opinor, contradicet. Circa enim urbem nuncupatam Eleutheropolin est Salton* (haec vox Σάλτον frequens est in notitiis Ecclesiasticis, de quibus supra) *Gerarenorum in hunc usque diem appellatum.* Est autem in Palaestina prima tractus Gerariticus. In Talmude pro Gerar legitur (vid. Hieros. Scheviith *fol. 36. col. 3.*) גרריקו *Gerariku.* Id videtur natum illo tempore, quo Σάλτον Γεραριτικὸν dixere. In Bereschit Rabba, *Sect. 65.* גרדקי *Geradike* legitur pro גרר Gerar. Adde *Resch*, quod in Talmude geminatum extat, & veram scriptionem Γεραριτικὸν habebis. Episcopus Γεράρων inter Jamniae & Azoti Episcopum interponitur in Concilio Chalcedonensi, ubi quidam codices Latini *Gerrhae* habent.

 Erat

p. 805. Erat illic torrens, cujus meminit Sozomenus Hiſtor. *lib. VI. 32.* τὴν ἐν Γεράροις ἐν τῷ χειμάῤῥῳ μεγίστην τε καὶ ἐπισημοτάτην πλείστων ἀγαθῶν ἀνδρῶν συνοικίαν συνεστήσατο. *Geraris ad torrentem maximum ac nobiliſſimam monaſterium bonorum virorum ſimul degentium conſtituit.* Illius monaſterii mentionem quoque facit *lib. IX. cap. 17.* Τὸν ἡγούμενον ἐν Γεράροις μοναχικῆς συνοικίας *praefectum monaſterio Geraris.*

Gerara eſſe eundem locum ac Berſabee, i. e. puteum jurisjurandi, quidam exiſtimant. Cyrillus Comment. in Amos. *pag. 299.* Φρέαρ δέ ὄρκου τὰ Γήραρά φησι, πόλις δὲ αὕτη τῶν Φιλιστιείμ, ἤτοι τῶν Παλαιστινῶν. *Puteum jurisjurandi dicunt eſſe Gerara: quae urbs eſt Philiſtaeorum ſive Palaeſtinorum.* Alii putarunt, eſſe Aſcalona. Syncellus in Chronico *pag. 100.* Ἀβραὰμ παρῴκησεν ἐν Γεράροις, ἥν τινες Ἀσκαλῶνα φησὶν εἶναι, ὡς καὶ Ἀφρικανός. *Abraam habitavit Geraris, quem locum quidam Aſcalona eſſe dicunt, uti & Africanus.*

Samaritana verſi oplerumque (non ubique) pro Gerar ſubſtituit in Pentateucho vocem Aſcalon עסקלון: vide *Gen. 20. 1. & 26. 1.* Arabs ibi habet الخلوص *Chaluz*, ac ſi oculum intenderet in Eluſam. Vide hanc vocem. Targum Hieroſolymitanum habet ערד Arad *Gen. 20.* Sed R. Nathan in Aruch ſcribit, in eo גרדקי legi pro גרר.

Suſpicor, incolas hujus urbis latere ſub nomine Γερρηνῶν *2. Macc. 13. 24.* Judas illic dux conſtituitur a Ptolemaide uſque ad Gerrenos. Hillerus huc refert Gerrum Peluſio proximum & in Aegypto ſitum. Mihi vero probabilius videtur Gerarenos, ſitos circa fines auſtrales terrae Iſraëliticae, hic intelligi. De illo Sozomenus Hiſt. *l. VIII. c. 9.* Κατῆρεν εἰς Γέρας, πόλιν μικρὰν ἀμφὶ πεντήκοντα σταδίοις τῶν Πηλουσίου ἀφεστῶσαν. *Appulit Geras urbem exiguam, remotam 50. ſtadiis a Peluſio.* Vide & Itinerar. Antonini.

Joſephus Γέραρα ea nuncupat, ſcribens, eſſe urbem Palaeſtinae *Antiquit. I. 12.* & *Antiquit. VIII. 6.* narrat, Aſam confligentem cum Aethiopibus non longe ab urbe Mareſa fugientes inſecutum eſſe uſque ad urbem Γέραρα & eam cepiſſe. Confer *2. Chron. 14. 13.*

p. 806.

GERASA.

Non dubito, quin apud Plinium male ſcribatur hoc nomen Galaſa pro Garaſa. Ita ille *lib. V. cap. 18. Dion, Pellam aquis divitem, Galaſam, Canatham.* Suidas. Γέρασα πόλις κοιλῆς Συρίας. Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς ita. Γέρασα, πόλις τῆς κοιλῆς Συρίας τῆς τέσσαρες καὶ δέκα πόλεως. ἐξ αὐτῆς Ἀρίστων Ῥήτωρ ..., *Geraſa, urbs cavae Syriae regionis urbium 14. Ex illa erat Ariſton Rhetor.* Valeſius ad Marcellinum duo oppida hujus nominis facit. Ego non niſi unum eſſe puto. Collocatur in Cava Syria, ab aliis in Arabia, jungitur cum Philadelphia, & inter Decapolitanas reconſetur. Haec tamen omnia uni urbi convenire queunt.

Etymon

Etymon nominis ita explicat Jamblichus commentario in Nicomachi Arithmeticam, quem in Muſaeo Meibomiano MS. tum vidi & ex quo haec verba excerpſi. Γερασηνὸς λέγεται ἀπὸ τῆς πόλεως, ἧ ὄνομα Γέρασα. Ἔστι δὲ περὶ Βόστραν καὶ Ἀῤῥαβίαν. Γέρασα δὲ λέγεται ἀπὸ τῶν τοῦς συστρατεύσαντας τῷ Ἀλεξάνδρῳ γέροντας (γέρονταν legitur in MSto.) καὶ μὴ δυνηθέντας πολεμεῖν, ἐκεῖ τὴν οἴκησιν ποιήσασθαι. *Geraſenus ab urbe dicitur, cui nomen Geraſa. Sita eſt haec circa Boſtram & Arabiam. Geraſa autem dicitur a ſenibus, qui ſub Alexandro militaverant, & quum caſtra ſequi diutius non poſſent, hic ſedes fixerunt.* Latiſſime ſumit hoc nomen Hieron. ad Obad. 1. *Cunctam poſſidebit Arabiam, quae prius vocabatur Galaad & nunc Geraſa nuncupatur.* Vix credo, hunc locum eſſe incorruptum, quum nec Hieronymus alibi, quod ſciam, aut alii veterum nomen Geraſae eo uſque extendant. Sed & Arabes جرش Γέρασα nuncupant, quae Gileaditis aliis dicitur, in verſione S. codicis.

Origenes in Evangel. Johannis notat, praecipitationem porcorum quae facta dicitur in regione Geraſenorum, non eſſe factam circa Geraſa urbem Arabiae, quando quidem illa nec mare nec ſtagnum in propinquo habet. Et quod in paucis exemplaribus legitur Γαδαρήνων, nec hoc putat, huic loco convenire, quod Gadara urbs quidem Judaeae, (hoc nomine totam terram Iſraëliticam intelligit: ceteroquin enim p. 807.
non Judaeae proprie dictae, ſed Peraeae urbs erat Gadara) ſit, circa quam celeberrima balnea ſunt, haud quaquam vero in ea ſtagnum ſit aut mare praecipitiis adjacens. Exiſtimat itaque Gergeſa, a quo Gergeſaei, urbem eſſe antiquam juxta lacum Tiberiadis, prope quam rupes eſt lacui adjacens, e qua oſtenditur porcos à daemonibus in praeceps delatos fuiſſe. Verum, uti non nego, τὸ Γεργεσήνων referri poſſe ad urbem quandam aut villam, quae olim ad lacum Tiberiadis fuit, ita non video, cur Origenes putet, τὸ Γαδαρήνων ibi locum habere non poſſe. Fateor, lacus aut mare in ea urbe non fuit: fuit tamen non longe ab urbe & ἐν χώρᾳ *in regione* Gadarenorum, uti liquet ex Joſepho; vide mappam noſtram. Epiphanius ita conciliat has varias lectiones *lib. II.* adv. haereſes *p. 650.* Γαδαρήνων legi in Matthaeo, alia exempla ibi exhibere Γεργεσαίων, apud Marcum legi Γεργεσήνων, τῶν γὰρ τριῶν κληρῶν ὁ τόπος ἀνὰ μέσον ἦν *erat enim hic locus in medio trium illorum.*

Auctor hiſtoriae Hieroſolymitanae inſertae Geſtis Dei per Francos *pag. 615.* putat, eſſe arcem Jarras & ſitum ejus ita deſcribit. *Tranſiens Jordanem regem Damaſci cum Arabibus ſibi foederatis Chriſtianorum terras verſus Tiberiada vaſtantem in ſua refugere coëgit ſolo adventus ſui nuncio perterritum. Quem Rex* (Balduinus II.) *biduo inſequens cum conſequi non poſſet, reverſus ad quoddam caſtellum octavo a Jordane lapide a Damaſcenis aedificatum Jarras nomine, obſedit illud .... Fertur hoc olim inſignis in Arabia civitas extitiſſe Geraſa nuncupata antiquitus, ſitu loci fortis, lapide magno & quadro altius fundata & ſublimius muratae proxima monti Galaad & quondam in tribu Manaſſe*

nasse instituta. Meminit etiam hujus obsidionis Gulielmus Tyrius in *lib. XII.* Histor. *c. 16.* ubi Gerasam eam appellat, & ab Jordane paucis distare miliaribus scribit. Inter Gerasa & Philadelphiam fluit amnis Jaboc, teste Eusebio in Onomast. ad vocem Ἰαβόκ. Ita scribe pro Ἰαβόη. Hieronymus addit *in quarto miliario ejus.*

Epiphanius meminit fontis πηγῆς, τῆς ἐν Γεράσῃ τῆς Ἀραβίας, *qui erat in urbe Gerasa Arabiae, lib. II.* adv. haereses *pag. 451.* alibi in plurali eam Γέρασα appellat *lib. III.* adv. haereses *pag. 874.*

p. 808. Josephus scribit *de bell. III. 2.* hanc urbem & Philadelphiam terminare Peraeam ab ortu, (Γέρασα enim legendum cum Rufino & MSto. Academiae Lipsiensis, non Γέραρα, uti vulgo (jungitque alibi cum Pella & Scythopoli. Vide *de bell. I. 4.* & *II. 19.* ubi Γέρασσα extat. Erat tamen inter Pellam & Gerasam notabile intervallum, quod 35. miliarium fuisse ex Ptolemaei numeris Latinis colligitur. Urbs Jabes erat inter utramque, 6. miliaribus a Pella, teste Eusebio ad vocem Ἀριωθ. Extendit se regio Gerasenorum versus occasum & lacum Tiberiadis, nam Eusebius scribit, ad vocem Ἀργὸβ, esse vicum circa Gerasam, qui quindecim inde miliaribus inde distaret versus occasum, & idem ad vocem Ἠγαννὶ scribit Γέρασαν esse ἐν τῇ Περαίᾳ.

Ammianus Marcellinus *lib. XIV.* jungit *Bostram, Gerasam, atque Philadelphiam.* Jamblichus in Nicomachi Arithmeticam, Γέρασα· ἔστι δὲ περὶ Βόστραν καὶ Ἀραβίαν. *Gerasa est circa Bostram & Arabiam.* Nummi quoque veteres extant, quorum inscriptio ΑΡΤΕΜΙC ΤΥΧΗ ΓΕΡΑCΩΝ. Episcopi Gerasorum etiam memorantur in actis conciliorum.

Josephus scribit, Vespasianum Hierosolymitanos undique circumvallaturum, erectis Hierichunte & Adidis στρατοπεδοῖς, cepisse urbem Γέρασα. *libro de bell. V. 6.* videtur legendum Γέζαρα, ut sit גזר *Gezer.*

GERGESA.

Eusebius ad h. v. Γέργεσα notat, vicum monstrari super montem ad lacum Tiberiadis. Vide, quae notavimus supra ad voces *Gadara Palaestinae secundae*, & *Gerasa*, ubi disquisivimus de eo, quod unus regionem Gergesenorum nuncupet, quam alter Gadarenorum.

GETHLA.

Γεθλά. Urbs, commemorata Josepho *Antiq. VI. 14.*

GETHREMMON.

p. 809. Γεθρεμμών. Vicus grandis 12. miliaribus a Diospoli Eleutheropolin versus. Eusebius in Onomast. Hinc aliqua ratione conjici posset inter Diospolin & Eleutheropolin majus, quam 18. miliarium spatium (quod ita in Itinerario Antonini esse dicitur) intercessisse, quia ceteroquin videretur

deretur dicturus fuisse, abesse illum vicum 5. aut 6. miliaribus ab Eleutheropoli Diospolin, non abesse 12. miliaribus ab Diospoli Eleutheropolin versus. Sed haec ratio sola non sufficit ad labefactandam auctoritatem Itinerarii Antonini: quare & nos urbem Gath in mappa nostra locavimus 5. miliaribus ab Eleutheropoli Diospolin versus.

GETTA.

Plinius meminit *lib. V. 19.* inter urbes Carmelo & Ptolemaidi vicinas. Videtur Geba vel Gaba legendum. Vid. Gaba.

GEZARA.

Γέζαρα. Urbs in confiniis Judaeae & regionis Philistaeorum. Josephus *Antiquit. VII. 4.* Videtur esse Γάζαρα.

GEZER.

גֶּזֶר & גָּזֵר, *Jos. 16. 10. 1. Chron. 14. 6.* Differentia hujus scriptionis dependet ab accentu. Mirum tamen, alias vocales nominibus propriis locorum tribui, ob accentus majores, nec illa manere invariata. Sita fuit haec urbs in portione tribus Ephraim *Jud. 1. 29. Possessiones Ephraimitarum Bethel & villae ejus: & ab ortu Naharan, ab occasu Gezer & villae ejus.* Fuit in confiniis Ephraim & Benjamin inter Betchoron & mare, *Jos. 16. 3.* Philistaei castra metabantur in valle Rephaim: eos aggreditur David a parte posteriore & caedit a Gaba, donec venias Gazer. *2. Sam. 5. 25.* Eusebius ad hanc vocem notat, Γάζαρα esse villam 4. mill. a Nicopoli.

* GIACH.

גִּיחַ, Non longe a Gibeon, *2. Sam. 2. 24.*

GIBBETHON.

גִּבְּתוֹן, Urbs Philistaeorum in regione tribus Dan. *Jos. 19. 44. 1. Reg. 15. 27.* Ad hanc vocem Eusebius meminit, (confer Hieronymum) oppidi Γαβὲ remoti 16. mill. a Caesarea, & Gabathae in regione Diocaesareensi sitae juxta grandem campum Legionis, & Gabathae in Daroma, & Gabathae in Benjamin, denique hujus ipsius Γαβάθων τῶν ἀλλοφύλων. Γαβαθὼ appellatur Josepho. p. 810.

GIBEA.

גִּבְעָה, Urbs in Benjamin, non longe a Rama *Jud. 19. 13.* Distinguitur a Geba גבע urbe quoque Benjaminis, & appellatur vulgo Gibea Saulis *1. Sam. 11. 4.* & Gibea Benjaminis *1. Sam. 13. 2.* Γαβαθσαούλ Josepho, qui eam 30. stadia abesse ab Hierosolymis scribit & juxta eam esse ἀκάνθων κυλῶνα, *de bell. VI. 2.* ergo numeri corrupti sunt, quum 20. stadiis eam Hierosolymis removet *Antiq. V. 2.* Hinc fit גִּבְעָתִי *1. Chron. 12. 2.* Est etiam in Juda urbs hoc nomine *Jos. 15. 57.*

* GI-

* GIBEATH.

גִּבְעַת, Urbs in Benjamin *Jos. 18. 28.* Eusebius meminit ad hanc vocem alterius vici Γαβαθὰ quoque dicti, (meminit & Josephus oppidi nomine Γαβαθά. Vide hanc vocem) 12. miliar. ab Eleutheropoli, ubi ostendatur sepulcrum Habaccuci: at versus quam coeli plagam ista 12. miliaria debeant ab Eleutheropoli dirigi, non dicit: sed id colligemus ex iis, quae ad voces Κεειλὰ & Ἐχελὰ habet, ubi tradit, sepulcrum Habaccuci ostendi in via, quae ab Eleutheropoli Chebronem ducit; idem ad vocem Γαβαθὼν meminit. Gabathae vici contra orientalem plagam Daromae, qui idem est, ac hic. Confer Hieronymum.

GIBEON.

גִּבְעוֹן, Urbs in Benjamin *Jos. 21. 17.* Gibeonitarum urbes erant
p. Gibeon, Kephira, Beeroth & Kiriathjearim *Jos. 9. 17.* Gibeon erat
811. urbs instar regiae *Jos. 10. 2.* a Gibeon ad Gazer caesi Philistaei *1. Chron. 14. 16.* quod in loco parallelo *2. Sam. 5. 25.* dicitur a *Geba ad Gezer.* Unde suspicari liceret, Geba & Gibeon eandem urbem fuisse, at in Leviticis urbibus distinguuntur. Stephanus: Γεβεωνῖται, ἔθνος πλησίον Ἱεροσολύμων, ὡς Ἰώσηπος. *Gebeonitae, gens vicina Hierosolymis, uti Josephus scribit.* Vid. *Antiquit. V. 1.* Porro mentio fit vallis Gibeon *Jes. 28. 21.* & מים רבים magnae aquarum collectionis circa Gibeon *Jerem. 41. 12.* Urbs haec Γαβαὼν dicitur & Γαβαὼ Josepho, distans 40. stadiis Hierosolymis *Antiquit. VII. 10.* ab eodem Γαβαῶ dicitur esse inter Lyddam & Hierosolymas, 50. stadiis ab Hierosolymis. Non credo, esse haec loca diversa, sed erratum in numeris. *Antiquit. VI. 7.* Γαβαὼν πόλις appellatur, sed *Antiquit. VII. 10.* κώμη. Incolas vocat Γαβαωῖτας *Antiquit. V. 2.* & Γαβεωνῖτας ibidem. Mons hic erat, cujus mentio *2. Sam. 21. 9.* De situ Gibeonis vide, quae scripsimus supra ad vocem *Beeroth*, & *lib. II. c. IX.* & *XIII.*

* GIDOM.

גִּדְעֹם, Locus, quo usque Israëlitae persecuti sunt Benjaminitas, *Jud. 28. 48.*

GILGAL.

גִּלְגָּל, Ad orientem Jerichuntis *Jos. 4. 19.* Bethel, Gilgal & Mizpa junguntur *1. Sam. 7. 16.* Ascendit a Gilgal Gibeam Benjaminis *1. Sam. 13. 15.* Gilgale ivit Bethelem Elias *2. Reg. 2. 2.* Gilgal aberat 10. stadia a Jerichunte, 50. a Jordane. Vide supra *lib. II.* Aliud Gilgal intelligi *Deuteron. 11. 30.* multi existimant. Γαλγαλὰ appellatur *1. Macc. 9. 2.* In Judaeam profecturi viam ducentem ad Galgala ineunt. Quidam scribunt, potuisse fieri, ut loci appellatio inde nata sit, quod Josua his castris omnes gentes vicinas per gyrum circumcirca debellaverit. Sed illi non consuluerunt Sacrum Codicem, in quo diserte legitur hoc

hoc nomen ei loco datum a devolutione opprobrii Aegypti per circumcisionem ibi peractam. p.

Alia Gilgal est *Jos. 12. 23.* Et Gilgal memorata *Jos. 15. 7.* גלילות 812.
nuncupatur *Jos. 18. 17.*

GILO.

גִּלֹה, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 51.*

* GIMZO.

גִּמְזוֹ, Urbs in tribu Juda. *2. Chron. 28. 18.* Inde putatur quibusdam esse dictus doctor Misnicus איש גמזו Nachum ex Gimzo. Alii dicunt eum ita nuncupatum, quia semper dicebat גם זו לטובה *etiam hoc in bonum cedet.*

GINAEA.

Γιναία. Vicus, qui Samaritin a septentrione terminat, in campo situs, ita legit Rufinus: nam in Graeco est ἐν μεγάλῳ πεδίῳ, Joseph. *de bell. III. 2.* Isidorus haec Josephi verba describens videtur legisse Ἠλαίας. Ita habet Originum *lib. XIV. c. 3. Haec regio (Samaria) inter Judaeam & Galilaeam media jacet, incipiens a vico, cui nomen est Eleas, deficiens in terra Agrabat.* Haec terra Agrabat est toparchia Acrabattene. Vide & vocem *Geman.* Illic loci situs est hodieque vicus *Zjennin*, vel ut alii scribunt *Jennin*, dictus, & transeunt illum, qui Ptolemaide Samariam, atque ita Hierosolymas, tendunt.

GINNABRIS.

Γιννάβρις. Vicus, a quo usque ad Lacum Asphaltiten est longitudo Campi magni. Josephus *de bell. V. 4.* Vide Σενναβρίς.

GISCALA.

Oppidum Galilaeae, uti liquet ex Josepho. Hieronymus in Commentario Epistolae ad Philemonem a quibusdam dici Giscala a parentibus apostoli Pauli inhabitata scribit. Sed audiamus ipsum. *Quis sit Epaphras concaptivus Pauli, talem fabulam accepimus: Ajunt parentes Apostoli* p.
Pauli de Gyscalis regione fuisse Judaeae; & eos, quum tota provincia Romana 813.
vastaretur manu, & dispergerentur in orbe Judaei, in Tharsum urbem Ciliciae fuisse translatos. Idem in catalogo scriptorum Eccles. *Paulus Apostolus .... de tribu Benjamin & oppido Judaeae Giscalis fuit, quo a Romanis capto cum parentibus suis Tharsum Ciliciae commigravit.* Estne גוש חלב Ghus Chaleb Galilaeae, cujus mentio fit in cod. Menachot *cap. 8. §. 3.* inter alia loca terrae Israëliticae & in Itinerario Benjaminis & in Cippis Hebraïcis ab Hottingero editis *pag. 56.* גוש חלב שם קבורים שמעיה ואבטליון *Gusch Chaleb, ubi sepulti sunt Schemaia & Abtalion.* Memoratur inter Meron & Capharanan. In Gem. Pesachim *fol. 33. 1.* legitur, donec oliva ultima deficiat in Gus Chaleb.

In

In actis Sanctorum *Tom. V. pag. 443.* etiam hujus loci fit mentio: *venit in civitatem Galilaeae, quae Latine Giſcala dicitur.* Joſephus aliquoties hujus loci meminit, appellans Γισχαλὰ in plurali, *Lib. II. de bell. 25.* dicit, eam a ſe eſſe munitam & *lib. IV. de bell. c. 1.* urbem Galilaeae vocat, *lib. IV. cap. 4.* πολίχνην τῆς Γαλιλαίας. Hujus incolae plerique erant agricolae *ibid.* Populos vicinos huic urbi Gadarenos Gabaragenaeos & Tyrios eam expugnaſſe ſcribit in Vita. Suidas ex Joſepho Γίσχαλα, ὄνομα τόπου. Petrus Apollonius *lib. III.* de excidio Hieroſolymitano *pag. 63.* utitur eo nomine numero ſingulari,

Exitus hnc Gamalam triſtis deduxit: & inter
Jam fines, Galilaea, tuos felicibus armis
Giſcala reſtabat; quo ſe, ductore Joanne,
Contulerat fugitiva manus.

GITTA.

Vicus in Samaritide, patria Simonis Magi. Meminit Juſtinus Martyr *Apolog. 11.* pro Chriſtianis τὸν κώμης λεγομένης Γίττων. Ita nunc legitur. Zonaras ex Juſtino *lib. XI. pag. 567.* ἀπὸ κώμης Γιττῶν. Et ita Euſebius *Hiſtor. 1. 13.* Epiphanius *lib. 1. adverſ. haer. pag. 55.* Simonem ortum dicit ἀπὸ Γιτθῶν, olim quidem urbe, nunc vico Samariae. Idem
p. 814. in Anacephal. *pag. 139.* κώμην Γιτθῶν vocat. Atque ita Theodoretus in Compendio haereticarum fabularum *cap. 1.* ἀπὸ Γιτθῶν ὁρμώμενος, κώμη δὲ αὕτη Σαμαρείας, *e Githis oriundus, qui vicus eſt Samariae.* Athanaſius bibliothecarius in Hiſtor. Eccl. *p. 15. Simoni de vico Gitio Samariae:* ubi legendum eſſe *Gitto* liquet ex eo, quod illam libri ſui partem ex Syncello (ubi Γιτθῷ legitur) deſcripſerit & mox ex apologia Juſtini Martyris haec verba de eodem Simone proferat, *Simonem quendam Samaritanum, qui fuit de caſtello, quod dicebatur Gitio,* quum apud Juſtinum legatur Γιττῶν. Sed facile *Gitio* Latine ex *Gitto* naſcitur. Hoc nomen Γίττα ſolet etiam a Joſepho & aliis tribui urbi Gath. Ita & Stephanus, Γίττα πόλις Παλαιστίνης. Πολύβιος ἑκκαιδεκάτῳ· τὸ ἐθνικὸν Γιτταῖος. *Gitta urbs Palaeſtinae. Polybius lib. 16. Gentile Gittaeus.*

Denique Γίττα nomen eſt arcis in Idumaea, munitae a Machaera. Joſephus *Antiquit. XIV.* & *de bell. I. 11.*

GITTAIM.

גִּתַּיִם, Urbs in Benjamin *Nehem. 11. 33.* vel an forte eſt eadem ac Gittaim, quam filii Rimmon poſtea profugi inhabitarunt *2. Sam. 4. 2. 3.*

GOB.

גּוֹב, *2. Sam. 21. 18. 19.* Praelium ibi cum Philiſtaeis commiſſum fuit, pro quo גֹּזֶר legitur *1. Chron. 20. 4.* Graeci interpretes pro גוֹב legiſſe videntur *commate 19.* גוֹב, quando reddunt μετὰ τῶν ἀλλοφύλων ἐν

ἐν Νώβ. Nob eſt nomen urbis notae. In aliis codicibus legitur *commate 18.* ἐν Γὲθ, ſic ut videantur reſpexiſſe ad urbem Gath (nam urbs illa Γὲθ ſolet Graecis dici: vide *Joſ. 11. 22. 1. Sam. 5. 8.*) & eo quidem magis, quod Gath urbs fuerit Philiſtaeorum, quos ἀλλοφύλους dici ante obſervavimus. Adde quod mox *commate 20.* legatur עוֹד *adhuc* bellum Gathi, ἐγένετο ἔτι πόλεμος ἐν Γέθ.

GOLAN.

p. 815. גֹּלָן, Urbs in Baſan, data dimidiae tribui Menaſſe *Deut. 4. 43.* Scribitur גרון *Joſ. 21. 27.* ſed monent Maſorethae legendum גולן. Euſebius ſuo tempore villam praegrandem in Batanaea Gaulon dictam memorat. Joſephus diſtinguit Batanaeam a Gaulonitide, meminitque urbis hujus primariae, nomine Γαυλάνης *de bell. 1. 4.* Pronunciatio Γαυ pro Γο usque ad haec tempora apud Judaeos perdurat, *Menaura, Aulem* & *Mauſche* pronuntiantes pro מנורה, עולם & משה, unde quibusdam ex iis (qui אשכנזים i. e. Germani appellantur, & ritibus quibusdam ſacris atque ipſo vivendi genere ab aliis Luſitanis ſive Hiſpanis ספרדיים diſtincti ſunt, atque in vicina urbe Amſtelodamo diſtinctam Synagogam habent) nomen *Smauſen* adhaeſit, quod vulgus noſtrum audiret nomen *Mauſis* ſive *Moſis*, quo multi ex Judaeis appellantur, iis multum in ore eſſe. Confer, quae ſupra *lib. I.* de Gaulanitide notavimus.

GOMORRA.

עֲמֹרָה, *Amora, Gen. 10. 19.* Urbs in planitie ſita בכר & a Deo everſa. Videtur auſtralior fuiſſe Sodoma: quod ex ordine, quo ibi recenſetur colligitur.

Suidas. Γόμορρα, τόπος τῶν Σοδόμων. Secundum correctionem Kuſterianam legendum eſſet τόπος τις ἐγγὺς τῶν Σοδόμων. Verum, ut non negem recte ita dici, puto tamen, Suidam ſcripſiſſe, uti vulgo legitur, & credidiſſe, Sodoma tractum aut urbem praecipuam fuiſſe, ſub cujus regione reliquae urbes cenſerentur. Ita Euſebius in Onom. Γομορρὰ, μία τῆς πενταπόλεως Σοδόμων, ſic idem ad vocem Adama. Et ad vocem Βαλὰ, μόνη διασωθεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν Σοδομιτῶν χώρας. Hieronymus, illic, *ſola de quinque Sodomorum urbibus reſervata*, & ita ad vocem Zochora. Sic etiam Suidas Gomorram, urbem, *locum*, Sodomorum dicere potuit.

GOPATATA.

p. 816. Nomen ſatis accedens ad Jotapata. Locus diſtabat a Tzippori tria miliaria מהלך שלושה מילין uti legitur in Midraſch Coheleth *fol. 108. col. 1.* Ne quis putet, גו פתתא divellendum eſſe, ut notet *medium Patattae*, (nam ita Targum reddit בתוך העיר per בגו קרתא) vetat commentator ad hunc locum ſcribens עד שהלך קול הקריעה עד מקום גופתתא *donec diffunderetur ſonus ſciſſuraе usque ad locum Gopatata.*

Sed forsitan haud tanti erit omnibus auctoritas hujus hominis, ut persuadeat. Alibi ubi eadem historia narratur גופפתא *Go Paphta* hic locus appellatur: vide *Paphta* vocem. Et in Midras Coheleth, *fol. 113. col. 3.* idem locus (nam & ibi narratur idem factum) גובכתה *Gobabta* nuncupatur, ubi glossator monet legendum גובתתא.

GOPHNA.

Γόφνα Josepho, Γέφνα Ptolemaeo, urbs insignis Judaeae, unde regio Gophnitica nomen accepit, de qua nos supra egimus. Aberat Hierosolymis 15. miliaria in via Neapolin versus. Ita Eusebius ad voces Φάραγξ βότρυος. Idem notat ad vocem Γηβεναὶ, Gebam esse in quinto miliario a Gufnis, euntibus Neapolin. Meminit Josephus hujus urbis & toparchiae inde dictae aliquoties, & plerumque jungit Gophniticam toparchiam & Acrabattenem. Urbis meminit *Antiquit. XIV. 18.* Γόφνα & Ἀκραβατταὶ duae erant toparchiae in Judaea, *de bell. III. 2.* Γοφνιτικὴ τοπαρχία *de bell. I. 1.* Gophniticae & Acrabattenae praeficitur Johannes filius Ananiae, *de bell. II. 25.* Gophniticam & Acrabattenen subjugat Vespasianus, dein Bethel & Ephrem oppida, *de bell. V. 8.* Denique meminit Gophnae *lib. VI. de bell. 1.* ubi Titum ait Caesarea Hierosolymas profectum per Samaritin venisse Gophnam. Ex quibus omnibus situs urbis Gophnae luculenter illustratur.

GOPHNITH.

p. 817. Urbs in terra Israëlitica. Gemara Beracoth *fol. 44. f. 1.* ר יצחק אמר עיר אחת היתה באי׳ וגופנית שמה שהיו בה שמונים זוגות אחים כהנים נשואים לשמנים זוגות אחיות כהנות. *Dixit R. Isaac: urbs erat in terra Israëlitica, cui nomen Gophnith. In ea erant 80. paria fratrum Sacerdotum, qui duxerunt uxores octoginta paria sororum, quae & ipsae erant sacerdotes.* Ejusdem historiae mentio fit in Echa Rabbati *fol. 75. col. 4.* At illic גפנת non sumitur pro nomine proprio urbis, sed legitur בחרא נפנת.

GUSCH CHALAB.

גוש חלב, *Erachin. IX. 6.* Locus est in Galilaea celebratus ab oleo. Vide Gem. Menachoth *cap. 8. hal. 3. fol. 85. 2.* Commemoratur & in Midrasch Coheleth *fol. 93. col. 2.* מטקסא מן גוש חלב *Metaxa ex Gusch Chalab.* Et ibidem *fol. 118. col. 4.* lis orta inter incolas גוש חלב & אנשי מרונאי *Meron.* Et in Midrasch Schir Hasschirim Rabba *fol. 39. 1.* jungitur מעשה בשני אחים שהיה אחד במירון : ואחד בגוש חלב *historia de duobus, fratre & sorore, quorum ille in Meron, haec in Gusch Chalab habitabat:* Liquet ex sequentibus, sororem non fratrem fuisse, quae in Gusch Chalab habitabat. Nomen Giscala, urbis Galilaeae, satis con-

convenit cum hoc, ita ut ex Gusch Chalab natum videri possit. Confer, quae de *Giscalis* scripsimus.

HADADRIMMON.

Urbs postea dicta Maximianopolis. Vide hanc vocem.

HANNEKEB.

הנקב, Nomen urbis Nephtaliticae. *Jos. 19. 33.* eam postea dictam ציידתות *Tziadata* tradunt in Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.* Vide supra *pag. 717.*

HASTA.

p. 818. In notitia Imperii recensetur inter alia loca, quae sub duce Palaestinae erant. Vide supra *lib. I.*

HATTOLIM.

הטולים, Hattolim. Misna Menachot. VIII. 6. מאין היו מביאין את היין קריותים והטולים אלפא ליין *unde solebant vinum adducere? Kirjothaim, & Hattolim loca erant, quorum vina maxime laudata erant.*

HAUANA.

Mentio ejus fit in Notitia dignitatum Imperii Romani. Vide supra, quae ex illa excerpsimus.

HELENOPOLIS.

Ἑλενόπολις. Urbs Palaestinae episcopatu insignis. Vide supra *lib. I. cap. 34.* Episcopus Procopius commemoratur in actis concilii Hierosolymitani, anno 536. habiti. Recensetur inter urbes Palaestinae secundae in Notitia Veteri Ecclesiastica. Meminit urbes Helenopolis Sozomenus *Hist. 11. 2.*

Praeter hanc, aliam in Bithynia condidit Constantinus anno Christi 327. Chronicon Paschale *p. 283.* Δρέπανον ἐπικτίσας ὁ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐν Βιθυνίᾳ, εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λουκιανοῦ, ὁμώνυμον τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἑλενόπολιν κέκληκεν, δωρησάμενος ἄχρι τοῦ νῦν, ἕως φανερᾶς περιοχῆς πρὸ τῆς πόλεως, εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Λουκιανοῦ ἀτέλειαν. *Constantinus Imperator Drepanum in Bithynia in honorem Sancti Martyris Luciani instauratam de nomine Helenae matris suae Helenopolim appellavit, donata civitati immunitate vectigalium, quo usque ante urbem prospectus patet, in honorem S. Luciani martyris, qua usque ad hunc diem fruitur.* Haec illa urbs est, de qua Glycas scribit annalium parte IV. *pag. 327.* ἣν οἱ ἀγροικότεροι ἐλεεινὴν πόλιν καλοῦσιν, *quam rusticiores appellant Eleinopolin*, quasi dicas oppidum miserabile: quod mali ominis fuisse ibidem notat.

HEPHA.

p. 819. Ἡφά. Nomen urbis maritimae inter Caesaream & Ptolemaida ad radicem montis Carmeli. Olim Συκαμίνος dicebatur vel ut alii Πορφυρέων.

ρέων. Ita Guilielmus Tyrius opinatur. Eusebius meminit in Onomastico ad vocem Ἰαφέθ. Suspicor, Josephi tempore eam *Gabam* nuncupatam & hinc nata nomina *Hephae*, *Kephae*, &c. Describitur illa in Itinerario Benjaminis, sed miris modis corrupta sunt, quae ibi leguntur ומשם ג פרסאות לניפש היא גת החפר יש על פני הים. Et inde (Ptolemaide) 3. parasangae usque ad Caipham (lege לכיפש) ea est Gath Hachepher (ita videtur legendum גת החפר) ad litus maris.

היפה Talmudicis dicitur. Gem. Schabbath 26. 1. צידין חולצין מסולמית של צור ועד היפה venatores muricis a scalis Tyriis usque ad Hepham. Unde discimus, id litus potissimum a purpurae captura celebrari. Atque inde Πορφυρέων videtur dici a purpura haec ipsa Hepha, aut certe locus vicinus. Le Moyne in variis Sacris *pag. 829.* conjicit, nomen urbis כיפא a *Petra* (quae ita dicitur uti vulgus novit ex nomine Petri Cepha) ductum esse, quod in locis petrosis & ad radices montis Carmeli esset sita. Appellatur haec urbs حيفا *Hepha* vel Hipha Arabibus. In geographia Scherif Ibn Idris, quae vulgo Nubiensis audit, ita describitur من قيسارية الي مدينة حيفا على الساحل يومان وحيفا تحت طرف الكرمل وهو طرف خارج في البحر وبه مرسي حسن لارسا الاساطيل وغيرها ومدينة حيفا في فرضة لطبرية وبينهما ثلث مراحل خفاف ومن حيفا الي مدينة عكة مرحلة البر وهي من الاميال ثلثون ميلا وفي البحر روسية ثمنية عشر ميلا *A Caesarea* (maritima) *usque ad urbem Hipha mari adsitam duorum dierum iter est. Jacet autem Hipha sub promontorio Carmel, quod in mare procurrit & continet portum navigiis grandibus aliisque opportunum. Est porro haec urbs quasi portus Tiberiadis, (respectu maris magni) a qua abest tres stationes exiguas* (mox dicit, iter bidui esse inter Acco & Tiberiadem) *Ab Hifa ad urbem Acco itinere terrestri est statio una i. e. 30. miliaria, autem itinere recta linea ducta, miliaria octodecim.* Quod dicit de 18. miliaribus (quae fere cum Romanis miliaribus conveniunt) illustrat Josephum, qui Carmelum a Ptolemaide 120. stadia i.e. 15. miliaria distare scribit. Hipha enim Carmelo subjacet. Confer illa, quae de hac urbe scripsimus, supra ad vocem *Kepha*.

p. 820.

HERODIUM.

Ἡρώδιον. Plinius diserte oppidum vocat *l. V. c. 14.* Herodium, scribit, cum oppido illustri ejusdem nominis. Josepho Ἡρώδια, Ἡρώδιον aut Ἡρώδειον dicitur *Antiquit. XIV. 25.* & *bell. VII. 25.* Suidas ex eo habet Ἡρώδειον, τόπος. Praetulerim tamen Ἡρώδιον, uti arx Capitolina Καπιτώλιον dicitur, sed templum Jovis Καπιτωλεῖον. Vide Suidam in voc.

voc. Καπιτ. Appellatur ab Josepho arx, scribiturque ab Herode condita eo loco, ubi hostes suos vicit fugiens ex Judaea. *Ant. XIV. 25.* & *XVI. 2.* Aberat Hierosolymis 60. stadia, sita in colle, quem aedes plurimae ad justae urbis magnitudinem in planitiae exstructae circumjacebant, uti legitur *Ant. XV. 12.* Ejusdem Herodii mentio videtur fieri a Josepho *bell. III. 2.* ubi inter undecim toparchias Judaeae recensentur Engaddi, Herodium, Hierichus, & *bell. V. 7.* Herodium non longe a Thekoë abesse dicitur.

Erat praeter hanc arcem alia, nomine eodem, Herodium, quam Herodes dicitur ἐπιτειχίσας τῷ πρὸς Ἀραβίαν ὄρει apud Josephum *bell. I. 16.* Sic ut videatur ultra Jordanem aut Lacum Asphaltitem fuisse, nam idem *bell. I. 6.* Machaerunta etiam dicit πρὸς τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσι, sitam. Certe fuit diversa ab Herodio, quod 60. stadiis distabat Hierosolymis: quod enim illic situm est, nequit dici adsidere montibus Arabie. Quaeri potest, quodnam Herodium fuerit, ubi cadaver Herodis sepultum esse dicitur a Josepho *bell. I. 21.* ubi narrat, id Hierichunte Herodium per 200. stadia delatum fuisse. Ego quidem existimo, esse Herodium, quod 60. stadia Hierosolymis aberat. Nam si illis 60. jungantur 150. stadia, quibus Josephus testatur, Jerichuntem Hierosolymis abfuisse, efficientur stadia 210. quae numero rotundo 200. esse dici queunt. Praeterquam quod in altero Herodio, loco excursionibus hostium adeo exposito & tam longe ab Hierosolymis dissito eum condi voluisse probabile non sit, & multo plus ornatus atque decoris contulerit Herodes ad Herodium Hierosolymis proximum (uti liquet ex descriptione Josephi) quam illud alterum, quod plane non legitur ornasse, sed munivisse.

p. 821.

HIPPOS.

Videtur היפה & בית היפה dici a Talmudicis. Vide tamen an non sit حيفا ad Carmelum. In Gem. Megilla היפני ובישני *Hipponensis & Scythopolita* conjunguntur.

Ἵππος appellatur Josepho *Ant. XIV. 8.* Herodi redditae sunt Hippos, Gadara & Samaria. *Ant. XV. 11.* Gadara & Hippos appellantur πόλεις Ἑλληνίδες *Ant. XVII. 13.* Gadaram, Hippon & Gaulanitida vastant Judaei. *bell. II. 19.* Tiberias distat ab Hippo 30. a Gadaris 60. stadiis. In vita *pag. 1025.* Hinc appellatur Ἱππηνὴ & regio Hippenorum, cujus idem meminit, uti *bell. III. 2.* Hippene, Gadaris & Gaulonitis terminant Galilaeam ad ortum; *& in vita*, Justus Tiberiade egressus vicos Gadarenorum & Hippenorum, qui in confiniis Tiberiadis & agri Scythopolitani siti sunt, incendit. Et ita *pag. 1010.* Josephus per Lacum Tiberiadis navi trajecit in confinia Hippenorum.

Episcopus hujus urbis Petrus interfuit conciliabulo Seleuciensi *anno 359.* habito, & subscripsit

Πέτρος

Πέτρος ἐπίσκοπος Ἵππε Παλαιςίνης.

Ita notat Epiphanius Haeresi LXXIII. *pag. 874.* Nec dubito, quin idem fuerit, qui concilio Antiocheno subscripsit *anno 363.* teste Socrate Historiae Ecclesiasticae *lib. III. cap. 25.* ubi nunc legitur post Titum, episcopum Bostrenum,

Πέτρος Σίππων.

Lege Ἵππων. In actis concilii Hierosolymitani habiti *anno 536.* memo-
p. ratur Θεόδωρος ἐπίσκοπος Ἱππηνῶν, lege Ἱππηνῶν.
822. Notemus haec Plinii, si forte hinc aliqua lux nomini Hippos, aut hic aut alibi locorum, accedat *lib. IX. 31. Carabi cauda a ceteris cancris differt. In Phoenice Hippoe vocantur tantae velocitatis, ut consequi non sit.*

HOMONOEA.

Ὁμονοία. Loci nomen, 30. stadiis a Tiberiade in Galilaea. Josephus in Vita 1020. Interpres Latinus nulla facta mentione distantiae 30. stadiorum vertit *in finibus ejus agri ad locum, qui Homonoea dicitur.*

JABATE.

Ἰαβάτη. Urbs patria matris Regis Amosi (Amonis scribunt Scriptores Sacri) filii Menassis. Josephus *Ant. X. 4.* יטבה *Jotba 2. Reg. 21. 19.* Est metathesis literarum ut Ζεβέκη pro Βεζέκη &c.

JABESCH.

יָבֵשׁ, Urbs Gileaditidis, unde saepe יבש גלעד dicitur *Jud. 21. 9.* Jabeschitae per totam noctem facto itinere cadavera Saulis & filiorum ejus e moenibus urbis Bethsan abstulerunt & redierunt *1. Sam. 31. 11.* hinc judica de distantia harum urbium. Eusebius ad vocem Ἀρισὼθ & Ἰάβις testatur, suo tempore fuisse vicum praegrandem hoc nomine trans Jordanem, 6. miliar. distantem Pella versus Gerasam.

Ἰάβης, Ἰάβισσαν & Ἰάβισσον hanc urbem nuncupat Josephus scribitque, metropolin esse Galadenes. Stephanus. Ἴαβις, πόλις. Ἰωσηππος. Λέγεται καὶ Ἴαβισσος. *Jabis, urbs. Josephus. Dicitur & Jabissos.* Nunc in Josepho non legitur, nisi Ἰαβής. *Ant. VI. 5.* ubi metropolis regionis Galaadenae appellatur, & Ἰαβισσά. *Ant. VI. ult.* & Ἰαβισσὸς *Ant. V. 2.*

* JABNE.

p. יבנה, Urbs dicitur fuisse Philistaeorum, sed iis erepta a rege Uzzia,
823. qui muros ejus diruit, quemadmodum & urbium Gath & Azoti *2. Chron. 26. 6.* Nec nisi hoc loco mentio fit hujus urbis in sacris literis. In Graecis tamen codicibus legitur in censu urbium Judae *Jos. 15. 45.* Ἰαμνεὶ post Ἀκκαρών, qua voce indicari hanc urbem vix dubito.

Scripto-

Scriptores profani saepius hujus urbis meminerunt. Ἰάμνια illis dicitur, Ἰάμνεια, & Ἰεμναά. Epiphanius Ἰαμνίαν eam vocat scribens, Macrinum ejus urbis episcopum fuisse, tempore Arii *lib. II. adv. haereses pag. 730.* Strabo Ἰαμνείαν appellat & vicum scribit esse urbi Joppe proximum. Ἰαμνήτων πόλις nuncupatur Eusebio in vita Pamphili, & in manuscripto Arundeliano Ptolemaei, cujus Seldenus meminit *lib. II. de Synedriis c. 15. §. 9.* ubi plura de hac urbe leguntur. Portus horum situs ad mare Ἰαμνείτων λιμὴν dicitur & Jamne quoque, quo sensu Jamnes duas memorat Plinius. Stephanus de hac urbe ita scribit: Ἰάμνια, πολίχνιον Φοινίκης. Στράβων δὲ κώμην (hic punctum pone, nam reliqua non dicit Strabo) ἀπὸ ἴαμνε ἤ ὅτι (atqui verum nomen est *Jabne*) ἴαμνας ἐκάλεν τὰς καθύγρας καὶ τεθηλότας τόπας. *Jamnia, oppidum Phoenices. Strabo autem ait esse vicum. Dicitur a Jamno, vel quod loci humidi & virentes Jamni dicantur.* Plinius etiam meminit Jamnes Judaei histor. *lib. 30. 1. Est & alia magices factio a Mose & Jamne & Jotape Judaeis pendens.* Latent sub iis Jannes & Jambres. Philo de Legat. ad Cajum, τὴν Ἰαμνείαν. Πόλις δὲ ἐςὶ τῆς Ἰεδαίας, ἐν ταῖς μάλιςα πολυάνθρωπος· ταύτην μιγάδες οἰκεῦσιν, οἱ πλείας μὲν Ἰεδαῖοι, ἕτεροι δέ τινες ἀλλόφυλοι παρεισφθαρέντες ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων, οἱ τοῖς τρόπον τινα αὐθιγενέσιν ὄντες μέτοικοι κακὰ δὲ πράγματα παρέχεσιν ἀεί τι παραλύοντες τῶν πατρίων Ἰεδαίοις. *Jamniam. Urbs haec est Judaeae ex illis, quae hominibus maxime opulentae sunt. Hanc quidem mixti incolunt Judaei quidem plerique, & gentes, quae subrepserunt e vicinis regionibus vicinis, qui simul habitantes cum indigenis, qui illic jam olim sedes suas habuerunt, multum illis negotii facessunt semper aliquid moliendo adversus ritus patrios Judaeorum.* Ceterum in Talmude frequenter haec urbs commemoratur, quod & multos ex sinu suo protulerit viros doctos, & Academia illic Synedriumque fuerint post excidium Hierosolymorum. p.

In Josepho etiam quaedam leguntur ad notitiam hujus urbis facien- 824.
tia. Vocat eam Josephus urbem Danitarum *Ant. V. 1.* Palaestinis erepta fuit ab Uzia Rege *Ant. IX. 11.* Juxta hanc urbem caesus est exercitus Judaeorum & fugit usque ad fines Judaeae (f. Idumaeae) *Ant. XII. 12.* recensetur inter urbes ἐν μεσογείῳ mediterraneas recensetur *Ant. XIV. 8.* Ita etiam *de bell. I. 5.* dicitur ἐν μεσογείῳ sita & distinguitur ab urbibus maritimis, παραλίοις Joppe, Gaza &c. Verum *Ant. XIII. 23.* inter maritimas recensetur, quia in tractu maritimo sita fuit, non tamen ad ipsum litus maris. Salome data legitur a Caesare *Antiq. XVII. 13.* sita inter Ascalonem, propiorem Aegypto, & Joppen, *de bell. V. 14.*

Sita erat haec urbs in locis campestribus, non longe a Joppe. *1. Macc. 10. 69. 75.* a Diospoli remota intervallo XII. miliarium, uti legitur in itinerario Antonini: inter Diospolin & Azotum teste Eusebio ad vocem Ἰάμνεια. De 240. stadiis, quae portus Jamnensium abfuisse legitur Hierosolymis *2. Macc. 12. 9.* egimus *lib. II.*

Ceterum & alibi in libris Apocryphis fit hujus urbis mentio. Ἰαμνειὰ appellatur, & urbs inter Aco & Azotum ſita in ora maritima *Judith. 3. 1. lib. I. Maccab. 4. 15.* Syri dicuntur fugiſſe Jamniam & Azotum (ubi Ἰάμνεια vocatur) & *1. Macc. 5. 60.* circa Jamniam caeſos Judaeos fugiſſe ἕως τῶν ὁρίων τῆς Ἰδουμαίας vel ut alii Ἰδουμαίας. Sita fuit in campeſtribus non longe a Joppe *1. Macc. 5. 75.* Portum habebat, in quo claſſem ſuccendit Judas, poſtquam Joppen & portum ejus incendiſſet *2. Macc. 12. 9.*

IABNEEL.

יַבְנְאֵל, Urbs tribus Judae *Joſ. 15. 11.* & alia in confiniis Nephtali. *Joſ. 19. 33.*

IACHATZ. Vide *Jachtza.*

* IAEBETZ.

יַעְבֵּץ, Urbs tribus Judae. *1. Chron. 2. 55.*

p. 825.

JAEZER.

יַעְזֵר, (Samaritanus ſcribit יעזיר Num. 32.) urbs Gaditarum *Joſ. 21. 39. 2. Sam. 24. 5.* in Gilead *1. Chron. 26. 31.* Mare Jaezer *Jer. 48. 32.* (ſed hoc non adeo certum eſt, nam vox ים ad antecedentia referri poteſt, & legi יעזר נגעו *ad Jaezer pervenerunt.* Jaezer & omnes urbes Gilead datae tribui Gad *Joſ. 13. 24.* Euſebius ad vocem Ἀσὼρ eam conſtituit 8. mil. a Philadelphia verſus occaſum, & ad vocem Ἰασὴρ 10. mil. a Philadelphia verſus occaſum additque, eam diſtare 15. miliar. ab Esbon, & inde magnum flumen erumpere, quod a Jordane ſuſcipitur. Hinc diſcimus, Philadelphiam a Chesbon 25. miliaria abfuiſſe & a Jordane circiter 45. & haec eſt latitudo Peraeae a Joſepho aſſignata. Ἰάζωρος Ptolemaeo dicitur.

* JAGUR.

יָגוּר, Urbs in parte auſtrali tribus Judae. *Joſ. 15. 21.*

JACHTZA.

יַחְצָה & יַהַץ יַהְצָה, Urbs Rubenitarum, quo uſque Sichon venit cum exercitu contra Iſraëlitas praeliaturus *Deut. 2. 32. Num. 21. 23. Joſ. 13. 18. Jerem. 48. 21.* oſtenditur inter Medabam & Δηβλαθαίμ. Euſebius vocem Ἰασσά. An legendum Ἐσβλαθαίμ. Hieronymus habet *inter Medabam & Deblatai.* Vide, an non eadem ſit ac יהז urbs Moabitica.

JAMNIA.

Non tantum hoc nomine nuncupatur Jabhne (quam vide ſupra) ſed & vicus quidam in Galilaea ſuperiore, qui & Ἰαμνία. Vide Joſephum in

in Vita p. 1013. & de bello II. 25. Meminit & Jamniae, circa quam ſitae erant partes quaedam domus Zenodori *lib. II. de bell. 4.*

JANO.

Ἰανώ. Vicus in Acrabattene regione, 12. miliaribus a Neapoli contra orientem. Euſebius.

p. 826.

JANOACH.

יָנוֹחַ, quae & ינוחה urbs in confiniis tribuum Ephraim & Manaſſis. *Joſ. 16. 6.* orientalior, quam Taanath Schilo. *ibid.* Eſt vicus Ἰανοὰ in Acrabattene, 12. mil. Neapoli verſus orientem teſte Euſebio.

JANUA.

Ἰανοά. Vicus diſtans Legione 3. miliaribus verſus auſtrum. Euſebius ad vocem Ἰανάν.

JAPHA.

Ἰαφά. Urbs Galilaeae, vicina Jotapatae. Joſephus.

* JAPHIA.

יַפִּיעַ, Urbs in finibus Zabulon. *Joſ. 19. 12.* Oppidum Sycaminum ἡ Συκαμῖνος, ad mare ſitum prope Carmelum inter Caeſaream & Ptolemaida Ἡφὰ nuncupatur, teſte Euſebio. Hodie حيفا ab Arabibus appellatur. Vide Golii Not. in Alfragan. *pag. 132.* Forſitan eſt *Jebba* Plinii *lib. V. cap. 18.*

* JAPHLETI.

יַפְלֵטִי, Locus in confiniis Ephraim & Benjamin. *Joſ. 16. 3.*

JAPHO.

יָפוֹ, Urbs ſita ad mare *2. Chron. 2. 16. Jon. 1. 3.* in finibus tribus Dan *Joſ. 19. 46.* ad hanc enim pertinuit גבול מול יפו. Vide *Joppe.*

JARMUTH.

יַרְמוּת, Urbs tribus Judae *Joſ. 15. 35.* Putatur eadem ac Ramoth & Remeth, quia Remeth & Engannim junguntur *Joſ. 19. 20.* uti recenſetur *Joſ. 21. 29.* inter urbes Iſſaſcaris Jarmuth & Engannim. Atqui *Joſ. 15. com. 34. & 35.* Engannim & Jarmuth inter urbes Judae in planitie ſitas recenſentur, & *Joſ. 10. 3. 5. 23.* rex Chebronis (quae Judae eſt) & Jarmuth conjunguntur & *Neh. 11. 29.* a filiis Judae dicitur inhabitata, uti Ziiklag, Zora, Zanoach & alia loca indubie ad tribuum Judae pertinentia. Hieronymus notat, (ad vocem Jarmuth) eam diſtare 4. mil. ab Eleutheropoli & ſitam eſſe juxta villam Eſthaol. Sed ad vocem p. 827.

cem Jermus, ſcribit, eſſe villam Jarmucha 10. mil. ab Eleutheropoli Aeliam verſus.

JATTIR.

יַתִּיר, Urbs in montanis Judae. *Joſ. 15. 48.* Euſebius ad vocem Ἰεθὲρ notat, eſſe vicum Ἰεθωρὰ 20. miliar. ab Eleutheropoli prope Malatha.

JAZER.

Ἰαζήρ. Ἰάζωρος Joſepho *Antiq. XII. 11.* appellatur urbs, quam Judas devictis Ammanitis expugnavit, quae Ἰαζὴρ nuncupatur *1. Macc. 5. 8.* aliis Γαζήρ. Ita & in Ptolemaei Arabia Γάζωρος.

JEBBA.

Plinius hujus meminit inter urbes Ptolemaidi & Carmelo vicinas *lib. V. cap. 19.* Eſtne Japha vel Japhia, urbs Galilaeae?

JEBUS. Vide *Jeruſalem.*

* JECABTZEEL.

יְקַבְצְאֵל, Urbs a filiis Judae inhabitata. *Neh. 11. 25.*

JEDNA.

Ἰεδνά. Eſt in ſexto lapide ab Eleutheropoli pergentibus Chebronem. Euſebius in Onomaſtico.

* JEHUD.

p. 828. יְהוּד, Urbs in tribu Dan. *Joſ. 19. 45.*

JEHYBUS.

Legitur in Notitia Imperii, *Cohors ſecunda Gratiana Jehybo.* Vide ſupra *lib. I.*

JENYSUS.

Non exiſtimo, quemquam veterum, qui ad manus noſtras pervenerunt, hujus urbis meminiſſe (adeo obſcurus hic locus eſt, nec ullis rerum geſtarum veſtigiis nobilitatus) excepto Herodoto *lib. III. 5.* Ἀπὸ ταύτης (Καδύτιος) τὰ ἐμπόρια τὰ ἐπὶ θαλάσσης μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐςι τῆς Ἀραβίας, ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου αὖτις Συρίων μέχρι Σερβωνίδος λίμνης παρ' ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. *Ab illa* (urbe videlicet Cadyti) *emporia maritima uſque ad urbem Jenyſum ſunt ditionis Arabicae. A Jenyſo autem Syriacae rurſus ſunt, uſque ad lacum Serbonidis, juxta quem Caſius mons pertingit ad mare.* Paulo poſt addit intervallum, quod inter urbem Jenyſum & lacum Sirbonidem eſt. Τὸ δὴ μεταξὺ Ἰηνύσου πόλιος καὶ Κασίου τε ὄρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης ἐόν, τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον, ἀλλ' ὅσος τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδὸν ἀνυδρόν ἐςι δειναῖς. *Quod autem inter Jenyſum urbem & Caſium montem ac Lacum Serbonidem interjacet, haud exiguum ſpatium eſt, ſed inſtar itineris trium dierum, regio aqua carens.* Quis non videt, hic deſcribi ἔρημον illam & aridam regionem, quae inter Gazam & lacum Sirbonidem eſt. At, quantum eſt iter diei Herodoto? Ipſe centum & quinquaginta ſtadiis id alibi definit *lib. V. cap. 53.* Πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν σάδια ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ διεξιᾶσι, ἀναισιμῶνται ἡμέραι ἀπαρτὶ ἑννενήκοντα. *Singulis diebus 150. ſtadia peragrando, conficiuntur (univerſim 90. dies.* Procopium Caeſareenſem iter diei 210. ſtadiis definire alibi monuimus. Xenophon *lib. II.* de expeditione Cyri σαθμὰς ſive itinera diei 93. aequalia facit ſtadiis 16050. unde liquet, iter unius diei illi, ut Herodoto, cenſeri 150. ſta- p.
diorum. Sed incerta eſſe haec omnia nemo non videt, & pro ratione 829.
viarum vel minus magis difficilium & locorum, ſive montana ſint, ſive campeſtria, & itineris ipſius ſive ab uno ſive a multis fiat, differre iter diei. Ita legitur de Alexandro illum duobus diebus ſexcenta ſtadia emenſum fuiſſe, quum Ariis opprimendis operam dabat. Poteſt tamen, uti iter horae definitur certo intervallo, ita quoque iter diei definiri, non tamen ut omnibus regionibus conveniat, uti nec iter horae ubique par eſt.

JERICHO.

Ex ſacris literis haec diſcimus, quae ad notitiam Jerichuntis faciunt. יריחו & יריחה appellatur *1. Reg. 16. 34.* Mons Nebo eſt ex adverſo Jerichuntis, uti legimus *Deut. 32. 49.* Vallis Jerichuntis, urbis palmarum, commemoratur *Deut. 34. 3.* Campeſtria Moabitarum erant e regione Jerichuntis *Joſ. 13. 32.* Sors filiorum Joſephi procedebat a Jordane Jerichuntis uſque ad aquas Jerichuntis ad orientem, ſolitudinem adſcendens a Jerichunte ad montana Bethelis *Joſ. 16. 1.* Confer *Joſ. 18. 12.* Urbs ipſa tributa fuit Benjaminitis *Joſ. 18. 21.* Limes borealis tribus Benjamin adſcendebat a Jordane ad latus Jerichuntis a ſeptentrione, uti auſtralis tendebat a lingua maris mortui ad latus Bethchogla *Joſ. 18. 12. & 19.* Non multum tamen a Jerichunte aberat verſus boream limes tribus Ephraim, nam ille פגע בירחו *incidit in Jerichuntem Joſ. 16. 7.*

Joſephus aliquoties ejus meminit, uti *Ant. IV. 5. V. 1. XIV. 7. XV. 5. XVII. 8. de bell. I. 5. & 21.* aliiſque locis. Urbem eſſe, quae palmas & balſamum proferat, ſcribit *Antiq. IV. 5.* diſtare a Jordane 60. ſtadia *Ant. V. 1.* agrum ejus totius Cananaeae fertiliſſimum eſſe & magna ex parte montanum *Antiq. V. 1.* inter Hieroſolymas & Jerichuntem eſſe ſolitudinem, *Ant. X. 10.* unam eſſe ex undecim toparchiis Judaeae *de bell. III. 2.* Hippodromi Jerichunte meminit *Antiq. XVII. 8.* & *de bell. I. 21.* (erat etiam Hieroſolymis. Vid. *bell. II. 2.*) Veſpaſianum Jamnia (al. Emmaunte) pro- p.
fectum per Neapolin Samariticam & Coream perveniſſe Jerichuntem, 830.
de bell. V. 4. urbem eſſe in planitie ſitam, cui mons nudus ac ſterilis imminet, qui a borea ad agros Scythopolitanos, a meridie ad lacum Aſ-

phaltiten, protenditur, *bell. V. 4.* Tractum Jerichuntinum irrigari fonte largissimo & proferre mel, opobalsamum, cyprum & myrobalanum, sic ut θεῖον χώριον regio divina mereatur appellari, *bell. V. 4.* distare urbem Hierosolymis 150. stadia, & totum hoc spatium esse desertum ac saxosum, quod vero spatium Jerichunte Jordanem & Asphaltiten versus est, humile quidem est at sterile tamen, *ibid.*

Quamvis autem Paradiso similem esse agrum Jerichuntinum Josephus scribat, fuit tamen illic copia venenatorum serpentum. Scholiastes opusculorum Dionysii de coelesti hierarchia a Junta editus *anno 1516.* illorum meminit his verbis. Πιαλέοις ὡς διαψαλέοις. Ἔιρηται ἐπὶ ποιοῖς τισιν ἰδίως ὄφεσι τοῖς κατὰ Ἰεριχῶ μάλιςα ἑυρισκομένοις, ἐξ ὧν ἰατροὶ ὡς τὰ πολλὰ τὴν θηριακὴν σκευάζεσιν. Vox Πιαλέοις est, ut Διαψαλέοις. *Usurpatur autem proprie de serpentibus quibusdam, qui circa Jerichuntem potissimum inveniuntur, & e quibus medici plerumque Theriacam conficiunt.* Eadem haec fere leguntur in Suida ad vocem Πιαλέοις, quem ex hoc scholiasta, vel utrumque ex scholiis ad Nicandri Theriaca sua hausisse probabile est. Nota tamen apud Suidam legi διψαλέοις.

Memorantur arces Thrax & Taurus in ingressu Jerichuntis sitae, a Strabone *lib. XVI.* quas Pompejus diruit. Josephus etiam meminit arcium urbi circumjectarum. Talis arx est Δαγὼν supra Jerichuntem sita, cujus Josephus meminit *Ant. XIII. 15.* & *de bell. I. 2.*

Κύπρος etiam arx est supra Jerichuntem ab Herode condita, teste Josepho *Antiq. XVI.* & *bell. II. 20.* Sed *bell. I. 16.* legitur ἐν Ἰεριχοῖ μεταξὺ Κύπρε τῶ φρεαρίε καὶ τῶν προτέρων βασιλείων.

Δῶκ vel Δῶκος erat munimentum parvum Jerichunte *1. Mace. 16. 15.*

Coenaculi Jerichuntini, in quo Doctores congregabantur mentio fit in Schir Hasschirim Rabba עליית בית גדיא בירוחו ubi aderat Hillel Senior, de quo Bathkol dixit eo tempore (nam hac voce audita omnes
p. oculos in Hillelem conjecerunt) virum esse dignum, qui Spiritum S.
831. haberet *fol. 40. col. 3.*

Jerichuntem sitam fuisse loco humiliore, quam Hierosolymas, liquet ex *Luc. 10. 30.* ubi dicitur Hierosolymis descendi Jerichuntem. Ambitum ejus fuisse plus quam 20. stadiorum tradit Epiphanius *lib. II. adv. haer. pag. 702.* Ceterum de tractu montano, qui inter hanc urbem & Hierosolymas erat, egimus supra *lib. I.* Procopius *lib. V.* de Aedif. Justiniani *cap. IX.* scribit, eum instaurasse ξενῶνα ἐν Ἰεριχῶ, ἐκκλησίαν τῆς Θεοτόκε ἐν Ἰεριχῶ. Eodem modo vocem flectit Epiphanius scribens, *pag. 175.* libri de ponderibus & mensuris, ἐν Ἰεριχῷ, imperantibus Caracalla & Geta, inventum esse in doliis quibusdam quintam editionem Veteris Testamenti, quae in Hexaplis Origenis extabat. Suidas eandem historiam narrans (ad vocem Ὠριγένης) habet ἐν Ἰεριχοῖ. Atque ita idem

Ῥαηθὼ

Ῥαηθὼ flectit ἐν Ῥαηθοῖ, ad vocem Ῥαηθὼ, quam crediderim Ῥαιθὼ scribendam. Ita alii: nomen est loci, non longe a Sina & celebratum apud scriptores sacros medii aevi. Et *III. Ezr. 5. 44.* υἱοὶ Ἰεριχῶ memorantur. Alias Ἰεριχώ. *Judith. 4. 4.* cui observationi Grammaticae alteram Suidae addam, dici Ἰεριχέντια τείχη non Ἰεριχέντεια, uti Σεμιράμεια διὰ διφθόγγε.

De fertilitate agri Hierichuntini vide, quae supra scripsimus *lib. I. cap. ult.* Palmarum Jerichuntinarum & nos meminimus eodem *cap. ult.* Meminit quoque Oribasius, Sardianus, qui imperante Juliano vixit, *lib. I.* medicinal. collect. *cap. 43. Ex palmis quaedam sunt siccae & adstringentes, ut Aegyptiae: quaedam molles, humidae & dulces, ut quae caryotae appellantur, quae praestantissimae in Palaestina Syria in Hierichunte nascuntur. Ceterae vero aliae palmae omnes inter hoc genus utrumque medium locum tenent, ut aliae magis, aliae minus sint humidae, siccae, dulces & adstringentes.*

Rosarum, quae optimae circa Jerichuntem erant, mentio fit *Eccles. 24. 15.*

JERMUCHA.

Vicus in decimo lapide ab Eleutheropoli versus Aeliam. Eusebius & Hieronymus in Onomastico, ad vocem Ἰερμᾶς.

JERUDIM. p. 832.

Posset aliquis suspicari, esse hoc nomen loci in regione tribus Ephraim, quia Levitam illum, quem Sacer Codex *Jud. 19.* dicit habitasse ad latera montis Ephraim, Michaël Glycas Annal. *part. II. pag. 166.* scribit, habitasse in *Jerudim*, Λευίτης δέ τις ἐν Ἰερεδὶμ κατοικῶν. Ita ille: sed ego existimo, id ex Ἐφραΐμ esse corruptum, יערך אפרים Ἰεῤ Ἐῖμ.

JERUSALEM.

Instituti mei ratio non patitur omnia excutere & aequo judicio perpendere, quae de hac urbe memoriae sunt prodita. Si vel de iis, quae ad Templum spectant, tum prius a Salomone conditum, tum posterius, quod a populo reduce ab exilio Babylonico instauratum est, cum cura dicere vellem, aut fata urbis continenti serie texere, quis non intelligit, hanc materiem justo volumini sufficere? Nobis praecipue illa, quae ad chorographiam faciunt enucleanda, toto hoc opere proposuimus, adeoque & in hujus urbis descriptione ita versabimur, ut, praemissis nonnullis de nominibus, quibus nuncupatur in scriptis veterum, de magnitudine ejus dicturi simus, deinde de situ, tum de montibus, collibusque, quibus insidet, postea de portis & piscinis, denique de locis suburbanis Gethsemane, Golgotha, aliisque.

Nomen vetustius nomine Jebus huic urbi datum nullum invenio. In Pentateuchio Mosaico Jebusi, unde nomen Jebus ductum est, filius Canaanis commemoratur *Gen. 10. 16.* & *Jos. 18. 28.* in censu urbium Benjaminis

minis antiquo nomine *Jebusi* urbs legitur, explicaturque per recentius Jeruschalaim. Et *Jos. 15. 63.* scriptum est, Jebusaeos incolentes urbem Jerusalem expelli a tribu Juda non potuisse, ex quo intelligitur, quum primum Israëlitae Palaestinam occuparunt, urbem hanc nomine Jebus dictam fuisse.

Sunt, qui putent, aetate Abrahami illam Salem dictam & hujus
p. regem fuisse Melchizedecum. Fateor, postea quam Jerusalem vocata
833. est, sacrum vatem, vel compendii causa, vel quod carminis ratio exigeret, Salem illam semel nuncupasse *Psalm. 76. 3.* Verum ita & alii Solymam dixere pro Hierosolymis & Valerius Flaccus *lib. I.* Argonauticωn,

—— *Solymo nigrantem pulvere fratrem,*

pro Hierosolymitano. Unde non efficias, ante nomina *Jebus* & *Hierosolyma* nomen Salem & Solymae huic urbi adhaesisse. Quae ergo, dicet aliquis, illa Salem est, cui praefuit Melchizedecus, si Jerusalem non fuit? Non desunt loca in ipsa Palaestina, quibus hoc nomen tribuitur a veteribus, ubi & regiae Melchizedecianae rudera sibi detexisse visi sunt. Verum quid si illa Salem olim fuerit, & postea deleta sit, quod sexcentis aliis urbibus accidit? Nil obstat, quo minus id fieri potuerit. Reor equidem, nos saepe incassum laborare in quaerendis urbium antiquarum hic illic vestigiis, quarum nulla omnino vestigia supersunt. Oppida olim non adeo magna & munita erant ac nostra aetate, sic ut multo minori vi & levioribus calamitatibus deleri plane potuerint. Quid ergo? si vel maxime in tanta vetustissimorum monumentorum penuria ostendere non possim, quae urbs Palaestinae nomen Salem gesserit, id circone accedere cogar sententiae illius, qui illam Salem statuit fuisse urbem Hierosolymam, ea re quod postea pro nomine *Jerusalem* in carmine sacro legatur *Salem?* Num mea ignorantia argumentum erit scientiae alterius? Quumque ego me nescire confessus fuerim, quae & ubi illa Salem fuerit, alter propterea verum erit assecutus, qui illam pro Hierosolymis habet? Non putem.

Nomen *Jeruschalaim* ירושלים & *Jeruschelem* ירושלם postea haec urbs gessit, quarum vocum illa Hebraea magis, haec Chaldaea est, in scriptis Danielis & Ezrae usurpata & in hunc modum frequentata a scriptoribus Novi Testamenti. Videtur mihi autem nomen hoc Jerusalem esse compositum ex ירוש *hereditas, possessio hereditaria,* & שלם *Schalem.* Reliquae, praefiscine dixerim, etymologiae יראו שלם *timebunt Salem* vel יראו שלם *videbunt pacem*, aut ἱερὸν & Σόλυμα, mihi ne-
p. quaquam probantur. Aut enim aperte falsae sunt, uti illa ex lingua
834. Graeca derivata, aut minus aptae, ut nomen urbis efficiant, talesve, quae, nisi huic urbi olim jam fuerit nomen Salem (quod incertum est) locum habere nequeunt. Verum ירוש שלם *possessio haereditaria pacis* videtur

videtur mihi aptissime huic urbi tribui, quando urbibus Hebraeorum adscita a Davide atque mox Templum in ea conditum, & pax non tantum incolis hujus urbis, sed totius terrae Israëliticae confirmata, ipsa facta est possessio hereditaria & sedes regia imperii Judaïci, sub rege, cujus imperium fuit ἀναίματον, ut verbis utar Aelii Lampridii de Severo. Antea enim hoc nomine dicta non videtur, sed Jebus; & si quid conjicere liceat, a Salomone illud accepit, non sine respectu ad vetus nomen urbis יבוס *Jebus*, & sui ipsius *Schelomo*, quod eandem originem agnoscit. Quid? quod quum antea Deus ipse incertam sedem modo in Gilgal, modo in Schilo, Gibeon & aliis locis, ad quae arca & Tabernaculum migrabant, habuisset, hic demum נחלה (quod cum ירוש idem est) & mansuram in saecula sedem fixerit, quare & בית עולמים nuncupatum Templum est, & tum demum Arcam ad נחלה pervenisse tradant Talmudici. Confer *2. Chr. 6. 5.* & *Mechilta*, vetustissimum in Exodum commentarium, *fol. 30. fac. 1.* Hinc quoque in Apocalypsi *cap. III. 12.* cum Templo mentio fit nominis urbis novae Jerusalem, & regio, quam beatae animae incolent, ubi ex hac vita excesserint, nomine Jerusalem aptissime insignitur, ubi non tantum alta pax sit, sed & aeterna ac immutabilis vitae possessio. Non est, quod aliquem ab hac etymologia alienum reddat usurpatio hujus nominis in scriptis ante tempora Salomonis editis. Quamvis enim id faterer, notum est, & in ipso Mosis volumine nomina urbium post conditarum legi. Nec est, quod absentia unius literae Schin offendere quemquam debeat, quam sequens ejusdem soni litera absorpsit. Sic ברבי pro בנין נורה uti ex בנורה *Nini habitatio* factum est nomen urbis ברבי *Nineves*, & ex ארבע עסר *quatuordecim* ארבעסר &c. & *tredecim* תליסר pro תלעשר. Id pronuntiationi aceptum referri debet, & quis nescit, non in Hebraea solum, sed aliis linguis illud sexcenties contingere? Quamvis nec eo confugere opus sit, si unam literam Schin alteri per Dages insertam dicere velimus, quod saepe excidit, εὐφωνίας ἕνεκα.

Vulgo dicitur formam numeri dualis huic voci inesse, quod Jeru- p.
salem in duo divisa fuerit, superiorem & inferiorem. Non videtur, 835.
quum probari nequeat, aeque antiquam esse divisionem illam urbis in duas partes, ac nomen Jeruschalaim. Praeterea terminatio dualis non arguit semper rem esse geminam: sunt enim voces simili inclinatu, quae notione duali carent. Denique ex שלם duale non fit שלים, non magis quam ex לחם fit לחים. Mem enim radicale, ut loquuntur Grammatici, evanesceret contra morem. Sic ut discrimen, quod intercedit inter *em* & *aim* mihi videatur soli pronuntiationis affinitati tribuendum, quum & Hebraei Pataca & Chirek permutent cum Zere, uti *Beth* pro *Bajith*, & Graeci pro *Aim* substituerint *em* in

in *Mizraim*, *Ephraim* & ſimilibus. Quid? quod & ipſi Latini Graecorum *Ai* in *Ae* mutent, uti notum eſt.

Poſtquam illam evertit Imperator Aelius Hadrianus (quamvis jam antea Titus illam everterat, ita ut vix habitatam fuiſſe aliquis crederet, teſte Joſepho, Aelia dicta eſt. Id nomen Euſebius & Hieronymus ei tribuunt, & Arabes ipſi modo بيت مقدس aut قدس & قدس شريف, modo ايليا *Aeliam* illam nuncupant. Hoc nomen in ſcriptis geographorum frequentius occurrit, illa in uſu & ſermone vulgari. Vetus illud nomen Jeruſalem per nomen recentius Aeliae ita deletum fuit, & oblivioni traditum, ut Euſebius narret libro de martyribus Palaeſtinae *c. XI.* judicem, qui Caeſareae in Palaeſtina habitabat, quum quidam de patria rogati ſe ortos urbe Ἱεροσολύμ dicerent, ignorantem, quae urbs eſſet, rogaviſſe aliquoties, ubi ea urbs ſita eſſet, & ſibi perſuaſiſſe, eſſe urbem in Oriente, quam Chriſtiani contra Romanos uti arcem munirent. Vide & de nomine Aeliae ſupra *l. 1. c. XXXIV. p. 207.*

Magnitudinem urbis diverſam fuiſſe, pro ratione temporum, certum eſt. Olim quidem ſolo monte Sion comprehenſa minor erat quam poſtea, quum Moria, quum Acra, Bezetha denique aliaque loca ad ſeptentrionem ſita acceſſerunt. Maxima videtur fuiſſe tempore excidii, de qua Joſephus perſpicuis, nec ambiguis verbis teſtatur, urbem in circuitu habuiſſe ſpatium trium & triginta ſtadiorum: ſic ut mirer, fuiſſe
p. viros doctos, qui haec alio referre maluerint & de ſolo Sione dictum
836. arbitrentur, quemadmodum Villalpandus & qui eum ſequuntur. Haec ſunt verba Joſephi *lib. IV. de bell. cap. 6.* poſtquam tres muros urbis deſcripſerat, τῆς πόλεως δὲ ὁ πᾶς κύκλος ϛαδίων ἦν τριάκοντα τριῶν. *Urbis autem circuitus univerſus erat ſtadiorum trium & triginta.* Quae, mea quidem ſententia, de tota urbe intelligenda ſunt. Quid clarius? Πᾶς κύκλος, *univerſus ambitus*, non murus unus, aut ambitus Sionis, quem ſi indicare voluiſſet dixiſſet τὲ ἀρχαίε τείχεος, ſed urbis, illius nempe quam trino muro circumdatam ſcripſerat in initio hujus capitis, id eſt, Hieroſolymae univerſae. Quod ſi illa necdum docere valeant, Joſephum ita intelligendum eſſe, attendi velim ad haec verba, quae leguntur eodem *libro VI.* de bello Judaico *cap. 13.* Illic legitur vallum a Tito Veſpaſiano circumdatum urbi Hieroſolymitanae, non Sioni tantummodo, quod a caſtris Aſſyriorum tendebat ad urbem novam, inde per Kedronem ad montem oliviferum, atque ita porro usque ad ſaxum Periſtereonis & proximum collem, vallem fontis, Anani Pontificis monumentum, & circumdato monte, ubi Pompejus caſtra poſuerat, redibat ad regionem ſeptentrionalem & inde porro ad orientem, unde duci coepit. Non puto, quenquam eſſe, qui affirmare ſuſtineat, haec loca circa montem Sion ſita fuiſſe, ut hoc vallum credi poſſit erectum ad

ad circumvallandum montem Sion. Vere enim totam urbem cinxit. Atqui hoc vallum tantummodo habebat ambitum novem & triginta ſtadiorum, teſte Joſepho, quod apprime convenit cum 33. ſtadiis, quibus urbem ipſe definivit, nulla autem ratione aptari poteſt magnitudini urbis, quae multo major eſt, ſi ſolius Sionis ambitus complectatur, ſtadia tria & triginta. Vides, lector, rem hanc eſſe maximi momenti, qua vel ſtabilita vel everſa, miro modo minuitur vel augetur magnitudo Hieroſolymae, quae hinc unice dependet.

Qui a nobis diſſentiunt, hoc pro ſe adferunt ex Joſepho. Teſtari illum *lib. VI. de bell. cap. 6.* primum murum habuiſſe 60. turres, ſecundum 14, tertium 90. Spatium 200. cubitorum fuiſſe inter unamquam- p.
que turrim. Quod ſi unumquodque ſtadium 400. cubitorum ſit, (in- 837.
telligit autem cubitos Hebraeos, uti liquet, quod 100. cubitorum altitudinem Templo adſcribat, uti Talmudici) 33. ſtadia efficere 13200. cubitos. Ita quoque 60. turres, latas, uti Joſephus ſcribit, 20. cubitos, & diſtantes ab invicem 200. cubitos, etiam 13200. cubitos efficere, ſic ut non videatur ſpatium 33. ſtadiorum attribuendum, niſi muro Sionis, qui illas 60. turres ſuſtinuit. Verum de cubitis, quibus Joſephus utitur, ante obſervavimus, illos (ſi vel credamus, ita plane a Joſepho ſcriptum fuiſſe, uti nunc extat in ipſius libris) non ſemper convenire cum cubitis Hebraeorum. Vide ſupra *lib. II. cap. 1.* Praeterea in Joſepho non legitur turres omnes, quae in tribus muris fuerunt aequalibus intervallis a ſe invicem ſecretas fuiſſe. Id tantum de turribus muri tertii dicitur, non de iis, quae in muro primo & ſecundo fuerunt. Quid, quod Joſephus in muro primo turres memoret, quae latiores erant cubitis 20. uti Hippicos, Phaſaëlus & Mariamme. Fateor tamen, haud exiguam difficultatem ſupereſſe (niſi numeros dicamus eſſe a librariis corruptos & πεντήκοντα legendum) quomodo ſolus murus tertius 90. turres habuerit ſingulas 200. cubitis diſtantes. Si enim 200. cubiti efficiant 300. pedes, & ſexcenti pedes ſtadium, hinc 45. ſtadia ad minimum naſcerentur.

Non confirmabo ſententiam noſtram teſtimonio τὲ τῆς Συρίας σχοινομέτρε, qui ambitum Hieroſolymae 27. ſtadiis definivit apud Euſebium praep. Evang. *l. IX. 36.* quod non ignorem, Timocharem & Ariſtaeam 40, Hecataeum 50. ſtadiis urbem hanc definire, & illorum teſtimonia non conveniant magnitudini urbis, uti fuit tempore excidii. Addam hoc potius ex Maundrello, qui hodiernam Hieroſolymam pedibus circumivit & ambitum eſſe 4630. paſſuum memoriae prodidit, quos efficere virgas 4167. Anglicas ibidem traditur. Comprehendit autem virga tres pedes Anglicos: ita ut ambitus urbis ſit pedum Anglicorum 12501. Pedes autem Anglici & Romani Graecique haud multum differunt. Vide Bernardum *lib. de pond. & menſur.* Stadium vero pedum eſt numero ſexcentum circiter (vide ſupra *l. 11. c. 2.*) Sic ut

ut 12501. pedes circiter 21. ſtadia conficiant: & ad 33. ſtadia, quae Joſephus Hieroſolymis tribuit, 19800. pedes requiruntur. Quod ſi quis contendat, 33. ſtadia tribuenda eſſe muro primo i. e. monti Sion, qui 60. turres habuit, tribuenda erunt muro tertio, qui 90. turres habuit plura ſtadia. Atque ita ad minimum 70. ſtadiorum ambitus fuiſſet urbis Hieroſolymitanae, id eſt pedum 42000. Quae certe magnitudo nimia eſt. Fateor, non eandem hodie eſſe magnitudinem urbis, quae olim; ſed & hoc ſcio praecipuas partes veteris Hieroſolymae, uti magnam portionem Sionis, univerſam Moriam & Acram, locaque morte & ſepultura Soſpitatoris noſtri nobilitata olim extra urbem nunc intra eam recepta. Sic ut, ſi illa omnia nunc pedes 12501. efficiant, credi non poſſit, ambitum ſolius montis Sion eſſe pedum 19800. Plura, quae objici mihi poſſunt, hic non diluam, quia vim argumentationis meae minuere aut tollere nequeunt, quale hoc eſt, diverſam eſſe pedis Graeci & Anglici magnitudinem. Non nego: verum ſtatuatur, quam maxima ſtatui poteſt, differentia inter utrumque pedem, non tamen unquam, opinor, pedes Anglici 12501. ambitum hodiernae Hieroſolymae definient, & ſtadia 33. ſolum montem Sionem.

p. 838.

Sita fuit haec urbs in tractu montano Judaeae adeoque loco alto, ita tamen, ut reſpectu montium, quibus circumdatur, in loco humili ſita videatur, quandoquidem mons olifer, aliique circumjecti altiores ſunt. Deum propterea dici in ſacris literis habitare inter humeros Benjaminis, non in capite, alii ante nos obſervarunt. *Quanto Judaea ceteris provinciis, tanto haec urbs cuncta ſublimior eſt Judaea*, legitur in epiſt. Paulae & Euſtochii ad Marcellam *p. 548.* Epiphanius in Anaceph, *pag. 150.* haec montana vocat ὀρεινὴν τὴν περὶ Ἱεροσόλυμα. Ad Septentrionem e Sophim primo conſpiciebatur, ſi quis ab eo tractu Hieroſolymas proficiſceretur. Ab occidente, unde plerumque a Japho & Rama peregrini religionis cauſa adveniunt, urbs conſpici nequit, antequam factus ſis ei proximus: quae res deſiderium illorum, oculos ſuos conſpectu urbis ſanctae paſcere cupientium, mirifice retardat, uti omnes ſcribunt & narrant, qui a Japho Hieroſolymas profecti ſunt. Audiamus etiam de hoc ſitu differentem Phocam. Ἡ δὲ ἁγία πόλις κεῖται μέσον διαφόρων φαράγγων καὶ βαθῶν, καὶ ἐστὶ τὸ ἐν αὐτῇ θεωρούμενον θαυμαστόν· ἐν ταύτῃ γὰρ ὑπεραναβεβηκυῖα ὁρᾶται ἡ πόλις καὶ χθαμαλή, πρὸς γὰρ τὴν τῆς Ἰουδαίας χώραν ἐστὶν ὑπερκειμένη, πρὸς δὲ τὰ ἐχόμενα ταύτης γηλόφια χθαμαλίζεται. *Urbs ſancta variis vallibus & montibus cingitur, & hoc mirabile eſt, quod eadem & excelſa & depreſſa appareat, reſpectu enim Judaeae ſupereminet, reſpectu vero collium circa eam eſt depreſſa.* Ceterum de ſitu Hieroſolymae reſpectu urbium vicinarum, Jerichuntis, Aſcalonis, Caeſareae, Neapolis, Bethelis, Ramae & plurimarum aliarum copioſe egimus *lib. II.* plus uno capite, praecipue *cap. IX.* Capite ultimo *lib. II.* etiam nonnulla notavimus de ſolo Hieroſolymitano arido admodum & ſaxoſo.

p. 839.

Verum

Verum magis ardua eſt diſquiſitio de ſitu hujus urbis, reſpectu tribuum: fueritne in regione tribus Benjamin ſita, an Judae. Sunt, qui putent, urbem Hieroſolymitanam ſitam fuiſſe in tribu Benjamin; nec levia firmamenta ſunt, quibus haec ſententia nititur. Primum quidem quod *Joſ. capite XVIII, commate 27*, inter reliquas urbes Benjaminis recenſeatur Jeruſalem his verbis והיבוסי היא ירושלים *& Jebuſi, quae eſt Jeruſalem.* Et mox de his 26. urbibus dicitur זאת נחלת בני בנימן *Haec eſt hereditas filiorum Benjamin.* Fuit itaque Jeruſalem aeque ac aliae urbes ibi commemoratae (nec enim excipitur) tribus Benjamin. Alterum, quod legitur *Joſ. 15. 8.* terminum videlicet, qui terras tribus Juda & Benjamin dividit ab ortu occaſum verſus ita duci, ut tendat per vallem filii Hinnom *ex latere Jebus ad meridiem, quae eſt Jeruſalem*, אל כתף היבוסי מנגב היא ירושלים unde liquet, montem Jebuſaeorum, qui idem eſt ac Sion, vel urbs Jeruſalem, cujus munitiſſima pars erat, fuiſſe ad ſeptentrionem illius termini, quia terminus tendebat juxta latus meridionale montis, adeoque ad Benjaminem pertinuiſſe. Nam regionem Benjaminis ad ſeptentrionem Judae fuiſſe ita certum eſt, ut a nemine hactenus negatum ſit. Tertium praeſidium huic opinioni petitur ex *Judic. 1. 21. Jebuſaeos incolas Hieroſolymae non poterant expellere Benjaminitae, ſed habitarunt Benjaminitae cum Jebuſaeis Hieroſolymis usque in hunc diem.* E quibus effici videtur Hieroſolymas ad tribum Benjamin pertinuiſſe: nam Benjaminitarum erat, eos expellere. At quorſum expuliſſent e locis, quae nihil ad ipſos pertinebant? Quarto loco pro hac ſententia facit prophetia Moſis, *Deuter. 33. 12.* ubi de Benjamin, *Dilectus Dei* (alii, *Deus*, aliter diſtinguentes) *habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur & inter humeros illius requieſcet*, בין כתפיו שכן. Quibus verbis innui videtur gloria Dei in Templo ſuo habitantis inter montes Benjaminiticos: ſic ut in Benjamin Templum collocandum videatur, atque adeo etiam urbs Hieroſolyma, in qua templum erat. His adde *2. Sam. 2. 9. 11.* ubi Isboſeth in Benjamin &c. rex fuiſſe dicitur, David autem in Juda, qui poſtea demum in Jeruſalem regnavit. Vide *2. Sam. 5. 5.* unde colligitur Jeruſalem ad Benjamin, non Juda, pertinuiſſe.

p. 540.

Nec tamen deſunt rationes ab altera parte, quae tribui Juda urbem Hieroſolymam vendicant. Prima deſumitur ex *Joſ. 15. 63. Jebuſaeos incolas Hieroſolymae non potuerunt delere filii Judae, ſed habitaverunt Jebuſaei cum filiis Judae Hieroſolymis usque in hunc diem.* Nota toto hoc capite nil aliud recenſeri, quam terminos & urbes tribus Juda, & *cap. 16.* ſortem tribus Ephraim, *cap. 17.* alias: capite demum octavo & decimo urbes Benjaminiticas. Si itaque Jeruſalem ad Juda non pertinuit, quam ob rem heic recenſetur? Altera nititur verbis *Pſal. 78. 67. & 68. Repulit tabernaculum Joſeph & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Juda, montem Sion, quem dilexit.* Quibus affinia leguntur *Pſal. 69. 36. Deus ſervabit Sionem & aedificabuntur urbes Juda & Pſal. 48. 12. Laetetur mons Sion*

& exul-

& exultent filiae Judae. Quae quidem vix possunt apte explicari, nisi mons Sion in tribu Juda collocetur. Tertia petitur ex *Judic. 1. 8. Oppugnantes filii Judae Hierosolymam ceperunt eam & percusserunt acie gladii tradentes cunctam incendio civitatem.* Si enim Hierosolyma ad Benjaminitas pertinuit, quo jure tribus Juda combussit urbem non suam? In quibus verbis etiam hoc difficile explicatu est, quod incolae Jebus, id est, Jerusalem dicantur expelli non potuisse a filiis Judae, sed cum iis Hierosolymis habitasse in hunc usque diem. *Jos. 15. 63.* Si enim tota urbs fuit
p. capta & incensa a tribu Juda, quemadmodum dicitur *Jud. 1. 8.* utique
841. expulsi fuere Jebusaei. Cogimur itaque nomen Hierosolymae modo latius, modo minus late extendere, ita ut urbs quidem incensa tum fuerit & capta, sed arx Jebus in monte Sion sita nequaquam. Urbs ergo Hierosolyma, quae capta & incensa fuit a filiis Juda, statuatur fuisse ad australem plagam montis Sion (nihil enim est, quod cogat, eam ibi collocare, ubi postea, florentibus rebus Judaicis, fuit, nempe ad septentrionem & ortum montis Sion) atque ita fuit in portione tribus Judae, & ab ea potius, quam alia flammis cremanda. Quarto ex *Jerem. 37. 12.* videtur aliquid peti posse, pro situ Hierosolymae in Juda, quia Jeremias dicitur egressus ex urbe Jerusalem ללכת ארץ בנימן, *ut iret in terram Benjamin.* Quod videtur indicare, eum, quum Hierosolymis esset, in terra Benjamin non fuisse.

Ad conciliationem horum testimoniorum Sacri Codicis varia observari possunt, quibus expositis planiora haec reddentur, quae aspera nunc & sibi contraria apparent. Primo quidem, Hierosolymam sitam fuisse in confiniis utriusque tribus Judae & Benjamin, uti constat ex descriptione termini eas separantis *Jos. 15. 8.* & istiusmodi urbes aliquando expugnatas fuisse ab hominibus tribuum aliarum, quam cujus erant, quia salus & securitas tribus alicujus non patiebatur in vicinia sua esse urbes sub Cananaeorum potestate. Sic tribus Judae intererat in Jebus non manere Cananaeos, etiamsi ea urbs Benjaminis esset. Sic nos pro Imperatore Carolo urbes expugnamus, ut magis tuta sit nostra regio & Galli longius a finibus nostris arceantur. Ita Bethel urbs erat tribus Benjamin, secundum *Jos. 18. 22.* sed eadem sita erat in confiniis tribus Ephraim, secundum *Jos. 16. 2.* & *18. 13.* Expugnarunt eam non Benjaminitae, sed domus Joseph, id est, Ephraimitae & Menassitae *Judic. 1. 22.* junctis, ut videtur, operis, quia eodem capite, *commate 27*, urbium a Menassitis & 29. ab Ephraimitis sigillatim occupatarum fit mentio. Adeoque Hierosolyma sita in utriusque tribus Benjaminis & Judae confiniis potuit dici retinuisse veteres incolas, quos filii Judae non expulere, nec etiam filii Benjamin. Est tamen, fateor, dif-
p. ferentia inter τὸ *filii Judae & Benjamin expulerunt priscos incolas* (quod
842. junctas operas significat, & τὸ *filii Judae & Benjamin non expulerunt:* quia hoc videtur innuere & filiorum Judae & Benjamin hoc fuisse, ut expel-

expellerentur incolae, quod fere vix dici posse videtur, nisi urbs partim unius, partim alterius tribus fuisse statuatur. Si enim tota ad Benjamin pertinuit, quorsum dicitur, *filii Judae non expulerunt.* Debebantne illi expellere hostes ex urbibus Benjaminitarum? Nusquam certe hoc traditur. Dicamus itaque, partem urbis Hierosolymitanae ad tribum Juda, partim ad Benjamin pertinuisse: adeoque tam huic, quam illi jus fuisse expellendi veteres colonos.

Deinde ad minuendas alias difficultates hoc notari potest, urbes aliquando pertinuisse ad alias tribus, quam in quarum regionibus sitae erant. Id est, ut clarius dicam, non sequi, urbem aliquam pertinuisse ad tribum Benjamin, quia in regione tribus Benjamin sita fuit. Hoc, si exempla subjecero, intelligi dilucide poterit. Urbes suas tribus Simeon accepit in medio regionis tribus Judae & in illa portione, quae tota sorte ei erat attributa, quod legere est *Jos. 19. 1.* Atque ita dici potuit, urbes illas esse im tribu Juda, Simeonis tamen. Ita *Jos. 17. 11.* traditur *Menassitas habuisse urbes Bethsan, Jeblaam, Dor, Endor, Taanach, Megiddo & tertiam partem urbis Nopheth.* Erant autem hae urbes sitae in regione tribuum Jissascar & Ascher, uti ibidem disertis verbis monetur. Confer *Jud. 1. 27. Menassitae non expulerunt Bethsan, Taanach, Dor, Jeblaam, & Megiddo, sed Cananaei cum iis illic habitarunt.* Adeoque specie tantum non revera repugnat, quum Jerusalem urbs tribus Benjamin appellatur, & sita fuisse dicitur in tribu Juda. Quid? quod ex locis citatis haec verba שלשת נפת *tertiam partem* urbis *Nopheth* (*Jos. 17. 11.*) novam lucem foenerentur. Inde enim discimus, urbium partes has & illas fuisse diversarum tribuum, atque ita Hierosolymae partem unam tribui Benjaminis, alteram Judae dari posse.

Tertio notandum est, pro varia ratione temporum, variam fuisse Hierosolymae extensionem: quumque in confiniis utriusque tribus fuerit, dici posse, nostra quidem sententia, urbem Hierosolymam sitam p.
fuisse in tribu Juda, tunc nimirum, quum incensa fuit a filiis Judae *Jud.* 843.
1. 8. eandem sitam fuisse in tribu Benjamin, siquidem montem Sion vel arcem Jebus eo nominis appellemus, uti saepe fit in Sacro Codice, quia is mons situs fuit ad septentrionem termini secernentis regiones tribuum Judae & Benjamin. Nec repugnat, si quis eam tum, quum maxime fuit extensa, circa ultimos annos Templi secundi, imo & antea, quum Templum a Salomone in monte Moria structum fuit, dicat, partim in portione tribus Judae, partim in Benjamin, fuisse, ita ut terminus dividens Judam & Benjaminem transierit per atria Templi, quod Judaei tradunt. Fateor, in Sacro Codice nihil est, quod nos ad illas cogitationes ducat. Seed tamen causam non video, quam ob rem traditio illa Judaeorum suspecta esse debeat, in primis quum nihil vetet, quod sciam, quin ita eesse potuerit. Non est igitur, cur adstruam hujus traditionis fidem, aut eam confirmem: nec est, cur rejiciam.

Possem

Possem addere ex iisdem scriptis Judaïcis ad illustrationem hujus disquisitionis, urbem Hierosolymam fuisse urbem Dei, non hujus vel illius tribus, nec fuisse נחלקת בשבטים *distributam inter tribus*, adeoque nec ad Judam proprie, nec Benjamin pertinuisse. Sed, quemadmodum nostra quidem fert opinio, hoc minus ad rem facit. Fuerit urbs Dei: de hac re nulla est controversia. Disquiritur, fuerit ne in illa terrae regione, quae tribui Benjamin data esse legitur in libro Josuae, an vero in illa, quae tribus Judae fuit. Sic urbes Leviticae & Sacerdotales etiam ab urbibus aliarum tribuum distinguuntur, & urbes Sacerdotum aut Levitarum appellantur. Sitae tamen fuerunt in regionibus aliarum tribuum, & de iis merito disputatur, in quibus sitae fuerint.

Dicamus itaque, partem ejus ad tribum Juda, partem ad Benjamin pertinuisse, maxima tamen sui parte, praecipue stante Templo secundo, in regione tribus Benjamin fuisse: dico, *in regione tribus Benjamin:* non enim ideo, quia in regione tribus Benjamin fuit, statui debet ad Benjaminitas pertinuisse, uti mox ostendimus. Quid? quod, p. stante Templo secundo, regiones tribuum magis essent confusae, quam 844. ut de plerisque locis accurate sciri potuerit, ad quas tribus pertinerent. Credibile est, Judae partem urbis Jerusalem fuisse tribuendam, quod illa tribus eam cepisset & concremasset olim. Benjamini etiam pars videtur cedere debuisse, quod Jebus sorte huic tribui erat assignata *Jos. 18. 28.* qua propter tum filii Juda, tum Benjamin dicuntur habitasse in Jerusalem, antequam expulissent Jebusaeos *Jud. 1. 21. Jos. 15. 63.* Quae autem portio Hierosolymae ante expugnatos Jebusaeos fuerit habitata a Benjaminitis, quae a filiis Juda, dicere nequeo, quum Sacer Codex sileat. Paris esse prudentiae arbitror, incerta pro incertis agnoscere, nec iis immorati, ac certa adstruere & confirmare.

Restat, ut legendo vestigia nostra pedem retro referamus videamusque, quomodo ea, quae in initio hujus disputationis protulimus, tum ut tribui Judae, tum ut Benjamini urbem Hierosolymam vindicaremus, cum sententia nostra conveniant, ut Sacro Codici lucem aliquam foeneremur. Primum, quod *Jos. 18. 27.* legitur, Jerusalem sive Jebus fuisse urbem Benjaminitarum, nobis non adversatur, qui & ipsi montem Sion, in quo Jebus fuit, docuimus, in portione tribus Benjamin fuisse. Quod si vel maxime fateremur, partem aliquam montis Sion, sive Jebus, a tribu Juda possessam fuisse, potuisset a potiori parte Benjaminitarum deducta esse appellatio. Vel Jerusalem dici potest נחלת בני בנימן *hereditas filiorum Benjamin*, quia in regione eorum sita fuit, uti urbes Simeoniticae sitae dicuntur בתוך נחלת בני יהודה *in hereditate filiorum Judae*, *Jos. 19. 1.* id est, in regione tribus ejus: quamvis non diffitear, illas etiam urbes נחלת בני שמעון *hereditatem filiorum Simeonis* dici. Non est igitur, quod in hoc loquendi modo multum ponamus praesidii. Ex altero loco *Jos. 15. 8.* tantum potest colligi, Jebus in regione tribus Benjamin

jamin fuisse, quod non negamus. Tertius docet, Benjaminitarum fuisse, expellere Jebusaeos: nec mirum, quum Jebus in eorum portione fuerit: adeoque nec hic nobis adversus est. Quartus etiam nobis adjumento est. Collocamus enim templum in portione tribus Benjamin. Quinto denique nihil efficitur, nisi urbem ad Benjamin eo tempore p. pertinuisse: quod non negamus: nec inde quis colligat, semper & so- 845. llus Benjaminis eam fuisse, aut esse oportuisse.

Videamus porro illa, quae Hierosolymam Judae asserunt. Quorum primum est, Judae filios debuisse Jebusaeos expellere nec expulisse, sed cum iis habitasse Hierosolymis. Verum quum idem plane legatur de filiis Benjamin *Jud. 1. 21.* non est, cur Judae magis, quam Benjamini urbem vindicemus. Efficitur hinc potius & Judae filiorum & Benjaminis fuisse, Jebusaeos expellere, & utrosque habitasse illic cum Jebusaeis. Certe aequale est utrimque rationum pondus, & quantum valet dictum *Jos. 15. 63.* pro Juda, tantum *Jud. 1. 21.* pro Benjamin. Utrobique enim eadem verba leguntur. Alterum quod urgetur ex *Psal. 78. 68.* ubi Deus dicitur elegisse tribum Juda, montem Sion, quem dilexit, ita potest explicari, ut disjungantur ויבחר את שבט יהודה *& elegit tribum Juda*, quarum vocum ultima accentum habet Athnach, & sequentia, את הר ציון *montem Sion:* vel (quod maxime placet) ibi opponi Juda & Ephraim, uti tribus duas praecipuas, sub quibus aliae comprehenduntur, postquam scissum fuit in duo regnum Hebraeorum, sub Rehabeamo. Confer *Jerem. 7. 14. 15. 17.* Ita poterit Deus dici elegisse tribum Juda non Ephraim. Saepe enim sub Juda Benjamin (tribus exigua & tantum non deleta tempore Judicum *Jud. 20. 47.*) continetur, & una tribus appellatur *1. Reg. 11. 13. 32.* & in illa Jerusalem esse dicitur, quum tamen & Juda & Benjamin fuerint. Vide *1. Reg. 12. 21.* Vel potest dici partem montis Sion aeque a Juda ac Benjamin habitatam fuisse, & Judae potius, ob celebritatem aliaque privilegia, quibus eminuit, quam Benjaminis mentionem fieri. Vel denique per montem Sion, quem Deus elegit, intelligi potest mons Moria, pars habita Sionis, certe in Sacro Codice saepe Sionis nomine dicta, qui mons partim ad Judam, partim ad Benjamin pertinuisse fertur a Jadaeis. Illum enim montem, in quo Templum erat, elegerat Deus, & hic tabernaculo, Josephi, אהל יוסף, quod Schilunte fuit, opponitur. Tertius locus *Jud. 1. 8.* indicat, Judae filios Hierosolymam cepisse, adeoque illam, p. quam ceperunt, in regione tribus Judae fuisse, verisimile est. Verum 846. illa Hierosolyma non fuit eadem ac Jebus in monte Sion, quae diu postea demum capta fuit a Davide: sed alia forsitan ad latus australe montis Sion sita,, quia illic regio tribus Judae fuit. Fuerit itaque haec in tribu Juda, non sequitur, Sionem, aut quae aliae partes urbis septentrionaliores fuerre, ad tribum Judam pertinuisse. Quartum denique nobis haud adversatur. Profectus enim dicitur Jeremias in terram

Benjamin videlicet ex urbe, ita ut opponatur ſibi urbs & regio עיר & ארץ: atque ita dici poteſt, urbem Hieroſolymam proſpexiſſe ארץ בנימן *terram Benjamin*, non quod ipſa nullatenus ad Benjamin pertineret, ſed quod terra ab urbe diſtinguatur; vel profectus eſt in Benjamin, id eſt, ulterius in eam penetravit, ad interiora ejus contendit, uti alias exponi ſolet Chriſtum profectum in Galilaeam, id eſt, in interiora ejus.

Priuſquam de montibus urbis Hieroſolymitanae ſigillatim agamus, diſquirendum eſt de ſitu Sionis & Acrae, qui quidem fuere praecipui, & a quorum poſitione facies univerſa veteris Hieroſolymae dependet. Sunt, qui Sionem ad boream, Acram ad auſtrum, locent. Nobis placent contraria, qui Sionem ſitum eſſe in auſtrali parte urbis Hieroſolymitanae ex Joſepho colligimus *lib. VI. de bell. Judaico cap, 6.* ubi muros tres deſcribit, quibus urbs cingebatur: quorum primus ille eſt, qui montem Sion ambit. Hic ducitur una ſui parte ab Hippico turri, quam Herodes ſtruxerat in hoc muro, uſque ad porticum Templi occidentalem, altera parte ab Hippico occidentem verſus protenditur, dein flectitur in meridiem (nota hoc) tum in orientem, donec cum orientali porticu Templi conjungatur. Murus autem ſecundus ibidem deſcribitur ſeptentrionalem tractum ambiens & a muro priore, qua porta Γεννὰθ erat, ad turrim Antoniam protenditur, quae ad angulum Templi notoborealem erat. Tertius murus ab Hippico ducitur boream verſus (notetur hoc) ad turrim Pſephinam, μέχρι τȣ̃ βορείȣ κλίματος κατατεῖνον ἐπὶ τὸν Ψήφινον πύργον, quae in angulo urbis notoboreali erat & cingebat partem urbis ab Agrippa additam, & veteri muro
p. id eſt primo conjungebatur, circa vallem Kedron. Haec quidem pla-
847. ne intelligi nequeunt, ſi Sion ad ſeptentrionem collocetur. Praeterea ex hiſtoria obſidionis narrata *lib VI. de bell. Jud. cap. 8.* liquet, Romanos a ſeptentrione urbem invadentes, perrupto primo & altero muro, & ſeptentrionali urbis regione in poteſtatem ſuam redacta, necdum Sione potitos fuiſſe: quum, ſi Sion in ſeptentrionali urbis parte fuerit, Sion ſtatim in eorum poteſtatem pervenire debuerit. Denique Sionem vocat Joſephus τὴν ἄνω, Acram τὴν κάτω πόλιν, idemque προσάρκτια τῆς πόλεως, κλίμα βόρειον, diſtinguit a Sione. Ex quibus intelligitur, Sionem ad auſtralem plagam urbis eſſe collocandum. Quo quidem probe ſtabilito ac fixo, videamus tamen, quid objici nobis poſſit. Sunt ea tria potiſſimum (reliqua enim tanti non ſunt, ut iis immoremur) quae urgentur ab viro de Geographia ſacra optime merito, Johanne Ligtfooto, in centuria Chorographica Horis Hebraïcis in Matthaeum praemiſſa, *Cap. 22. & 23.*

Palmarium ſententiae nobis adverſae praeſidium eſt in *Pſal. 48. 3.* quod unice nuper urſit in Geographia ſacra Cellarius *pag. 330.* ubi aperte, dicunt, mons Sion ad latus urbis boreale collocatur יפה נוף משוש כל הארץ הר ציון ירכתי צפון קרית מלך רב *Pulcer adſpectu, gaudium univer-*

ſae

ſae terrae, mons Sion ad latera aquilonis, urbs Regis magni. Primo quidem reſponderi poſſet, in Hebraeo Codice tantum legi, *mons Sion, latera aquilonis*, & haec duo tanquam partes praecipuas urbis recenſeri, *montem Sion*, id eſt urbem ſuperiorem, & *partes boreales*, τὰ προσάρκτια μέρη, uti Joſephus loquitur, id eſt quicquid ad boream Sionis erat, quae ſimul juncta efficiant urbem Regis magni i. e. Hieroſolymam. Sed liberales ſimus & demus illud *ad* recte ibidem legi. Et ut verum fatear, perſuaſum mihi eſt, verba ita vertenda eſſe, *mons Sion ad latera aquilonis*, id eſt, *ad plagam ſeptentrionalem.* Nec tamen ideo concedam, neceſſe eſt, hic de latere boreali urbis agi. Imo de ipſius montis latere agi videtur. Quum enim montium latera vel haec, vel illa, ob jucunditatem proſpectus, aut fertilitatem ſoli, celebrentur, Sionis (nam de *Acra* monte non tam alto, nec tunc adeo habitato ſilet) latus boreale praecipue erat p.
יפה נוף *pulchrum conſpectu* (ſive *elatione*, qua ſe effert, uti ex Arabico 848.
نوف verti poteſt) quia illud obverſum monti Acrae, quaſi in amphitheatri ſpeciem urbem ſitam oſtendebat. Latus enim auſtrale valle profunda atque inacceſſa cingebatur: βαθείαις φάραγξι ἔξωθεν οἱ δύο λόφοι περιείχοντο teſte Joſepho. Adde quod idem illud latus templum a Salomone aedificandum ſuſtinere deberet in extremitate orientem verſus. Audiamus Joſephum, cujus verba ſententiam noſtram luculenter confirmabunt. Ita ſcribit *lib. VI. de bell. Jud. cap. 6.* Ἀυτὴ μὲν ὑπὲρ δύο λόφων ἀντιπρόσωπος ἔκτιϛο μέσῃ φάραγγι διῃρημένων, εἰς ἣν ἐπάλληλοι κατέληγον οἰκίαι. Τῶν δὲ λόφων ὁ μὲν τὴν ἄνω πόλιν ἔχων ὑψηλοτερός τε πολλῷ καὶ τὸ μῆκος ἰθύτερος ἦν. Διά γȣ̃ν τὴν ὀχυρότητα Φρȣ́ριον μὲν Δαβίδȣ τȣ̃ βασιλέως ἐκαλεῖτο (Πατὴρ Σολομῶντος ἦν ὗτος τȣ̃ πρώτȣ τὸν νεὼν κτίσαντος) ἡ δὲ ἄνω ἀγορὰ πρὸς ἡμῶν. Ἄτερος δὲ ὁ καλȣ́μενος Ἄκρα καὶ τὴν κάτω πόλιν ὑφεϛὼς ἀμφίκυρτος. *Et ipſa quidem urbs ſupra duos colles erat condita, contrariis frontibus ſe adſpicientes & interveniente valle diſcretos, in quam domus deſinebant. Collium vero alter, cui ſuperior urbs inſidet, multo eſt excelſior & in prolixitae directior: adeo ut, quoniam tutus erat, caſtellum a Davide quondam Rege (is pater Salomonis fuerat, qui primus templum aedificaverat) vocaretur, a nobis autem forum ſuperius. Alter autem, qui appellatur Acra, inferiorem ſuſtinet urbem & undique declivis eſt.* Haec ſi menti noſtrae obverſentur, & ירכתי alibi quoque in ſacris literis montibus tribui notemus, uti *Jud. 19. 1.* & *18.* ירכתי הר אפרים *latera montis Ephraim*, ירכתי לבנון *latera Libani 2. Reg. 19. 23.* facile intelligemus, cur etiam *Jeſ. 14. 13.* Rex Babylonius glorietur ſe poſſeſſurum הר מועד ירכתי צפון *montem conventus, ad latera aquilonis*, adeoque in media urbe moraturum. Sive enim ea accipiamus disjunctim, ut & monte conventus, ſive Moria, in quo templum erat, & lateribus borealibus Sionis ſe potiturum dicat, ſive ita, ut mons conventus id eſt Moria ad latus ſeptentrionale Sionis proprie dicti aliqua ratione ſitus intelligatur, ſive credamus, nomen הר מועד dari univerſo monti Sion, quia in parte ſive

colle

colle orientali locus erat conventus populi, id eſt templum, ſenſum
p. haud incommodum ex his verbis elicimus.

849. Exiſtimat porro Ligtfootus, perſpicuum eſſe ex Joſepho, montem Sion ad ſeptentrionem urbis ſitum fuiſſe, quum turres muri tertii deſcribit. Haec ſunt verba Ligtfooti. *Turres ab Herode conditas, Pſephinum, Hippicum &c. dicit plane fuiſſe ab aquilone*, Caſtrametatus eſt Titus, *inquit*, ſtadiis ab urbe duobus a parte muri angulari, juxta turrim Pſephinum, ubi circuitus muri ab arcto flectitur in occidentem, *& capite proxime ſequente* Ἀνεῖχε κατὰ γωνίαν βόρειος τε καὶ πρὸς δύσιν ὁ Ψήφινος πύργος, *& muri extimi ambitum eodem capite deſcribens* Ἀρχόμενον δὲ, inquit, κατὰ βορρᾶν ἀπὸ τᾶ Ἱππικᾶ καλεμένᾳ πύργᾳ καὶ διατείνον ἐπὶ τὸν Ξυςόν &c. Incipit a Septentrione a turre Hippico & proceſſit ad Xyſtum. *Et cum turres iſtas deſcripſiſſet, haec addit*, Κειμένοις δὲ πρὸς ἄρκτον αὐτοῖς ἔνδοθεν ἡ τᾶ βασιλέως αὐλὴ προσέζευκτο. Sitis autem iſtis turribus ab aquilone, intus adjuncta erat regia. *Quid clarius? Regia erat in urbe ſuperiori vel Sione, at regia conjuncta erat muro extimo Septentrionali. Ergo Sion erat a Septentrione.* Hactenus Ligtfootum audivimus. Videamus, quid ad haec reponi poſſit, eo ordine, quo nobis praeit. Turres, ait, ab Herode conditas Pſephinum, Hippicum &c. dicit Joſephus fuiſſe ab aquilone. Non dicit hoc Joſephus. Pſephinam turrim dicit fuiſſe ad aquilonem urbis, in angulo muri tertii, qui occidentem & ſeptentrionem verſus ſpectabat: ſed Hippicum & alias turres ab Herode conditas ibi non collocat: e contrario teſtatur, turres Hippicum, Phaſaëlum & Mariammen ab Herode conditas in muro antiquo, id eſt, primo, qui Sionem ambit. Deinde ſcribit Ligtfootus, murum extimum deſcribere Joſephum, ducto initio a turri Hippico ad ſeptentrionem, ut ita Xyſtum verſus feratur. Haec in Joſepho leguntur, ubi murum primum, id eſt, Sionis deſcribit: nec adverſantur mihi. Erat enim Hippicus ad ſeptentrionem Sionis, & inde murus Sionis protenditur uſque ad Xyſtum. Inde autem non efficias, Hippicum ad ſeptentrionem urbis ſitum fuiſſe, ubi Pſephinus fuit. Urget denique, ſcribere Joſephum, illis turribus ad aquilonem ſitis intus regiam eſſe adjunctam. Regio autem erat in Sion. Fateor, regia fuit in Sion: at nego, Joſephum ſcribere, illis turribus, id eſt Pſephinae aeque
p. ac Hippico ac aliis regiam jungi. Tantum legitur illic, regiam jungi
850. tribus turribus in antiquo muro ab Herode conditis, id eſt, Hippico, Phaſaëlo, & Mariamme, non Pſephinae. Verum, dicet aliquis, Joſephus tamen illas turres dicit ad ſeptentrionem ſitas. Non repugno. Ad ſeptentrionem regiae & Sionis erant ſitae: non ad ſeptentrionem muri tertii, ſive extimi, ubi Pſephinus erat.

Tertium eſt, quod depromitur contra hanc ſententiam ex *Ezech. XL. 2.* ubi Propheta dicitur adductus in terram Iſraëliticam & poſitus ſuper montem excelſum, ad quem erat aedificium urbis ad auſtrum. Si enim concedamus, montem illum excelſum fuiſſe Moriam, inde non efficitur urbem eſſe montem Acram. Imo urbs potius Sion fuit, quum ea pars ejus praecipua antiquiſſima & urbs Davidis dicta fuerit *1. Reg. 8. 1.* Hujus autem reſpectu mons Moria fuit ad ortum quidem, verum etiam ad ſeptentrionem. Et quamvis, ſecundum noſtrum loquendi morem, magis ad ortum fuerit, quam ad ſeptentrionem, tamen ſecundum modum loquendi in Sacro Codice uſitatum, cui mare mediterraneum occidens, Aegyptus meridies, Babylonia ſeptentrio appellatur, aeque poterit dici eſſe ad ſeptentrionem urbs Davidis ſive Sionis, quam Babylonia ad ſeptentrionem terrae Iſraëliticae. Quumque haec videns ex Babylonia in terram Iſraëlitarum ductum ſe ſcribat, quid mirum, ſi, uti terra Iſraëlitica ad auſtrum Babyloniae ſita conſideretur, etiam Sion reſpectu Moriae ad auſtralem plagam collocata dicatur.

Montes urbis Hieroſolymitanae, tunc quum maxime fuit extenſa, fuere Sion, Acra, Moria, & Bezetha. Λόφᾳς illos omnes appellat Joſephus, quamvis inter illos duo ſint praecipui Sion & Acra, quos propterea κατ' ἐξοχὴν nuncupat τὰς τῆς πόλεως δύο λόφᾳς, *colles duos urbis*, uti etiam Tacitus Hieroſolymam deſcribens *l. V. Hiſtoriar. c. 11. Duos colles immenſum editos claudebant muri per artem obliqui, aut introrſus ſinuati.* Videamus de ſingulis aliqua.

Mons Sion dictus, Σιὼν Graecis, ציון *Tzion* Hebraeis, in parte urbis auſtrali erat ſitus, uti mox oſtendimus. Hic monti Acrae ita erat op- p.
poſitus, ut urbs ipſa utrique monti incumbens ἀντιπρόσωπος eſſet, & pars 851.
una alteram reſpiceret, teſte Joſepho. Vox illa ab Joſepho, duce exercitus, eleganter adhibetur, quae proprie uſurpari ſolet de hoſtibus adverſam & oppoſitam ſibi frontem caſtrorum habentibus, quod etiam adumbratum fuit caduceo duobus ſerpentibus ἀντιπροσώποις ornato, uti ſcholiaſtes Thucydidis *ad lib. I. pag. 36.* Κηρύκιον ἔςι ξύλον ὀρθὸν, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένας, καὶ ἀντιπροσώπας πρὸς ἀλλήλας κειμένας, ὅπερ εἰώθασιν φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν. Καὶ ἐκ ἐξὴν αὐτὰς ἀδικεῖν, παρ' ἃς ἀπέρχονται. Σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τᾶ ὀρθᾶ λόγᾳ· τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον εἶδος τῶν ὄφεων, τὰ ἀντιτασσόμενα ςρατόπεδα· ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος δι' ἀμφοτέρων χωρεῖ. *Caduceus eſt lignum rectum, ab utroque latere angues duos habens ſibi implexos adverſis faciebus, quod legati vel caduceatores ſecum ferre conſueverunt: nec licet iis, ad quos mittuntur, injuria illos afficere. Lignum autem rectum notat rectum ſermonem, ſerpentes duo caſtra hoſtium ſibi mutuo adverſa; inter illa enim rectus ſermo medius procedit.* Confer cum hiſce verba Plinii *lib. XXIX. 3. Hic complexus anguium & efferatorum concordia cauſa videtur eſſe, quare exterae gentes caduceum in pacis argumentis circundata effigie anguium feecerint: neque enim criſtatos eſſe in caduceo mos eſt.* Vallis ceterum inter Sionem & Acram media erat vallis τυροποιῶν ſive caeſariorum. Mons Sion erat horum excelſiſſimus & ſuſtinebat τὴν ἄνω πόλιν, *urbem ſuperiorrem*, eratque in longitudinem directior, quam Acra, quae τὴν κάτω πόλιν urbem inferiorem ſuſtinuit. Hinc eſt, quod Sionem nun-

nuncupat Josephus τὸν τῆς ἄνω πόλεως λόφον, & Acram τῆς κάτω. Cingebatur mons Sion ἔξωθεν, id est, qua urbem terminat ad austrum & occasum, profunda valle, sic ut ab illis partibus adiri non potuerit. Praeterea murum habuit, quem ἀρχαῖον appellare solet, id est, veterem Josephus, quippe a temporibus Davidis exstructum, qui a parte septentrionali conspicuus erat tribus praecipue turribus, Hippico, Phasaëlo & Mariamme, quae & ipsae altissimae erant, & ob altitudinem montis Sion, cui hic murus superstructus erat, altiores videbantur. Describit has Josephus accurate *lib. VI. de bell. Jud. cap. 6.* & Tacitus, *lib. V. Hist. cap. 11.*
p. eas videtur ante oculos habuisse, scribens, *Duos colles immensum editos*
852. *claudebant muri per artem obliqui aut introrsus sinuati; ut latera oppugnantium ad ictus patescerent: Extrema rupis abrupta, & turres, ubi mons juvisset, in sexaginta pedes inter devexa in centenos vicenosque attollebantur: mira specie ac procul intuentibus pares.* Legendum reor *Phari* pro *pares.* Nam ipse Josephus *lib. VI. de bell. Judaico cap. 6.* de his turribus loquens, & sigillatim de turri Phasaëlo, τὸ μὲν σχῆμα παρεῴκει τῷ κατὰ τὴν Φάρον ἐκπυρσεύοντι τοῖς ἐπ' Ἀλεξανδρείας πλέουσι. *Specie quidem videbatur similis Pharo, turri, quae Alexandriam navigantibus ignem procul ostendit.* Faciunt haec verba Josephi, ne dubitem de veritate emendationis verborum Taciti. In hoc monte erat Αὐλὴ Βασιλικὴ. Joseph. *lib. II. de bell. cap. 39.* & *VII. 14.* & ἡ ἄνω ἀγορά teste eodem.

Acra nomen videtur accepisse ab Ἄκρα, sive arce, quam Antiochus in hoc monte exstruxit, ut Templum infestaret: quae arx a Simone capta & solo aequata fuit, teste Josepho *Antiq. XIII. 11.* Syri autem & Chaldaei arcem quoque חקרא Ἄκραν nuncupant. Erat mons ἀμφίκυρτος figura, teste Josepho. Est haec figura ligni, quo operarii onera suspensa gestant. Vide Suidam ad vocem ἀνάφορον. Idem ad vocem τετρακτὺς scribit, esse τέσσαρας τῆς σελήνης μορφάς. Ἀρτίτοκος γὰρ, μηνοειδὴς, ἀμφίκυρτος καὶ πανσέληνος, *quatuor formas, quibus Luna conspicitur. Est enim nova* (vel novae proxima) *corniculata, ἀμφίκυρτος, & plena.* Est itaque forma ἀμφίκυρτος inter corniculatam & plenam. Ita quoque Theophrastus ‖ in *lib. de signis serenitatis* Lunae phases describit. Martianus Capella *lib. VI. Primo* (*Luna*) *est corniculata, quam μηνοειδῆ Graeci vocant. Medilunia, quam dicunt διάτομον, dehinc dimidiato major, quae dicitur ἀμφίκυρτος. Mox plena, quae dicitur πανσέληνος.* Mons hic inferiorem urbem sustinens non directus, uti Sion erat, sed curvatus, natura quidem excelsior quam Moria, a quo lata valle erat divisus, sed Simon dux & Princeps Judaeorum Acrae altitudinem imminuit, valle repleta, ut urbem Templo conjungeret, & Templum eo magis emineret, teste Josepho *lib. VI. de bell. cap. 6.* & *Antiquit. XIII. 11.* In hoc monte fuit Ἄκρα, arx, unde mons no-
p. men tulit, sita ἐν τῇ κάτω πόλει, & ab Antiocho condita teste Joseph.
853. *lib. XII. 7.* imminens Templo, ita ut inde excurrentes eos conficerent, qui sacrorum causa id adirent. Joseph. XII. 14. Alibi docuimus, nomen

men Ἄκρας datum etiam fuisse arci in monte Sion, uti & Chaldaeus חקרא דציון Ἄκραν Σιῶνος memorat. Erat praeterea hic Ἀρχεῖον, quod milites Romani incenderunt, necdum Sione potiti. *Jos. de bell. VII. 17.* τότε Ἀρχεῖον καὶ τὴν Ἄκραν. Erat & Βουλευτήριον, incensum a Romanis, quum nondum Sione potiti erant. *Jos. de bell. VII. 13.* Videtur Βουλὴ dici *lib. VI. de bell. cap. 6.* ubi murus Sionis ab Hippico templum versus ducitur ad Xystum, & dein, τῇ βουλῇ συνάπτων, desinit in porticum templi occidentalem. Porro meminit Josephus τῆς Βασιλείας τῆς Ἑλένης in hoc monte sitae. Regia haec erat *in media Acra*, κατὰ μέσην τὴν Ἄκραν. *Jos. de bell. VII. 13.* Erat hic & regia Agrippae. Josephus *lib. XX. 7.* Inde liquet, eam ad occidentem Templi fuisse: ne enim ex ea contemplaretur sacra in Templo peragi solita murum exedrae Templi occidentalis altius extulerunt Judaei.

Mons Moria הר המוריה (*2. Chron. 3. 1.*) distingui omnino debet a regione Moria, ארץ המריה, in qua Deus montem aliquem (erant enim plures in illa regione) se monstraturum Abrahamo dicit, ubi filium suum offerat. Incerta linquimus, quae in Schir Hasschirin Rabba *fol. 26. 2.* disputantur de etymo Moriae, quia inde venit מרה, al. אורה, al. מורה, al. אריה, in mundum. Mons erat non admodum editus, teste Philone de Monarchia *pag. 822.* Magnitudo hujus montis inde fere colligitur, quod ambitus ejus & adjectae turris Antoniae sex stadiorum fuisse a Josepho dicatur, *lib. VI. de bell. cap. 6.* & *Antiq. lib. 15. cap. 14.* fuisse quadratam aream circa Templum quatuor stadiorum: sic ut stadium ab uno angulo ad alium fuerit. Tota autem urbs, eodem teste, habuit ambitum stadiorum trium & triginta, qua de re antea egimus.

Conjungebatur Sioni ponte & xysto, uti Josephus *lib. VII. cap. 13.* scribit. Erat etiam templum conjunctum urbi a parte Acrae: nam vallem inter Acram & Moriam repleverunt Chasmonaei, eum in finem, imminuta Acrae altitudine. *Jos. de bell. VI. 6.* Habuit ad austrum val- p.
lem admodum profundam, e qua molem lapideam eduxit Salomon eo 854.
usque, quo solum Templi & atriorum ejus postulabat id fieri oportere, ut omnia aequali solo insisterent. Λόφος erat πετρώδης, collis saxosus, in orientali regione urbis situs, resupinus versus Acrae verticem, ὑπτιούμενος (ὑποτιούμενος *Antiquit. 15. 14.*) ἐπὶ τὴν κορυφὴν Ἄκρας teste Josepho *lib. VI. de bell. cap. 6.* Hunc Salomon ἀπετείχισεν, id est, *circumvallavit, muro cinxit.* Quod ideo noto, ne quis putet, ἀποτειχίζειν semper (sit aliquando ἀποτείχησις τειχῶν ἀφαίρεσις teste Suida) esse *discingere, moenia tollere*, uti Salmasius, cujus emendationes in dissertationes Epicteti ab Arriano digestas, nuper in lucem edidi, monet *pag. 91.* nam ita quoque apud Thucydidem legitur *lib. VII.* in initio, ὅτι οὐ παντελῶς πῶς ἀποτετειχισμέναι αἱ Συράκουσαι εἰσίν. Et apud eundem *lib. III.* Ἀκαρνᾶνες ἠξίουν Δημοσθένην τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀθηναίων ἀποτειχίζειν αὐτούς.

Scho-

Scholiastes Thucydidis notat ad *lib. I. pag. 41.* ἀποτειχίσαντες esse idem, quod περιοικοδομήσαντες. Sic ἀποπυργίζειν apud Suidam in v. Πυργίσκοι, & voc. ἀποπυργ. est *turrim exstruere.* A radice, quam ad austrum profunda vallis cingebat, ductus hic murus erat ex saxis plumbo junctis, usque ad altitudinem vertici Moriae aequalem.

Pars potest dici Sionis, uti *Jes. 31. 4.* appellatur גבעה *collis montis Sion*, quamvis ab eo valle quadam secerneretur. Quemadmodum enim non repugnat, montes esse bijuges, ὄρη δίκορσα, vel δικόρυφα, & duos tresve colles uni monti attribui, uti mons olivifer in tria culmina attollitur, & Ἰδομένη nomen est, quo appellantur δύο λόφω ὑψηλώ (teste Thucydide *lib. III. pag. 247.*) & apud Vibium Sequestrem *Parnassus Phocidis duobus verticibus surgens*, biceps inde dictus, sic Moria conjunctus Sioni proprie dicto, licet non tam alte surgat, tanquam pars ejus considerari potest. Josephus ipse murum Sionis descripturus *lib. VI. de bell. c. 6.* ab una parte eum protendi scribit, usque ad porticum Templi occidentalem, quam certe mons Moria sustinuit: ab altera ad porticum Templi orientalem. Sic ut dubium non sit, quin Moria, collis valle quadam a Sionis altissimo maximoque jugo divisus, pars Sionis haberi queat. Certe in sacris literis, quum de Templo sermo est, quod p. 855. Moriae incubuisse nemo est, qui neget, illud Sion solet tribui, quo spectant hi modi loquendi, Deum elegisse Sionem, habitare in Sione, & qui plures illic leguntur satis pervulgati.

Bezetha collis erat situs ἀντικρὺ τῆς Ἀντωνίας *e regione turris Antoniae*, & ὀρύγματι βαθεῖ *fossa profunda* ab ea sejunctus. *Jos. l. VI. de bell. 6.* Nomen ejus καινόπολιν reddit Josephus & vocat eam νεόκτισον μέρος τῆς πόλεως. At *lib. II. 24.* videtur Bezetham & Καινόπολιν distinguere, nisi forte legendum sit τὴν ἡ καινόπολιν, & unum καὶ ob viciniam alterius exciderit. Hunc munire coepit Agrippa, quod avaritiae Claudianorum temporum tribuit Tacitus.

Ophel pro monte vulgo haberi solet: dubito, an sufficienti ratione. Quod enim עפל collem, locum altum, notet, haud certum est: & si haec vis illi voci subjecta esset, necdum inde sequeretur, hoc nomen non nisi monti dari oportere, quum ejusdem vocis plures saepe sint significationes, & plus una de causa istiusmodi nomen loco cuidam dari possit. Josephus certe, quum hujus loci meminit, non appellat ὄρος aut λόφον. *lib. VI. de bell. cap. 6.* μέχρι χώρας τινὸς, ὃν καλοῦσιν Ὀφλᾶς. Qua phrasi paulo ante usus dixerat, διὰ τοῦ βηθσὼ καλουμένου χώρου, *per locum Bethso dictum*, quod etiam nomen montis non fuit. Et VII. 13. ἡ τὸ βασιλευτήριον ἡ τὸν Ὀφλᾶν καλουμένον. Et *lib. VI. de bell. cap. 7. Templum Johannes tenuit, & quae circa sunt haud pauca* τόν τε Ὀφλᾶν &c. At Sionem πρῶτον, Acram δεύτερον, Moriam τρῖτον, & Bezetham τέταρτον λόφον appellat, non Ophlam. Liquet etiam ex locis Josephi mox indicatis, Ophlam ad austrum Templi fuisse.

Con-

Conjecturis fere nituntur, quaecunque de portis Hierosolymae earumque nominibus tradi solent, quare iis non immorabimur. Nehemiae ambitum urbis describenti hae memorantur *c. III.* 1. Gregis. 2. Piscium. 3. Vetus. 4. Vallis. 5. Sterquilinii. 6. Fontis. 7. Domus Eljasib. 8. Aquarum. 9. Equorum. 10. Orientalis. 11. Judicii. Confer *Nehem. 12. 31. 36.* &c. In aliis codicibus Veteris Testamenti alia portarum Hierosolymitanarum nomina leguntur. Sed incertum est, fuerintne portae exteriores ipsius urbis, an vero in urbe exstructae, quem- p.
admodum in media urbe nostra Trajecto portae conspiciuntur ab una 856.
platea ad aliam transitum praebentes. Incertum quoque est, an non ad atria Templi & conclavia quaedam potius, quam ad moenia urbis referri debeant. Incertum denique hoc est, an non unius portae duo vel plura nomina fuerint; quemadmodum Judaei tradunt, septem nominibus insignitam fuisse portam Sur. Quod si ad aetatem Templi secundi & imperium Chasmonaeorum nos convertamus, quum duobus tribusve muris urbs cincta est, statuendum est, portas fuisse in media urbe, quibus ex Sione in Acram & inde ad novam urbem ultro citroque iter institutum fuit; quum alias muri perpetui commercium plane necessarium prohibuissent. Ceterum de intervallo, quo hae portae a se invicem abfuerunt, etiam nihil fere constat. *2. Reg. 14. 13.* a porta Ephraim usque ad portam anguli cubiti quadringenti fuisse dicuntur. At ubi de reliquis aliquid memoriae proditum est?

Piscinae plures fuere Hierosolymis, quae κολυμβήθραι dicuntur. Talis erat Bethesda, *Joh. 5. 2.* de cujus nominis origine variae, & incertum, veraene, an falsae etymologiae extant. Eusebius in Onomastico. Βηζαθὰ, κολυμβήθρα ἐν Ἱεροσολύμοις, ἥτις ἐστὶν ἡ προβατικὴ, τὸ παλαιὸν πέντε στοὰς ἔχουσα· ἃ νῦν δείκνυται ἐν ταῖς αὐτόθι λίμναις διδύμοις· ὧν ἑκατέρα μὲν ἐκ τῶν κατ' ἔτος ὑετῶν πληροῦται· θατέρα δὲ παραδόξως πεφοινιγμένον δείκνυσι τὸ ὕδωρ, ἴχνος, ὥς φασι, φέρουσα τῶν πάλαι καθαιρομένων ἐν αὐτῇ ἱερείων, παρ' ὃ ἡ προβατικὴ καλεῖται διὰ τὰ θύματα. Hieronymus. *Bethesda, piscina in Hierusalem, quae vocabatur* προβατικὴ, *& a nobis interpretari potest pecualis: haec quinque quondam porticus habuit, extenduntur que gemini lacus, quorum unus hybernis pluviis adimpleri solet, alter mirum in modum rubeus, quasi cruentis aquis antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lavari a sacerdotibus solitas ferunt, unde & nomen accepit.* Posset aliquis suspicari, aquas, quae lavandis victimis inservierunt in conclavi lavantium, collectas fuisse certo loco, & illas pro sanctis habitas, adeoque salubribus. Hoc si verum esset a בית אשדא *loco effusionis* dicta videretur. Στρύθιον Josepho *de bell. VI. 12.* circa turrim Antoniam erat κολυμβήθρα, quam dicit τοῦ σρυθίου καλουμένην. Meminit idem & piscinae p.
dictae Amygdali *ibid.* Κατὰ βόρειον κλίμα ἦν κολυμβήθρα ἀμύγδαλον προσαγορευομένη. Κολυμβήθρα Σιλωὰμ *Joh. 9. 7.* ברכת השלח *Neh. 3. 15.* erat 857.
extra urbem *Jos. VI. 28. de bell.* videtur vocare Σολομῶνος κολυμβήθραν. Ortum quidem haec videtur habuisse a fonte Siloam, sita ad angulum urbis austro

ſtro occidentalem. Plura de piſcinis non addimus, ne longius provehamur, quam conſtituimus.

De locis ſuburbanis (quae Joſephus *lib. VII. de bello* omnia arboribus & hortis ornata fuiſſe ſcribit, remotis tamen ab urbe, ſi Judaeis credimus in Miſna Bava Bathra, 11. 7. cubitis 25, ſi eſſent arbores frugiferae, 50. ſi infrugiferae) aliqua addere viſum eſt, quod in ſacris literis illa celebrentur. De monte olivifero actum quidem fuit antea *l. 1. c. LII.* In illo ſita erat Gethſemane, quam crediderim potius ab oleo & torculari nomen tuliſſe, quam a ſignis novilunii, סימנין, quae in ſummo hujus montis vertice edebantur accenſis facibus. Locum enim, quem Chriſtus frequentabat, ut lateret, in apice montis fuiſſe non putem. Aedificii eo loco exſtructi a Chriſtianis meminit Theophanes in Chronico ad annum Chriſti 683. Ἀπέςειλεν Ἀβιμέλεχ οἰκοδομῆσαι τὸν τοῦ Μαχῷ ναόν· καὶ ἠθέλησεν ἐπάραι τοὺς κίονας τῆς ἁγίας Γεθσημανῆς· καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν Σέργιός τις ἀνὴρ Χριςιανικώτατος, ὁ τοῦ Μανσοῦρ γενικὸς Λογοθέτης, καὶ λίαν οἰκειωμένος τῷ αὐτῷ Ἀβιμέλεχ, καὶ Πατρίκιος ὁ τοῦτο ἐφάμιλλος τῶν κατὰ τὴν Παλαιςίνην Χριςιανῶν πρέχων, ὁ ἐπίκλην Κλαισὸς, αἰτέμενοι μὴ γενέσθαι τοῦτο, ἀλλὰ δι' ἱκεσίας αὐτῶν πεῖσαι Ἰαςινιανὸν ἄλλος ἀποςεῖλαι ἀντ' αὐτῶν ὁ καὶ γέγονεν. *Miſit Abimelech, qui Templum Meccae conſtruerent: jamque Sanctae Gethſemanes columnas tollere paratum Sergius vir Chriſtianiſſimus Logotheta* (eſt hoc proprium nomen dignitatis in aula Conſtantinopolitana, uti liquet ex Codino & aliis) *generalis Manſuri & Abimelecho neceſſitudine conjunctus & Patricius quidam ejus collega cognomento Claeſus, Chriſtianorum Palaeſtinorum praeſtantiſſimus ambo deprecati ſunt, ne id faceret, polliciti, ſe rogaturos & perſuaſuros Juſtinianum, ut alias tranſmitteret in earum locum: quod etiam factum eſt.*

p. 858. Fons Siloam, productus a Deo in gratiam Jeſaiae, uti ſcribit Epiphanius de *vit. proph. p. 248.* videtur quaerendus extra urbis moenia non intra, eratque סמוך ליר׳ *prope Hieroſolymas*, ut Judaei ſcribunt. Licet enim Hieroſolyma loco arido condita nulla re magis, quam aqua indigeret, & mirum videatur eximium hunc fontem non fuiſſe intra moenia urbis receptum, ut & pacis & belli tempore incolis prodeſſet, praecipue quum ſe, ſtante Templo ſecundo, contra Romanos Judaei munirent, tamen haud incluſus fuit moenibus, quod in valle ſitus fuerit, ubi non ita commode fieri id potuit, & aquae ex eo in urbem derivatae ſint; aditusque ex urbe licet obſeſſa ad eum vix prohiberi potuerit. Xenophon *lib. VI. αναβ. Κυρου pag. 380.* de fonte Calpenſi κρήνη δὲ ἡδέος ὕδατος καὶ ἀφθόνου, ῥέουσα ἐπ' αὐτῇ τῇ θαλάττῃ, ὑπὸ τῇ ἐπικρατείᾳ τοῦ χωρίου. *Fons ibi erat aquae dulcis ac jugis, fluens juxta mare, ita tamen, ut ſub hujus loci poteſtate eſſet.* Tacitus quidem inter alia, quae hanc urbem adverſus longam obſidionem firmaverant, etiam fontem perennis aquae recenſet, & cavatos ſub terra montes & piſcinas ciſternasque ſervandis imbribus. Et Joſephus *lib. V. de bell.* Simonem ſcribit tenuiſſe

τὴν

τὴν πηγὴν καὶ τὴν Ἄκραν. Ex quibus hoc tantum liquet, adeo vicinum fontem fuiſſe moenibus urbis, & eo loco ſitum, ut externi hoſtes eo potiri non poſſent, niſi occupata ea parte urbis, cui erat proxima, uti Johannes *lib. VI. 7. de bell.* dicitur Templum & vallem Kedron habuiſſe, quae tamen extra moenia fuit. Sed conferamus alia quoque Joſephi teſtimonia de fonte Siloam, ut ſitus ejus clarius innoteſcat. *Joſ. VII. 13. de bell.* tradit, Romanos Acram incendiſſe usque ad Siloam. *Lib. VI. de bell. cap. 6.* vallem caſcariorum, quae inter montem Sion & Acram media fuit, protendi ſcribit usque ad Siloam. *Lib. II. cap. 16.* rogant Judae, velit urbem totam perluſtrare Siloam usque. At praecipue attendi merentur verba Joſephi *lib. VI. cap. 7. de bell.* ubi murus antiquus, id eſt Sionis, tendere dicitur a Siloam usque ad ortum. Et poſtquam dixerat, Simonem poſſediſſe urbem ſuperiorem, id eſt Sion, addit, habuiſſe καὶ τὴν πηγὴν καὶ τὴν Ἄκραν. Sic ut & a Sione & ab Acra fons ille diſtinguatur. Idem *de bell. VI. 6.* de muro primo ſcribit, eum πρὸς νότον ὑπὲρ τὴν Σιλωὰμ ἐπιςρέφειν πηγὴν *auſtrum verſus flecti ſupra fontem Siloam.* Ab Hippico eum duxerat ad locum Βηθσῶ, inde ad portam Eſſaeorum; tum pergit, ſcribens, flecti eum inde verſus auſtrum. Quum autem tertius murus ab Hippico quoque ſeptentrionem verſus ab Joſepho ducatur, ſi Siloam intra moenia urbis fuit, dicendum eſſet, fuiſſe intra murum hunc tertium adeoque ad ſeptentrionem Hippici. Quod ſi ad ſeptentrionem Hippici fuit, non poteſt murus Sionis, qui ab Hippico occidentem & auſtrum verſus procedit, dici ſupra Siloam. Ex hoc fonte deducta fuit κολυμβήθρα τοῦ Σιλωὰμ *Joh. IX. 7.* (cujus mox meminimus) ſita illic, ubi murus Sionis ab auſtro ortum verſus flectitur, teſte Joſepho *lib. VI. de bell. cap 6.* Hieronymus ita ſcribit de fonte Siloam *comm. ad Jer. 32. Subjacet Siloë, fontibus & amoenitate ſui, quia locus irriguus eſt, populum provocavit ad luxuriam.* Idem ad *Jerem. 14. Uno fonte Siloë, & hoc non perpetuo utitur civitas & usque in praeſentem diem ſterilitas pluviarum non ſolum frugum, ſed & bibendi inopiam facit.* Idem teſtatur, (ſed ex his verbis colligas, ab eo vocari non nomine Siloam illum fontem, qui olim ita dicebatur ad occaſum urbis, at alium ad ortum fere, quem & hoc tempore Siloam vocant) fontem Siloë fluere ad radices montis Moria, *comm. ad Matth. X. pag. 38. Idolum Baal fuiſſe juxta Jeruſalem ad radices montis Moria, in quibus Siloe fluit, non ſemel legimus. Haec vallis & parvi campi planities irrigua erat & nemoroſa plenaque deliciis & lucus in ea idolo conſecratus.* p. 859.

Fons Siloë etiam Gichon Chaldaeo dicitur *1. Reg. 1. 45. 2. Chr. 33. 14.* quia Gichon Nilus eſt, & inſtar Nili ex obſcuris ſub terra meatibus prodit, vel per ironiam, quia fons parvus eſt: ita ſcribit Theodoretus *Quaeſt. 2. in III. lib.* Regum Ἐπωνόμασαν δὲ καὶ τὸν Σιλοὰμ Γηὼν, ἢ ὡς ἄγαν μικρὸν εἰρωνικῶς οὕτω καλέσαντες· ἢ ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ἐξ ἀφανῶν ἐξεισεν ὑπονόμων ὥσπερ ὁ Νεῖλος. *Siloam appellarunt Geon, vel ironice, quod parvus*

eſſet

esset, vel quod uti Nilus ex locis obscuris ortum traheret. Ita in Misna Pesachim. IV. 9. גיחון appellatur.

Aquas fontis Siloë aliquo modo salsas esse, nec boni saporis observat in Itinerario Monconisius *part. II. pag. 38.* qui & maximam esse
p. 860. aquae penuriam Hierosolymis scribit. Audiamus ipsum. *La disette de l'eau est grande en cette ville: une oudre vaut 4. sols a ceux qui n'ont point de cisterne, car l'on n'en boit point d'autre: celle de Siloe est un peu salée & n'est pas de bon gout.* In Avoth R. Nathan *cap. 35.* dicitur, si sacerdotes nimium carnis sanctae comederant, bibisse aquam Siloam, ut cibus eo melius concoqueretur.

Golgotham collem exiguum a forma cranii humani dictum, quam referebat, notum est. Elisa est litera Lamed, uti קיקלתא dixere pro קלקלתא, & לולב pro לכלב. Collocatur ab Eusebio & Hieronymo in Onomastico ad septentrionem montis Sion. Locum hunc aggesta terra inconspicuum redditum etiam liquet ex his, quae leguntur apud Theophanem in Chronico *pag. 18.* Αὕτη (Ἑλένη) ὀπτασίαν ἑώρακε καλεύσασαν αὐτὴν καταλαβεῖν τὰ Ἱεροσόλυμα καὶ τὰς ὑπὸ τῶν ἀνόμων καταχωσθέντας θείας τόπους εἰς φῶς ἀγαγεῖν. *Vidit illa* (Helena) *aliquid, quod juberet, eam Hierosolymas proficisci & loca sacra sub terram ab impiis defossa in lucem educere.* Adamum primum hominem heic loci sepultum multi veteres crediderunt. Ambrosius *in Luc. 23. Ipse autem crucis locus vel in medio, ut conspicuus omnibus, vel supra Adae, ut Hebraei disputant, sepulturam. Congruebat quippe, ut ibi vitae nostrae primitiae locarentur, ubi fuerant mortis exordia.* Hieron. *in Ephes. V. 14.* narrat, *se audivisse quendam in ecclesia disputantem, & illa verba, Surge Adam, qui dormis & orietur tibi Christus, explicantem de Adamo in loco Calvariae sepulto, ubi crucifixus est Dominus, qui Calvariae idcirco appellatus est, quod ibi antiqui hominis esset conditum caput. Illo enim tempore, dicebat is, quo crucifixus Dominus, super ejus pendebat sepulcrum haec prophetia completa est, Surge Adam, qui dormis & ἐπιψαύσει, i. e. continget te Christus, non, ut legimus, ἐπιφαύσει, orietur, quia scilicet tactu sanguinis ipsius & corporis dependentis vivificetur atque consurgat.* His dictis subjungit, *utrum vera sint, nec ne, lectoris arbitrio relinquo.* Eadem fere in epistola Paulae & Eustochii ad Marcellam leguntur, sed non uti incerta, sed vera ex opinione scribentium Paulae scil. & Eustochii. *Unde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster, Calvaria appellatur: scilicet*
861. *quod ibi sit antiqui hominis Calvaria condita, ut secundus Adam & sanguis Christi de Cruce stillans primi Adam & jacentis Protoplasti peccata diluerat: & tunc sermo ille Apostoli compleretur,* Eph. 5. 14.

De valle filiorum Hinnom, de Kedrone, aliisque in vicinia hujus urbis quaerendis actum est supra *lib. I.* Nos ad alia pergimus.

JESCHANA.

יְשָׁנָה, Urbs, quam Abia Jeroboamo eripuit *2. Chron. 13. 19.* Hanc puto olim in Hieronymo lectam fuisse pro eo, quod nunc legitur *Fe-*

thaba, urbs antiqua Judaeae. Nam *Feschana* est *antiqua.* Apud Eusebium, suspicor, haec ita extabant, nunc deperdita Ἰεσχανὰ, παλαιή. Πόλις τῆς Ἰεδαίας, aut A. παλαιή. i. e. Aquila reddit Παλαιή. Josepho appellatur Ἰσανά. Graecis Interpretibus Ἰεσυνά.

Est & urbs non longe a Sippori, unde dicitur השנרה של צפורי *Feschana τῆς Sippori.* Misna Kidduschin. IV. 5. Ita scribunt commentatores ad illum locum. Ego tamen dubito, putoque nomen loci in ipsa urbe Sippori fuisse.

JESCHIMON.

יְשִׁימוֹן, In solitudine Maon ad dextram חישימון legitur *1. Sam. 23. 24.* Eusebius collocat hunc locum ad vocem Βηθασιμεὶθ 10. miliar. a Jerichunte versus meridiem prope mare mortuum. Confer eum ad vocem Ἰσιμώθ.

* JESCHUA.

יֵשׁוּעַ, Urbs a filiis Judae inhabitata *Neh. 11. 26.*

JETHIRA.

Ἰεθειρά. Vicus grandis, 20. miliaribus ab Eleutheropoli, cujus incolae omnes Christiani sunt, in Daroma. Eusebius ad vocem Ἰεθέρ.

JETTAN.

Ἰεττάν. Vicus praegrandis Judaeorum 18. miliaribus ab Eleutheropoli ad austrum in Daroma. Eusebius in Onomast.

JIBLEAM.

יִבְלְעָם, Urbs Menassitarum, non tamen in regione, quae a tribu p. 862.
illa nomen sortita est *Jos. 17. 11.* Nota, hoc & alia nomina a Jod initium capientia pronunciari a multis more Syriaco Ibleam, ac si Jod esset Aleph, quum tamen omnino Jod sit mobile & debeat audiri.

JIDALA.

יִדְאָלָה, Urbs tribus Zabulon. *Jos. 19. 15.*

* JIPHTAH.

יִפְתָּח, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 43.*

* JIRON.

יִרְאוֹן, Urbs tribus Nephtali *Jos. 19. 38.*

JIRPEEL.

יִרְפְּאֵל, Urbs in tribu Benjamin. *Jos. 18. 27.*

* JITHLA.

יִתְלָה, Urbs tribus Dan. *Jos. 19. 42.*

* JITHNAN.

יִתְנָן, Urbs in parte australi tribus Judae. *Jos. 15. 23.* Est in sexto ab Eleutheropoli lapide pergentibus Chebronem. Eusebius ad vocem Ἰεδνά.

IJIM. Vide *Baala.*

IJON.

עִיּוֹן, Urbs a rege Damasci direpta, *1. Reg. 15. 20. 2. Chron. 16. 3.* Josephus eam vocat τὴν Ἰωάννα λεγομένην, *Ant. VIII. 6.* Nomen notius Ἰωάννα substitutum pro *Ijon.*

p. 863.

JIZREEL.

יִזְרְעֶאל, Urbs tribus Jissascar *Jos. 19. 18.* ubi palatium Achabi regis *1. Reg. 21. 1.* Vallis Jizreel memoratur *Jos. 6. 33. Hos. 1. 5.* Est in campo magno inter Scythopolin & Legionem, teste Eusebio; non longe a Dothaim, *Judith. 3. 11.* A Graecis scriptoribus Eusebio & aliis Ἐσδραήλα postea fuit nuncupata, & vallis adsita μέγα Πεδίον Ἐσδραήλων. Vide supra *lib. I. capite LV.* Hieronym. in comm. ad *Hos. 1. diximus Jesraëlem, quae nunc juxta Maximianopolim est, fuisse metropolim regni Samariae, prope quam sunt campi latissimi & vallis nimiae vastitatis, quae plus quam decem millium tenditur passibus.* In Itinerario Hierosolymitano decem millia passuum interponuntur inter Stradela (haec est Jizreel) & Scytholin. Confer, quae de hac urbe leguntur apud Josephum, cui dicitur Ἀζάρη, & Ἀζάρα πόλις, & Ἰεσραήλ. Vide supra *pag. 602.* Postea haec urbs facta est vicus, abolitoque prisco nomine parvum Gerinum dictus. Gulielmus Tyrius *lib. XXII. 26. Pars quaedam, circa fontem, cui nomen Tubania, qui ad radices montis Gelboë oritur, secus urbem antiquitus nobilem, quae dicta est Jezrahel, nunc autem vulgari appellatione dicitur parvum Gerinum castra locaverunt commoditatem aquarum secuti.* Et mox: *vicum parvum Gerinum.* Campus tamen magnus retinet vetus nomen Esdrelon, uti idem ibidem notat: est autem Esdrelon Hebraïce idem cum Jizreel יזרעל. Fontis autem illius aquae versus Scythopolin labebantur: nam mox idem addit, *ex insperato fontem deserit inferiusque versus Bethsan fontis ejusdem fluenta sequens castrametatus est.* Rivus ille pisces habebat, aut nullos, aut rarissimos, uti idem *cap. 26.* ejusdem libri tradit, sed eo tempore, quo Saladinus ad eum castrametabatur, tot pisces ministravit, quot universo exercitui sufficerent.

JOANNIS URBS.

Ἡ Ἰωάννα λεγομένη. Urbs ad regnum decem tribuum pertinens & a rege Damasci direpta. Josephus *Antiq. VIII. 6.* Corrupta vox est, uti liquet ex *1. Reg. 15. 20.* ubi עיון *Ijon* appellatur.

* JOC-

* JOCDEAM.

יָקְדְעָם, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 56.* p. 864.

JOCMEAM.

יָקְמְעָם, *1. Reg. 4. 12. 1. Chron. 6. 68.* illam in Zabulon, hanc in Ephraim vulgo locant.

JOCNEAM.

יָקְנְעָם, Urbs tribus Zabulon. *Jos. 19. 11.* ubi memoratur rivus ante eam על פני. Confer *Jos. 21. 34.* & *12. 22.* ubi appellatur a vicino Carmelo יקנעם לכרמל. Ἰεκὸμ τοῦ Χερμὲλ Graecis.

JOCTEEL.

יָקְתְּאֵל, Urbs Judae. *Jos. 15. 38.* Est & alia hoc nomine ab Amazia ita dicta *2. Reg. 14. 7.* quam Eusebius putat eandem fuisse ac Petram urbem Arabiae. Vide eum ad vocem Πέτρα.

JOGBEHA.

יָגְבְּהָה, Urbs tribus Gad. *Num. 32. 35.*

JOPPE.

Urbs haec olim יפו *Japho* dicta, deinde Ἴοππη, & Ἴοπη in nummo Titi ΙΟΠΗΤΩΝ inscripto, celeberrimus portus fuit Judaeorum ad mare magnum. Joppe nomen speculum gaudii Hebraice significat, ex mente Gregorii Nazianzeni, *Apologet. Orat. 1. pag. 42.* καὶ τὴν κατασκοπὴν τῆς χαρᾶς ἀφεὶς (τοῦτο γὰρ Ἑβραίοις ἡ Ἰόππη δύναται) & *specula laetitiae relicta; id enim Joppe Hebraeis notat.* In Lexico Origeniano legitur Ἰώππη, καλλονὴ, κατασκοπή. *Joppe, pulcritudo, specula.* Hieronymus in libro nomin. Hebr. *Joppe, pulcritudo.* Joppen etiam dictam fuisse Acen scribit Niectas Choniates in vita Isacii Angeli *lib. II.* Ἰόππην ἡ νῦν λέγηται, qua re confudit duos portus diversissimos. Τὸν Ἰάφα appellat Anna Comnena Alexiados *lib. XI. pag. 328.* πρὸς τὴν πολιορκίαν τοῦ Ἰάφα ἠπείγετο. Joppen ita dictam de nomine Japheti, quod versus Europam ab Japheti filiis inhabitatam portus ejus celeberrimus spectet, scribit Leunclavius in Pandect. Hist. Turc. *num. 209.* p. 865.

Postea & nunc vulgo *Jaffa* dicitur: unde proverbium Belgicum de iis, qui peregre abierunt ita, ut de reditu desperetur, aut de iis, qui certo exitio se dant, *na Jaffa gaan:* quasi dicas, *ire Joppen.* Origo videtur a temporibus expeditionis a Christianis susceptae ad recuperandam terram sanctam repetenda, quum ad Joppen appellere ii soleant etiam hodie, qui itter in Palaestinam suscipiunt.

A Ste-

A Stephano ἐν Ἐθνικοῖς ita describitur. Ἰόπη, πόλις Φοινίκης, πλησίον Ἰαμνίας ὡς Φίλων· ὡς δὲ Διονύσιος, Παλαιστίνης. Φοινίκη γὰρ καὶ ἡ Παλαιστίνη. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἰόπης τῆς Αἰόλου θυγατρὸς τῆς γυναικὸς Κήφεως τοῦ κτίσαντος .... *Jope, urbs Phoenices prope Jamniam, uti Philo scribit: uti Dionysius vero, Palaestinae. Palaestina enim quoque Phoenice dicitur. Vocatur de nomine Jopes filiae Aeoli, uxoris Cephi conditoris.* Ab Hieronymo ita. *Joppen portum esse Judaeae & in regnorum & Paralipomenon libris legimus, ad quem Hiram quoque rex Tyri ligna de Libano ratibus transferebat, quae Jerusalem terreno itinere perveherentur. Hic locus est, in quo usque hodie saxa monstrantur in litore, in quibus Andromeda religata Persei quondam sit liberata praesidio. Scit eruditus lector historiam. Sed & juxta regionis naturam de montanis & arduis ad Joppen & campestria veniens Propheta recte dicitur descendisse.* Sunt verba Hieronymi *ad cap. 1. Jonae* summariam hujus urbis descriptionem continentia. Idem in Epitaphio Paulae ita eam describit. *Joppen quoque fugientis portum Jonae & (ut aliquid perstringam de fabulis poëtarum) religatae ad saxum Andromedes spectatricem.* Vide & infra ad vocem *Paria.* Huc quoque faciunt ea, quae habet Plinius *lib. IX. 5. Belluae, cui dicebatur exposita fuisse Andromeda, ossa Romae apportata ex oppido Judaeae Joppe ostendit,*
p. *inter reliqua miracula in aedilitate sua, M. Scaurus longitudine pedum XL. alti-*
866. *tudine costarum Indicos elephantos excedente, spinae crassitudine sesquipedali.* Fabulam de Andromeda ceto hic exposita a Jona hinc fugiente natam suspicor & forsitan Joniam mare a Jona dictum. Sed ea de re mox.

Quae Strabo habet de Joppe & flexu litoris Syriaci juxta illam, examinavimus supra *lib. II.* Et Josephus multa habet, unde haec urbs illustrari potest. Modo Ἰόπη, uti *Antiq. IX. 11.* & *XI. 4.* & *XIII. 17.* modo Ἰόππη uti *Ant. XIII. 8.* vocat. Urbs dicitur esse maritima instructa portu, *Ant. IX. 11.* & *XI. 4.* Circa illam erat planities: id liquet ex eo, quod cum Apollonius Jonatham provocasset dicens, illum montanis tractibus fidere, nec audere in planitie certamen inire, Jonathas Joppen profectus sit, ut cum Apollonio confligeret, quod Josephus tradit *Antiq. XIII. 8.* & ibidem inter Joppen & Azotum dicitur fuisse planities, in qua conflixerunt: ibi etiam Jamnia erat *Antiquit. XIII. 23.* Liquet porro ex Josepho *Ant. XIII. 8.* inter Joppen & Azotum fuisse torrentem, non longe, ut videtur, a Joppe. Et ex *Ant. XIII. 23.* Joppen ab Antipatride abfuisse 150. stadia. Denique ex *lib. V. de bell. cap. 14.* Joppen fuisse inter Jamniam & Caesaream. Praesidium illic fuit, teste Josepho *libro XIV. Antiq. 17.* Antiochus filius Antiochi, ne noceret Judaeis &c. & ut liceret praesidium Joppes expellere, uti petierant, τὴν ἐν Ἰόππῃ φρουρὰν ἐκβαλεῖν καθὼς ἐδέησαν.

Fabulae quidem de Andromeda hic belluae ingenti marinae exposita originem suam mihi videntur traxisse ex historia Jonae ab urbe Joppe fugientis & a bellua marina absorpti, & nomine urbis Ἰόπη, uti Graeci id pronuntiabant. Nempe in mythica historia Persei & Andromedae

medae frequens mentio est *Jopolis*, urbis ad Orontem sitae, ubi Perseus templum ignis aeterni struxit, & Numinis *Jo*, i. e. Lunae, quam singulari cultu Inachus conditor Jopolis prosequebatur, uti fusius exponitur in Chronico Paschali *pag. 41.* & Cedreni historiarum compendio *pag. 23.*

Sitam hanc fuisse in locis planis & campestribus liquet ex iis, quae p.
leguntur *1. Macc. 10. 75.* Confer *comm. 69.* & *71.* Portus Joppensis men-
tio fit *1. Macc. 14. 5.* Distantia Joppes ab Alexandria hinc aliquo modo 867.
colligitur, quod Epiphanius illinc profectus tertio die Alexandriam navim appulerit. Vide ejus vitam.

In concilio Ephesino habito *anno 431.* commemoratur FIDUS Joppes episcopus, & ELIAS in Hierosolymitano *anno 536.* habito.

Abulfeda in Geographia Arabica manu scripta Joppen scribit oppidulum esse arce & portu instructum, situm sex miliarium intervallo ab urbe Rama vel Ramola versus occasum. Haec satis bene conveniunt cum iis, quae mihi Henricus Lub Ramae incola narravit, Joppen & Ramam duarum horarum & quadrantis itinere sejunctas esse. Deprehendi autem iter horae, uti id fere in Palaestina solet confici, par esse tribus miliaribus Romanis, & illa miliaria, quibus Arabes utuntur, non multum ab Romanis abesse. Adeoque inter sex & septem miliaria potest constitui intervallum, quo Rama a Joppe abest. Idem mihi indicavit, duos pagos inveniri inter Joppen & Ramam, Jazar & Serfend, hoc intervallo,

A Joppe abest Jazar circiter 3. horae quadrantes.
a Jazar ad Serfend est horae unius intervallum.
a Serfend usque ad Ramam dimidium horae aut paullo plus.

Ea efficiunt 2. horas & quadrantem inter Joppen & Ramam.

JOTABE.

Ἰωτάβη. Urbs Palaestinae Episcopatu insignis.. Vide Excerpta ex Concilio Hierosolymitano supra *pag. 533.* Vox affinis est Jotape, Ἰωτάπη, cujus Josephus meminit in vita *pag. 1024.* Sed illa videtur esse Jotapata.

JOTAPATA.

p.
Ἰωτάπατα. Urbs sita in Galilaea. Josephus *bell. II. 25.* remota 40. 868.
stadiis a Gabaris. In vita *pag. 1017.* Erat urbs Galilaeae omnium munitissima, *bell. III. 4.* fera tota rupes erat vallibus profundissimis cincta, nec nisi a pplaga boreali adiri potest. Circa eam undique montes erant, sic ut conspici urbs non posset, nisi quis ad eam proxime accessisset *bell. III. 7.* fons; nullus in ea urbe erat, & rara illic aestate pluvia, *bell. III. 8.*

 exsicca

exscissa fuit a Vespasiano & munitiones ejus dirutae, *bell. III. 13.* Forsitan est eadem ac Ἰωτάπη, quo vinctos misit auctores seditionis Tiberiadensis Josephus. Vide eum in vita. *pag. 1024.* Meminerunt & Talmudici loci יודפת in *Erachin. IX. 6.*

* JOTBA.

יִטְבָה, Urbs patria regis Amonis *1. Reg. 21. 19.* Ἰαβάτη Josepho.

IR HAMMELACH.

עִיר הַמֶּלַח, Urbs tribus Judae in solitudine. *Jos. 15. 62.* unde quidam mare mortuum volunt dici ים המלח.

IR HATTEMARIM.

עִיר הַתְּמָרִים, Urbs palmarum. *Jud. 1. 16.* est Jericho *Deut. 34. 3.* quae aliquamdiu occupata fuit a Moabitis *Judic. 3. 13.*

* IR NACHASCH.

עִיר נָחָשׁ, Urbs in Juda. *1. Chron. 4. 12.*

* IR SCHEMESCH.

עִיר שֶׁמֶשׁ, Urbs Danitarum. *Jos. 19. 41.*

ISANAE.

Ἰσάναι. Nomen vici, in quo Pappus castra metabatur. Josephus *Antiq. XIV. 27.* Est & Ἴσανα eidem *Ant. VIII. 5.* nomen urbis, quam regi Israëlis rex Juda eripuit. Ea ישנה Jeschana appellatur *2. Chron. 13. 19*

p. 869.

ITABYRION. Vide *Atabyrion.*

JULIAS GAULANITIDIS.

Haec est, quae Bethsaida olim vocata fuit & vicus erat, antequam Philippus tetrarcha eam hoc nomine ornavit. Sita haec fuit in inferiore Gaulanitide. Quae omnia, quum ex Josepho constent, & ipse Peraeam distinguat a Gaulanitide, & illa Julias olim Betharamphta, haec Bethsaida dicta fuerit, denique illa ab Herode Antipa, haec a Philippo novum nomen acceperit, quis non videt, duas has Juliades distinctas fuisse? Sed videamus nonnulla Josephi testimonia. *Antiq. XVIII. 3.* primum ejus meminit, scribitque, Philippum Tetrarcham hoc nomine vicum Bethsaida nuncupasse. Ibi Ἰελία ea dicitur, alibi Ἰελιάς, uti *Antiquit. XVIII 6.* ubi Philippus legitur nunquam regionis suae terminos egressus fuisse & obiisse ἐν Ἰελιάδι. Sitam hanc fuisse in inferiore Gaulanitide testatur *lib. II. de bell. c. 8.* Et *lib. III. de bell. cap. 2.* scribit, regionem illam, quae

quae Gamaliticen, Gaulanitin, Batanaeam & Trachonitin continet, in latitudine i. e. ab ortu versus occasum se extendere a vico Arphas usque ad Juliada. Capite 18. ejusdem libri legitur Jordanem emensum 120. stadia a lacu Samochonite hanc urbem transire & in lacum Tiberiadis effundi. Confer dicta supra ad vocem *Bethsaida.*

JULIAS PERAEAE.

De illa Hieronymus in comm. ad. *Matt. 16. p. 73.* *Imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Caesaris appellavit Caesaream, quae prius turris Stratonis vocabatur & ex nomine filiae ejus Juliadem, trans Jordanem exstruxit.* Ad hunc locum notat Martianaeus, pro Juliade exemplaria quaedam manuscripta retinere Libiadem. Ammianus Marcellinus *lib. XIV.* hanc urbem Juliam vocat. Meminit Josephus hujus Juliadis, tradiditque, urbem hanc olim dictam Betharamphta ab Herode Antipa hoc novo nomine nuncupatam *Antiquit. XVIII. 3.* & sitam in Peraea *bell. II. 8.* & hoc sensu Ἰελιὰς κατὰ τὴν Περαίαν, i. e. Julias Peraeae nuncupatur *bell. II. 12.* p. 870. Idem Juliada Peraeae & vicos 14. circa eam Herodoti datos a Nerone narrat *Ant. XX. 5.* & *de bell. V. 3.* tradit Abila, Juliada, Bezemoth & reliqua Peraeae oppida Romanis cessisse. Haec ergo eadem, quae est Livias, vicina Abilae & Bezimoth. Certe in Galilaea haec Julias collocari nequit, quod Cellarius contendit, invito Josepho. Vide & infra vocem *Livias.*

JUTA.

יוטה, Urbs tribus Judae *Jos. 15. 55.* & *21. 16.* dicitur & יִטָּה. Est vicus praegrandis 18. mill. ab Eleutheropoli ad austrum teste Eusebio.

Suspicor, hanc urbem commemorari *Luc. 1. 39.* ubi πόλις Ἰούδα appellatur, ס expresso per Δ. Patria haec est Johannis Baptistae, cujus parens quum sacerdos fuerit, ubi convenientius quaeremus domum ejus & habitationem, quam in urbe sacerdotali, qualis erat Juta Ἰοῦτα *Jos. 21. 16.* Situs etiam convenit ἐν ὀρεινῇ in regione montana: jungitur enim *Jos. 15.* cum Chebrone aliisque urbibus in montanis Judae; ne jam aliquid addam de Bethzacharia, quam vetus traditio patriam S. Johannis esse affirmat, quaeque loco non multum diverso ab eo, quo Juta ab Eusebio ponitur, sita fuisse videtur. Probaturos hanc conjecturam omnes opinor, qui verba Lucae accuratius examinabunt, videbuntque, si πόλιν Ἰούδα *urbem Judae* interpretemur, uti vulgo fit, non exprimi certam urbem, quod quis jure expectaret, & vix quicquam in toto Lucae Evangelio esse obscurius, quod Papebrochius fassus est, de hoc loco & patria Sancti Johannis agens in actis Sanctorum Junii *tom. 4. pag. 7033.*

* LACHMAS.

לַחְמָס, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 40.*

LACHISCH.

לָכִישׁ, Urbs tribus Juda. *Jos. 10. 3. & 15. 49.* Adoraim, Lachisch
p. 871. & Azeka *2. Chron. 11. 9.* Eusebius scribit, esse in septimo lapide ab Eleutheropoli versus austrum in Daroma. Λαχεῖς Josepho appellatur *Ant. VIII. 3.* Λαχεῖσα *Antiquit. IX. 10.* In libris Apocryphis, *Ecclesiast. 48. 21.* legitur Sennacheribum misisse Rabsacen ἐκ Λαχεῖς. Sed hae duae voces absunt a nonnullis codicibus.

LACCUM

לַקּוּם, Urbs tribus Nephtali. *Jos. 19. 33.*

LAJISCH.

לַיִשׁ, Urbs etiam Dan dicta. *Jud. 18. 29.* Vide hanc vocem.

* LASCHA.

לַשָּׁע, Non longe a Sodoma. *Gen. 10. 19.* Hieronymus scribit, fuisse *circa Sidonem:* sed Sodomam illic substitui debere, tum ex Eusebio, tum Sacro Codice certum est, & ex ipso Hieronymo scribente in quaestionibus ad *Gen. 10. 19. Lisa* (לשע) ipsa est, *quae nunc Callirhoë dicitur, ubi aquae calidae prorumpentes in mare mortuum defluunt.* Bochartus Geographiae sacrae *lib. IV. cap. 37.* dubitat, an non לשע sit urbs Arabum Lusa, quae apud Ptolemaeum medio fere spatio sita est inter mare mortuum & Erythraeum. Sed obstat, fines terrae Cananaeae australes ab extremitate maris mortui versus mare mediterraneum duci, a quibus Lusa illa longe abest.

* LASSCHARON.

לַשָּׁרוֹן, Cujus rex a Josua devictus. *Jos. 12. 18.*

* LEBAOTH.

לְבָאוֹת, Urbs tribus Juda. *Jos. 15. 32.*

LEBONA.

p. 872. לְבוֹנָה, *Jud. 21. 19.* Schilo illic legitur esse ad septentrionem Bethelis & ad meridiem Lebonae. Maundrellus in itinere, quod nuperrime anno MCCXCVII. instituit, conjicit, esse locum dictum Can Leban, ad orientem exiguae, sed amoenae vallis 4. leucis vel itineris horarii spatiis a Neapoli versus meridiem & duabus a Bethel vel loco, qui pro Bethel habetur. Fuisset itaque Schilo in montanis sita inter Can Leban & Bethel. Montana Judaeae a Can Leban incipiunt & Hierosolymas usque & ultra protenduntur. At ego Can leban potius crediderim esse idem

idem ac Bethleban, quod a vitibus commendant Talmudici. Rupes illic erant vitibus aptissimae.

* LECHA.

לֶכָה, Urbs tribus Juda. *1. Chron. 4. 21.*

LECHI.

Locus hic nomen ductum habet a maxilla, quam ibidem Samson abjecit, uti constat ex *Jud. 15. 9.* Aquila & Symmachus reddiderunt ἐν Σιαγόνι, uti observat Eusebius in Onomast. ad h. v. & ad vocem Ἐνλεχὶ notat, Ἀκύλας. Σιαγών. Sed inde non sequitur, eos credidisse, id non esse nomen loci proprium, quum etiam Josephus hunc locum Σιαγόνα appellat, uti Παρεμβολὰς nuncupat urbem מחנים & Σκοπὸν צופים. Ita Eusebius ipse voce Σκηναὶ urbem *Succoth* סוכות appellat.

In annalibus Glycae legitur part. II. *pag. 164.* in suburbio Eleutheropolis eum fontem fuisse. Ἡ γὰρ Σιαγὼν παρ' αὐτῇ ἐκθλιβεῖσα, ὕδωρ ἔβλυσεν ἄφθονον. Ὅθεν ἡ τοιαύτη πηγὴ μέχρι καὶ τήμερον ἐν τοῖς προαστείοις Ἐλευθεροπόλεως φαίνεται σιαγόνος ἐπονομαζομένη πηγή. *Maxilla ab eo abjecta ingentem aquae copiam produxit. Et hic fons in hunc usque diem in suburbio Eleutheropolis conspicitur & fons maxillae nuncupatur.* Meminit etiam Antoninus Martyr in Itinerario, cujus verba vide ad vocem Eleutheropolis; & quum situs Eleutheropolis certus sit ex testimonio veterum, etiam hinc colligere licet, Lechi eodem circiter loco sitam fuisse.

LEGIO.

p. 873. Urbs in scriptis Eusebii & Hieronymi potissimum memorata, sita 15. miliaribus Romanis a Nazareth versus occidentem. Inde nomen habet μέγα Πεδίον Λεγεῶνος, quod non longe erat a Caesarea, nam urbs Gabe 16. miliaria aberat a Caesarea & illa adjacebat magno campo Legionis, teste Eusebio ad vocem Γαβαθὼν, si recte se habent Graeca, nam Hieronymus aliter reddidit, quem vide. Aut ego multum fallor, aut hic locus priscum nomen retinet hodieque. Est enim vicus dictus *Legune* eo fere loco, ubi ex testimoniis veterum colligere licet, Legionem urbem sitam fuisse; & ante ipsam, sive inter ipsam & Nazareth, Tabor, locaque vicina est ingens planities, quae olim planities Esdraël dicta fuit. Nomen hoc *Legio* irrepsit a temporibus Romanis in sermonem & scripta Judaeorum. In Sedor olam Rabba *cap. 23.* הלגיונות *Legiones* commemoratur, לגיונים in Midrasch Schir Hasschirim *fol. 23. 3.* & alibi. Hinc locus a *Legione* dictus, uti alius *Castra* קסטרא. Non memini tamen legere in scripptis Judaïcis nomen hoc urbis: nec observavit R. Nathan in Aruch.

LESCHEM.

לֶשֶׁם, Urbs a Danitis occupata. *Jos. 19. 47.* Sita juxta Paneadem, teste Eusebio ad vocem Λεῖσαι. Vide supra vocem *Dan.*

LIBNA.

לִבְנָה, Urbs in Juda. *Jos. 15. 42.* Profectus est Macceda Libnam, legitur *Jos. 10. 29.* a Libna versus Lachis, *Ibid. commate 31.* Hunc esse vicum in regione Eleutheropolitana Λοβανὰ suo tempore dictum scribit Eusebius in Onomastico. Λαβίνα nomen hujus urbis scribitur in Josepho. Casaubonus in Athenaeum *lib. I. cap. 25.* credidit, Πλινθίνην Aegypti ab hac לבנה dictam, quia in Stephano legitur Πλινθίνη ἀπὸ τῆς Σαμαρείας. Sed Μαρεία λίμνη erat vicina Plinthinae, non Samaria: nec
p. 874. Libana urbs Samariae fuit.

LIVIAS.

Urbs fuit Palaestinae primae, in regione trans Jordanem sita. Non longe erat a monte *Peor* sive Φογόρ. Nam Phogor mons erat supra Liviadem, teste Eusebio ad vocem Φογώρ. Plinius Liviada vallem nuncupat, quemadmodum & Archelaida ac Phaselida *lib. 13. 4.* Λυσίας male pro Λιβίας legitur apud Strabonem *lib. XVI.* nomen hujus urbis, ubi cum Machaerunte jungitur. Sunt, qui damnent scriptionem hujus vocis per B. *Libias.* Scio equidem, a Livia urbem dictam adeoque Liviada genuinum nomen esse, sed & hoc scio, apud Ptolemaeum & Josephum Λιβιάδα appellari *Ant. XIV. 2.* & Liviam in Nummis ΛΙΒΙΑΝ nuncupari. Meminit Vaillantius in Numism. Imperat. & Caes. *pag. 7.* nummi, qui ab una facie hanc Inscriptionem praefert ΙΟΥΛΙΑΝ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ, ab altera ΛΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ. Et *ibid. pag. 6.* ΘΕΑ ΛΙΒΙΑ in Nummo Liviae. Licet plerumque ΛΙΟΥΙΑ & in Nummis & codicibus appelletur. Et quis nescit, v. Latinorum non tantum OY, verum etiam per B. saepe redditum? *Vandali* Βανδῆλοι & Βανδίλοι a Dexippo Atheniensi & Prisco Rhetore appellantur, Βαλήριος, *Valerius*, Βενετοὶ, *Veneti*, Βιμινάκιον, *Viminacium*, *vestiarii* Βεςιαρίοι, βίγκας, *vincas.* Josephus semel tantum (*Ant. XIV. 2.*) meminit Libiadis inter urbes, quas Judaei Arabibus eripuere.

Mentio ejus fit, & situs aliquomodo inde colligitur, in vita S. Joannis Silentiarii, quae ex MSto Vaticano edita est in Actis Sanctorum *Tom. III. Maji. §. 18.* Μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἐν ἁγίοις Σάβα ἀπέςειλεν ἡμᾶς ὁ γέρων εἰς ἀπόκρισιν ἐπὶ Λιβιάδα, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ μετὰ τὸ περάσαι τὸν Ἰορδάνην συνήντησαν ἡμῖν τινες. *Post obitum Beati Sabae misit nos Senex, ut curaremus responsa quaedam Liviadem. In via autem, postquam trajecissemus Jordanem, occurrerunt nobis quidam*, ad quae verba notat Celeberrimus Henschenius, *Libias non tam regionem Libyae mihi significare videtur, quam unam Aegyptiarum solitudinem, de qua Palladius Helenopolitanus in vita S. Macarii:* hic sanctus

sanctus habebat diversas cellas; unam quidem in Scete, quae est interior in solitudine, & unam in Liba & unam in Celliis, & unam in mon- p. 875.
te Nitriae. Ego tamen existimo, per Libiada illic indicari urbem hanc Palaestinae, ad quam a Laura S. Sabae iter erat, trajecto Jordane: nec quum in vicinia fuerit Libias, videtur in Aegypto quaerenda: adde quod si a Laura S. Sabae in Aegyptum proficisci vellent, Jordanem transire non deberent. Episcopus Λιβυάδος LETOIUS interfuit Concilio Ephesino. PANCRATIUS concilio Chalcedonensi, qui in ejusdem concilii actione 15. male *Enodensis* & *Abiadensis* in codd. quibusdam scribitur. In Concilio Hierosolymitano ἡ Λιβισίων dicitur, cujus episcopus ZACHARIAS ei subscripsit. Vide *tom. V.* concilior *pag. 284.*

LOBNA.

Vicus in regione Eleutheropolitana. Eusebius & Hieronymus in Onom. ad vocem Lebna & Λεβνά.

LOD. Vide LYDDA.

LODEBAR.

לִדְבָר, Urbs in regione trans Jordanem *2. Sam. 9. 4. 5.* Vide an non possit esse eadem ac לרבר, urbs in regione trans Jordanem *Jos. 13. 26.* licet aliae vocales sint.

LOKIM.

לוקים, Nomen recentius urbis Nephtalicae לקום Laccum *Jos. 19. 33.* Ita scribitur in Gemara Hieros. Megilla *fol. 70. col. 1.* Δωδὰμ Graeci scribunt, ubi vestigia soni in syllaba priore videmus. Δ irrepsit pro Λ. Id librariis imputamus. Λωκὰμ videntur scripsisse.

LUSSA.

Λύσσα. Urbs a Judaeis erepta Arabibus. Josephus *Ant. XIV. 2.*

LUZ.

לוּז, Urbs postea dicta Bethel *Gen. 28. 19.* & לוזה *Jos. 18. 13.* uti p. 876.
& in Pentateucho Hebraeo Samaritano. Hic clare dicitur Luzam & Bethel esse eandem urbem, ubi describitur limes borealis tribus Benjamin. Cur ergo *Jos. 16. 2.* ubi describitur limes australis tribus Ephraim, qui idem esse debet ac borealis terminus tribus Benjamin, crederemus, illic Bethel & Luz esse urbes distinctas, licet ibi dicatur מבית־אל לוזה? Unum ex altero debet explicari & *Jos. 18. 13.* cum *Jos. 16. 2.* conferri, quum utrobique de eoddem limite agatur.

Multi putant, non לוז sed אולמלוז esse nomen hujus loci, & illud אולם cum eo conjungunt, quod alii divellunt *Gen. 28. 19.* Sed jam ab aliis

aliis observatum est, אולם notare *prius*: nec obstare, quod addatur לראשונה quod idem significat: in aliis enim linguis quoque *olim quondam* jungitur pleonastice. Exemplo sit illud Eunuchi Terentianae *Act. 11. sc. 2.*

Olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum prius.

Eusebius in illa sententia fuit, quem vide ad vocem Ὀυλαμμᾶς. Justinus quoque Martyr in dialogo cum Tryphone Judaeo ita hunc locum citat καὶ Ὀυλαμμάης ἦν τὸ ὄνομα τῇ πόλει τὸ πρότερον. *Et Ullammaus erat nomen urbi antea.* Sed non est, quod quis porro credat, istud אולם esse nomen, aut partem nominis urbis, quoniam eadem phrasis *Genes. 28. 19.* usurpatur quoque de urbe Lais *Jud. 18. 19.* ואולם ליש שם העיר לראשונה ubi & Ὀυλαμαὶς habent Graeci.

LUZA.

Λαζά. Juxta Sichem, in tertio lapide a Neapoli. Hieronymus in Onomastico.

LYDDA.

p. 877. לד, Jungitur cum Ono & Chadid *1. Chron. 8. 12. Ezr. 2. 33.* inhabitata a Benjaminitis reducibus e Babylonia *Neh. 11. 35.* In N. T. Λύδδα dicitur, hodie ل *Loddo*, apud Scriptores medii aevi Διόσπολις. Hieron. in Epitaphio Paulae. *Lyddam versam in Diospolin, Dorcadis atque Aeneae resurrectione ac sanitate inclytam.* Hieronymus quidem ad Zophon. 1. nomine Diospolis utitur, *portam piscium eam vocabant, quae Diospolin ducit & Joppen.* Retinuit tamen vetus nomen ad *caput 11. Abacuc. Adivi Liddae quendam de Hebraeis, qui sapiens apud illos & δευτερώτης vocabatur.* Idem in Epist. ad Vitalem. *Nostra aetate duplex Lyddae natus est homo duorum capitum, quatuor manuum, uno ventre & duobus pedibus.* In Anastasii tamen bibliothecarii historia legitur circa annum Christi 374. (qui incidit in aetatem Hieronymi) illum puerum natum esse apud Palaestinam (ita reddit Graecum κατὰ Παλαιςίνην, rectius dedisset *in Palaestina*) in castello Emaus. Nec enim crediderim, duos istiusmodi pueros in locis tam vicinis & eodem tempore natos. Ita etiam Theophanes in Chronico anno aerae Christianae 378. narrat, ἐν Παλαιςίνῃ Ἐμμαὺς κώμῃ puerum illum natum esse. Simile quid legi in Romano Lacapeno incerti Continuatoris *pag. 268.* ex Armenia Constantinopolin, esse advectum hominem istiusmodi duplicem, ex uno ventre progressum ita, ut superiora versus omnia essent duplicia & ipsi vultibus essent obversis sibi mutuo. Uno ex iis mortuo medici resecuerant partem mortuam, sed triduo post etiam alter obiit. Meminit eorundem Zonaras annalium *lib. XVI. pag. 192.* & Glycas Annal. *part. IV. pag. 273.* addens (quod & Theophanes in Chronico *pag. 230.* habet) λέγεται δὲ μὴ προσημαίνειν ἀγαθὰ ταῖς πόλεσιν ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα τίκτονται. Sane boni nihil portendunt, fateor, sed nec mali. Dicitur & לידקיא in Talmude haec urbs aut regio ejus, quod pro *Laodicea* sumsere quidam. At natum est ex ἡ Λυδδική, uti גרריקי ex Γερραιτικὸν & הנרקי in Midras Coheleth *fol. 92. col. 4.* pro Ἰνδική & הנרקיא (quod idem est) in Targum Hieros. *Gen. 25. 18.*

Nomen hoc corruptum extat in Itinerario Benjamini, ubi legitur p. *pag. 60.* משם חצי יום לשר גורג והיא לוד *Inde iter dimidii diei ad Sancti Georgii, quae est Lydda.* Corrige לוד & sub isto, quod *Schargoreg* reddidit interpres, attende, latere Sancti vel Ducis Georgii nomen. Templum ibi olim fuit S. Georgii, cujus pars quaedam adhuc superesse dicitur, nisi forsitan alterius templi sit, nam & Mariae matris Christi illic templum fuit. Lyddae in hunc usque diem, scribit Georg. Monachus, (vide Scriptores rerum Byzantinarum post Theophanem *pag. 505.*) in Templo S. Genitricis Dei servatur ejus (Mariae) imago: & hanc aedem excitarunt Apostoli, quum beata Maria adhuc superstes esset. Est ea columnae impressa, nec Graeci aut Judaei eam eradere potuerunt. 878.

Λύδδα in plurali, vel Λύδδη in singulari aliquando Josepho appellatur. Una fuit e tribus toparchiis, quae a Samaritide ablatae Judaeae adjectae sunt. Josephus *Antiquit. XIV. 8.* & *1. Macc. 11. 34.* Ergo fuit in tribu Ephraim. *Antiquit. XIV. 18.* quatuor hae urbes junguntur, Gophna Emmaus Lydda & Thamna, quas Cassius ἐξανδραποδίζεται. Conjunguntur etiam hae urbes *lib. III. de bello cap. 3.* Denique *Antiquit. XX. 5.* dicitur esse vicus, sed magnitudine urbi par.

In Midrasch Schir Hasschirim memoratur תיב עליית ערים בלוד ὑπερῶον *Arim in Lud*, ubi R. Tarphon & R. Akiba disputabant. Memorant & Hebraei R. Samlai לוראה *Lyddensem* & alios.

Episcopus hujus urbis AETIUS subscripsit concilio Niceno 1, hoc modo

Aetius Lyddensis

Sed DIONYSIUS Diospolitanum se nuncupat. Ita subscripsit concilio Constantinopolitano, *anno 381.* At PHOTINUS Λύδδης se episcopum esse scripsit in concilio Chalcedonensi *anno 451.* In actione hujus concilii 15. legitur *Photinus Diospolitanus.* Vide acta concilior. *tom. IV. pag. 787.* Baluzius in nova collectione conciliorum *pag. 1239.* habet *Photinus Episcopus Lydae.* In Epistola Johannis Hierosolymitani *tom. V.* Concil. *pag. 192.* memoratur Ἀπολλώνιος τῆς Διοσπολιτῶν.

Dorotheus, episcopus Tyri, qui tempore Licinii & Constantini p. Imperatorum martyrium passus est, in comm. de 70. discipulis, unum 879. ex iis Zenam Diospobleos episcopum facit. Ζηνᾶς ὁ Νομικὸς, ὃ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπόςολος μέμνηται, ὅςος καὶ ἐπίσκοπος Διοσπόλεως γέγονεν. *Zenas, legis peritus, cujus meminit quoque e Apostolus, qui & episcopus Diospolis fuit.* Nota eum nullos ex iis episcopopos in Palaestina recensere, quam Eleutheropoli, Dio-

Diospoli, & Gazae, nisi forte & Apollonias iis accenseri debeat. Fuit enim Apollonia quaedam in Palaestina. Vide Josephum. Sed fuere & aliae Apolloniae.

Extant nummi hujus urbis inscripti Λ. CEΠ. CEOY. ΔIOC-ΠOΛIC. EP. *Lucius Septimus Severus. Diospolis anno 105.* Vel ΘP. *anno 190.* Vide Norisium in addendis ad epochas Syromacedonum, & Vaillant. Numism. Impp. & Caes. *pag. 350.* Aerae caput ducitur ab *anno V. c. 846.*

* MAACHATH.

מַעֲכָת, In Basan. *Jos. 13. 13.* unde ἐθνικὸν מעכתי *Deut. 3. 14. Jos. 12. 5.*

MAAPHA.

Μαάφά. Urbs Gileaditidis. *1. Macc. 5. 35.* Alii legunt *Marpha.*

* MAARATH.

מַעֲרַת, Urbs tribus Judae sita in montanis. *Jos. 15. 59.* An forte hinc dictus est mons Mardes, qui excelsus admodum fuit & circa mare mortuum? In eo invenit S. Euthymius puteum & humi strata aedificia (signum, ibi olim homines habitasse) vide Acta Sanctorum *Tom. II. pag. 306.*

MABARTHA.

Μαβαρθά. Ita Neapolis urbs Samaritidis ab indigenis appellabatur. Josephus *de bell. V. 4.* Μαβορθὰ legit Rufinus. Alibi de hoc nomine diximus in dissertat. miscellan. parte I.

MACBENA.

p. 880. מַכְבֵּנָה, Urbs in tribu Judae. *1. Chron. 2. 49.*

MAKED.

Μακέδ. Urbs magna Gileaditidis. *1. Maccab. 5. 26. & 36.*

MACHAERUS.

Μαχαιρᾶς. Oppidum & arx valida, ad australem terminum Peraeae, sexaginta circiter stadiis a Jordane remota, prospiciens montes Arabum. Fallitur Plinius *lib. V. 16.* scribens, eam ad meridiem lacus asphaltitis esse sitam, & errorem ejus jam notavit Salmasius. Putat tamen Cellarius, ipsum Salmasium falli nec assecutum mentem Plinii: mens Plinii secundum Cellarium est *Machaerus prospicit a meridie lacum Asphaltiten*, id est a meridie subjacentem habet lacum Asphaltiten. At ego cum Salmasio facio: nam verba adjecta docent, illud *a meridie* esse *a meridie lacus*, non a meridie Machaeruntis; nam ita scribit: *Prospicit eum ab oriente Arabia Nomadum, a meridie Machaerus.* Uti τὸ *ab oriente*, ita quoque τὸ *a meridie* accipi debet. Et si *prospicit a meridie* noter, situs est ad septentrionem (quod Cellarius contendit) ergo *prospicit ab oriente* idem erit, quod situs est ad occidentem. Atque ita dixisset Plinius, Arabiam Nomadum esse ad occidentem lacus Asphaltitis: quod falsum est, quum contra ad orientem fuerit, & ipse Plinius *lib. V. cap. 17.* scribat, ab occidente *litora Essenos incolere.* Quid? quod hoc ipsum non parum explicationem nostram firmet: nam uti hic τὸ *ab occidente* intelligi debet de occidente lacus ipsius, ita quoque praecedentia *ab oriente* & *a meridie.*

Stephanus ita describit Machaerunta. Μαχαιρᾶς, φρούριον τῆς Ἰουδαίας, ὡς Ἰώσηπος. Τὸ ἐθνικὸν ὤφειλεν Μαγαιραέντιος, ὡς Ἱεριχαέντιος, αὐτὸς δὲ Μαχαιρίτας αὐτάς φησι. *Machaerus, arx Judaeae, uti Josephus. Gentile debebat esse Machaeruntius, uti Jerichuntius, sed hic eos appellat Machaeritas.*

In vicinia Machaeruntis, sive in valle, quae ad septentrionem ejus urbis est, locus est Βαάρας nomine, cujus Josephus meminit *lib. VII. de bell. cap. 25.* addens, ibi nasci radicem ejusdem nominis, quae colore igni similis est. Quapropter illud nomen a בער Βαὰρ *arsit* videtur esse ductum. Guisius in notis ad Misnam Kilaim. VIII. 5. scribit, Βάαρας in valle cognomine ad septentrionem Machaeruntis esse stirpem forma humana, & rescribit Βάρνας ברנש. Sed haec mihi nimis longe petita & temere mutata videntur. Zonaras in Josepho videtur legisse Βαάρ. Vide eum *l. VI. annal. pag. 308.* Glycas quoque in annalibus *parte III. p. 278.* ejus plantae meminit scribens, Ἐκεῖ (ἐν Παλαιστίνῃ) ἡ βαταριῖτις ῥίζα, ἡ φλογοειδής. *Illic (videlicet in Palaestina) est radix Bataritis, flammae similis.* Lege Βααριῖτις. Apud Cedrenum *p. 305.* legitur Βατταριῖτις, diciturque ea herba crescere in parte septentrionali vallis juxta Caesaream Philippi. Sed ex Josepho, quem sequitur, perspicuum est, eum falli, & Caesaream Philippi pro Machaerunte posuisse. Apud Eusebium puto etiam hujus loci mentionem fieri in Onomastico, ad vocem Καριαθείμ, ubi scribit, esse vicum juxta Medebam ad occidentem ejus, decem inde millia distantem ἐπὶ τὸν Βάριν. Hieronymus, *vicinus ejus loci, qui appellatur Bare.* Et Hieronymus ad vocem Beelmeon, urbem tribus Ruben, scribit; est vicus usque nunc grandis juxta Baaru in Arabia, ubi aquas calidas sponte humus effert cognomento Beelmaus distans ab Esbus millibus novem. Hinc discimus, situm Machaeruntis aliquo modo & distantiam Esbuntis a Machaerunte, si conferamus haec intervalla. p. 881.

Μαχαιρᾶς hic locus Josepho dicitur, & arx *Antiquit. XIII. 24.* sita πρὸς τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσιν, ad montes Arabiae. Alii legerunt ὁρίοις *finibus*, & sane *Antiquit. XVIII. 6.* de hac arce extat μεθόριον δέ ἐστι τῆς τε Ἀρέτα καὶ Ἡρώδα ἀρχῆς, sitam fuisse in confiniis imperii Aretae (erat autem ille rex Arabum) & Herodis. Sed quamvis sensus idem fere sit, retineri tamen posse, puto, illud ὄρεσιν, quia *bell. 1. 6.* eadem haec Machaerus sita diciturr πρὸς τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσι. Diruta fuit a Gabinio, teste Josepho *Antiq. XIIV. 10.* munita denuo ab Aristobulo *Antiq. XIV. 11.*

p. Sed ita, ut non ultra biduum oppugnationem Gabinii sustinuerit, *ibid.*
882. Terminus est australis Peraeae, quae inde usque ad Pellam extenditur *de bell. III. 2.* quo etiam hoc facit, quod legitur *lib. V. de bell. cap. 3.* omnia oppida Peraeae usque ad Machaeruntem capta fuisse a Romanis. Libro denique VII. *de bell. cap. 25.* describit Machaerunta, uti cingitur ad occasum valle, quae per spatium 60. stadiorum usque ad Jordanem diffunditur, & prospicit fines Arabum.

MACALA.

Μακκλά. Urbis nomen, sed corruptum. *III. Ezr. 5. 40.* sed facile restituendum ex serie eadem, quae *Neh. 7.* est, ubi *comm. 31.* legitur Michmas, οἵ ὁ, Μαχημάς.

* MACATZ.

מַקָּץ, Urbs Danitarum. *1. Reg. 4. 9.*

MACHANAIM.

מַחֲנַיִם, *Gen. 23. 2.* Basan regio incipit ab hac urbe, *Jos. 13. 30.* Erat in tribu Gad, *Jos. 21. 38.* in confiniis Gad & dimidiae Manassis, *Jos. 13. 29.* ad borealem plagam fluminis Jabbok, uti colligere licet ex itinere Jacobi *Gen. 32. 2.* qui, relicta Machanaim, transiit Jabbokum *ibid. commate 22.* Sic ut quum Jabbok dicitur terminus Gaditarum, vel regni Sichonis, quod se extendit ad Machanaim, videatur non pro ipso flumine, verum etiam parte orae trans illud accipi. Sita erat urbs haud procul a Jordane *2. Sam. 2. 29.* in eadem fere latitudine (ut cum geographis & astronomis loquar) cum extremitate maris Kinnereth sive Tiberiadis, qua videlicet Jordanes ex eo effluit; nam eo usque tribus Gad se extendit *Jos. 13. 27.* Ab hac urbe per planitiem (μέγα Πεδίον Josephi, ערבה in Veteri Test.) tota nocte iter fecerunt Rechab & Bahana profecti Chebronem, *2. Sam. 4. 8.* & inter hanc urbem & Jordanem erat regio Bitron בִּתְרוֹן. *2. Sam. 2. 29.* quae est ex ὕπαξ λεγ. Haec sunt, quae ex sacris literis ad situm hujus urbis colli-
p. gi queunt. Josepho haec urbs Παρεμβολαὶ dicitur, quod exprimit vim
883. vocis Hebraeae, & Θεᾶ στρατόπεδον *Antiquit. I. 19.*

* MACHANE DAN.

מַחֲנֵי דָן, Locus prope Kirjathjearim. *Jud. 18. 12.*

MACHMAS.

Μαχμάς. Ubi Jonathan habitavit. *1. Macc. 9. 73.* vide *Michmas.*

MACHPELA.

Σπήλαιον διπλῶν Graecis. Nomen esse loci, interpretes quidam existimant. R. Salomo filius Meir (cujus in Pentateuchum notae ante qua-

quadriennium Berolini primum typis editae sunt) id confirmat ex *Gen. 23. 17.* Marinus in Proclo *pag. 75.* memorat θήκην τοῦ μνήματος διπλῆν ut cum Syriano ibi conderetur.

MACVAR.

מַכּוּר, Substitur pro nomine urbis יעזר in Targum Hierosolymitano, *Num. 32. 3. & 6.* Videtur innui *Machaerus.*

MADMANNA.

מַדְמַנָּה, Urbs in regione australi tribus Judae. *Jos. 15. 31.* Eusebius ad hanc vocem scribit, esse juxta Gazam oppidulum, cui nomen Μηνωΐς.

* MADMENA.

מַדְמֵנָה, Urbs in Benjamin. *Jes. 10. 31.*

MAESALOTH.

Μαισαλώθ. Sita ἐν Ἀρβήλοις *1. Macc. 9. 2.* alii *Resulloth* legunt.

MAGDALA.

Matth. 15. 39. alii Codd. Μαγεδάν. Et Eusebius in Onomastico ita p.
scribit, notatque, suo tempore regionem circa Gerasam Μαγαιδήνην ap- 884.
pellatam fuisse: sic vicissim Megiddo adscivit literam L, quum Μάγδωλος Herodoto dicitur, quae Megiddo in sacris tabulis. Josephus meminit arcis Μάγδαλα non longe a Gamala: adeoque regio illa ab hac arce nomen tulisse videtur. Memoratur a scriptoribus Hebraeis quaedam מרים מגדלא uxor R. Papus Ben Jehudae. Fuit quidem hoc nomine celebris doctor inter Mischnicos, aequalis R. Akibae, & cum illo conjectus in carcerem; sed fuit & alius, qui creditur esse pater Jesu Nazareni, המגנה לאבין של הנוצרי, uti scribit auctor libri Juchasin *fol. 17. fac. 6.* cujus uxor fuit Maria מגדלא *plicatrix* capillorum muliebrium: adeoque ab vitae genere, non urbe Magdala, dicta. Ligtfootus hanc eandem esse censet, quae *Luc. 8. 2.* Μαρία Μαγδαλήνη dicitur. מגדלא vastata est מפני הזנות propter scorta. Echa Rabbati 75. 4. sed haec est *Migdal Tzebaia*, de qua vide infra ad hanc vocem.

MAGDALSENNA.

Μάγδαλ Σέννα (ita lege pro Μεγάλη Σέννα) vicus 7. miliaribus a Jerichunte versus septentrionem. Eusebius ad vocem Σέννα: estne מגדלא צבעיא? vide infra Migdal Tzebaia.

MAGDIEL.

Vicus exiguus i in quinto miliario Dorae pergentibus Ptolemaïdem. Hieronymus inn Onom. Eusebius scribit Μαδιήλ.

MAHALOL.

מהלול, Urbs ante dicta נהלל Nahalal. *Jos. 19. 15.* Ita scribitur in Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.* Vide supra vocem *Cheleph.*

MAJUMAS.

De Majuma Gazae ante egimus *pag. 791.* Erat & Majumas Ascalonis, cujus episcopus ab episcopo Ascalonitano diversus erat, uti videre est in actis concilii Constantinopolitani. Datum etiam fuit hoc nomen solennitati anniversariae, de qua Suidas. Μαϊκμᾶς πανήγυρις ἐγένετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μαΐον μῆνα. Τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν, τὴν λεγομένην Ὀσίαν, οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες, ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο, ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες· ὅθεν καὶ Μαϊκμᾶς ὁ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς καιρὸς ὠνομάζετο. *Majumas solennis erat conventus & festivus mense Majo, quo principes civitatis Ostiam urbem maritimam se conferebant voluptatibus & deliciis indulgentes, & alter alterum in aquam marinam injicientes. Unde & tempus festi illius Majumas vocatum fuit.* Huc spectant & illa, quae leguntur in Anastasii Bibliothecarii Histor. Eccles. *pag. 156.* *Praeterea Imperator facta Majoma in Sophianis insedit in solio cum filio suo.* Ποιῆσας Μαϊκμᾶν erat in Theophane, quem convertit in sermonem Latinum.

p. 885.

MAKKEDA.

מַקֵּדָה, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 41.* Profectus est Makkeda Libnam, *Jos. 10. 29.* Est in octavo miliario Eleutheropoleos versus ortum, teste Eusebio. Μακηδὰ ei, Josepho Μακχιδὰ, hoc nomen scribitur *Antiquit. V. 1.*

MALATHA.

Μαλάθα. Josephus arcem Idumaeae appellat *Ant. XVIII. 8.* Eusebius saepius hujus urbis meminit, uti ad vocem Ἐθέρ. Μεγίστη κώμη ἐν τῷ ἐσωτέρῳ Δαρωμᾷ παρακειμένη Μαλάθοις. *Ether, vicus maximus in interiore Daroma, vicinus Malathis.* Idem ad vocem Ἀσασὰν θαμάν. Θαμαρὰ κώμη διεστῶσα μάλις (legendum Μαλααθὶ uti in voce Ἄραμα, vel Μαλάθων, ut jam a viris eruditis, qui eum illustrarunt, observatum est) ἡμέρας ὁδὸν ἀπιόντων ἀπὸ Χεβρὼν εἰς Αἰλάμ. *Thamara vicus abest Malathis iter diei, pergentibus Chebrone Ailam.* Et ad vocem Ἰθέρ. Ἐν τῷ ἔσω Δαρωμᾷ πλησίον Μαλάθων. *Jether est interiore Daroma prope Malatha.* Et ad vocem Ἀραμὰ, Κώμη ἀπὸ τεσσάρων σημείων Μαλααθὶ τῆς δὲ Χεβρῶν ἀπὸ εἴκοσι. *Aram vicus in quarto lapide a Malathis, Chebrone autem in vigesimo.* Quae si conferantur simul, liquebit, urbem Malatha sitam fuisse in Daroma, id est australi portione tribus Judae, non longe a Jether, magis tamen versus boream, & viginti circiter miliaribus a Chebrone, circa fines terrae Israëliticae australes. Quod ideo accuratius noto, quod amicus noster Chri-

p. 886.

Christophorus Cellarius in Geographia antiqua, in qua singulari studio Palaestinam illustravit, *pag. 360.* testimonium Eusebii, quod modo ad verbum expressimus, citans de Arama vel Arad, quae fuit in quarto lapide a Malathis, addat: *quodnam oppidum sit Malatha illius loci nemo facile explicaverit.* Nec alibi in opere Geographico ipse hujus urbis meminit.

Mentio fit *Moleathiae*, vel *Moleahae* in Notitia Imperii. Non dubito, esse urbem Malatha, vel *Molada*, uti Hebraïce scribitur. Vide hanc vocem. Etiam apud Ptolemaeum Maliattha Elusae proxima statuitur.

MAMOPSORA.

Inter loca Palaestinae tertiae recensetur in Notitiis veteribus Ecclesiasticis. Vide, quae ad illas notamus supra *pag. 217.* In quibusdam legitur Μαμὼ, & dein Ψορὰ, ac si duae urbes essent. Sed siquidem Palaestinae tertiae tribui debent urbes episcopales 14. uti dicitur *pag. 223.* Μαμὼ & Ψορὰ unam vocem debent constituere, nam si divellantur erunt 15. Ita enim Μαμόψορα legitur in Graeca notitia, quam supra *pag. 215.* videre est, & illic etiam 14. urbes Palaestinae tertiae dantur. Sic & *Mamapson* legitur supra *pag. 226.*

MAMRE.

מַמְרֵא, Non longe erat a Chebron. *Gen. 35. 27.* אלון ממרא *Gen. 13. 18.* & Μαμβρῆ δρῦς Josepho & Epiphanio. Alii terebinthus. Vide, quae de hoc loco supra notavimus, ubi Chebronem descripsimus.

MANDRA.

Μάνδρα. Nomen loci. Josephus *Antiq. X. 10.* qui *Jer. 41. 17.* dicitur גרות כמהם Geruth Kimham prope Bethlechem. Videtur Josephus, ut alibi, significationem vocum attendisse.

p. 887.

MANGANAEA.

Patria S. Hadriani, sita non longe a Caesarea. Appellatur alias Βανέα, Vanea, Ganea. Eusebius de Martyribus Palaestinae *pag. 341.* Vide & Acta Sanctorum *Tomo VI. p. 364.* Estne Βαιτοανάια Eusebii, vicus 15. miliaribus a Caesarea distans versus ortum, cujus meminit in Onomasticо ad vocem Ἀνείρ.

MANIATHE.

Μανιάθη. Urbs Peraeae. Josephus *Antiquit. V. 9.* Minnith, *Jud. XI. 34.*

MANOCHO.

Μανοχώ. Urbss tribus Judae, quae recensetur in serie urbium *Jos. 15. 60.* in codicibus Graecis, non in Hebraeis.

MAON.

MAON.

מָעוֹן, Urbs in tribu Judae. Memoratur & ſolitudo Maon: videtur non longe a Carmel & Ziph abfuiſſe, quia *Joſ. 25.* cum iis jungitur & *1. Sam. 25. 2.* Euſebius ſcribit, Moan eſſe in Daromae parte orientali.

MAPSES.

Μάψης. Inter urbes Palaeſtinae tertiae recenſetur in Notitia veteri Eccleſiaſtica. Μάψις alii, alii denique Νάψις legunt. Sed Ptolemaeus confirmat lectionem priorem: ibi enim Μάψη legitur, diciturque eſſe urbs Idumaeae ad occidentem Jordanis.

* MARALA.

p. מַרְעֲלָה, Urbs in finibus Zabulon *Joſ. 19. 11.* aut certe non longe
888. ab iis, aut quo fines hujus tribus reſpexerunt: nam terminus dicitur aſcendiſſe *verſus mare & Marala:* atqui ad mare ipſum non pertinuit regio Zabulon, quia ceteroquin Aſcher & dimidia Manaſſe non poſſent ſe mutuo attingere, quod tamen dicitur *Joſ. 17. 10.* Adeoque etiam Marala potuit locus aliquis fuiſſe, quo fines occidentales regionis Zabulon reſpexerint. Euſebius videtur credidiſſe locum hunc in portione Menaſſis fuiſſe, ſcribens in Onomaſtico Μαραλά, φυλῆς Μανασσῆ. Hieronymus aut aliter illic legit, aut ipſe depravatus eſt, ſcribens *Marala adſcenſus Zabulon.*

MARAPHIS.

Inter urbes Palaeſtinae recenſetur ab Johanne Tzetze in Chiliadibus, *Chil. XII. cap. 452.*

> Ὧν πόλεις Ἀντιόχεια, Γάζα, καὶ Ἐλαΐς δὲ
> Μάραφις καὶ Ἀσκάλων δὲ, Τρίπολις καὶ Ἰόπη.
>
> *Horum urbes ſunt Antiochia, Gaza & Elais,*
> *Maraphis, & Aſcalon, Tripolis & Jope.*

Antea monui, Tzetzem in hoc carmine ante oculos habuiſſe verſus Dionyſii periegetae, *verſ. 910. & ſeqq.* Id evidens eſt, ſi quis utrumque conferat. At apud Dionyſium Μάραθος legitur eodem verſu cum Tripoli commemorata. Haec eſt, quae Tzetzae Μάραφις. Quae nihil ad Palaeſtinam. Poſſet quis credere, Raphiam urbem ſub Μάραφι latere: ſed non crediderim, de ea Tzetzen cogitaſſe.

MAREON.

Μαρεών. Urbs a Graecis Samaria dicta. Joſephus *Ant. VIII. 7.* Reſpicitne ad nomen Hebraeum *Schomron*, vel ad שֹׁמְרוֹן *Joſ. 12. 10.* Sic ut Μαρεὼν exprimat מרון.

MARE-

MARESCHA.

מָרֵשָׁה, Mareſcha in verſione Alexandrina *2. Chron. XI. 8.* Μαρισὰ dicitur: erat autem haec urbs in tribu Juda *Joſ. 15. 44. 2. Chron. 14. 9.* p.
Mich. 1. 15. Vallis Sephata prope Mareſcham. *2. Chron. 14. 10.* comme- 889.
moratur. Erat inter ſecundo lapide Eleutheropoleos & tempore Euſebii deſerta, ut teſtatur ad vocem Μαρησά. Cellarius putat, legendum ιβ' pro β' in Euſebio. Ego nil mutandum cenſeo, maxime quum jam Hieronymus ita legerit; nec obſtare puto, praelio hic loci commiſſo hoſtes fugientes Geraram uſque, licet longe hinc abeſſet, perſecutum fuiſſe exercitum victorem.

Non exiſtimo, quemquam veterum ſaepius hujus urbis meminiſſe, quam Joſephum. *Antiq. VIII. 3. & 6.* appellat eam urbem tribus Juda & Μαρησὰ illic ei ſcribitur, quod plane convenit cum nomine מרשה *Mareſcha*, quod ei datur *2. Chron. 11. 8.* qui locus cum illo Joſephi conferendus eſt. *Antiquit. VIII. 6.* tradit, non procul ab urbe Mareſa vallem Saphatha fuiſſe, ubi Aſae exercitus confligeret cum Aethiopibus; quod conferri debet cum *2. Chron. 14. 10. Antiq. XII. 12.* ſcribitur Μαρισσὰ & capta fertur a Juda Maccabaeo. Sed haec diverſitas ſcriptionis librariis tribuenda videtur. Ita *bell. I. 6.* Μαρισὰ ſcribitur in editis, ubi tamen MStus codex Academiae Lipſienſis habet Μαρισσά. Et credibile eſt, ubique eodem modo Joſephum nomen hujus urbis celeberrimae ſcripſiſſe, ſed idem, quod aliae fatum experta vox haec eſt. Quid? quod in Σαμαρειὰ mutatum ſit *1. Macc. 5. 66.* omnino enim mihi perſuadeo, male illic vulgo legi Σαμάρεια pro Μαρίσσα. Confer Joſephum cum libris Chaſmonaeorum & res liquebit. Videlicet Judas proficiſcitur auſtrum verſus *1. Macc. 5. 65.* Chebronem capit & loca vicina, dein conſilium capit invadendi γῆν ἀλλοφύλων, terram alienigenarum, per quam Philiſtaeorum regio vulgo intelligi ſolet, & hoc loc utique debet intelligi, quia *comm. 68.* Ἄζωτος in illa γῇ ἀλλοφύλων collocatur. Tum iter ſuum proſequens διεπορεύετο τὴν Σαμάρειαν. Hic lege Μάρισσαν, uti in Joſepho extat, qui prius eum ad Chebronem, dein Mariſſam, tum Azotum deducit. Et quid ei cum Samaria, poſtquam Hebronem expugnaſſet, ad auſtrum Hieroſolymarum ſitam, quum animum haberet Azotum aliaſque urbes Philiſtaeis eripere? Haec mihi certa videntur. Inſcitia p.
librariorum pro nomine ignotiori Μαρίσσα ſubſtituit inepte notius illud 860.
Σαμαρείας. Hoc ſexcentis in locis contigit.

Porro, ut Joſephi teſtimonia de Mariſſa perſequamur, Ἄδωρα & Μαρίσσα urbes Idumaeae appellantur *Ant. XIII. 17.* quum nomen Idumaeae parti tribus Judaeae datum fuit. Mariſſeni, quando ab Hyrcano urbs eorum capiebaturıı, erant regi Syriae ſubditi, ἄποικοι Ἰουδαίων καὶ σύμμαχοι *Antiq. XIII. 18. 8.* Ἄδωρα & Μαρίσσα dicuntur urbes eſſe mediterraneae κατὰ τὴν Ἰδουμαίαν, ν, id eſt, in Idumaea *Ant. XIII. 23.* Nec enim neceſſe eſt, credere Joſephum voluiſſe dicere, illam ſitam eſſe in Idumaea ſuperiore,

riore, κατὰ Ἰδουμαίαν, nempe illam aliam Idumaeam, quae ἡ μεγάλη dicitur. Nam κατὰ Ἰδουμαίαν idem ei significat, quod ἐν Ἰδουμαίᾳ. Hoc alibi demonstramus. *Ant. XIV. 2.* dicitur Marissa Arabibus esse erepta. Pompejus eam suis incolis restituit *Ant. XIV. 8.* Restauratur a Gabinio *Ant. XIV. 10.* Πόλις δυνατὴ appellatur, quum a Parthis everteretur *Ant. XIV. 27.* Μαρισαίων πόλις dicitur *bell. I. 11.*

Marescham esse eandem ac בית גברין scribit R. Benjamin in Itiner. sed ejus auctoritas tanti non est. Vide supra *Bethagabris.*

MARISSA. Vide MARESCHA.

MARONAE.

אנשי מרונאי, Litem cum incolis גוש חלבן habuere de sepulcro R. Eleazaris filii Schimeonis. Vide Midras Coheleth *fol. 118. 4.* Locum hunc מרון appellat auctor libri, quem edidit Hottingerus, titulo Cipporum Hebraeorum, *pag. 54.* ubi sepulcrum ostenditur: nam אלעי *Elai* mutandum est in אלעזר *Eleazar.* Forsitan in exemplo Hottingeri per compendium אלע scriptum fuit. Certe Eleazar scribi debet. Id patet ex eo, quod filius Simeonis appelletur & ex loco citato Midrasch Coheleth.

MASADA.

Erat haud procul Asphaltite, castellum in rupe, uti Plinius scribit
p. *lib. V. 17.* qui ejus meminit post Engaddi: sic, ut ad occidentem lacus
891. collocari debeat. Straboni *lib. XVI.* Μοάσαδα scribitur, qui saxa aspera exusta illic ostendi tradit: hae erunt reliquiae subversarum urbium Adamae, Gomorrhae &c.

Loci hujus aliquoties meminit Josephus. *Antiq. XIV. 20.* esse munitissimum scribit: id etiam nomen מצרה notat. *Antiquit. XIV. 26.* Aquarum penuria laborasse, & *bell. VII. 28.* nullum fontem ei propinquum esse. *De bell. I. 11.* Herodem, capta Joppe, festinasse Masadam & inde Hierosolymas. *De bell. lib. V. cap. 3.* arcem esse munitissimam non longe ab Hierosolymis, qua occupata sicarii oppidum Engaddi invaserunt. *De bell. V. 8.* Cerealem invasisse superiorem Idumaeam, cepisse Caphetram, Capharin & Chebronem. Restabant subjugandae Herodium, Massada, Machaerus & Hierosolyma. *De bell. VII. 28.* Flavium Sylvam, quum jam tota terra Judaïca subjugata esset, & unica restaret arx Masada, hanc oppugnasse. Eodem capite describit hanc arcem Josephus.

MASPHA.

Μασφά. In finibus Eleutheropolis contra septentrionem pergentibus Aeliam. Eusebius in Onom. Μασσηφὰ *1. Macc. 3. 46.* Vide *Mitzpa.*

MAXI-

MAXIMIANOPOLIS.

Ita legit Hieronymus & notitia vetus Ecclesiastica, aliique, non Maximinianopolis, quam scriptionem alii praeferunt. Urbs olim dicta fuit Hadadrimmon, sita juxta Jezraëlem. Hieron. ad *c. XII.* Zachariae. *Adadremmon, pro quo LXX. transtulerunt* Ῥοῶνος, *urbs est juxta Jezraëlem, quae hoc olim vocabulo nuncupata est & hodie vocatur Maximianopolis in campo Mageddon.* Sed quia hic dubium videtur, an illa, *quae hoc olim* &c. referri debeant ad Adadremmon, an vero Jezraëlem, addamus haec ejusdem verba ex Comment. ad *Hos. 1. diximus Jezraëlem, quae nunc juxta Maximianopolin est.* Ergo Jezraël non erat ipsa Maximianopolis. Errant illi omnino, qui dicunt, errasse Hieronymum, quod urbem Aegypti Maximianopolin in Palaestina locaverit. Concilio Nicaeno interfuit Episcopus Maximianopolitanus, & Concilio Hierosolymitano *anno 536.* In Itinerario Hierosolymitano Maximianopolis abesse dicitur millia passuum XVII. a Caesarea, a Jezraël (ea est Esdraëla) X. Recensetur inter urbes Palaestinae secundae in notitiis veteribus: vide supra *lib. I. cap. XXXVI.* p. 892.

MAZAENA.

Urbs Palaestinae. Ita legitur apud Stephanum. Μάζαινα, πόλις Παλαιστίνης ἀπὸ Μαζαίνα· οἱ πολῖται Μαζαινηνοί. *Mazaena, urbs Palaestinae, a Mazaeno dicta. Incolae Mazaeneni.*

MEALLON.

מאלון, Urbs Nephtali. *Jos. 19. 33.* Alii putant, nomen esse אלון & Mem praefixum. In Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.* nomen ejus recentius scribitur איילין Ajalin. Αἰαλὶν legitur etiam apud Eusebium in Onomastico nomen urbis Zabuloniticae, quae *Jud. 12. 11.* אילון *Ajalon* scribitur, pro quo Ἐλείμ & Αἰλὶμ in quibusdam codicibus Graecis est.

* MEARA.

מְעָרָה, Urbs, uti videtur, non longe a Sidon. *Jos. 13. 4.* unde Meara Sidoniorum nuncupatur. Alexandrini illic omiseruut, reddentes οἱ Σιδώνιοι ἕως Ἀφέκ.

MECHANUM.

Vicus ascendentibus Eleutheropoli Aeliam in octavo lapide. Hieronymus in Onomast. ad vocem *Bethmacha.*

* MECHONA.

מְכֹנָה, Urbs tribus Judae. *Nehem. 11. 28.* Crediderim, esse vicum Mechanum inter Eleutheropolin & Aeliam, cujus Hieronymus meminit. Vide hanc voocem.

MEDEBA.

MEDEBA.

p. 893. מֵידְבָא, Urbs in portione tribus Ruben & quidem in regione ejus australi, quia *Jos. 13. 16.* ad Medebam ejus fines esse dicuntur. Campestria Medebae memorantur *Jos. 13. 9. 16. Num. 21. 30.* Dicitur *Jos. 16. 2.* fuisse in Moab: occuparunt videlicet eam postea Moabitae, de qua re alias. Eusebius scribit, esse prope Chesbon. Memoratur etiam Μηδαβᾶ *1. Macc. 9. 36.* Πόλις Μηδάβων appellatur in Concilio Chalcedonensi, & episcopatu erat insignis. Μήδαβα, πόλις τῶν Ναβαταίων. ὁ πολίτης Μηδαβηνός, ὡς Ὀυράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. *Medaba, urbs Nabaeorum. Incola Medabenus dicitur, ut Uranius scribit lib. II. Arabicor.*

Appellatur a Josepho Μεδάβη *de bell. I. 2.* & alias Μηδάβα, quod melius exprimit vocem Hebraeam מידבא, quam Μεδάβη. Et ita quoque Suidas citat ex Josepho: Μήδαβα, ὄνομα τόπε παρὰ Ἰωσήπῳ. Urbis hujus incolae Johannem Gaddin, dum ad Nabataeos proficiscitur, occidunt. Josephus *Antiq. XIII. 1.* Capta fuit urbs ab Hyrcano *Ant. XIII. 17.* Urbs fuit Moabitica, sed Judaeis tradita *Ant. XIII. 23.* Et *Ant. XIV. 2.* dicitur Arabibus esse erepta a Judaeis.

MEGIDDO.

מְגִדּוֹ, Urbs Menassitarum, sed extra regionem tribui illi adsignatam *Jos. 11. 17. Jud. 1. 27.* Aquae Megiddo *Jud. 5. 19.* memorantur, vallis Megiddo *2. Chron. 35. 22.* Πεδίον Μεγεδδαῖς libro tertio Ezrae, *cap. 1. 27.* In Josepho haec urbs Μαγεδδὼ scribitur *Antiq. IX. 5.* & Μαγεδών, *Antiq. VIII. 2.* Etiam Μένδη *Antiq. X. 6.* collato cum *2. Chron. 35. 22.* Has autem varias scripturas ejusdem urbis non Josepho, sed librariis tribuendas existimo, non hic tantum sed alibi. Aequum est, ita arbitrari. Herodotus *historiarum lib. II. cap. 159.* ἐν Μαγδόλῳ scribit, commissum esse praelium, quod sacri scriptores in Megiddo initum dicunt.

p. 894. Contra hunc situm, quem urbi Megiddo tribuimus, facere videtur, quod dici non possit, si illic collocetur Megiddo, Josiam Aegyptiis *obviam*, לקראת, processisse: nam jam pertransiverant regnum Josiae. Verum omnino existimamus, recte dici illum obviam processisse ipsis. Aegyptios secutus non est, qui per oram maritimam, uti credibile est, progressi sunt: nolebant enim offendere Josiam *2. Chron. 34. 21.* Josias autem per viam mediterraneam, nunc quoque tritam Hierosolymis Sichemum, Samariam, atque ita porro: ut in campo Megiddo uterque exercitus sibi occurrerit. Videlicet illud לקראת usurpatur frequenter de exercitibus sibi mutuo occurrentibus, uti *Gen. 14. 17.* Rex Sodomae ivit לקראת. *Num. 20. 18.* ne transi per regionem meam, ne prodeam cum gladio tibi obviam: Sic *Jos. 11. 20. 1. Sam. 4. 1.* Nec videtur ea phrasis necessario denotare, hostilem exercitum necdum in fines regionis penetrasse, aut non multam partem regionis transivisse. Quum enim

enim Josia videret, properare exercitum Aegyptiacum per fines suos, vix videtur tam cito ei occurrere potuisse, & in campo Megiddo, quem transire constituerat cum exercitu rex Aegyptius, se ei opposuit, non quo illos ab aditu in fines imperii sui prohiberet, sed ut transitum ulteriorem negaret: sic ut vere ei occurrerit illic, loco ad praelium aptissimo.

Nec est, quod quis urgeat, si in Megiddo illa, quam nos collocamus in valle Jizreelis, adeoque in portione regni Israëlis, non Judae, praelium patratum sit, inde sequi, exercitum Aegyptiacum jam tum pertransivisse regnum Josiae, sive regionem Judaïcam: quum contra Josias studuerit transitum regis Aegyptii per regnum suum impedire. Nam cessabat, imperante Josia, distinctio inter regnum Judae & Israëlis, abductis X. tribubus in Assyriam *2. Reg. 17.* Quare etiam Josias legitur non in Juda tantum, sed urbibus Samariae *2. Reg. 23. 17.* in urbibus Menassis, & Ephraim, & Simeonis usque ad Naphtali cultum veri Dei restituisse *2. Chron. 34. 6.* Quamvis autem magnam partem terrae Judaïcae jam pertransivissent Aegyptii, noluit eos Josias ultra tendere, non tantum, ne reliquae partes ab exercitu quidpiam paterentur; verum, ne semel dato transitu, iterum exercitum illum reducem, &, interea bello fervente, saepe homines ultro citroque commeantes ab exercitu Aegyptum & viceversa, excipere cogeretur. Forsitan etiam metus erat, ne Aegyptii, ex victoria Euphratensi ferociores redditi, sibi essent graves magisque metuendi. p. 895.

* ME HAIJARCON.

מֵי הַיַּרְקוֹן, Urbs tribus Dan. *Jos. 19. 46.*

MENOIS. Vide *Minois.*

* MEONENIM.

מְעוֹנְנִים, Quercus sive אלון Meonenim i. e. hariolorum *Jud. 9. 37.*

MEPHATH.

Μηφάθ. Trans Jordanem, ubi praesidium erat militum Romanorum ob vicinam solitudinem. Eusebius in Onomastico.

MEROME.

Vulgatus habet pro nomine loci in cantico Deborae *Jud. 5.* sed מרום est *Jes. 37. 24.* & alibi ὕψος.

MERON.

מרון, Vide Gusch Chalab.

MERONOTH.

Videtur esse nomen loci, vici, urbisve *Nehem. 111. 7.* ירון מרונתי Jadon Meronothites cum Melatha Gibeonita commemoratur.

MEROTH.

Μηρώθ. Vicus, qui Galilaeam superiorem ab occasu terminat *Antiquit. III. 2.* Rothala pro eo exhibet Hegesippus. In Sanhedrin מי מערות
p. 896. *aquae Mearoth* dicuntur convertendae in sanguinem sub adventum Messiae, & glossa notat, eas esse scaturigines Jordanis. At hic locus ab hoc vico diversus est, nam ad occasum Galilaeae fuit, Jordanes autem ad ortum. Μηρὼ etiam dici videtur Josepho *de bell. II. 25.* vicus Galilaeae superioris. Cellarius conjicit, a lacu Samochonite sive aquis Merom ita dictum. At si hic vicus idem est ac Μηρώθ, non potuit ab illo lacu appellari, qui erat ad orientem Galilaeae, Meroth autem erat ad occidentem. Forte מערה Sidoniorum ortum dedit vico huic Μηρώθ.

* MEROZ.

מֵרוֹז, *Jud. 5. 23.* Videtur non longe abfuisse a torrente Kischon, & locus erat habitatus. Procopius Gazaeus ad hunc locum scribit, se nihil de eo loco invenisse in Coloniis, aut Hebraicis interpretationibus, aut Commentario de locorum nominibus.

MERRUS.

Vicus, 12. miliaribus a Sebaste, juxta Dothaim. Eusebius ad vocem Μεῤῥάν.

METOPA.

Vicus in eremo civitatis sanctae appellatur in Actis Sanctorum *Tom. II. pag. 305.*

METROCOMIA.

Recensetur, uti nomen proprium loci in Notitiis Veteribus Ecclesiasticis, inter loca Palaestinae tertiae.

MEZONECHA.

מזוניחה, Celebratur apud Talmudicos in Menachoth. VIII. 1. uti quae optimum triticum producit & jungitur cum Michmas.

MIA.

p. 697. Μία. Vicus in finibus Peraeae orientem versus, ubi regio Philadelphiae urbis est. Nam Judaei in Peraea cum Philadelphiensibus de eo litigabant. Josephus *Antiquit. XX. 1.* Forsitan legendum est Ζία. Hoc enim nomen vici fuit non longe a Philadelphia versus occidentem. Eusebius in voce Ζήμ. Ἔςι νῦν Ζιὰ κώμη ὡς ἀπὸ ιέ σημείων Φιλαδελφίας ἐπὶ δυσμάς. Hieronymus. *Hodieque villa Zia ostenditur in quinto decimo lapide Philadelphiae contra occidentem.*

MICHMASCH.

מִכְמָשׂ, Urbs ad ortum Bethaven *1. Sam. 13. 5.* Philistaei leguntur caesi a Michmasch ad Ascalon *1. Sam. 14. 31.* Est vicus grandis 9. mill. ab

ab Aelia prope Rama, teste Eusebio. Μαχμὰς nuncupatur *1. Macc. 9. 73.* Μαχμὰ Josepho, cui urbs appellatur *Antiquit. VI. 6.* & *Antiq. XIII. 2.* Μακαλὰ male *III. Ezr. 5. 40.* Μαχημὰς Graecis. *Nehem. 7. 31.*

Celebratur apud Talmudicos ager hujus loci a fertilitate. Menachot *cap. VIII. 1.* איזהו מובחר : מכמס ומזוניחה אלפא לסולת *Unde petebatur optima farina? Michmas & Mezonecha sunt praecipua loca.* Alii leguntמכנס, & מכנוס.

MICHMETATH.

מִכְמְתָת, In confiniis Ephraim & Manasse. *Jos. 15. 6.* Erat in conspectu Sichem *Jos. 17. 7.* Limes australis Menassis ita ducitur ab ortu versus occasum, *ab Ascher Hammichmetach, Tappuach &c.* Confer dicta supra ad vocem *Ascher.*

* MIDDIN.

מִדִּין, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 61.*

* MIGDAL EDER.

מִגְדַּל עֵדֶר, *Genes. 35. 21.* non longe, uti videtur a Bethlechem. p.
Puto, huc facere ea, quae Hieronymus habet in Onomastico ad vocem Bethlechem: mille circiter passibus procul turris Ader, quae interpretatur turris gregis quodam vaticinio pastores Dominicae nativitatis conscios ante significans. Meminit & hujus Πύργε Γαδὲρ Eusebius ad vocem Γαδέρ. 898.

Fit & mentio loci Migdal Eder in vita R. Simeonis Ben Chalaphta: quamvis ille locus videatur prope mare Tiberiadis situs fuisse, ubi מגדל גדר Μάγδαλα Γαδάρων Ligtfootus constituit, a Gadaris dicta.

MIGDAL EL.

מִגְדַּל אֵל, Urbs in Naphtali *Jos. 19. 38.* Eusebius scribit, esse vicum grandem Magdiel 9. (Hieron. 5.) miliaribus disjunctum a Doris pergentibus Ptolemaidem.

* MIGDAL GAD.

מִגְדַּל גָּד, Urbs in Juda. *Jos. 15. 37.*

MIGDAL TZEBAIA.

מגדל צבעייא, Quasi turrim tinctorum dicas. Urbs terrae Israëliticae vastata propter scortationem, uti traditur in Echa Rabbati *fol. 75. 4.* & mox dicitur שלוש מאות חנויות של מוכרי שהרות היו במגדלא רצבעייא *3000. tentoria vel domus erant vendentium turtures & columbas ad purificationem puerperarum in Magdala Tzebaia.* In Midrasch Schir Haschirim *fol. 122.* ubi disputatur, unde בריחים *transtilla* ad compingendos asseres tabernaculi habuerint tantae longitudinis, 31. nempe cubitorum,

rum, dicit R. Levi Bar Chaia במגדל צבעייא קצצום והורידום עמהם למצריים ולא נמצא בהן קשר ופקע *in Migdal Tzebaia ea exciderunt & secum tulerunt Aegyptum versus: nec in lignis illis fuit fissura aut nodus.* Eadem mox *Magdala* ἁπλῶς dicitur אעין רשטים הוו במגדלא *lingua Schittim erant in Magdala.* Ex iis, quae illo folio antea leguntur, Israëlem ivisse Beerschebam, ut caederet arbores ab Abrahamo ibi plantatas, & a tempore Jacobi illa ligna apud Israëlitas latuisse (quare dictum sic אשר נמצא עצי שטים אתו עצי אשר נמצא) videretur colligendum, hunc locum non procul a Berseba quaerendum esse: & ex sententia R. Levi Barchaiae, quia Jacobo sepulto in Chebron illa ligna eos secum putat tulisse in Aegyptum, posset etiam dici, eum locum circa Chebron vel Berseba fuisse. Vide, an non possit esse idem, ac מצבה *Mezobaia 1. Chron. 11. 47.* per compendium.

p. 899.

MIGRON.

מִיגְרוֹן, In Benjamin. *1. Sam. 14. 2. Jes. 10. 28.*

MINNITH.

מנית, In regione trans Jordanem. *Ezech. 27. 17. Jud. 11. 33.* quae Judaeis suberat, ut alii vero, quae Ammonitis: quod dependet ab itinere Jephtae, progressusne sit a borea ad austrum, an vice versa, & fuerintne duae *Aroër:* quae quidem conjecturis constant magna ex parte. Ostenditur in quarto lapide Esbus pergentibus Philadelphiam, teste Eusebio in Onomastico. Μανιάθη appellatur Josepho, urbs Peraeae. Cellarius putat, nomen hujus urbis non esse Minnith, sed *Minnith viginti urbium*, quia legitur *Jud. 11. 33.* מנית עשרים עיר ut quum dicimus *Philadelphia Decapoleos.*

MINOIS.

Μινωΐς. Urbs Palaestinae episcopatu insignis, cujus episcopus Zosimus interfuit Concilio Chalcedonensi *anno 451.* Μονοὶς dicitur in actis Concilii Constantinopolitani. Videtur esse eadem, ac vicus Μηνωΐς (nam & Μηνωὶς scribitur in actione secunda Concilii Chalcedonensis) prope Gazam, cujus meminit Eusebius in Onomastico ad vocem Μηνιβηνά. In notitia dignitatum Imperii Romani memorantur *Equites promoti Illyriciani Menoïdae.* Cellarius in *Geograph. Antiquit. lib. III. cap. 13.* putat, hoc esse *Menoenum castrum*, quod *l. 30. Cod. Theod. de erog. milit. annon.* commemoratur cum castro Versabini i. e. Bersabe. An hinc appellatur episcopus Μηνυτῶν, quae urbs Palaestinae fuit, episcopatu insignis, in Concilio Hierosolymitano *anno 536.* habito?

p. 900.

MISCHAL.

מִשְׁאָל, Urbs tribus Ascher. *Jos. 21. 30.* Adjacet Carmelo monti juxta mare, teste Eusebio ad vocem Μασάν.

MITZ-

MITZPA.

מִצְפָּה, Ubi Laban & Jacob foedus iniverunt *Gen. 31. 49.* Est etiam urbs in Benjamin *Jud. 10. 17. & 21. 5. 1. Sam. 7. 16.* Confer *Jos. 18. 26.* Non longe erat a Ramathone distante 40. stadia Hierosolymis. Josephus *Antiquit. VIII. 6.* Inter Sichem, Silo, Samariam ac Hierosolymas *Ferem. 41. 5.* Μασφατὶς Josepho *Antiquit. V. 1.* Μασφάκη *Antiquit. V. 9.* Μασφαθὰ *Antiquit. VI. 5. & X. 10.* Confer *Ferem. 40. 6.* Μασφὰ *Antiquit. VIII. 6.* Μασσηφὰ dicitur & urbs κατέναντι Ἱερουσαλὴμ *e regione Jerusalem*, qui olim locus precum Israëliticis fuerat *1. Macc. 3. 46.* Haec est, quae *Mitzpe* dicitur *Jos. 18. 26.* Chivvaei habitabant תחת חרמון בארץ המצפה *sub Chermone (monte) in terra Mitzpa Jos. 11. 3.* Chermon autem erat prope Paneada.

MITZPE.

מִצְפֶּה vel הַמִּצְפֶּה, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 38.* Esse in finibus Eleutheropolis versus boream vicum, hoc nomine testatur Eusebius. Urbs etiam trans Jordanem fuit, quae tribui Gad videtur data, quia termini Gaditarum erant מחשבון עד רמת המצפה *a Cheschbon ad Ramath Mitzpae.* Unde colligitur ex opposito Cheschbonis ad septentrionem regionis Gaditicae sita fuisse. Et eadem videtur esse, quae מצפה גלעד *Mitzpe Gileaditidis* dicitur *Jud. 11. 29.* unde ad Ammonitas Jephta profectus est. Est etiam urbs clarissima in Benjamin, locus conventus populi. *Jos. 18. 26. 1. Reg. 15. 22. 2. Chr. 16. 6. Neh. 3. 7.* aliaque in Moabitide *1. Sam. 22. 3.*

Est quoque nomen vallis in finibus borealibus terrae. Nam Josua ad aquas Merom confligens hostes persecutus est usque ad Sidonem urbem. (*Jos. 11. 8.*) בקעת מצפה.

MODIITH.

חמוריעית, Urbs est, quae 15. miliaria aberat Hierosolymis, uti Bartenora tradit ad Chagiga III. 5. Maimonides dicit, locum esse circa Hierosolymas.

p. 901.

MODIN.

Μωδεὶν vel Μωδεείμ. Urbs est, in qua Mattathias habitavit: *1. Macc. 2. 1. 15. & 9. 19.* Non videtur longe a mari abfuisse, aut certe in loco alto sita, quia monumentum illic erectum conspicere potuerunt navigantes in mari magno *1. Macc. 13. 30.* Vicum hunc Judaeae esse scribit Josephus appellatque Μωδιεὶμ *Antiq. XII. 8. 9. & 19.* & Μωδεεὶν *bell. 1. 1.* Sed haec quum dico, librariis potius, quam Josepho diversitatem scriptionis tribuo. Suidas in Josepho legit Μωδαεὶμ, ita scribens Μωδαεὶμ, ὄνομα πόλεως παρὰ Ἰωσήπῳ. Eusebius in Onomastico scribit, non longe a Diospoli vicum hunc situm fuisse, & sepulcra Maccabaeorum ibi monstrari.

ſtrari. Hieron. in Comm. ad *Jeſ. 30.* viculum Modim appellat. Hinc forſan origo eſt nominis Μακκαβαῖος a מקב quia in tribu Dan erat patria eorum, quae in vexillis has literas ultimas nominum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi habuiſſe ſcriptas dicitur.

MOHAILA.

Legitur in Notitia dignitatum Imperii Romani. Vide excerpta ex ea ſupra *lib. 1.*

MOLADA.

מוֹלָדָה, Urbs in tribus Judae parte auſtrali. *Joſ. 15. 26.* & *19. 2.* Videtur eſſe eadem ac Malatha.

MOLEATHA.

p. 903. In Notitia Imperii memoratur. Credo eſſe Moladam, quae Μαλαθὰ appellatur. At forſitan eſt *Maledomim* inter Aeliam & Hierichuntem, ubi caſtellum militum eſſe ſitum Euſebius & Hieronymus monent ad vocem Ἀδαμμὶν & *Addomim.*

MORE. Vide *Sichem.*

* MORESCHETH.

Quidam exiſtimant, Moreſcheth & Mareſcha eſſe urbes easdem, ſed alii verius putant, diverſas eſſe urbes, quod patet ex *Mich. 1. 14.* ubi Moreſcheth, & *commate 15.* ubi Mareſcha, diſtincte recenſentur. A Moreſchet fit gentile Moraſchti *Mich. 1. 1. Jer. 26. 18.* Hieronymus hanc patriam Michae in prologo ad hunc Prophetam appellat Moraſthi, quod proprie eſt nomen gentile ductum a Moreſchet, dicitque, *usque hodie juxta Eleutheropolim urbem Palaeſtinae haud grandis eſt viculus*, & ita Euſebius in Onomaſtico Μωραθεὶ, ὅθεν ἦν Μιχαΐας ὁ προφήτης πρὸς ἀνατολὰς Ἐλευθεροπόλεως. Theophylactus habet Μοραθί. Epiphanius (vel quicunque ejus nomine prodiit) de vit. Proph. *pag. 245.* Ἐγεννήθη ἐν Μωραθεὶ ἐκ φυλῆς Ἐφραίμ. *Natus eſt in Morathi ex tribu Ephraim.* Addit, illum ἐκ Μωραθεὶ ſepultum συνεγγὺς τῇ πολυανδρίᾳ Ἐνακείμ, *prope coemiterium Enacim.* In Chronico Paſchali legitur *pag. 245.* Ἐν Ἀκείμ, *in Akim*, ſed quum dictum fuerit, eum in Morathi eſſe ſepultum, nec de Acco, quae Ἀκεὶμ dicta fuit, hic cogitari debeat, reſtat, ut dicamus, corrigendum eſſe Chronicon Paſchale ex Epiphanio, & auctore vitarum Propheticarum ab Hoeſchelio edito ex codice Auguſtano, ubi etiam Ἐνακείμ legitur; maxime cum Philiſtaeos notare poſſit, & Moreſchet in Sacro Codice appelletur Moreſchet Gath ab urbe Philiſtaea. Quare etiam videtur Moreſchet vicina urbi Gath debere ſtatui, non ad ortum Eleutheropolis, quod Euſebio placet, qui Mareſcham videtur cum Moreſchet confudiſſe.

Locum

Locum hunc, in quo ſepultus eſt Michas, in dioeceſi Eleutheropolitana quaerendum eſſe, tum alia, tum hoc quoque evincit, quod apud Theophanem legitur in Chronico ad annum aerae Chriſtianae 385. Τῷ δ' αὐτῷ ἔτει τὰ τῶν προφητῶν Ἀμβακὲμ καὶ Μιχαΐα λείψανα θεόθεν εὑρέθη, Βεζένῳ τῷ ἐπισκόπῳ Ἐλευθεροπόλεως τῆς Παλαιςίνης χρηματισθέντα ἐν δυσὶ χωρίοις τῆς περιοικίδος Ἐλευθεροπόλεως. *Hoc anno Prophetarum Abacuc & Michae reliquiae Bezeno Eleutheropoleos in Palaeſtina epiſcopo a Deo revelatae inventae ſunt in duobus pagis agri Eleutheropolitani.* Hic in actis Concilii Dioſpolitani habiti *anno 415.* Zebaenus nuncupatur. 903.

* MOTZA.

מֹצָה, Urbs tribus Benjamin. Erat & hoc nomine locus *infra Hieroſolymam* למטה ירושלים quo deſcendebant, ut ſalices הנחל peterent in feſto Tabernaculorum. *Succa. IV. 5.*

* NAAMA.

נַעֲמָה, Urbs tribus Judae. *Joſ. 15. 41.*

* NAARAN.

נַעֲרָן, Urbs in regione tribus Ephraim. *1. Chr. 7. 28.* legitur, ad orientem Naaran, ad occidentem Gezer.

* NAARATHA.

נַעֲרָתָה, Urbs in finibus Ephraim *Joſ. 16. 7.* Euſebius tradit, vicum Νοαρὰθ 5. miliaria abeſſe a Jerichunte. Haec eſt, quae Νέαρα Joſepho dicitur. Vide hanc vocem.

NABALLO.

Ναβαλλώ. Urbs Arabibus erepta a Judaeis. Joſeph. *Antiq. XIV. 2.*

NABARA.

Ναβαρά. Vicus grandis in Batanaea Euſebius ad vocem Νεβρά. Male ibi legitur ἐςὶν Ἀβαρὰ pro ἐςὶν Ναβαρά.

NABAU.

p. 904 Ναβαύ. Vicus olim, nunc locus deſertus, diſtans a Cheſchbone millibus octo contra meridiem. Euſebius & Hieronymus in Onomaſtico.

NAEPAPHA.

Ναιπαφά. Vicus Galilaeae. Joſephus in vita *pag. 1013.* Videtur legendum καὶ Ἴαφα, de qua re egimus, *lib. I. cap. XXXI.*

NAHALAL.

נַהֲלָל & נַהֲלוֹל, *Jud. 1. 30.* Urbs in Zabulon *Joſ. 19. 15.* Euſebius ad vocem hanc notat, Νειλὰ eſſe vicum in Batanaea: ſed ea extra regionem tribuus Zabulon fuit.

NAIN.

NAIN.

Ναΐν. Urbs non longa a Capernaum, uti videtur. *Luc. 7. 11.* Eusebius ad vocem Ἠνδὼρ scribit, *Endor est juxta oppidum* Ναΐμ, *in quo Christus filium viduae suscitavit, estque circa Scythopolin.* Idem ad vocem Ναΐμ scribit, eam esse *in secundo miliario a Thabor meridiem versus juxta Endor.* Johannes Phocas autem in descriptione Palaestinae scribit, Naim esse ad septentrionem montis Tabor, quasi 12. inde stadiis, & in orientali urbis parte esse Endor, inter Thabor autem & Naim & Endor fluere torrentem Kison.

Meminit etiam Josephus vici Ναὶν, quem Simon filius Giorae muro cinxit. *De bell. lib. V. 7.*

NAIOTH. Vide *Nota* & *Rama.*

NAIS.

Ναΐς. Vicus Samaritidis, situs in magno campo. Josephus *Ant.* p. 905. *XX. 5.* idem Γημᾶν appellatur *lib. II. de bell. c. 11.*

Κώμη Ναΐς inter urbes Palaestinae secundae recensetur in notitia veteri Ecclesiastica.

NAPHAT DOR.

נָפַת דּוֹר & נָפוֹת, Ad mare magnum. *Jos. 11. 2.* & *12. 23.* Eusebius notavit, esse urbem Dora, 9. miliaribus a Caesarea.

NARBATA.

Νάρβατα. Locus distans 60. stadiis a Caesarea, unde toparchia Narbatene nomen accepit. Josephus *de bell. II. 14.* Rufinus legit *Nabata*, vel certe nunc in eo ita legitur. Narbatene toparchia ὅμορος τῆς Καισαρείας esse dicitur *lib. II. de bell. cap. 22.* Rufinus aliis, ut videtur, usus codicibus reddit *finitimam Samariae* (pro *Caesareae*) *Narbatenem* toparchiam. Meminit & Cedrenus, qui Josephum describere solet, *pag. 119.* Καὶ Νάρβαθον καὶ τὴν Περαίαν.

NASIB.

Νασίβ. Aberat Eleutheropoli septem miliaria Chebronem versus. Eusebius in Onomastico ad vocem Νεσίβ.

NAZARETH.

Ναζαρέθ. Urbs Galilaeae *Marc. 1. 9.* aedificata super rupem, unde Christum praecipitare conati sunt *Luc. 4. 29.* Urbs, in qua Christus educatus est, & cujus synagogam frequentare solebat *Luc. 4. 16.* unde Ναζηνὸς

Marc. 1. 24. & *14. 67.* &c. Ναζωραῖος *Matth. 26. 71.* dictus est. Haec fere sunt, quae ex Novo Testamento de hac urbe colligi queunt.

Eusebius in Onomastico notat, vicum hunc esse *e regione Legionis, 15. miliaribus inde remotum orientem versus, prope montem Thabor.*

Ναζαρὲτ, scribit Epiphanius, olim oppidum erat, nunc vicus, κώμη, *lib. I.* adversus haereses *pag. 122.* notatque *pag. 136.* ante tempora Josephi (usque ad imperium Constantini senioris) nullis, praeter Judaeos, p. 906. illic habitare licuisse.

Scriptor saeculi sexti, Antoninus martyr, haec habet de Nazareth. *De Tiro venimus in civitatem Nazareth, in qua sunt multa admiranda; ibi pendet thomus, in quo Dominus J. C. nomen beatum cum corona habuit impositum. Ibi est etiam Synagoga, in qua posita est trabs, ubi Dominus Jesus cum aliis sedit infantibus, quae trabs cum a Christianis agitatur, sublevatur.* Dein narrat basilicam magnam illic esse, & mulieres pulcherrimas, quod a Sancta Maria ipsis concessum dicunt. Regionem circumjacentem ait *Paradiso similem, tricico & frugibus simiilem Aegypto, vinum, oleum, mel illic optima esse & milium altum nimis & paleam grossam.*

Quomodo se habuerit saeculo septimo ex Adamnano discimus *l. II. de locis Sanctis:* ubi haec legas. Civitas Nazareth, ut Arculfus, qui in ea hospitatus est, narrat, & ipsa, ut Capharnaum, murorum ambitum non habet, supra montem posita; grandia tamen lapidea habet aedificia, ibidemque duae praegrandes habentur constructae ecclesiae: una in medio civitatis loco super duos fundata cancros, ubi quondam illa fuerat aedificata domus, in qua noster nutritus est Salvator. Haec itaque eadem ecclesia duobus, ut superius dictum est, tumulis & interpositis arcubus subfulta habet inferius inter eosdem tumulos lucidissimum fontem conlocatum, quem totus civium frequentat populus de illo exhauriens aquam, & de latice eodem sursum in ecclesiam superaedificatam aqua in vasculis per trocleas subregitur: altera vero ecclesia in eo fabricata habetur loco, ubi illa fuerat domus constructa, in qua Gabriel Archangelus ad beatam Mariam ingressus ibidem eadem hora solam est locutus.

Status hujus urbis saeculo octavo ex itinerario S. Willibaldi episcopi, inserto Actis Sanctorum ordinis S. Benedicti *Tom. IV. pag. 374.* liquet. *Ambulabant in illam locum, ubi Gabriel primum venit ad S. Mariam, Ave gratia plena, & reliqua. Ibi est nunc Ecclesia, & ille vicus, in quo est Ecclesia, est Nazareth. Illam Ecclesiam Christiani homines saepe comparabant a paganis, quando illi volebant eam destruere.*

Scriptor saeculi duodecimi Phocas ita eam describit. Μέσον διαφόρων βουνῶν ἐπὶ τῷ βάθει τῆς ἐξ αὐτῶν φάραγγος ὁ Ναζαρὲτ πόλις τεθεμελίωται. *Inter varios colles medilia ad ima vallis ab iis formatae urbs Nazareth structa est.* Postea appellat eam κωμόπολιν, sic ut κώμης & πόλεως *vici & urbis* certo respectu nomen mereatur: additque, statim ac portam urbis p. 907.

 ingressus

ingressus es, offendi templum Gabrielis, & in eo in parva spelunca esse fontem, e quo Maria aquas haurire solebat, & ubi Gabrielem ad se primum loquentem audivit. Praeterea domum Josephi esse mutatam in pulcherrimum templum.

Guilielmus Tyrius *lib. XXII. 26. Transcursis montibus, in quibus sita est Nazareth, Domini civitas, descenderunt in campum magnum, cui nomen vetus Esdrelon.* Et mox: *adscenderunt in eum montem, super quem Nazarena sita est civitas: ita ut de prominentibus collibus universam infra se positam respicerent civitatem.*

* NEA.

נֵעָה, Urbs in finibus tribus Zabulon. *Jos. 19. 13.* Haec Ἀνεὰ Eusebio dicitur.

NEAPOLIS. Vide *Sichem.*

NEARA.

Νεαρά. Vicus, unde aquae ductae sunt ad palmetum Jerichuntinum, teste Josepho *Antiq. XVII. 15.* Existimo, nunc vicum esse eundem, qui ab Eusebio describitur abesse 5. miliaribus Jerichunte in Onomastico. Νααραθά φυλῆς Ἐφραίμ. καὶ νῦν ἐστὶ Νοορὰθ κώμη Ἰουδαίων ἀπὸ σημείων Ἱεριχοῦς. Ita videtur mihi legendum καὶ pro κώμη. Mox enim sequitur κώμη, nec olim ea fuit κώμη, sed πόλις Ἐφραίμ. Praeterea ἐστὶ Νοορὰθ pro ἐστὶν Ὀορὰθ, quod liquet ex re ipsa & versione Hieronymi. Memoratur etiam hic locus in Vaijikra Rabba *Sect. 23.* & *Nooran* נוערן appellatur, vicinaque dicitur יריחו לנוערן *Jericho Noorae.* Videtur & נייר Νεαρὰ nomen esse loci (certe Judaei ita tradunt) in Misna *Kelim.* *11. 5.* חביות ניירות, uti ante חביות לודיות a Lydda dicta memorantur. Sed non crediderim, esse id נייר, idem ac Nearam; & scriptura codicum sibi non constat: alii והניירות legunt.

p. 908.

* NEBALLAT.

נְבַלָּט, Urbs tribus Benjamin. *Nehem. 11. 34.*

NEBO.

נְבוֹ, Urbs in tribu Ruben. *Num. 32. 38.* Videtur & in alia fuisse in tribu Juda *Ezr. 2. 29. Neh. 7. 33.*

* NEIEL.

נְעִיאֵל, Urbs in finibus Ascher. *Jos. 19. 27.*

NEILA.

Νειλά. Vicus in Batanaea. Eusebius in Onom.

NEPHIS.

Νηφίς. *III. Ezr. 5. 42.* Eadem series urbium extat *Neh. 7.* & illic memorantur אנשי נבו sic ut hic Νηφὶ *Nebo* indicet.

NEPHTOACH.

נֶפְתּוֹחַ, Urbs in finibus Judae. *Jos. 15. 9.* aquae fontanae Nephtoach. *ibid.*

NERONIAS.

Νερωνιάς. Josephus *Ant, XX. 8.* hoc nomine dicta fuit Paneas, urbs ab Agrippa Juniore fortasse etiam aliqua ratione indicare volente, scaturiginem aquarum Jordanis hic esse: nam νηρὸν est humidum, unde Nereus, & Nereides & hodie *Nero* Daphne Antiochiae ab aquarum abundantia dicitur. Vide Salmasium ad Trebellium Pollionem *pag. 311.*

NETOPHA.

נְטֹפָה, Urbs memoraita inter Bethlechem & Anathoth *Ezr. 2. 22. Neh. 7. 26.* Νεταφὰ *III. Ezrr. 5. 32.* Nomen affine est Natupha, quae dicitur esse solitudo in Palaeestina in actis Sanctorum *Tom. II. pag. 309.* Memoratur & oleum הנטופה in Misna Pea. VII. ubi Obadias de Bartenora id a stillando ducit.

p. 909.

* NETZIB.

נְצִיב, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 43.* abest Eleutheropoli 9. (Hieronymus legit 7.) miliaria versus Chebronem, teste Eusebio.

NEVE.

Meminit itinerarium Antonini, in quo abfuisse legitur a Capitoliade XXXVI. & haec a Gadaris XVI. millia passuum. Νεύη recensetur etiam inter urbes Arabiae, in Notitia veteri eccles. & forte haec est πόλις Νέβη, cujus episcopus memoratur in Concilio Chalcedonensi.

Eusebius in Onomastico scribit, esse urbem Judaorum Nineven, circa angulum Arabiae. Ita enim lege Γωνίαν pro ἀγωνίαν. Hieronymus addit, *quam nunc correpte Neneven vocant.* Id est, vocali I in E mutuo. Sic solet Hieronymus loqui. Alii legunt *corrupte*, sed vere corrupte, nostro judicio. Ita ad Sophoniam *c. 1. Pila, quae Hebraice dicitur Machthes* (מכתש) *& ab Aquila versa est* εἰς τὸν ὅλμον *non per brevem syllabam prima legenda est, ne* σοφῶς *putemus, sed productam, ut de pila sciamus dici, in qua frumenta tunduuntur.* Et in Onomastico ad vocem *Ar. Locus vel oppidum Arnonis, quod a septuaginta per extensam vocalem* Ἡρ *dicitur.* Solebant eo tempore aliter r loqui, quam nunc solemus de vocalibus correptis & productis. Aelilius Donatus, Hieronymi praeceptor, ita *in arte prima,*

prima, pag. 18. editionis Rob. Stephani, 1539. Monosyllabas, quae correptam vocalem habebunt, acuto accentu pronuntiabimus, ut pix, nix, nux, quae productam vocalem habebunt, circumflexo accentu pronuntiabimus, ut res, dos, spes. Idem
p. 910. *pag. 8. correpta vocalis in duas desinit consonantes, ut arma, arcus.* Confer Martianum Capellam *lib. III.* de nuptiis Philologiae.

Ipsi Hebraei in Echa Rabbati *fol. 72. col. 2.* hanc urbem commemorant una cum vicina Chalami: quae ita junctae dicuntur, ut urbs una aliam sibi inimicam propinquam habeat חלמיש לנוה *Chalamis ita τῇ Neve* vicina est. In glossa notatur in *Chalamis habitasse hostes Judaeorum, in Neve, quae ei propinqua Judaeos* בחלמיש היו יושבים צוררי ישראל ובנוה שהיה סמוך לה היו יושבים יהודים. Hoc confirmat verba Eusebii, Neven esse *vicum Judaeorum.* Praeter hunc locum extat etiam memoria urbis hujus in Midrasch Coheleth *fol. 88. col. 1.* רבי שמואל בשם ר׳ פלטיא דנוה *R. Samuel in nomine R. Pelatja ex Neve.* In glossa דנוה מעיר נוה *ex Neve, id est, ex urbe Neve.* Videtur esse ipsissima vox Hebraea נוה *Nave*, vel *Neve*, uti in statu constructo pronunciatur: & notum est, opinari quosdam urbem Niniven inde dictum, quasi נין נוה *Nini habitationem*, ubi etiam *Neve* non *Nave* est. נוה *τόπον* reddiderunt Graeci *Psal. 79. 7.* & *πόλιν*, uti *Jes. 32. 18.* בנוה שלום *ἐν πόλει εἰρήνης.* Alibi *ἔπαυλιν, πεδίον, κατάλυμα.* In Midrasch Ruth *fol. 49. col. 3.* fit mentio cujusdam רבי שילה דנוה *R. Schila ex Neve.* Commentator notat, eundem commemorari in Vaijikra Rabba, *Sectione 34.*

* NIBSCHAN.

נִבְשָׁן, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 52.*

NICOPOLIS. Vide *Emmaus.*

* NIMRA.

נִמְרָה, Urbs tribus Gad. *Num. 32. 3.* putatur eadem ac Bethnimra. Eusebius ad vocem Νεβρὰ scribit, esse vicum grandem in Batanea dictum Νεβαρά.

NINEVE. Vide *Neve.*

NOB.

p. 911. נֹב, Urbs sacerdotalis, quae & נבה dicitur jungiturque cum Anathoth & Anania *2. Sam. 22. 19. 1. Sam. 22. 9.* Verum in serie urbium sacerdotalium non recensetur. Vide supra *pag. 164.* Νωβὰ Josepho. Aliis Νομβὰ uti Eusebio. Et ita quoque Suidas citat ex Josepho. Νομβὲ urbs in Juda Graecis post Bersabe memoratur *1. Sam. 30. 30.* Vide *Nomba* mox.

Hanc

Hanc urbem Hieronymus non longe a Diospoli collocat in epitaphio Paulae. *Lyddam versam in Diospolin Dorcadis atque Aeneae resurrectione ac sanitate inclytam. Haud procul ab ea Arimathiam viculum Joseph, qui Dominum sepelivit & Nobe urbem quondam sacerdotum nunc tumulum occisorum. Joppen quoque* &c.

NOBACH.

נֹבַח, Urbs trans Jordanem, ita dicta a Nobacho *Num. 32. 42.* ad ortum *τῆς* Nobach & Jogbeha legitur *Jud. 8. 11.* Est locus desertus, distans Esbunte 8. miliaria versus meridiem, teste Eusebio in Onomastico.

NOMBA.

Stephanus in Ethnicis. Νόμβα, πόλις τῆς Ἰουδαίας. Ἴωσηπος ἕκτῳ τῆς Ἰουδαικῆς Ἀρχαιολογίας. *Nomba, urbs Judaeae. Josepus libro sexto Antiquitatum Judaicarum.* Suidas etiam notat, ex Josepho, hanc vocem Νομβὰ esse nomen urbis. Ego autem Νομβὰ in Josepho non inveni. Sed puto, urbem sacerdotum Nob, quae Josepho *lib. VI. Antiquit.* Νωβὰ appellatur, intelligendam esse, quia ex *libro V.* Νόμβα profert Stephanus, & ipsa illa Nob Νόμβα in codicibus quibusdam Graecis appellatur, & in Stephani editionibus aliis Νάμβα & Νωβὰ legitur. In Eusebii quoque Onomastico Νόμβα legitur, Νόμβα ἔνθα ἀνέβη Γεδεὼν, ἡ δὲ πόλις ἱερέων ἦν κατέκοψε Σαούλ. Hieronymus ita haec vertit. *Nabbe sive Noba, ad quam ascendit Gedeon, urbs sacerdotibus separata, quam postea legimus furore Saulis subversam.* Quia Hieronymus videtur duplex Βῆτα legisse apud Eusebium, hinc est probabile, Νοββὰ tum in Josepho tum Eusebio scriptum fuisse, quorum alterum pro M. ceperunt, quoniam exigua in scriptis veteribus est differentia inter μ & β.

NOTA.

p. 912.

אבימי נותאה, *Abimi Notensis* commemoratur in *cap. 2.* Avoda Zara. Putat auctor libri Juchasin, indicari *Najoth* נויות vel נוית uti Ketif habet *1. Sam. 19. 18.* ניותאה. Graeci habent *ἐν Ναυὰθ ἐν Ῥαμᾶ.* Vedetur nomen loci fuisse in ipsa Rama, aut certe non longe ab ea.

OCINA.

Ὀκεινά Locus inter Tyrum & Jamniam in litore maris. *Judith. 3. 2.* Interpres Latinus vidit, esse urbem Acco postea dictam Ptolemaida. Affinis scriptio est Ἀκείμ, qua usi sunt Graeci ad hanc urbem designandam *Mich. 1. 10.* ubi in Hebraeo est בכו contractum ex בעכו *in Acco*, de quo nos alibi. Suspicor autem, in libro Judithae olim vel Ἀκείμ vel vocem aliam magis ad Accco accedentem lectam fuisse, quia ceteroquin interpres illam Ocina vertisset, non Acco. Sed non hoc solo indicio

 mihi

mihi constat, interpretem Latinum usum fuisse codicibus correctioribus, ac nostri vulgo sunt.

ODOLLAM.

Ὀδολλάμ. Vicus praegrandis in duodecimo lapide ab Eleutheropoli versus ortum. Eusebius ad vocem Ἐγλώμ. Josepho Ὀδολλὰμ dicitur urbs in tribu Juda *Antiquit. VIII. 3.* Ex collatione *2. Chron. XI. 7.* liquet, esse עדלם *Adullam.* Ὀδολλὰμ *2. Macc. 12. 38.*

OLURUS.

Ὅλυρος. Vicus, in quo exercitus Idumaeorum castra metabatur. Josephus *de bell. V. 7.*

ONO.

p. 913. Urbs condita a Benjaminitis. *1. Chron. 8. 12.* Ὤνω *III. Esr. 5. 43.* Videtur esse Ὀνῶς Palaestinae primae. Vide Notitias Ecclesiasticas *lib. 1.* A Lydda ad Ono sunt tria miliaria. In Talmude legitur R. Jacobum Ben Dosthai ante diluculum aliquando eo profectum ad talos usque in melle ficuum ambulasse.

* OPHNI.

עָפְנִי, Urbs tribus Benjamin *Jos. 18. 24.*

OPHRA.

עָפְרָה, Urbs in Benjamin *Jos. 18. 23. 1. Sam. 13. 17.* Eusebius vicum hoc nomine fuisse scribit remotum 5. miliaribus Bethele versus orientem. Est & alia in Menasse *Jud. 6. 11.* & *8. 27.* cujus nomen Ἐφραθὰ legit Hieronymus, & ideo in Onomastico ad vocem *Drys* scribit, *quaeritur, quomodo Ephrata in tribu Menasse esse dicatur.* At non est Ephrata sed Ophra. Josephus tamen etiam hanc vocem scribit Ἐφρὰ, sic ut in prioribus syllabis cum Hieronymo conveniat.

ORBO.

ערבו, Dicitur fuisse urbs בתחום ביתשאן *in limitibus Bethschean*, in Bereschith Rabba *Sect. 33. fol. 207. 1.* & inde dictos esse ערבים, qui Eliam aluerint. Sed ab ערבו non fit nomen gentile ערבי, sed ערבאי, uti a שילו *Schilo* שילני, & a Gilo גילני *1. Reg. 11. 29. 2. Sam. 15. 12.*

OREB.

Rupes Oreb commemoratur *Jud. 7. 25. Jos. 10. 26.* Existimat quidem vir clarissimus, Hermannus vander Hardt, incolas hujus urbis Eliam aluisse, non corvos, quum lateret ad torrentem Crith, cui ego non

non assentio; & quamvis copiosissime de illa re dicere non constituerim, quia tamen in Geographia sacra versor, atque ea est mihi subjecta materies, quae inde contra viri ingeniosi sententiam deproml posse existimo, ab hoc loco non sunt allena. Hoc videlicet est, quod rupem p. Oreb, cujus mentio est *Jud. 7. 25.* eandem faciat ac Aorabi Hieronymi, & urbem Sippori, quum tamen haec tria loca diversa fuerint. Haec 914. ejus verba sunt. *Erat in regione Bethsanis urbs exigua, nomine Oreb (sita ad rupem celebrem* Jud. 7. 25.) *vel Aorabi, uti S. Hieronymus & auctores tabularum Geographicarum eam appellant, vel Harabin, uti Bertius: diu post appellata Zipporin, Sephorin, Sapphura, Sephoris, Sephet, quae nomina in historiis recentioribus magis nota.* Videndum itaque prius est, ubi sita fuerit Oreb *Jud. 7. 25.* memorata. Nihil liquet ex sacro codice, nisi Oreb & Zeeb duces Midianitarum caesos fuisse ab Israëlitis, Orebum quidem בצור עורב *in* vel *ad rupem Orebi* (id est ad rupem ita dictam, deinceps ab Orebi nece) & Zeeb ביקב זאב: capita autem Orebi & Zeeb delata fuisse ad Gideonem מעבר לירדן *ex regione trans Jordanem*, qui ipse postea Jordanem transiit *Jud. 8. 4.* Hinc colligitur illam rupem Orebi fuisse in regione trans Jordanem, & quum *rupis Orebi* tantum, non urbis, fiat mentio, non videtur mihi satis certum esse, Oreb urbem fuisse. At fuerit urbs, fuit trans Jordanem. Atqui locus Aorabi Hieronymo memoratus erat cis Jordanem. Videamus ipsa verba Eusebii & interpretis ejus Hieronymi de situ hujus loci, ut eadem opera planum fiat, quomodo factum sit, virum doctum confudisse hunc locum cum Sippori. Haec Eusebius. Ἀραυὰ πεδιὰς καλεῖται καὶ ἀνωτέρω. Ἔςι δὲ καὶ κώμη καλεμένη Ἀραυὰ ἐν ὁρίοις Διοκαισαρείας καὶ ἀπὸ τριῶν σημείων Σκυθοπόλεως ἄλλη πρὸς δυσμάς. Hieronymus ita. *Araba. Aquila planam, Symmachus campestrem, interpretatur. Porro est & alia villa Araba nomine in finibus Diocaesareae, quae olim Saphorine dicebatur & alia tribus millibus a Scythopoli contra occidentem.* Illa itaque Araba, quae est in finibus Diocaesareae est cis Jordanem, non trans. Diocaesarea enim urbs erat Galilaeae, nec unquam regio ejus se extendit ultra Jordanem. Praeterea non dicitur vicum Araba, sed Diocaesaream esse dictam Saphorinen. Nihil est certius, quam Sipporin, urbem in media Galilaea sitam, & aliquando ejus metropolin, dictam esse postea Diocaesaream. Et ne quis dicat, certum quidem id p. esse, sed Hieronymum fortassis credidisse, Araba & Diocaesaream esse urbes easdem, haec ejus verba sunt in proëm. ad Jonam. *Porro Geth in* 915. *secundo Saphorim miliario, quae hodie appellatur Diocaesarea, euntibus Tiberiadem haud grandis est viculas.* Adde quod Hieronymus, secundum mentem Cl. vander Hardt debuisset scripsisse, *quae olim* Araba *dicebatur*, non *quae olim Diocaesarea dicebatur:* nam utique Araba nomen esse antiquum debuit & recens Sapphorine, non vice versa, si Oreb *Jud. 7. 25.* idem fuit. Sed huic rei non immorabor, quum mihi videatur, certissimum esse, haec tria loca esse distincta. Quod si quis de Sippori dubitet, an non forte eadem fuerit ac Arava, quamvis nullum ejus opinionis fundamen-

damentum ſit, conferat inter ſe, quae de Araba ab Hieronymo dicuntur, vicum fuiſſe in finibus, Diocaeſareae: atqui Diocaeſarea erat ipſa Sipporis. Praeterea Sipporis erat urbs celebris, non vicus. Quod ſi vel maxime tempore Euſebii & Hieronymi fuerit vicus aliquis Araba dictus, non longe a Scythopoli, quum tot ſaecula effluxerint inter Eliam & Euſebium, & tot mutationes regio paſſa ſit ab Aſſyriis, Babyloniis & Romanis, quomodo certi erimus, illum vicum Arava tempore Eliae illic fuiſſe? Finge tamen fuiſſe; necdum demonſtratum eſt, a voce ערבה Ἀραυὰ formari gentile עֲרָב vel עֲרָבִים. E contrario quum Deus eidem huic prophetae per miniſterium angeli, ubi quoque latebat, cibum praebuerit *1. Reg. 19. 6.* & ערבים corvos ſignificare ſoleat in ſacro codice, non video, cur a ſenſu ſimplici & literali recedendum ſit, & cur ſacer ſcriptor, ſi incolas Arabae indicare voluit, uſus ſit voce ambigua, imo tali, quae ſemper corvos ſignificat in ſacro codice, quum aliis iiſdemque clarioribus vocibus uti potuerit. Quid, quod ſi ערבים, qui ei apportarunt panem & carnem, homines fuere, quidni, quum ex ſiccatus erat fluvius Crith, aquam ei quoque apportarunt? Hoc enim facile praeſtare potuiſſent. Sed, exſiccato fluvio, quum non haberet Elias, quod biberet, locum mutare debuit. Nec eſt, quod quis dicat, etiam per corvos aquam ei ſuppeditari potuiſſe. Fateor: ſed & Deus Eliam ſine ope ulla in vita conſervare potuit: verum hoc ei non placuiſſe patet ex eventu. Qui autem homines fuiſſe putant, qui bis
p. quotidie panem & carnem Eliae attulerint, non video, quid fingere poſ-
916. ſint, cur non & iidem aquam ei apportare potuerint. Ego quidem, uti opera prodigioſa fingi temere non debere confiteor, ita illa, ubi clare deſcripta exſtant, neganda aut labefactanda eſſe non exiſtimo. Sed antequam me alio conferam, notandam hoc quoque eſt, Cl. vander Hardt ſcribere, Hieronymum ſtatuere, hanc urbem eſſe terminum Judaeae orientem verſus. Illud quidem Hieronymus ſcribere non potuit, quum ipſe noverit, Judaeam ſe non extendere uſque ad alterutrum ex his vicis Araba dictis, quorum ille in finibus Diocaeſareae erat, adeoque in Galilaea non Judaea, a qua per intermediam Samaritin ſeparatus erat; hic vicinus Scythopoli, adeoque non in Judaea, & ne in confiniis quidem Judaeae, uti cuilibet patebit, qui totam terram Iſraëliticam cis Jordanem in Judaeam, Samariam, & Galilaeam diſpeſci conſueviſſe, animadvertet. Sed nec Hieronymus id ſcripſit, hanc urbem Aorabi eſſe terminum Judaeae. Scripſit illud de Adorabi. Eſt autem ea vox mendoſa, quod patet tum ex iis, quae de ea voce ipſe porro ſcribit, & quae Euſebius habet, cujus veſtigia ſequitur. Legendum eſt Acrabbim, עקרבים, non *Adorabi*. Inſpiciat modo aliquis Euſebium ad vocem Ἀκραββεὶμ & Hieronymum ad *Adorabi*, videbit, omnia eadem eſſe, quae & hic & ille de eo loco prodiderunt. Et quomodo vicus aliquis, qui ad occidentem Scythopolis erat, terminus orientalis Judaeae dici poteſt? Jorda-

Jordanes & lacus Aſphaltites fuere termini Judaeae orientales. Inter Judaeam & Scythopolin regio tribus Ephraim & Menaſſe, i. e. Samaritis regio, erat interjecta, quo minus Judaeam poſſet attingere, licet ipſa Scythopolis ad Menaſſen pertinuerit in Jiſſaſcar tamen ſita. *Joſ. 17. 11.*

ORNITHON.

Ita Plinius *lib. V. 19. Sarepta & Ornithon oppidum*, ac ſi in caſu recto eſſet, & non ὀρνίθων πόλις, *urbs avium*. Erat urbs ſita inter Tyrum & Sidonem, teſte Strabone. Forſan eſt eadem ac תרנגולא עילאה דלאה מן קיסרין *Tarnegola ſuperior, quae ſupra Caeſaream*: nam ſolent Gallum תרנגולא vocare Graeci ὄρνιθα. Ligtfootus *Centur. Chorograph. cap. 85.* p. 917. conjicit, eſſe תרנגולא urbem Γάβαρα Joſephi, quod גבר notet gallum. Meminit & Scylax. Vide ſupra *lib. II.*

ORMIZA.

Ὀρμίζα. Vicus, quo fugit exercitus Herodis, poſtquam cum Arabibus conflixiſſet. Joſephus *bell. I. 14.*

ORONAE.

Ὀρώναι. Nomen urbis Arabibus ereptae a Judaeis. Joſephus *Ant. XIV. 2.* eadem Ὀρώνα appellatur *Ant. XIII. 23.* ubi urbs Moabitica dicitur a Judaeis occupata. Videtur eſſe חרונים Choronaim, urbs Moabitica. *Jeſ. 15. 5.*

ORTON.

Chryſococcas in ſyntaxi Perſarum Palaeſtinam ita deſcribit per has urbes tres

ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ.			PALAESTINA.		
Ἀσκλὰν	νέ. κ'	λγ'	*Aſcalon*	55. 20.	33. 0.
Ἱερεσαλὴμ	νς'	λγ'	*Ferusalem*	56. 0.	33. 0.
Ὀρτὸν	νζ'	λβ'	*Orton*	57. 0.	32. 0.

Neſcio ſane, quam urbem Palaeſtinae deſignare voluerit per *Orton*.

ORUBA.

Ὀρυβα. Urbs, quam Judaei Arabibus eripuerunt. Joſephus *Antiquit. XIV. 2.*

OULATHA.

Ὀυλαθά. Urbs, quae, uti Paneas, inter Galilaeam & Trachonitin ſita eſt. Joſephus *Ant. XV. 13.*

PALAETYRUS.

p. 918. Παλαίτυρος & Τύρος duae urbes fuere vicinae. Sic Byblos & Palaebyblos, Paphos & Pelaepaphos Plinio V. 31. Scamander flumen & Palaescamander, Plinio V. 30. Anapus & Anapus παλαιὸς Vibio Sequestri, Σκέψις urbs & Παλαίσκεψις Straboni *lib. XIII.* Γάμβριον & Παλαιγάμβριον Xenophonti *lib. III. historiae Graecae pag. 481.* Μαγνήσια & Παλαιμαγνήσια memorantur.

Aberat a Tyro 30. stadia versus austrum, teste Strabone. Josephus *Antiquit. IX. 14.* scribit, illam a Tyriis ad Assyrios defecisse. Stephanus illam & Tyrum eandem facit. Τύρος· νῆσος ἐν Φοινίκῃ . . . . ἐκλήθη δὲ καὶ Παλαίτυρος. *Tyros . . . insula Phoenices. Appellatur quoque Palaetyrus.* Sed de hisce infra disquiremus ad vocem *Tyrus.*

PALANDRESIN.

פלנדרסין, Locus vel portus, unde navem solverunt R. Gamaliel & alii. Forsitan פרנדסין, quod alii codices habent, est melius. Eruvin. IV. 1.

PANEAS.

Eadem, quae Caesarea Philippi. Sozomenus *Hist. V. 21.* ἐν Καισαρείᾳ τῆς Φιλίππε, Φοίνισσα δὲ αὕτη πόλις, ἣν Πανεάδα ὀνομάζεσιν. *Caesarea Philippi, quae Phoenices urbs est, quam Paneada appellant.* Paneas autem nomen est, quo Phoenices eam nuncupant. Eusebius *Histor. VII. 16.* ἐπὶ τῆς Φιλίππε Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύεσι, *Caesareae Philippi, quam Phoenices Paneada vocant.* פמייס Rabbinis & קיסרין *Caesarea* quoque, ni fallor, in Misna Oholoth, *cap. XVIII. m. 9.* ר' חלפתא קיסריון in Midras Schir Hasschirim *fol. 28. 2.* commemoratur, & ר' חנינא דקסרין in Midras Schir Hasschirim. 6. 4. Nomen habet urbs quod Gentes Panis simulacrum ibi posuerint, si credimus Philostorgio *Hist. VII. 3.* Ἡ μὲν τοί γε Πανεὰς Δὰν ἐπωνομάζετο τὸ παλαίτατον, τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τε παιδὸς τε Ἰακὼβ Δὰν ἑλκυσαμένη, τε φυλάρχε τῶν ταύτῃ
p. οἰκέντων τότε· εἶτα δὲ Καισάρεια ἡ Φιλίππε ἐπεκέκλητο· Τῶν δὲ Ἑλληνιςῶν Πα-
919. νὸς ξόανον αὐτῇ καθιδρυσάντων, εἰς τὴν τῆς Πανεάδος ἐπωνυμίαν μετέβαλεν. *Paneas quidem olim Dan nuncupabatur de nomine Dan filii Jacobi, qui princeps fuit tribus, quae tunc in hac regione sedes habuit. Deinde Caesarea Philippi nominata est: sed quum gentes Panis simulacrum ibi constituissent, nomen Paneadis sortita est.* Falsum est, inde urbem dictam Paneada, uti liquet ex Josepho, quum a monte Paneo nomen acceperit; nec id nomen recentius est nomine Caesareae, uti ex verbis Philostorgii posset colligi, sed antiquius, quod etiam ex Josepho perspicuum est: quamvis postea quoque Paneas dicta fuerit, uti apud Theodoretum *quaest. 110.* in Genes. Τὴν Λαΐσαν τὴν Πανεάδα καλεμένην. Ita quoque *quaest. 26. in lib. Judicum* & apud Epiphanium *lib. I. adv. haereses pag. 142.* Paneade oriri unum e fonti-

fontibus Jordanis idem Philostorgius tradit, & alterum 160. inde stadiis esse remotum. Vide fragmenta *pag. 541.*

In expositione Andronici senioris, subjuncta editioni regiae Codini Curopalatae, dicitur eo tempore haec urbs appellata Tonopyrgos. Καισάρεια Φιλίππε ἡ Τονόπυργος· ἡ αὕτη ἡ Παναιὰς ἀπὸ τε ἐκεῖ ὄρος Παναίε. *Caesarea Philippi nunc Tonopyrgos, eadem quae Paneas a monte Paneo dicta est.* Videtur Τονόπυργος conflatum ex antiquo nomine Δὰν & Πύργος. Postquam enim Turcae Palaestina potiti sunt, plura nomina urbium antiqua iis reddita sunt, ut Acco, Lydda &c. Sed non erat Dan eadem ac Caesarea, verum ei vicina, si Hieronymum audimus. Παναιὰς autem est idem, quod Πανεὰς, nam Graeci recentiores αὶ ut ἒ pronunciant. Sic καὶ, κε &c. Ipse audivi plus semel Graecos & Aegyptos Graeca lingua utentes, ita loquentes, quum mecum confabulabantur.

Vulgari appellatione *Belinas* dicitur. Guilielmus Tyrius *Hist. XV. 9.* Unde emenda Eugesippum scribentem, *Paneas id est Helymas.* Lege *Belinas.* In itinerario Benjaminis legitur בלינוס היא דן *Belinos haec est Dan.* Idem Gulielmus scribit ad orientem ejus sylvam fuisse: & inter urbem & sylvam locum Cohagar, ubi Ainardus eam urbem obsidens castra metabatur. Ad occidentem erant campestria.

Nomen illud urbis *Belinas* videtur ortum ex affinitate ductuum li- p.
terarum Arabicarum in بانياس & بلينس i. e. *Baneas* (P. enim li- 920.
teram Arabes non habent) & *Belinas.* Scherif Ibn Idris etiam scripsisse videtur *Belinas*, nam Romae, ubi typis Mediceis prodiit, hoc modo sine punctis diacriticis nomen urbis inter alias urbes Palaestinae & Phoenibes editum est بلس quod Sionita reddit *Banias*, id est *Paneas.* Ne quid tamen dissimulemus, videtur potius urbs alia latere sub hac voce, quam Paneas. Interponitur enim a Scherif Ibn Idris haec urbs inter *Antaradum* انطرطوس & *Laodiceam* اللاذقية. Constat autem inter Antaradum & Laodiceam sitam fuisse urbem Balaneam, Βαλαναίαν. Quumque in serie urbium maritimarum Joppes, Caesareae, Acconis, Tyri, Beryti, Gabalae, Tripolis aliarumque legatur, non possumus non arbitrari, urbem Balaneam, non Paneada, eo nomine indicari. Quamvis ignaro vulgo locus quidam *Baneas* etiam hodie appelletur, ubi olim fuit Balanea. Vide Maundrellum in itinerario.

بانياس *Banias* dicitur Abulfedae in geographia manuscripta, qui notat, illam iter diei unius & dimidii abesse Damasco; & ex scriptore العزيزي situm ejus ita describit, quibus confirmantur, quae de Chermone, sive monte nivis, ei imminente supra notavimus ومدينة بانياس في لحف جبل الثلج وهو مطل عليه والثلج على راسه كالعمامة لا يعدم منه صيفا ولا شتا *Sita est Banias ad radicem montis nivis, & hic urbi ipsi imminet. Nives verticem illius montis circumdant instar cidaris, eaque nec aestate nec hyeme minuuntur.*

Per-

Persuasum fuit quibusdam, nomen hujus urbis Φάνεα in Nummis scribi, in quibus legitur ΦΑΝΕΑC ΠΟΛΕΩC. CTP. ΠΑΛ. quibus recte se opponit Cellarius, addens tamen: *adhuc vero reperire non potuimus, ubi Phanea Palaestinae sita fuerit.* Sed necesse non est, ut Phanea quaedam in Palaestina quaeratur: illi nummi agunt non de Phanea quadam, sed Flavia Neapoli, quae Sichem est, & legendae sunt ΦΛ. ΝΕΑC. ΠΟΛΕΩC. CTP. ΠΑΛ. i. e. *Flaviae Neapolis Syriae Palaestinae.* Id liquet ex collatione aliorum nummorum Flaviae Neapolis, de quibus vide infra.

p. Samaritanus Pentateuchi interpres vocem Dan *Gen. 14. 14.* alibi
921. reddit per פניאס *Paneas*, uti & Arabs بانياس *Banias*; non enim P. literam Arabes habent. Sed hic non tantae est antiquitatis vel auctoritatis. Verum Dan & Paneada distinguit Eusebius, uti loca vicina in Onomastico ad vocem Βηθσαμαιέ· ἐπὶ τὴν Δὰν τὴν πλησίον Πανεάδος, & ad vocem Δὰν scribit, eam esse vicum in quarto a Paneade miliario Tyrum versus. Atque ita etiam Hebraei Dan & Caesaream distinguunt, Dan nuncupantes דן דקיסרין. Vide supra ad vocem *Dan.* Stephanus distinguit male Paneadem & Caesaream: est enim eadem. Sic ille, Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας ἡ πρὶν Ἐυσέβεια, καὶ Μάζακα, ὡς Στράβων. Ἔςι καὶ Παλαιςίνης, καὶ τρίτη πρὸς τῇ Πανεάδι. *Caesarea metropolis Cappadociae, ante Eusebia & Mazaca nuncupata, ut Strabo. Est & Palaestinae altera, & tertia ad Paneadem.* Idem ad vocem *Paneas.* Πανεάς, πολίχνιον Φοινίκης. *Paneas oppidulum Phoenices.* Et Πανία . . . . ἔςι δὲ Πάνιον σπήλαιον Παλαιςίνης ἀφ' ἓ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης. *Pania . . . . Est autem Panion specus Palaestinae, e qua effluit Jordanes fluvius.*

Hieronymus in Onomastico ad vocem Aermon scribit *Hebraeum, quo praelegente scripturas didicit, affirmare montem Aermon* (הרמון) *Paneadi imminere, quem quondam tenuere Hevaei & Amorrhaei: de quo nunc aestivae nives Tyrum ob delicias feruntur.* Et mox pergit ex Eusebio vertens: *dicitur esse in vertice ejus* (*montis*) *insigne templum* (Eusebius autem non dixit, ibi esse ἱερὸν Templum, sed montem ὡς ἱερὸν τιμᾶσθαι, uti sacrum in honore esse Gentibus) *quod ab Ethnicis cultui habetur e regione Paneadis & Libani.* Hoc est ὄρος Πάνειον.

Josephus *Antiquit. V. 2.* tradit, a Sidone Paneada abfuisse iter unius diei. *Antiquit. XV. 13.* scribit, urbem Paneada inter Galilaeam & Trachonitin sitam fuisse. Videtur ergo Gaulonitidi, non Galilaeae, tribuenda, quoniam *Antiquit. XVIII. 3.* dicitur a Philippo dicta esse Caesarea: verum Philippus tetrarcha fuit Gaulonitidis, non Galilaeae, quae Antipae paruit. Vide *Antiquit. XVII. 13.* Postea fuit appellata Neronias, uti Josephus narrat *Antiquit. XX. 8.* Idem meminit Πανίε, quae spelunca est in
p. monte, sub qua spelunca oriuntur fontes Jordanis ἀνατέλλεσιν αἱ πηγαὶ
922. τοῦ Ἰορδάνε, *Antiquit. XV. 13.* Ita tamen loquitur ex opinione vulgi non sua, nisi illud ἀνατέλλεσιν de conspicua fluvii origine malis interpretari: nam

nam *lib. I. de bell. c. 16.* ostendit, verum fontem Jordanis esse lacum Phialam, 120. stadiis hinc remotum.

Videtur apud Josephum alicubi Πανεὰς, non pro nomine urbis, sed regionis accipi. Et ita apud Epiphanium *l. 1. adv. haer. p. 40.* Ναβατέας καὶ Πανεάδος τὸ πλεῖςον Μωαβιτιδός τε καὶ Κωχάβων. Potest tamen pro urbe etiam accipi.

Statuam Christi a muliere sanguinis profluvium passa & sanata collocatam fuisse Paneade multi narrant. Julianus Imperator eam fregit. Glycas annal. *part. IV. pag. 253.* appellat eam τὸν τοῦ Χρις̃ὲ χαλκῆν ἀνδριάντα τὸν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Φιλίππε τῇ νῦν Πανέαδι, ὃν ἡ αἱμορῤῥοῦσα ἤγειρεν. Historiam statuae hujus a Juliano dirutae ita narrat Theophanes in Chronographia *pag. 41.* Ἐν Καισαρείᾳ τῇ Φιλίππε, τῇ νῦν Πανεάδι, ὅθεν κατήγετο ἡ αἱμορῤῥοῦς, ἀνδριὰς ἵςατο πρὸ τοῦ οἴκε αὐτῆς τοῦ Κυρίε ἡμῶν καὶ θεοῦ Ἰησε Χρις̃ὲ, ὃν ἐθνικῶ ἔθει εὐχαρις̃ήριον ἀνέςησεν. Τοῦτον κατενεχθῆναι προσέταξεν ὁ δυσσεβὴς Ἰελιανὸς, ὁ καὶ γέγονεν. Κατ' ἐμπαιγμὸν δηθὲν συράντων τῶν Ἑλλήνων τὸν ἀνδριάντα καὶ ἀντ' αὐτοῦ ξόανον ὀνόματι Ἰελιανοῦ ς̃ησάντων. Τοῦτο δὲ λαβόντες Χρις̃ιανοὶ τὸν ἀνδριάντα εἰς ἐκκλησίαν ἀπέθεντο· τὸ δὲ τοῦ παραβάτε ξόανον κατελθὸν πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατέφλεξεν. Βοτάνη δὲ ἐφύετο ὑπὸ τὴν βάσιν τοῦ ἀνδριάντος πάσης νόσε ἀλεξητήριος, ἥτις καὶ πρὸς φθόνον ἐκίνησε τὸν ἀποςάτην Ἰελιανὸν καταςρέψαι τοῦ κυρίε ἀνδριάντα. *Caesareae Philippi, quae nunc Paneas dicitur, unde erat mulier fluxu sanguinis laborans, statuam Domini & Dei nostri Jesu Christi ante aedes suas erexerat, gentium mores secuta, in memoriam accepti beneficii. Illam dejici impius Julianus jussit, quod factum est: gentibus cum ludibrio illam imaginem trahentibus & simulacro Juliani in ejus locum collocato. Christiani vero illam imaginem Christi in Ecclesia reposuerunt, & nefarii hominis statuam ignis coelo missus consumsit. Infra imaginis basin herba quaedam enata erat morborum omnium praesentissimum remedium, quae ad evertendam Domini nostri statuam Julianum Apostatam incitavit.*

PAPHTA.

p. פפתא urbs, vicusve, distans ab urbe Tzippori מהלך תלתא מילין
923. *trium miliarium iter*, uti in Gemara Hier. Beracoth legitur, ubi sonus vestium laceratarum a Tzipporiensibus, audita morte R. Judae, eo usque dicitur propagatus fuisse. Dubitari tamen potest, an haec sit vera hujus nominis scriptio, quia in Midrasch Coheleth *fol. 108. col. 5.* ubi eadem historia narratur legitur עד גופתתא *usque ad Gopatata*, & Judaei certe istud גו vel לגו non habent pro voce singulari, sed initio vocis, quae nomen loci continet, גופפתא. Vide, quae ad vocem *Gopatata.*

* PARA.

פָּרָה, Urbs in ttribu Benjamin. *Jos. 18. 23.*

PARIA.

Oppidum est & insula prope Joppen in mari magno sita. Meminit Plinius *lib. V. cap. 31.* . *In Phoenicio deinde mari est ante Joppen Paria, tota oppidum,*

pidum, in qua objectam belluae Andromodam ferunt. Idem *lib. VI. c. 29.* huc respicit. *Syriae imperitasse Aethiopiam utroque litore aetate regis Cephei patet Andromedae fabulis.* Vide plura ad vocem *Joppe.* Non extat hodie, quod sciam, haec insula; sed tamen rupes quaedam eminent in mari haud longe a Joppe, e quibus vulgo Petrum fuisse piscatum narrant. Has ego Pariae insulae partes fuisse crediderim. Forsitan fuerunt olim plures insulae ad litora Palaestinae. Tyrus certe fuit, postea continenti juncta, uti notum est. In Targum Hierosolymitano respectus videtur fieri ad has insulas *Num. 34. 6.* וגבול ים רבא הוא אוקינוס ניסי *& terminus mare magnum est, Oceanus nempe, & insulae ejus.*

PAREMBOLAE.

p. 924. Hoc nomine appellat urbem מחניים in regione trans Jordanem Josephus *Antiquit. VII. 9.* Confer *2. Sam. 17. 24.* Interfuit Concilio Ephesino Πέτρος ἐπίσκοπος Παρεμβολῆς, vel Παρεμβολῶν, utroque enim nomine ibi appellatur. Vox Παρεμβολὴ pro στρατόπεδον ex usu Macedonum profluxit. Ita Phrynichus *in eclog. p. 68.*

PAS DAMMIM.

פַּס דַּמִּים, *1. Chron. 11. 13.* Conjectura ducimur ad suspicandum, idem esse ac Ephes Dammim *1. Sam. 17. 1.* In Midrasch Ruth *fol. 48. col. 2.* ita dictum locum ferunt שמשם פסקו דמים.

PELLA.

Pellam urbem Decapolis, & aquis divitem esse scribit Plinius *l. V. cap. 18.* Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Πέλλα .... πόλις κοίλης Συρίας. *Pella .... urbs Cavae Syriae.* Meminit inter alios hujus urbis Polybius *lib. V. Histor.* ubi narrat, Antiochum capta Philoteria ad lacum, quem Jordanes influit (i. e. Tiberiadis) cepisse Πέλλαν, Καμὲν καὶ Γεφρῆν. Deinde Abila, Gadara & Rabbathammana. Sita fuit in Decapoli prope Batanaeam & Basanitin, uti scribit Epiphanius *lib. I.* adversus haereses *pag. 126.*

Pella terminus erat Peraeae ad septentrionem, uti regio Moabitis terminus ejus erat ad meridiem. Josephus *de bell. III. 2.* Ergo necesse est, ut alia plane sit Πέλλα, urbs Moabitica, cujus Josephus meminit *Antiquit. XIII. 23.* Diruta est a Judaeis, quod incolae recusarent, ritus Judaïcos recipere, *Antiquit. XIII. 23. Lib. II. de bell. cap. 19.* jungit Gerasa, Pellam & Scythopolin. Est etiam Πέλλη *lib. III. de bell. c. 2.* una ex toparchiis Judaeae, *Lydda, Emmaus, Pella, Idumaea, Engaddi.*

Inter Pellam & Gerasam erat Jabes, teste Eusebio ad vocem Ἀρβώθ, 6. miliar. a Pella. Erat & Arbela quaedam in ditione Pellae, teste eodem.

Christiani omnes divinitus moniti eo fugerant ex urbe Hierosolymitana, paulo ante obsidionem urbis. Rem narrat Eusebius historiarum, *lib. III. c. 5.* vocatque πόλιν Περαίας. Epiphanius quoque in libro de mensuris & ponderibus *pag. 171.* hujus rei meminit, tradens discipulos, qui Hierosolymis erant, ab Angelo monitos paulo ante urbis excidium confugisse Pellam, urbem in Decapoli sitam πέραν τοῦ Ἰορδάνου, & post excidium urbis rediisse Hierosolymas. p. 925.

PENTACOMIA.

Πεντακωμία. Inter urbes vicosve Palaestinae tertiae recensetur in Notitiis veteribus Ecclesiasticis. Extat etiam Πεντακωμία quaedam inter sedes episcopales Arabiae. Vide supra *pag. 218.* Affinia nomina sunt Ἑξακωμία, & Τρικωμία, quae ibidem leguntur.

PENUEL.

פְּנוּאֵל, Locus trans Jordanem, ubi postea urbs condita est a tribu Gad *Jud. 8. 8.* Confer Peniel. *Gen. 32. 30.*

PERECHO.

Περεκχώ. Sita in Galilaea. Josephus *lib. II. de bell. cap. 25.* Quum hunc locum confero cum eo, qui extat in vita Josephi *pag. 1013.* videtur hoc nomen corruptum & natum ex vocibus.

ΚΑΠΕΡΑΚΧΩ i. e. כפרעכו vel
ΚΑΦΑΡΑΘ ΚΩΜΩCΩΓΑΝΑ

Hinc illud.

ΚΑΙΠΕΡΕΚ ΧΩ . . . .

Eodem modo in Chronico, quod Alexandrinum vel Paschale nuncupant, ad annum V. C. 842. legitur

ΚΑΙ ΠΕΡCΑΒΙΝΗΝ
pro
ΚΑΠΕΡCΑΒΙΝΗΝ.

Josephus enim eum locum Καφαρσάβαν vocat. Nempe Καπὲρ, uti in voce Καπερναούμ, est idem quod כפר Καφὰρ *vicus.* Verba, quae loco citato *lib. II.* de bello Judaico leguntur, ita exhibet codex Josephi Latinus (unde liquet, quomodo ille in Graeco contextu legerit) qui manu exaratus est in bibliotheca nostra publica, *Jotapata & Bersabee & Seloim, nec noon & Capherecho & Jafac & Sicophet & montem, cui nomen est Itaberio & Tharice & Tyberiada.* Moxque . . . . *Achabaron & petram, quae sic dicititur & Jamne & Mero.* Ita quoque legitur in antiquissima editione Josepphi ejusdem bibliothecae, nisi quod *Sicophec* ibi scriptum sit pro *Sicophhet*, proclivi mutatione *c* in *t*, in scriptura illius aetatis. Nota illic *Caapherecho* clare legi, quod est כפר עכו. p. 926.

PETRA.

Notum eſt, urbem hanc olim Arabiae tributam fuiſſe & ipſam inde nomen tuliſſe partem illius regionis Petraeam dictam. Quod niſi Palaeſtinae poſtea fuiſſet addita, indictam illam in hoc opere praeteriiſſemus: ſed quum Palaeſtinae tertiae metropolis fuerit, omnino hic locum habere debet. Appellatur etiam urbs Palaeſtinae in notitiis veteribus eccleſiaſticis, quas vide ſupra *lib. I. cap. XXXVI.* Ita & Stephanus. Πέτρα, πόλις νῦν τῆς τρίτης Παλαιςίνης. *Petra, urbs nunc Palaeſtinae tertiae.* Suidas. Πέτρα, πόλις τῆς Παλαιςίνης. *Petra, urbs Palaeſtinae.* Atque ita in Onomaſtico Euſebii ad voces Κάδδης βαρνὴ legitur Πέτρα πόλει τῆς Παλαιςίνης, quod quidem mutandum eſſe in Ἀραβίας exiſtimat in notis ſuis ad hunc locum ſcribens, vir clariſſimus, Johannes Clericus, *conſtat Petram fuiſſe non Palaeſtinae, ſed Arabiae urbem. Vide vocem Petra ſuo loco. Itaque hoc fuerit mendum oſcitantis librarii, notior enim fuit haec urbs, quam ut ſitus ejus Euſebio ignotus eſſet. Scripſerit ergo* Ἀραβίας, *ut legiſſe videtur Hieronymus.* Confer cum hiſce, quae idem commentatur ad vocem Ἀιλὰμ, ubi Aila ſita ad ſinum Arabicum deſcribitur. Ἐν ἐσχάτοις, *hoc eſt in extremitate terrarum, ad mare; non* in finibus Palaeſtinae, *ut habet Hieronymus, nam Palaeſtina nunquam eo uſque porrecta fuit. Peccatum eſt, ut videtur,* ἀπροσεξίας. Ita quoque fere Bonfrerius: *illud mirum, quomodo Ailam Hieronymus ponat in extremis finibus Palaeſtinae: ſatis enim conſtat, eam ad Palaeſtinam nihil pertinuiſſe & ab ea ſatis procul abfuiſſe deſerto interjecto. Crediderim, ab Hieronymo ſcriptum* in extremis finibus Idumaeae. Ego autem in Euſebio aut Hieronymo nihil eſſe mutandum cenſeo, & recte eos ſcripſiſſe Petram & Ailam fuiſſe urbes Palaeſtinae. Palaeſtina aetate Euſebii & Hieronymi uſque ad ſinum Arabicum fuit porrecta. In ipſo concilio Niceno primo, cui interfuit Euſebius, Aila inter urbes Palaeſtinae recenſetur. Petra urbs Palaeſtinae nuncupatur ab Euſebio etiam alibi in Onomaſtico ad vocem Ἀρκὲμ, ubi legitur Πέτρα πόλις ἐπίσημος τῆς Παλαιςίνης, *Petra urbs clara Palaeſtinae.* Fateor, ipſe Euſebius Petram vocat urbem Arabiae ad vocem Πέτρα. Verum ita & Suidas ad vocem Θεὸς Ἄρης, ἐν Πέτρᾳ τῆς Ἀραβίας cultum fuiſſe Martis ſimulacrum tradit, quum ipſe alibi, ut vidimus, urbem illam Palaeſtinae nuncupet. Quumque Gentes & Chriſtiani ipſi vetus nomen Arabiae tribuerent, nonnunquam illi regioni, in qua Petra fuit, etiam poſtquam Palaeſtinae tertiae facta eſt, metropolis in diviſione eccleſiaſtica, quidni liberum fuit Euſebio & Hieronymo, eam modo Arabiae, modo Palaeſtinae, urbem appellare? Ita ſcribunt Euſebius & Hieronymus in Onomaſtico, Jordanem dividere Judaeam ab Arabia, & alibi tamen urbes non in Judaea, ſed ab altera ripa Jordanis ſitas nequaquam Arabiae, ſed Palaeſtinae urbes nuncupant aut Peraeae, ſic ut eandem regionem modo Peraeam, modo Arabiam nuncupent. Sic Euſebius Geraſam urbem vocat Peraeae ad vocem Ἀργὸβ, idem eandem urbem Arabiae ad vocem Ἠγαννί. Praeterea ex Hieronymo nil certi colligas, quid ille in Euſebio legerit, (tantum abeſt Graecum contextum Euſebio ob illum corrigi oportere) adeo multa mutat, aut addit de ſuo, ut paraphraſten ſaepe magis quam interpretem agat.

p. 927.

Petram eſſe Palaeſtinae diſtinctam a Petra Arabiae vel Nabataeorum, quorum teſte Strabone fuit metropolis (quae tamen poſtea Palaeſtinae tertiae metropolis fuit) perſuaſum eſt nonnullis, propter verba Athanaſii, qui in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes *pag. 635.* haec habet. Καὶ Ἄρειον μὲν καὶ Ἀρέριον τὸν μὲν ἀπὸ Πετρῶν τῆς Παλαιςίνης, τὸν δὲ ἀπὸ τῆς Ἀραβίας ἐπισκόπους τοὺς ἀποπηδήσαντας ἀπ' αὐτῶν. *Et Arium quidem & Aſterium, illum Petrarum Palaeſtinae, hunc ex Arabia, epiſcopos, qui ab ipſis deſciverant.* Fateor, in hoc loco non memorari duas Petras, ſed aliunde liquet, Aſterium epiſcopum fuiſſe Petrae urbis Arabiae: nam in epiſtola ad Antiochenſes Athanaſio appellatur Ἀρέριος Πετρῶν τῆς Ἀραβίας, *Aſterius Petrarum Arabiae epiſcopus.* Alibi uti in apologia ſecunda horum meminit hoc modo Μακαρίου ἀπὸ Παλαιςίνης καὶ Ἀρεριου ἀπὸ Ἀραβίας, *Macarii ex Palaeſtina & Aſterii ex Arabia.* Ubi nota Macarium dici, qui ante Arius dicebatur: adeoque quum hoc nomen corruptum ſit, etiam in voce Πετρῶν mendum ſuſpicari licet. Certe mirum eſſet, ſi in Palaeſtina urbs Petra fuiſſet epiſcopatu inſignis & diſtincta a Petra Arabiae, nullam plane ejus mentionem in tot ſubſcriptionibus conciliorum fieri, aut in notitiis veteribus eccleſiaſticis, ſcriptiſve Euſebii, Hieronymi, aliorumque, qui Athanaſii temporibus proximi fuere. Adeoque unicum hunc locum Athanaſi non arbitror ſufficere, ut ſtatuamus, Petram aliquam ab illa notiſſima urbe Arabiae, vel metropoli Palaeſtinae tertiae (quae eadem eſt) diſtinctam. Crediderim, illud Πετρῶν loco ſuo motum, & legendum τὸν μὲν ἀπὸ τῆς Παλαιςίνης, τὸν δὲ ἀπὸ Πετρῶν τῆς Ἀραβίας vel τὸν μὲν ἀπὸ τῆς Παλαιςίνης, τὸν δὲ ἀπὸ τῆς Ἀραβίας, (uti in *Apolog. II. pag. 595.*) omiſſa mentione urbis: quorſum enim unum ab urbe denominaſſet, & alterum non; maxime quum alibi ſcripſerat, Aſterium eſſe Πετρῶν τῆς Ἀραβίας; Utique hoc loco debuiſſet, vitandae confuſionis gratia, addidiſſe, Aſterium alterius Petrae in Arabia ſitae epiſcopum fuiſſe. Sed opinor, aliquem ad marginem appoſuiſſe Πετρῶν, quum legiſſet apud Athanaſium, Aſterium epiſcopum fuiſſe Πετρῶν, ut jungeretur cum τῆς Ἀραβίας, & alium id junxiſſe cum τῆς Παλαιςίνης: quod eo facilius fieri potuit, quod Petra ſequentibus ſaeculis Palaeſtinae tertiae metropolis fuerit. Adde apud Hilarium in fragmento operis hiſtor. *pag. 188.* appellari eoſdem *Arium ex Palaeſtina & Stephanum de Arabia.* Pro Stephanum legi debere *Aſterium* certum eſt. Sic ibidem *pag. 1293. Arius a Palaeſtina, Aſturus ab Arabia.* Petrae nulla hic mentio, nedum duarum.

p. 928.

Petrae ſitus ut diſtinctius cognoſcatur, notandum ab Aila, vel Elath, portu ſinus Arabici, abfuiſſe tantum decem miliaria Romana, ſi credi-

p. 929.

credimus Eusebio. Vicinam certe Petram Ailae fuisse etiam ex eo colligimus, quod Hieronymus (verba ejus supra *pag. 72.* dedimus) Idumaeorum regionem ab una parte Eleutheropoli, ab altera Petra & Aila, terminet. Unde in mappis nostris spatium terrae inter sinum Arabicum & lacum Asphaltiten multo est angustius, quam in aliis mapp's Geographicis. A lacu autem Asphaltite remota fuit Petra stadiis 300. uti liquet ex Diodoro Siculo, *Lib. XIX. 108.* Sed tamen incertum manet, an ad orientem, an vero ad austrum lacus sita fuerit. Videtur ad orientem, vel certe inter orientem & austrum, collocanda, quia Josephus *lib. V. cap. 4. de bello Jud.* scribit, montem, cingentem τὸ μέγα Πεδίον ab oriente, protendi a Juliade usque ad Somorram in finibus Petrae. Praeterea ducimur huc a Strabone *lib. XVI.* tradente a Petra, metropoli Nabataeorum (ita hanc appellat) usque ad Jerichuntem brevissimum iter esse trium dierum aut quatuor. Quia ad situm Petrae declarandum urbem Jerichunta eligit Strabo, videtur illa inter urbes Judaeae celebres proxima Petrae fuisse. Quod si versus occidentem lacus Asphaltitis aut etiam recto ductu ad austrum lacus sita fuisset, dixisset, eam ab Hierosolymis, vel Gaza, aliisque urbibus vicinis disjunctam fuisse per tot vel tot stadia. Sed quum a Jerichunte ejus situm suspendat, tuto creditur illam inter urbes celebres Judaïcas Petrae proximam fuisse. Praeterea non plane negligenda sunt, quae Strabo addit de itineribus trium aut 4. dierum intervallo, quod intercedit inter Hierichuntem & Petram; hinc enim patet, non ad orientem recta via Petram remotam fuisse a lacu Asphaltite, sed ita, ut ad austrum. Nam extremitas australis lacus Asphaltitis aberat Jerichunte praeter propter sexcenta stadia. Trium vero dierum iter est stadiorum sexcentorum & quadraginta, quatuor autem dierum stadiorum octingentorum & quinquaginta, si sequamur rationes Procopii Caesareensis, qui iter unius
p. 930. diei tradit esse stadiorum ducentorum & decem. Atque adeo colligimus, Petram ab Hierichunte remotiorem fuisse extremitate australi lacus asphaltitis.

Faciunt etiam ad situm Petrae nomina haec & situs locorum vicinorum, ex Eusebio omnia collecta excepto nomine ultimo Somorrae. *Theman 5.* millibus abest a Petra, & illic praesidium erat Romanorum. Ita Eusebius ad vocem Θαιμάν. Mons *Hor*, in quo mortuus est Aharon, erat juxta urbem Petram. Eusebius ad vocem Ὤρ. *Carcaria*, arx unius dici iter a Petra abest. Euseb. ad vocem Κάρκα. Decem miliaribus a Petra ostenditur *Beeroth bene Jaacan* mansio Israëlitarum in solitudine. Vide Eusebium in Onom. ad vocem Βηρώθ. Quod si vere ibi haec mansio fuerit, aliquid certi in eremo circa has mansiones haberemus. *Gai* (עי) Gaia, urbs est juxta urbem Petram. Eusebius ad vocem Γαί. Idem ad vocem Ἠλάθ (haec est Aila) scribit, esse regionem Principum Edom & urbem Esau, in decimo miliario a Petra contra orientem. Regio

gio circa urbem hanc, ἡ ἀμφὶ τὴν Πέτραν, *Gebalene* appellata fuit, & antea Idumaea. Vide Eusebii Onomasticon ad vocem Ἰδουμαία. Μάβσαρα fuit etiam vicus grandis ad urbem Petram pertinens. Eusebius ad vocem Μάσαρις. Est & Σομόῤῥα nomen loci in finibus Petrae, quo usque a Juliade mons longus protenditur, ad cujus occasum est μέγα Πεδίον. Josephus *de bell. V. 4.* Βάκρα legit Rufinus pro Σομόῤῥα, sic ut incerta fit lectio.

Dioscorides urbem hanc τὴν κατὰ Ἰουδαίαν Πέτραν vocat, & illic myrobalanum nasci scribit. Strabo *lib. XVI.* eam describit, sitam in regione plana, & hortis fontibusque instructam, cinctam tamen rupibus undequaque. Ultra quas deserta sunt maximam partem praecipue Judaeam versus, ad cujus urbem Jerichunta trium quatuorve dierum iter est, ad φοινικῶνα vero sive palmetum quinque. Id palmetum sinui Arabico adjacet & distinguendum est a Phoenicone sive palmeto Jerichuntino, cujus ante Strabo meminerat. Idem ante meminit insulae phocarum in Sinu Arabico sitae & ita pergit πλησίον δ' αὐτῆς ἀκρωτήριον, ὃ διατείνει πρὸς τὴν Πέτραν τὴν τῶν Ναβαταίων καλουμένων Ἀραβῶν καὶ τὴν Παλαιστίνην χώραν, εἰς ἣν Μινναῖοί τε καὶ Γερραῖοι καὶ πάντες οἱ πλησιόχωροι τῶν ἀρωμάτων φορτία κομίζουσιν. *Prope illam promontorium est, quod protenditur versus Petram, Nabataeorum Arabum, & regionem Palaestinam, ad quam Minaei, Gerraei, & omnes vicini aromata convehunt.* Id promontorium videtur non longe esse ab Aelana, nam eodem libro tradit ex Eratosthene Elanis Minaeam usque esse 70. dierum iter, ut pateat Minaeos ad portum hunc appellere solere. Et non longe etiam hoc ab isto palmeto est, a quo Petram 5. dierum itinere removet Strabo, nam Diodorus Siculus *lib. III. cap. 42.* horum ita meminit, primo palmeti ad litus siti: dein, ait, palmetum hoc praetervectus insulam phocarum offendit: & praetentum huic insulae promontorium respicit Petram Arabiae & Palaestinam, in quam thus aliaque aromata Minnaei & Gerraei deferunt. Ulterius progressos sinus Elanites excipit, multis Arabum Nabataeorum pagis frequentatus. p. 935.

Petra erat Arabiae metropolis, quo spectant Nummi, in quibus ΑΔΡΙΑΝΗ ΠΕΤΡΑ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ legitur: nam & Hadriana dicta est, imperante Trajano a Palma praefecto Syriae Romanis subjecta, teste Dione *l. 68.* His si aera inscripta sit, caput ejus ducitur ab anno Christi 105. Ita Chronicon Alexandrinum. Teste Josepho olim Ἄρκη dicta est *Antiq. IV. 4.* sed *Antiq. IV. 7.* legitur eam Ἀρεκέμη appellatam de nomine Ῥεκέμ. Adeoque illud Ἄκρη videtur male scribi pro Ἀρεκέμη. Eusebius legit hanc vvocem apud Josephum Ἀρκὲμ, ita enim scribit in Onomastico locorum, Ἀρκὲμ κατὰ Ἰώσεππον αὕτη ἐστὶ Πέτρα πόλις ἐπίσημος τῆς Παλαιστίνης. HHieronymus. *Arcem. Refert Josephus hanc esse Petram urbem nobilem Palaestinae.* Josephus, quia pars regionis olim Arabia dicebatur, Petram A Arabiae tribuit, uti *Antiq. XIV. 2.* ubi regiam Aretae, qui rex

rex Arabum erat Petrae fuisse tradit, (quod & Procopius *lib. I.* de bello Persico *cap. 19.* narrat) & *lib. 1. de bell. c. 11.* ubi ἡ Ἀραβικὴ Πέτρα audit. *Lib. V. de bell. cap. 4.* scribit, in finibus Petrae esse Somorra, quo usque mons longus a Juliade & lacu Tiberiadis protenditur. Ceterum illud nomen priscum Petrae Ἀρκέμη est ex רקם, quo nomine multi Hebraeorum existimant Petram notari.

p. Audiamus & alios inter veteres de Petra scribentes. Usque ad Pe-
932. tram se extendunt solitudines Palmyrenae, teste Plinio V. 24. *Ita fertur (Euphrates) usque ad Uram locum, in quo conversus ad orientem relinquit Syriae Palmyrenas solitudines, quae usque ad Petram urbem & regionem Arabiae felicis appellatae pertinent.* De illis *cap. 26. Infra Palmyrae solitudines Stelendena regio est, dictaeque jam Hierapolis ac Beroea & Chalcis. Ultra Palmyram quoque ex solitudinibus iis aliquid obtinet Hemesa, item Elatium, dimidio propior Petrae, quam Damascus.* De ipsa Palmyra idem *cap. 25. Palmyra abest a proximo Syriae litore ducentis quinquaginta duobus miliaribus & a Damasco viginti septem propius.* Idem VI. 28. *Nabataei oppidum incolunt Petram nomine in convalle, paulo minus 11. mill. pass. amplitudinis circundatum montibus inaccessis, amne interfluente: abest a Gaza oppido litoris nostri DC. mill. a sinu Persico CXXXV. mill. Huc convenit utrumque bivium, eorum, qui Syriae Palmyram petiere & eorum, qui ab Gaza venerunt.* Numeros esse corruptos clarum est, quum Petra multo propior fuerit Gazae, quam sinui Persico. Videtur permutatio numerorum instituenda, quod recte observavit Cellarius *pag. 418.* Atque ita melius convenit cum iis, quae de Gazae & sinus Elanitici distantia CL. M. P. dixerat. Videtur itaque a sinu Elanite abfuisse XV. miliaria. Hieronymus dicit Elath regionem & civitatem a Petra 10. miliaribus abfuisse.

Ab Eleutheropoli usque ad Petram & Ailam, quae est Elath in litore sinus Arabici, Hieronymus regionem Idumaeorum extendit, his verbis ad *cap. 1. Obad. Omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli usque Petram & Ailam (haec est enim possessio Esau) in specubus habitatiunculas habet.* Hieronymus ad *c. 48. Ezech. Cadesbarne in deserto est, quod extenditur usque ad urbem Petram.*

Cyrillus in Comm. ad Jesaiam *lib. IV. orat. 1. pag. 545.* Ὁμόρε τοίνυν ἔσης τῇ τῶν Ἰεδαίων γῇ τῆς πλατέας ἐρήμε τῆς κατὰ Νότου λειμένης, ἣν δὴ κατενέμοντο τὰ Σαρακηνῶν καὶ Ἀῤῥάβων ἔθνη τὰς οἰκοῦντας ἐν αὐτῇ τέυξεθαι φασὶ κατὰ καιρὸς τῆς διὰ Χρις̃ χάριτος καὶ σωτηρίας ὀνόματα δὲ ταῖς κώμαις ἤτοι ταῖς πολίχναις ταῖς κατά γε Φημὶ τὴν ἔρημον ἀπαύλεις Κηδὰρ καὶ Πέτρα
p. κατὰ τὴν Ἀῤῥάβων γῆν καὶ εἰς δεῦρο κειμένη, ἅτω τε ἀνομασμένη. *Quum ita-*
933. *que finitima esset terrae Judaicae ad austrum solitudo lata, quam occuparunt gentes Saracenorum & Arabum; dicit eos, qui illa habitant, gratiam & salutem aliquando per Christum consecuturos. Nomina etiam sunt vicis sive oppidis in eremo illa sitis, villae, & Kedar, & Petra in Arabum regione hodieque situ & ita appellata.*

Petrae episcopi in actis conciliorum memorantur *Germanus*, qui conciliabulo Seleuciensi interfuit anno 359. THEODORUS, qui interfuit

fuit Concilio Hierosolymitano, anno 536. Uterque scribit, se episcopum Πετρῶν, nam & Πέτρου & Πέτρα scribitur nomen hujus urbis. Ita & Suidas, ad vocem Γενέθλιος, Γενεθλίε, Παλαιςῖνος ἐκ Πετρῶν, σοφιςὴς &c. *Genethlii filius, Palaestinus ex urbe Petris, Sophista.* Meursius ad Hesychium Milesium, qui, nulla facta mentione Πετρῶν, eum modo Παλαιςῖνον fuisse scribit, putat, Πατρῶν scribendum. Sed fallitur; nam & alii hanc urbem Πέτρας scribunt, uti auctores notitiarum veterum ecclesiasticarum. Ita & Malala in Chronico *pag. 116.* ἐξωρίσθη εἰς Πέτρας, πόλιν ἅτω καλεμένην. ἶσαν τῆς τρίτης Παλαιςίνης. *Relegatus est Petras,* &c. Sic Πέλλα & Πέλλαι, Ἄρκη & Ἄρκαι, dicitur, Ῥαφανέα & Ῥαφανέαι &c.

Nomen hodiernum hujus urbis حجر, & vetus Ἄγρα, unde Ἀγραεῖς & Ἀγραῖοι dicuntur, teste Stephano ad vocem Ἀγραῖοι, atque unde nomen Hagarenorum dimanavit, facit, ut praetermittere hoc loco nequeam, mentionem rarissimi numismatis, in quo ab una parte ZETC KACIOC, ab altera AΓPETC legitur. Acceptum id refero humanitati Serenissimi Electoris Palatini, cujus amor in literas singularis, & quae hinc nata sunt bibliotheca & instructissimum cimeliarchium, cognitissima sunt omnibus & supra laudes nostras posita. Non ingratum fore lectori arbitror, si Nobilissimum virum, Jacobum de Bary, illo sermone, quo epistola ad me data est, differentem introducam. Non Agrae modo, de qua agimus, sed aliis argumentis viri acumen solers & peritia rei numismaticae lucem adferent. Hoc epistolae exemplum est.

Monsieur, p.

„ Son Altesse Serenissime, Monseigneur l' Electeur Palatin, ayant 934.
„ bien voulu me permettre de vous fournir les dessins de deux Me-
„ dailles de son Cabinet, vous les voulez, Monsieur, accompagnées de
„ remarques, que par ordre de S. A. S. j'ai ramassées: mais au moins
„ souvenez vous, que ce ne sont que de simples conjectures; formées
„ en passant, ou fort recherchées, il n'importe, pourvû qu'elles soient
„ vraisemblables. C'est de quoi vous jugerez, & serez le maitre d'en
„ retrancher ou d'y ajoûter tout ce, qu'il vous plaira: en voici le dessin.

„ N°. 1.

„ N°. 1. ZEYC KACIOC. Jupiter Casius assis avec un haste ou
„ sceptre dans sa droite.

„ R℞. La figure d'un homme sous une voute à deux piliers, te-
„ nant dans sa main droite une pomme dont la queuë sort sous la main.

„ 2. Le même Jupiter comme sur la precedente.

„ R℞. ΑΓΡΕΥC. A peu près la même figure du revers de la
„ premiere, mais qui au lieu d'une pomme tient une corne dans la
„ main.

„ En vous montrant ces deux medailles je vous ai fait remarquer,
„ qu'elles étoient frappées dans quelque province voisine de la Palesti-
„ ne, puis que la fabrique & le bronze étoit semblable à celles frappées
„ en Ascalon & autres villes confinantes à l'Egypte. Vous scavez, que
p. „ j'ai un peu de routine dans ces sortes de curiosité, & vous eutes la
935. „ bonté de vous y fier. C'est pourquoi nous ne pouvons l'attribuer
„ au Jupiter Casius, dont le temple étoit près de Seleucie sur cette hau-
„ te montagne * d'où on voioit le Soleil pendant, que cet astre ren-
„ doit visite aux antipodes. Je remarquerai seulement, que sur les me-
„ dailles de Seleucie ce Dieu est representé sous la forme d'une pierre
„ ou rocher. Patin nous en donne le dessin sur une medaille de An-
„ ton. Pius, mais il y en a une de Trajan dans le Cabinet Palatin par-
„ faitement belle, où ce Jupiter Pierre se trouve orné de differents bi-
„ joux, qui representent peut-être les presents magnifiques que Trajen
„ fit au temple de ce Dieu. Saumaise dans ses notes sur Spartien en
„ fait mention. Au reste ce Jupiter Lapis faisoit une assez belle figure
„ chez les Romains dont le plus solemnel serment étoit en jurant par
„ ce Dieu. Lucien s'en moque; les autres Anciens en parlent avec
„ grande veneration: mais pour ne vous ennuyer par l'allegation de
„ differents passages de Ciceron, Aule Gelle, & d'autres, si vous sou-
„ haitez de refraichir vôtre memoire sur ce point, voiez Alexander
„ ab Alexandro liv. 5. C. 10.

„ Deux Medailles de Corcyre, l'une de Marc Aurele & l'autre de
„ Commode rapportées par Vaillant, m'auroient persuadé, que la pre-
„ miere des nôtres avoit été frappée en cette Isle, mais le peu de ra-
„ port (en egard a la fabrique) qu'elle a avec les medailles de Corcy-
„ re dont j'en possede un bon nombre, & la grande ressemblance avec
„ l'autre, que je ne saurois attribuer a Corcyre, étant plus naturel de
„ la laisser à ceux dont le nom se trouve sur la medaille, m'a fait cher-
„ cher des *Agrei*. Il est vrai, qu'on trouve des revers semblables sur
„ les medailles de Corcyre, mais cela prouve seulement, que le culte
„ de Jupiter Casius leur étoit venu d'Egypte, comme en effet on n'en
sau-

* Pline *lib. 5. cap. 22.* Spartien, en Hadrien: & Amm. Marcellin, en parlant de Julien.

„ sauroit douter, quoi que en quelques uns de ces revers ils ont aussi
„ imité les Epirotes, qui en mettoient de semblables avec peu de dif- p.
„ ference, car les Corcyriens adoroient le même Jupiter qu'eux. Ce 936.
„ qui paroît par une medaille de mon Cabinet dont, que je sache au-
„ cun antiquaire a fait mention.

„ La tête de Jupiter fort barbue & couronnée de laurier, ni plus
„ ni moins comme on la voit sur les medailles des Epirotes dans Golt-
„ sius &c.

R℞. KOPKYPAIΩN. ΦIAONIΔAC. un navire.

„ Je ne me souviens pas avoir trouvé aucune medaille, qu'on pou-
„ voit attribuer à Corcyre, sans que ce nom y fût marqué, ni même
„ où celui de Jupiter Casius se trouve, si non une seule, que le Pere
„ Hardouin a tirée de *Ant. Mamorra hist. Corcyr.* Ce livre étant peu
„ commun, & ajant cette medaille dans mon Cabinet, la voici jointe à
„ la precedente.

„ Le temple de ce Dieu en Corcyre étoit bien peu frequenté,
„ puis que de tous les Anciens * il n'y a que Pline, qui en fasse men-
„ tion (que je sache) mais quand même je me serois trompé en ce
„ qui regarde le lieu où ces medailles ont été frappées, ce scrupule
„ n'a dû m'empecher de vous obeir, protestant de nouveau que je ne
„ debite mes remarques que pour de simples conjectures, prêt à chan-
„ ger de sentiment aussi-tôt, qu'on en produira de plus vraisemblables.
„ Et ainsi après vous avoir fait ressouvenir des deux rarissimes me-
„ dailles de Corcyre, que vous avez vûës chez moi, où du côté des tê-
„ tes de Caracalla & de Geta partie de la legende est en Grec & partie
„ en Latin, retournons à nos medailles, commençant par la premiere,
„ parce qu'elle facilite l'explication de la seconde. p.

„ Le Jupiter assis est, selon mon opinion, sur ces deux medailles 937.
„ dans la même posture qu'on le voioit dans son temple sur le mont
„ Casius, aux confins d'Egypte & d'Arabie, lieu fameux par le tom-
„ beau du gramd Pompée: & Achilles Tatius *Liv. 3.* explique le revers
„ de la premiere, en disant que dans Pelufe port d'Egypte (situé près
Sss s 2 "du

* *Liv. 4. Ch. 2.*

„ du mont Casius) il y avoit un simulacre de Jupiter Casius portant
„ une pomme de grenade dans sa main, dont la raison étoit tout à fait
„ mysterieuse. Nous pouvous croire cet auteur puis qu'il étoit Egy-
„ ptien, & vous conviendrez facilement avec moy, si je ne me trom-
„ pe, que la ville de Peluse a fait frapper cette medaille en represen-
„ tant d'un côté ce Dieu tel qu'on l'adoroit sur le mont Casius, & de
„ l'autre côté dans la posture, qu'il se trouvoit sur l'autel erigé par
„ ceux de Peluse.

„ Je pourrois faire des conjectures à perte de vûe sur la raison
„ mysterieuse de la grenade dans la main de Jupiter. Le sang cou-
„ lant des testicules coupées du pauvre Atis me fourniroit l'origine
„ de ce fruit, dont parlent (1) Arnobe, Pausanias in Cor. *cap. 17.* &
„ Eusebe Praep. IV. *l. 3.* Clement Alexandrin & les autres anciens me
„ fourniroient aussi des materiaux en abondance. Les modernes, com-
„ me l'Ill. Monsieur (2) Spanheim, Gurtler (3) & d'autres ne m'en
„ laisseroient pas manquer; mais quand nous aurions examiné à fonds
„ les raisons, pour quoi dans les fêtes de Ceres Eleusine il étoit defen-
„ du aux femmes de manger de grenades, & le chagrin de Ceres par
„ ce que sa fille Proserpine en avoit taté chez Pluton, & quand on fe-
„ roit entrer dans cette scene nôtre commune mere Eva avec sa pom-
„ me, en serions nous plus éclairé pour expliquer nôtre medaille? Pour
„ moy je ne le croy pas: au contraire je suis persuadé, que la plus sim-
„ ple explication de ces enigmes est la plus seure, & que ceux qui ont
„ frappé ces medailles n'y entendoient pas tant de finesse. Ainsi j'ai-
p. „ me mieux hasarder quelques conjectures de ma façon.

938. „ La figure, qui tient la pomme de grenade dans sa main est le Ju-
„ piter Egyptien, a savoir Osiris ou le Nil, car c'est la même divinité.
„ Parmenon de Byzance dans * Athenée positivement *Nil Jupiter Ae-*
„ *gyptien*, & une medaille de Tite en Tristan, *tome I. pag. 307.* nous en
„ donne l'effigie. La chose est trop connue pour avoir besoin d'être
„ soutenue par d'autres passages. La grenade represente la basse Egy-
„ pte & peut-être la queuë, qui sort dessous la main une partie de la
„ haute située sur le bord du Nil. Tout le secret, que ceux de Peluse
„ ont entendu en mettant la grenade dans la main de leur Supreme
„ Divinité, ne contient a mon avis pas plus de mystere, que s'il nous
„ disoient simplement, le Jupiter adoré sous le nom de Casius est le
„ Genie du Nil, qui par ses arrousements rend l'Egypte feconde, &
„ la soutient, comme la figure, que vous voiéz, sur la medaille sou-
„ tient la grenade, symbole de la basse Egypte, dont la forme ressem-
„ ble fort a celle d'une grenade. En effet, Monsieur, vous n'avez
qu'a

(1) Vossius Idol. *l. 1. c. 20.*
(2) De usu & praest. num. *pag. 276.* (3) Orig. Mundi *c. 16. 73.*
* *Liv. 5. pag. 203.*

„ qu'a regarder la troisieme carte d'Afrique en Ptolomée ou celle de la
„ basse Egypte dans Cellarius, & cette ressemblance vous sautera aux
„ yeux. La côte maritime entre le *Phatnicum Ostium* & *le Pineptimi Pseu-*
„ *dostoma* represente très bien la tête & la couronne de la grenade,
„ comme le cours & les bords du Nil depuis le *Heracleoticus Nomos*
„ jusques où se separant en deux fleuves il embrasse toute la basse Egy-
„ pte la quevë. Les provinces situées entre le *Busiriticus fluvius* & le
„ *Thermuticus* en representent le corps, & le reste des deux côtés les
„ pieces, qui, quand la grenade est bien meure, se separent par enhaut
„ de ce corps. Dans toutes les figures hieroglyphiques des Egyptiens
„ vous n'en trouveréz ancune plus claire, ni peut-être ailleurs une
„ comparaison plus juste, que celle des crevasses de la grenade avec
„ les embouchures du Nil, celle des pellicules, qui la divisent en plu-
„ siers loges, avec les differentes coupures & canaux faits pour arroser
„ la basse Egypte, ou, si vous voulez, avec les divers *Nomos* ou gou-
„ vernements: & sauroit on mieux comparer l'innombrable quantité
„ de villes & villages, dont cette province étoit couverte, qu'aux
„ grains d'une grenade? Quand je vous communiquai en passant cet- p.
„ te pensée, vous avez eû la bonté, Monsieur, de me dire, que je ferois 939.
„ bien de consulter Bochart sur le mot de *Athribis*. Je vous en suis
„ très obligé, & je croi y avoir trouvé le necessaire pour appuyer ma
„ conjecture. Ce savant dans son *Phaleg pag. 66.* dit, que les Egyptiens
„ & les Hebreux donnoient le nom de poire a la basse Egypte, parce
„ quelle en a la forme, de même que le Grecs la nommerent *Delta*
„ pour la ressemblance avec cette lettre, & que *Athribis*, qui signifie
„ le cœur de la poire, a recû ce nom a cause, que cette ville & sa ju-
„ risdiction étoient situées au cœur de ce païs, *& pag. 294.* il le con-
„ firme par divers passages. Permettez moi de copier ce, qu'il dit,
„ car quoi que je n'aime pas de tirer des longs extraits des livres, qui
„ sont entre les mains de tout le monde, je croy le devoir faire dans
„ cette occasion. Voici ses paroles. *Pag. 66. Exempli gratia quaeritur,*
„ *cur Aegyptus vel Aegypti pars in Psalmis & in Esaia Raab vocetur: atque*
„ *hic interpretes multa comminiscuntur, ignari Hebraeum Raab idem esse, quod*
„ *Aegyptium* Rib *vel* Riph, *quo nomine hodieque* Delta *seu pars Aegypti triquetra Nili ostiis comprehensa vocetur a Pyri forma. Id enim proprie erat Rib,*
„ *unde est, quod in ipso corde τȣ̃* ΔΕΛΤΑ *nomus medius* Athribis *appellatur, id est* Cor pyri, *Etymol. in* ΑΘΡΙΒΗC, *ex Orione.* Et pag. 293.
„ & 294. *Inferiorem a Graecis Delta vocari propter formam triangularem nemo est, qui nesciat. At eandem quomodo Aegyptii & Hebraei appellaverint, nondum est a quoquam observatum. Quod tamen ex Scriptura cum Graecorum atque Arabum monumentis collata potest non difficulter erui. Ptolemaei tabulas inspicienti statim apparet, Athribitis nomi metropolim Athribin praecisse esse in medio τȣ̃* ΔΕΛΤΑ. *Inde dicta est* ΑΘΡΙΒΙC, *id est* cor pyri, *ut ex veteri grammatico Aegyptio Orione docet author magni etymologici.*

„ Athribin *appellarunt, quod si quis Graece vellet effari, non potest aliter dice-*
„ *re quam* Cor pyri : *ita Orion. Nempe Aegyptiis αθ, vel ἦθ, est* cor,
„ *ut scribit Horus hieroglyphicôn* Lib. I. cap. 7. *&* ριβ *vel* ριβι Pyrum.
p. „ *Inde Athribis Cor pyri, quia in medio pyri, id est, Aegypti partis, quam a py-*
940. „ *ri forma Aegyptii Rib, id est pyrum vocabant, quod nomen hodieque servat*
„ *post tot saecula incorruptum. Errif scribit Leo Africanus, &c.* Ensuite
„ Bochart allegue differents passages de la S. écriture, qui apelle l'Egy-
„ pte *Rahab*, sçavoir *Psal. 87. 4.* & *89. 11. Esai. 51. 9.* & *Job. 26. 12.*

„ Vous, Monsieur, ne sauriez vous me dire si les Egyptiens & He-
„ breux contoient la grenade entre les poires ou entre les pommes?
„ Pour moi, sans savoir ni Hebreu ni Arabe, je suis pourtant rès per-
„ suadé, que le fruit, que nous nommons proprement poire & pomme
„ n'étoit guere connu dans la basse Egypte du temps de David, &
„ bien moins du temps de Job ; & je doute fort, que jusqu'à present
„ on ait guere vû de pommiers ni poiriers dans ce païs. En effet ces
„ arbres ni par nature, ni par culture scauroient bien croitre dans un
„ pays, si plat & brulant, & même dans les plaines de la basse Andalu-
„ zie, qui comparée à la basse Egypte est un pays fort temperé, on
„ ne les a jamais pû cultiver, & on est obligé de les planter sur les
„ montagnes. Au contraire la grenade, l'orange, le citron, la cidre
„ & des fruits semblables aiment ce sorte de climat, & on en voit les
„ campagnes couvertes. Ces sont la les pommes & les poires d' Egy-
„ pte & d' Afrique.

„ *Hosce legunt fructus, propior quos Phoebus amavit.*
„ *Vilia fert nostrum nil nisi poma solum.*

„ Notre commun ami, le tressavant Monsieur le Clerc, fit ces
„ deux vers, il y a plus de huit ans, au sujet d'une medaille de mon
„ cabinet, frappée par les Pheniciens habitans de la ville de Serpa en
„ Portugal, sur laquelle on voit un homme ceuillant des oranges.
„ C'est de ces sortes de fruits, que les anciens se ventoient, que leur
„ pays abondoit. La fameuse ville de Utique en Afrique s'en glorifie
„ de même sur une medaille, que je possede, où deux hommes cueil-
„ lent des cidres d' un arbre & on en voit deux des plus grosses tom-
„ bés par terre. J'ai lû dans quelque auteur ancien, dont je ne me
„ ressouviens pas à present, qu'à Rome & ailleurs on estimoit beau-
p. „ coup les cidres d'Utique comme les meilleures du monde, & que cet-
941. „ te ville profitoit considerablement du trafic qu'elle en faisoit. Je
„ vous ay fait voir les medailles, & puis que vous le souhaitez je vous
„ envoye les estampes.

„ Je

„ Je croy avoir sujet de douter, que Orion ait bien attrapé le ve-
„ ritable sens du mot Rib, en le traduisant par celui de poire, à moins
„ qu'il n'ait compris dans le mot *Pyrus* les fruits, que je viens de nom-
„ mer: car sans cette supposition la comparaison de la forme de la bas-
„ se Egypte à celle d'une poire, qui ordinairement est pyramidale, se-
„ roit fort defectueuse ; celle d' une pomme seroit incomparablement
„ meilleure. Mais prenéz tel fruit, que vous voudrez, il n'yen a au-
„ cun dont la forme approche plus à celle de la basse Egypte, que la
„ grenade. Le même Monsieur le Clerc m'a fait comprendre, il y a
„ longtemps, qu'il ne faut pas trop chicaner sur la signification de cer-
„ tains mots qui se trouvent dans le Vieux Testament, & dans les de-
„ bris des autres langues orientales, comme sont par exemple les noms
„ de certains fruits, animaux, plantes, ou pierreries. Il me vient en-
„ core une pensée, c'est qu'actuellement en Espagne on donne le mê-
„ me nom à la pomme qu'à la poire, nommant la derniere Pera & le
„ premier Pero, principalement la sorte la plus belle, comme celle, que p.
„ nos jardiniers nomment le Hondertmark d'Espagne, & quelques uns
„ le grand Mogol, le Wynappel, le Jufferappel ou la belle garce, & 942.
„ d' autres pommes semblables. Leur grammairiens pretendent, que
„ ce mot leur vient des Grecs, qui anciennement s'etoient établi sur la
„ côte mediterranée d'Espagne. Sebastien Covarruvias, neveu du fa-
„ meux Jurisconsulte de ce nom, dans son Thesoro de la lengua Ca-
„ stillana dit, *pero especie de Mançana tomo el nombre de Pyrus.* Et en ef-
„ fect les plus anciens Grecs en faisoient de même, & nommoient les
„ pommes de quelle espece qu'elles fussent, grenades, oranges, ou au-
„ tres, ΠΥΡΟC. L'etymologiste, qui a traduit par ce mot le Rib des
„ Egyptiens, confirmeroit ma conjecture, mais c'est, de quoi vous ju-
„ gerez mille fois mieux que moy, dont tout le Grec est borné par la
„ legende de quelques medailles.

„ Par celle, que j'ai taché d'expliquer, vous avez vû que ceux
„ de Pelufe ont crû, que leur supreme divinité, a sçavoir Osiris, Jupi-
„ ter Egyptiius, ou tel qu'on le voudra nommer, étoit le même Dieu,
„ connu, tant en Egypte qu'ailleurs, sous le nom de Jupiter Casius.
„ C'est ce, que ceux, qui ont frappé l'autre medaille semblent avoir

„ voulu

„ voulu marquer aussi, soit de leur propre motif, ou en imitant les
„ Pelusiens. Il ne nous reste donc qu'a rechercher en premier lieu
„ quel peuple a fait frapper cette medaille, & en second quelle divini-
„ té ils ont confondu avec Jupiter Casius. La fabrique de cette me-
„ daille nous assure, qu'elle est frappée dans quelque province voisine
„ d'Egypte, & sans traverser le sinus Persicus pour aller a Agris ville
„ de Carmanie, il suffira d'en chercher une dans l'Arabie, confinante
„ à Peluse. Strabon, Ptolemée, Pline, & Etienne de Byzance nous
„ tireront d'affaire. Le dernier en suivant le premier dit, *Agraei po-*
„ *puli Arabiae, ut Strabo lib. 16.* Ptolemée fait mention du même peu-
„ ple, & Pline *Liv. 6.* assure, que leur ville capitale se nommoit Agra.
„ Etienne la nomme *Agra vel Agrae:* n'importe, ce sont sans doute
„ nos gens, qui ont fait frapper cette medaille, laquelle est peut-être
„ l'unique monument ancien où leur nom se trouve: non que ce soit,
p. „ quelque peuple obscur, au contraire il a l'avantage dont (que je sa-
943. „ che) aucun autre peuple ne se peut vanter, c'est de n'avoir jamais
„ jusques à present été soumis a aucune domination étrangere, mais
„ d'avoir conservé sa liberté, malgré l'effort de tous les conquerans.
„ Avec quel plaisir ne doivent ils pas s'être mocqué des superbes le-
„ gendes que Trajan & Severe ont affecté de faire briller sur leur me-
„ dailles & inscriptions, comme *Arabia adquisita, Capta, Augusta Provin-*
„ *cia &c.* la où au contraire ces deux Empereurs ont rendu graces au
„ ciel d'être echappé en personne bagues sauves, ou a peu prés, des
„ mains de nos Agrei. Le premier en mourut peut être de depît, &
„ l'autre s'en retourna avec sa courte honte. Permettez moi quelque
„ extraits de Dion Cassius, ou de Xiphilin son abbreviateur, & que je
„ me serve du vieux Gaulois d'Antoine de Bandole, son traducteur,
„ qui *page 275*, aiant conté que Trajan donna Parthamaspates pour
„ Roi aux Parthes, dit, *Apres cela il tira vers l' Arabie & fit guerre aux*
„ *Agareniens.* Un peu plus bas aiant marqué la situation de la ville des
„ Agreiens il poursuit, *Aussi Trajan pour lors, ni Severus du depuis, ne*
„ *purent oncques prendre cette place, combien qu'ils eussent jetté & abbattu par*
„ *terre une partie de murailles: & si Trajan pour lors aiant envoyé quelques*
„ *compagnies de gens de cheval reconnoitre la breche de la muraille, y recent une*
„ *grosse perte & dommage, si bien que le plus court fut a ces gens de cheval s'en*
„ *retourner à la haste a leur camp, & si s'en falût bien peu que lui même qui*
„ *chevauchoit a l'entour du mur ne fut blessé, bien que pour n'être reconnu des*
„ *ennemis il eût depouillé sa robbe Royale, car non obstant ce, les barbares, à voir*
„ *seulement sa tête chauve, & son marche plein de Majesté venerable, conjectu-*
„ *roient aisement que c'étoit lui, comme vrayement c'étoit il, & pour ce ta-*
„ *choient l'assener à force de coups de traits, qu'ils lanceient, & tuerent un*
„ *homme de cheval, qui étoit joignant lui &c.*

„ Apres,

„ Apréss, pour sauver l'honneur de Trajan echoué devant Agra.
„ Dion fait intervenir le ciel, qui par des tonnerres & orages rechasse
„ les troupess toutes les fois qu'ils alloient assaillir la ville, & au lieu
„ d'harpies eenvoye des mouches pour desoler la table des Phinées Ro- p.
„ mains, & enfin il conclut par ces mots: *Tellement que Trajan fut con-* 944.
„ *traint de lever le siege & de se retirer: quelque tems aprés il commenca se mal*
„ *porter &c.* Si vous souhaitez de savoir les avantures de Severe avec
„ nos Agreiens, vous n'avez qu'a repasser sa vie dans le meme auteur:
„ car quoi que Dion ou Bandole nomme alors cette ville Atra, a
„ moins que Severus n'aye eu le meme sort devant deux villes, sa-
„ voir Atra & Agra, le passage, que je viens de copier indique que
„ c'est la meme dont il parle dans la vie de Trajan. Mais ce n'est pas
„ le seul avantage dont les Agreiens se puissent vanter. Ces sont eux
„ qui sous le nom de Agareniens & Sarrasins, non contents de la con-
„ quéte de l'Asie, de l'Egypte, & de l'Afrique, dompterent l'Espa-
„ gne & la Sicile, & penetrerent jusques au cœur de la France. l'Em-
„ pire Ottoman même leur est redevable d'une partie de sa grandeur.

„ Sur le second point, a savoir quel Dieu nos Agreiens ont placé
„ sur leur medaille & confondu avec le Jupiter Casius, il suffiroit de
„ dire que c'est Bacchus, supreme & quasi unique Dieu des Arabes,
„ non ce jeune folastre, fils de Semele, mais le barbon, l'Egyptien, &
„ le même que Osiris & le Nil. Qui en souhaite plus de nouvelles n'a
„ qu'a repasser l'explication d'un vase antique par Tristan de St. Amant
„ *tom. 2. pag. 603.* & suivants, & la 5. dissertation *de usu* & *praest. num.* de
„ l'Illustre Monsieur Spanheym, & comme vous ne voulez pas, que je
„ vous fatigue par cinquante autres passages, je me contenteray de
„ celles qui conviennent plus directement a la medaille. Le mot de
„ ΑΓΡΕΥC nous en fournira l'occasion.

„ *Sanchoniathon* chez Eusebe *Praeparat. Evangelic. Liv. 1.* aprés
„ avoir conté à sa guise la creation du monde, & aprés avoir marqué
„ que la race d'Acon & Protogonus engendra des fils, qui surpassoient
„ en grandeur de corps l'ordinaire des hommes, & que c'est d'eux,
„ que les mots *Casius* & le Liban ont pris leur nom, parce qu'ils y
„ avoient habité, & ensuite aiant marqué les avantures de Hypsura-
„ nius & de son frere Usous, & le culte religieux, qui leur fut rendu p.
„ par leur descendants, il ajoute; de la race de Hypsuranius nacqui- 945.
„ rent Agreus & Alieus, qui signifie le chasseur & le pescheur, & fu-
„ rent les patriarches des chasseurs & des pescheurs, *qui venationis &*
„ *piscationis artem invenere ac toti piscatorum venatorumque nationi suum po-*
„ *stea nomem indidere.* Voici donc l'origine du nom de nos *Agrei*, a sa-
„ voir de lia chasse ou des chasseurs, ni plus ni moins, que la ville d'A-
„ gra danss l'Attique reçût ce nom par ce que * Diane y fit la pre-

„ miere

* Pausannias *lib. I.*

„ miere chasse, & cette Deesse le nom de Agrotera, comme son frere
„ Apollon celui de Agreus, encore de la chasse. Si vous voulez, Mon-
„ sieur, que nous appliquions le nom de ΑΓΡΕΥC non seulement au
„ peuple, qui a fait frapper la medaille, mais aussi au Dieu qui y est re-
„ presenté, nous devions supposer, que les Agrei croioient, que Bacchus
„ le Chasseur, inventeur de la chasse, avoit donné ce nom a leur ville
„ & a la nation. Je sçai, que la pluspart des savants font deriver le
„ nom d'Agrei ou Agariens de Agar mere de Ismaël: mais sont ils bien
„ assurés que les Agriens, qui vivoient il y a 16. ou 20. siecles, en
„ avoient jamais oui parler ni sceu, qu'il y eût eu un Abraham ou une
„ Hagar au monde? Pour moy j'en doute fort: car quoi que les Ara-
„ bes modernes se vantent d'être descendus d'Ismaël, ils ne semblent
„ pourtant pas trop persuadés, que les Arabes en general tirent leur
„ origine de ce Patriarche: car si on peut croire ce que Marmol nous
„ dit dans sa description generale d'Afrique *Liv. 1. Ch. 28.* ces mêmes
„ Arabes font auteur de leur langue un certain petit fils de Cham,
„ qu'ils nomment *Almaarub Ibni Cahtan*, & soutiennent que Ismaël n'est
„ venu chez eux, que bien de siecles après cet Almaarub. Voici un
„ beau champ pour transformer nôtre Bacchus, inventeur de la chas-
„ se, assez connu par le nom de ΖΑΓΡΕΥC, en Nimrod, ce puissant
„ chasseur devant l'Eternel, & celuici en Almaarub fils de Chus & pe-
„ tit fils de Cham, pour étaler par une infinité d'exemples la gloire
„ que les anciens heros se sont acquise par ce noble exercice, l'utilité
„ que le genre humain en a tirée, & l'obligation qu'elle a eue l'in-
p. „ venteur: mais comme je ne croy pas que les premiers habitans de
946. „ la terre aient eu besoin de maistre pour leur enseigner la defense na-
„ turelle & autres fonctions requises pour leur conservation personnel-
„ le, je laisse l'honneur de l'invention de la chasse à Dame necessité,
„ qui l'a enseigné aux Iroquois & autres sauvages de l'Amerique, &
„ si bien qu'ils en pourroient donner des leçons au même Nimrod; à
„ qui, ni à Hercule ni à Thesée, exterminateurs de monstres, je ne
„ pretends pourtant pas derober l'avantage acquis pour avoir été bons
„ chasseurs, aussi peu que je voudrois ôter à Alcathous fils de Pelops
„ le Royaume & la belle, qu'il merita pour avoir tué à la chasse le lion
„ Citheronien. * Je ne puis pourtant pas m'empecher de copier en-
„ core un passage de Bochart en son Phaleg *pag. 13.* où aiant taché de
„ prouver, que nôtre ancien Bacchus étoit le même que Nimrod, il
„ dit, *Quid quod in fabulis Bacchi nomen antiquissimum est* ΖΑΓΡΕΥC,
„ *id est fortis venator, &c.*

„ Pour la corne, si à la maniere des Orientaux on la veut pren-
„ dre pour marque de puissance, j'y consens; si pour instrument de
„ chasse, d'accord; si dans le même sens, que les Egyptiens l'attri-
„ buoient au *Jupiter Nilus*, bon; on n'a qu'a choisir de toutes les re-
„ mar-

* Pausan. *loc. cit.*

„ marques, que Monsieur Spanheym nous a laissées dans sa cinquieme
„ dissertation, celle qui plaira le plus. Pour moy je la prends pour la
„ coupe de Bacchus, que Nonnus nous depeint dans ses Dionisiaques
„ *Liv. 12.* ** disant qu'il mit le vin dans un pot, qu'il fit d'une coine
„ & en but: & *Liv. 14.* son pourpoint (disons robbe) étoit raié & de
„ diverses couleurs, tenant de la main gauche une corne cavée en for-
„ me de pot rempli de bon vin.

„ Voila en substance les conjectures, que j'ai eû l'honneur d'en-
„ voyer à S. A. S. dont le Cabinet peut donner de l'exercice non seu-
„ lement à des curieux comme moy, mais à bien des savants & du
„ premier ordre: les uns & les autres y trouvent leur fait. Est on
„ amateur d'une excellente suite des Empereurs & Imperatrices, soit
„ en argent soit en bronze, il n'y en a point de plus belle en Europe.
„ Les Roys de Syrie, d'Egypte, & d'autres peuples Orientaux, joints p.
„ à une infinité de medailles Grecques contenteront les Chronologi- 947.
„ stes: & les Geographes, sans sortir de ce Cabinet, peuvent faire un
„ voyage depuis Rome à Naples & Sicile, traverser en Illirie & costoier
„ toute la mer mediterranée jusques aux colonnes d'Hercule, passer
„ detroit, & s'en retourner par l'Espagne & la France au port d'Ostie.
„ Souhaite-t-on des medailles qu'on peut dire uniques, la Paulina en
„ or, & la Cornelia Supera en argent, le sont sans contredit. Le jeu-
„ ne Drusus, le Pescennius, la Didia Clara, surpassent en beauté tout
„ ce qu'on verra ailleurs, comme en bronze l'Othon, le Pescennius,
„ les Julies, les Neron & Drusus, leur sœur Drusilla & une infinité d'-
„ autres qu'on estime le plus. Les medaillons n'y manquent pas, &
„ les graveures, urnes & utensiles antiques y sont en abondance. J'ay
„ été bien aise de vous faire ce detail, afin que vos étudians, ou ceux
„ à qui vous trouverez à propos de communiquer mes remarques,
„ s'en puisseut prevaloir dans leurs voyages. Le Cabinet est ouvert
„ pour tous les curieux, & ce grand Prince les en laisse profiter avec
„ une bonté peu commune. Vous me croiez assez prudent pour ne pas
„ entreprendre son eloge: les Graevius mêmes auroient bien de la pei-
„ ne a le faire dignement: confessons pourtant que c'est aux Princes
„ de ce caractere, que l'Europe est redevable de la restauration des
„ beaux arts & des sciences, & d'être sortie du barbarisme où depuis
„ tant de siecles elle avoit été ensevelie, & où elle retomberoit bien-
„ tôt sans des tels Mecenas.

„ Après une si longue lettre n'attendez pas, Monsieur, que je
„ vous dise grand chose sur les autres medailles, que vous souhaitez
„ de mon Cabinet, dont vous trouverez partie dans les *Epoch. Syr. Mac.*
„ du Cardinal Noris, dans les medailles de moyen bronze de Spon &
„ dans d'autres antiquaires. Je vous envoyerai, si vous voulez, un
„ bon

** Traduction de Boivet *pag. 208. & 242.*

„ bon nombre de Tyr, Sidon, Byblus, Cesarée, Neapolis, Sebaste, Or-
„ thosia, & autres villes de Phenicie & son voisinage, connuës & anec-
p. „ dotes, desquelles vous pourrez choisir celles, qui serviront à votre
948. „ dessein. Il faut pourtant vous dire quatre mots sur une assez ex-
„ traordinaire: en voici le dessin & la legende.

„ AY. K. TPAI. AΔPIANOΣ. La tête d' Hadrien, entre le
„ cou & le menton PE.

„ R. L. IΔ. Un serpent, la queuë entortillée, d'où sort la tige
„ de quelque plante, sur la tête du serpent la fleur du lotus. Les let-
„ tres L. IΔ. marquent que cette medaille a été frappée la 14. année
„ du regne d' Hadrien, & ainsi on ne sauroit prendre le PE. pour une
„ epoque, étant plus apparent, quelles marquent la ville où elle a
„ été frappée. La fabrique ne permet pas de nous trop eloigner des
„ provinces voisines de la Palestine ou Syrie: & si dans l' Egypte je
„ trouvois quelque ville dont le nom commencât par RE, je ne balan-
„ cerois pas à la lui attribuer. Rekem d' Arabie, plus connuë sous le
„ nom de Petra, ne me deplairoit pas, d'autant plus que Hadrien passa
„ la 13. ou 14. anneé de son regne dans le voisinage; mais il seroit ir-
„ regulier, que, ajant dès le temps de Strabon porté le nom de Petra,
„ & Hadrien l'aiant honorée de celui de Hadriana, que sur la medail-
„ le frappée à l'honneur de leur bienfaicteur ils se fussent servis de ce
„ nom Syrien. Resaina en Osroëne, ou Mesopotamie, viendroit en con-
„ sideration, si le Cardinal Noris dans sa 3. dissertation *de epochis Syroma-*
„ *cedonum* n'avoit demontré, que l' epoque de cette ville n'a commencé
„ que la 15. année du regne de cet Empereur. Recem en Judée, Re-
„ gias, Reob, Recepha & autres lieux semblables sont trop peu connus
p. „ pour leur attribuer ma medaille. Voulez vous, Monsieur, que nous
949. „ en fassions present Remmat, la capitale du païs de Gilead, & que
„ nous supposions que, quand Hadrien fit du bien à Jerusalem, cette
„ ville eût part à ses bontés, & en reconnoissance y mit pour revers
„ l' Agothodaemon, à peu près comme on le voit sur une medaille
„ dans Seguin *pag. 299.* marquant par cet embleme, que ce bon Genie
„ étoit l' Empereur même, qui par sa venuë avoit retabli leur felicité,
„ & rempli le païs d'abondance. Les Egyptiens ont bien poussé plus
„ loin cette flatterie, en mettant sur le corps du serpent, entouré des
„ marques de fertilité, & representant leur Agathodaemon, la tête
„ d' Adrien

„ d' Adrien même couronnée de lauriers, pour revers de sa medaille,
„ qui en vaut mille, & dont Monsieur de Roy, Secretaire de l' Electeur
„ Palatin, vient d'enrichir le Cabinet Electoral: ci joint le dessin qu'il
„ a eu la bonté de m'envoier.



„ C'est ce que j'avois à vous dire sur la medaille, qui pourtant
„ pourroit bien être frappée à Resapha, ville de Palmyrene. La fabri-
„ que a assez raport aux medailles de ce païs. Mais a propos: vous
„ nous direz peut-etre quelque chose de la ville de Palmyre, puisque
„ les Juifs se vantent, que Salomon en est le fondateur: je m'en vais
„ vous regaler du dessin de l' unique medaille (que je sache) où le
„ nom de cette ville est marqué, elle est de Zenobie & des plus rares
„ de mon cabinet. La legende ZEΠ. ZHNOBIA CEB. La tête de p.
„ Zenobia. Revers, un Palmier. Et L. Z. ΠAΛ. frappé la 7. année. 950.

„ En voulant finir ma lettre l' envie me prit de consulter mon
„ Calepin, pour voir le nom que les Hebreux donnoient à la grenade,
„ & si Rib signifie une poire, comme Orion l' assure. Il est constant,
„ que les Egyptiens comptoient la grenade entre les poires, & la nom-
„ moient *Ribmon*, ou *Rib Ammon*, poire de Ammon, parce que ce fruit
„ étoit consacré à cette divinité, qui étoit le même Jupiter Aegyptius.
„ Et de ce Ribammon les Hebreux ont fait leur Rimmon (Grenade)
„ Je n' examinerai pas si ce fruit a été consacré à la suprême divinité
„ des Egyptiens, parce qu'il ressemble à la figure de la basse Egypte,
„ ou si leur province a été nommé Rib, (poire) pour sa ressemblance à
„ la grenade, que par excellence on peut avoir nommer la poire: il

„ se

„ se peut encore, que la grenade a pris ce nom de la ville de Thebes,
„ qui est le Ammonno des Hebreux, & le Diospolis des Grecs, signi-
„ fiant la même chose, savoir ville de Dieu. Ce nom lui etoit dû avec
„ quelque justice, puis que selon Plutarque dans son traité *de Iside &*
„ *Osiride*, là où tous les Egyptiens contribuoient la quote, qui leur etoit
„ imposée pour faire les images des animaux qu'on y adore, ceux de
„ la Thebaide seuls n'y contribuoient rien, estimant que rien de mor-
„ tel ne peut être Dieu, mais celui seul qu'ils appellent Cnef, qui ja-
„ mais ne naquit, ni jamais ne mourra. Ce sentiment s' accordoit
„ avec celuy du peuple Juif: & ne pourroit-en pas supposer que la
„ conformité, qu'on remarque entre les habillements sacerdotaux des
„ Juifs & des Egyptiens, vient, que Dieu a permis à Moise de suivre en
p. „ bien des choses (qui en soi même sont indifferentes) l'usage des
951. „ prestres Thebains, & qu'en les suivant il a fait orner la veste du
„ grand Sacrificateur de tant de grenades, fruit consacré à l'unique &
„ veritable Divinité? mais si vous aimez mieux que les grenades, sim-
„ bole de la basse Egypte, etoient au bas de la veste pour marquer la
„ sortie des enfants d'Israël de ce païs, j'y consens. J'aurois bien des
„ choses à dire sur le culte des Thebains, qui a passé jusqu'en Espagne:
„ je vous en dirai des nouvelles, en ayant occasion de vous entrete-
„ nir sur l'ancienne religion des Espagnols, & les Dieux du païs; mais
„ il est temps de finir cette lettre, laquelle auroit été moins longue, si
„ avant que de la commencer j'avois consulté Calepin. Je suis de
„ tout mon cœur,

Monsieur,

A Endelhoef, ce 15. Avril 1713.

Votre très humble & très obeissant Serviteur,

Jacques de Bary.

Hactenus vir doctus. Quae quidem longe abeunt a sententia Sponii, qui nummos huic nostro similes Corcyrae tribuendos, Jovique Casio, qui illic colebatur, existimat, & ΑΓΡΕΥC nomen esse Panis. Vide ejus *Miscellanea eruditae antiquitatis, pag. 75.*

PHAENO.

Φαινώ. Olim urbs Idumaea, postea vicus in solitudine inter urbem Petram & Zoaram, teste Eusebio ad vocem Φινῶν. Existimatur esse פינן *Num. 33. 34.* & hinc lux accederet locis mansionum Israëlitarum in solitudine. Ceteroquin, si originis Graecae vox esset, posset credi aliquid commune habere cum Γεωφάνιον, quo nomine Graeci locum nuncupant, e quo

e quo metalla effodiuntur (vide Harpocrationem & Hesychium) aut cum Φαύνῳ. Faunus enim Pici filius primus fodinas auri & argenti vel metalla auraria & argentaria, (ut Plinii verbis utar *lib. XXXIV. 18.*) invenit. Vide Suidam ad vocem Μεταλλεῖς. Hesychius Προσφανῆ, Θεοφράστος ἐν μεταλλικῷ (vide de hoc Meurs. in comm. ad Apollonium Dyscolum *pag. 147.*) χρυσίε συῤῥοάς.

Meminit hujus Athanasius, epist. ad solitar. vit. agentes *pag. 658.* p.
ἠξίωσαν εἰς μέταλλον ἀποσαλῆναι καὶ μέταλλον ἀ̓χ̓ ἁπλῶς ἀλλ̓ εἰς τὸ τῆς Φαι- 952.
νῶ ἔνθα καὶ φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μέγις δύναται ζῆσαι. *In metalli fodinam eum mitti curaverunt, nec in metalli fodinam solum, sed illam speciatim, quae Phaeno nuncupatur, in qua homicida damnatus nonnisi ad paucos dies superesse potest.* Dedan esse in quarto miliario a metallo Phoeno contra Aquilonem, Eusebius notat voce Δαιδάν. Φαινήσια μέταλλα vocat Epiphanius *l. II. adv. haer. pag. 719.*

Episcopus Φαίνας τῆς Σαλυταρίας Παλαιςίνης interfuit Concilio Ephesino. In actis Ephesi insertis Concilio Chalcedonensi legitur episcopus Φαεινᾶς. Est tamen haec Phaeno eadem urbs. In Notitia veteri ecclesiastica nulla urbs hoc nomine inter urbes Palaestinarum legitur, sed Φενάτος post Ἔσβας inter urbes Arabiae, quam non dubito esse eandem.

PHANUEL.

Φανήλ. Nomen loci a Jacobo ita appellati. Josephus *Antiq. I. 19.* urbs postea facta, in qua palatium exstruxit Jeroboam *Antiquit. VIII. 3.* quem locum Suidas descripsit ex Josepho ad vocem Ἱεροβοάμ. Vide Penuel.

PHAORA.

Hoc nomine vicus quidam haud procul a Bethlechem appellabatur tempore Hieronymi, uti scribit in Onomast. ad vocem Fogor. Tempore Eusebii Φογώρ vocabatur, vide Onomasticon, & confer dicenda ad vocem Φογόρ.

PHARATHO.

Φαραθώ. Urbrbs munita a Bacchide. Josephus *Antiq. XIII. 1. 1. Macc. 9. 50.* inter urbes Judaeae recensetur, scribiturque Φαραθών, Latino interpreti *Pirhathonon.*

PHARATHOS.

Φαραθός. Ut Urbs Ephraimitarum. Josephus *Ant. V. 9.* vide Pirathon. p.
Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς vocat urbem Galilaeae. Ante observavimus, eum 953.
plures urbes Judadaeorum Galilaeae tribuere, etiamsi in ea sitae non essent. Ita ille, Φαφάραθος· πόλις τῆς Γαλιλαίας. Ἰωσηπος πέμπτῳ Ἰεδαικῆς ἀρχαιολογίας. *Pharbarathus urbs Galilaeae. Josephus lib. V. Antiqut. Jud.*

PHASAE-

PHASAELIS.

Φασαηλίς. Urbs circa vallem Jerichuntis, ad plagam borealem hujus urbis condita ab Herode. Josephus *Antiquit. XVI. 9.* Meminit & anonymus Geographus Ravennas, *Jericho, Copna, Fasselide.* Stephanus. Φασαηλὶς, πόλις τῆς Ἰεδαίας, ἀπὸ Ἡρώδε κτισθεῖσα, τε πρώτε βασιλέως τῆς χώρας, τῷ ὀνόματι τε ἀδελφε, ὡς Ἰώσηπος ἐν ά τε πρὸς Ῥωμαίες πολέμε. Τὸ ἐθνικὸν Φασαηλίτης, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ. *Phasaëlis, urbs Judaeae, ab Herode condita primo illius terrae rege, de nomine fratris, uti Josephus scribit lib. I. bell. adv. Romanos. Gentile est Phasaëlites, quo ipse ibidem utitur.*

Φασηλὶς appellatur Ptolemaeo, quem vide. Josephus autem nomen Φασηλὶς dat urbi sitae in confinio Lyciae & Pamphyliae *lib. I. de bell. 16.* sed hanc Φασαηλὸν aut Φασαηλίδα semper nuncupat. Phaselidis convallis meminit Plinius, uti & Archelaidis & Liviadis, quas convalles vocat *lib. XIII. 4.* At constat aliunde, urbium haec esse nomina: potuere tamen etiam vallibus vicinis dari. Josephus commemorat quoque φοινικῶνας ἐν Φασαηλίδι, palmeta in Phasaëlide. Archelaida non longe abfuisse a Phasaëlide tradit *Ant. XVIII. 3.* Praeterea meminit *Ant. XVI. 9.* ubi Φασαηλὸν vocat (quod etiam nomen erat turris ab Herode Hierosolymis conditae, *Ant. XVI. 9.* & urbem circa vallem Jerichuntis conditam ab Herode. *Lib. I. de bell. cap. 16.* scribit, eam sitam ad boream Jerichuntis & Φασαηλίδα vocat, uti & *Antiq. XVII. 9.* & alibi. Salomae hanc urbem tributam cum Jamnia & Azoto narrat, *Antiq. XVII. 9. & 13.* & Salomen morientem ea Juliae reliquisse *Antiq. XVIII. 3.*

p. Videtur locus hujus urbis monstratus peregrinantibus paucis ab-
954. hinc saeculis: nam Sanutus in secretis fidelium crucis *pag. 245.* scribit, eam distare tribus leucis a Jordane, & sitam in campestribus, ubi torrens Crith descendit.

PHATHURA.

Φαθερά. Vicus juxta Eleutheropolim in via ducente Gazam. Eusebius in Onomastico.

PHILOTERIA.

Narrat Polybius, commisso praelio inter exercitum Antiochi & Ptolemaei ad plagam septentrionalem Sidonis, Antiochum victorem ad Sidonem signa constituisse, nec tamen urbem ipsam obsedisse, quod rerum necessariarum copia abundaret & hominibus esset refertissima; duxisse itaque legiones Philoteriam, cujus situm ex his intelliges, quae habet *lib. V. historiarum pag. 413.* Ἀναλαβὼν δὲ τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, ὡς ἐπὶ Φιλοτερίας. Διογνήτῳ δὲ συνέταξε τῷ ναυάρχῳ πάλιν ἔχοντι τὰς ναῦς ἀποπλεῖν εἰς Τύρον. Ἡ δὲ Φιλοτερία κεῖται παρ' αὐτὴν τὴν λίμνην, εἰς ἣν ὁ καλέμενος Ἰορδάνης ποταμὸς εἰσβάλλων ἐξίησι πάλιν εἰς τὰ πέδια τὰ περὶ

περὶ τὴν ΣΣκυθῶν πόλιν προσαγορευομένην. Γενόμενος δὲ καθ' ὁμολογίαν ἐγκρατὴς ἀμφοτιτέρων τῶν προειρημένων πόλεων, εὐθαρσῶς ἔσχε πρὸς τὰς μελλέσας ἐπιβολάς, διὰ τὸ τὴν ὑποτεταγμένην χώραν ταῖς πόλεσι ταύταις, ῥαδίως δύναθαι παντὶ τῷ ῳ ςρατοπέδῳ χορηγεῖν, καὶ δαψιλῆ παρασκευάζειν τὰ κατεπείγοντα πρὸς τὴν ; χρείαν. *Assumtis igitur legionibus Philoteriam proficiscitur. Diogneto autem navarcho negotium dat, ut classem Tyrum appellat. Philoteria sita est ad lacum, quem Jordanes fluvius influens & inde egrediens per planitiem urbis Scythopolis latbitur. Potius autem duabus urbibus supra memoratis rex ad reliqua incepta, bonae spei plenus, se comparabat, quia subjecti illis agri alendo exercitui abunde suppeditabant, & quaecunque usui essent, subministrabant largiter.* Videtur itaque ad lacum Tiberiadis sita fuisse, quod etiam ex eo firmari potest, quod mox addat, post captam Philoteriam superatis montibus Atabyrium (Thabor) ab Antiocho occupatum, qui ad orientem spectat illum lacum, uti hodierna experientia docet. p.

Si conjecturis locus sit, crediderim, nomen huic urbi impositum 955.
esse a Philotera, uti & urbs alia Philotera dicta est de nomine sororis Ptolemaei secundi, cujus meminit Strabo *lib. XVI. pag. 529.* Ἀπὸ Ἡρώων πόλεως πλέοντι κατὰ τὴν Τρωγλοδυτικὴν πόλιν εἶναι Φιλωτέραν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τε δευτέρε Πτολεμαίε προσαγορευθεῖσαν. *Ab Heroum urbe naviganti juxta Trogloditicam esse urbem Philoteram dictam de nomine sororis Ptolemaei secundi.*

Ceterum Charax videtur hujus urbis quoque meminisse, quum in Coelesyria aliquam Philoteram commemorat. Audiamus Stephanum in Ἐθνικοῖς. Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρε κτίσμα (haec est, cujus Strabo meminit loco mox citato) Ἀπολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ. Ἔςι καὶ κοιλῆς Συρίας Φιλωτέρα, ὡς Χάραξ ἐν ὀγδόῳ χρονικῶν. Τὸ ἐθνικὸν ταύτης Φιλωτέριος διὰ τὸ τινὰς καὶ Φιλωτερίαν αὐτὴν εἰρηκέναι· τῆς δ' Αἰγυπτίας Φιλωτερίτης διὰ τὸ συνηθὲς τε ἐπιχωρίε τύπε. *Philotera, urbs est circa Troglodyticam regionem, opus Satyri. Apollodorus eam nuncupat Philoterida. Est etiam urbs Cavae Syriae Philotera, uti Charax testatur, libro octavo Chronicorum. Hujus gentile est Philoterius, propterea quod aliqui hanc Philoteriam appellant. Sed Philoteriae Aegyptiae gentile est Philoterites: quia haec usitata est in illa regione nominum gentilium forma.* Vide & Melam *l. III. 8.*

PHOGOR.

Φογγόρ. Urbs tribus Judae, cujus mentio fit in codicibus Graecis, non in Hebraeis, *Jos. 15. 60.* In quibusdam codicibus Φαγὼρ legitur. Credibile est, hujus urbis memoriam permansisse in Φογὼρ, quod nomen erat vicici in tribu Judae non longe a Bethlechem (nota autem, in hoc ipso commmate Graeco cum Phogor & aliis Bethlehem quoque recenseri, ut vicinas has fuisse suspicari vel hinc liceat) teste Eusebio in onomastico Ἐςὶ ἡ Φογὼρ κώμη πλησίον Βηθλεέμ. *Est Phogor vicus prope Bethleem.* Fuit itaque e in portione tribus Judae. Hieronymus addit, *quae nunc Phaora nun-*

nuncupatur. Emollita est pronuntiatio, & abjectum gamma, uti Σώαρα dixere pro Σεγώρ &c.

PIRA.

p. 956. Πίρα. Urbs. Οἱ ἐκ Πίρας. *III. Ezr. 5. 37.* Notandum tamen, hoc comma abesse a quibusdam codicibus. Capite septimo Nehemiae, ubi eadem series recensetur, etiam non extat, nec in Hebraeo codice nec Graeco. Videtur natum ex male repetito praecedenti οἱ ἐκ Καφίρας.

* PIRATHON.

פִּרְעָתוֹן, In Ephraim. *Jud. 12. 15.* Φαραθὼν in libris Apocryphis, Φαραθὼ Josepho & Φάραθος, unde gentile פרעתוני *1. Chron. 11. 27.* Graecis ὁ Φαραθονίτης, quod in Lexico Origenis male ἐν ϛοιχείῳ. O legitur junctum ὁ Φαραθονίτης.

PLATANE.

Vicus Sidoniorum, urbi vicinus. Josephus *Ant. XVI. ultimo.*

PORPHYREON.

Stephanus in Ethnicis. Πορφυρεὼν, πόλις Φοινίκης, *Porphyreon, urbs Phoenices.* Inde usque ad Scalam Tyriorum erat captura purpurae. Ita *Gem. Schabbath. 26. 1.* quod haud leve decus addit laudibus Palaestinae. Pollux *l. 1. c. 4. segm. 45.* modum capiendi purpuram in Phoenice usitatam describit prolixe, docetque ὄστρακον & σάρκα simul contundi, ut purpureus inde color eliciatur, & quae ibi plura videri possunt. Fatendum tamen est, veteres videri purpurae capturam non a Tyro usque ad scalam Tyriorum, sed Sidona usque extendere, unde & murex, concha, ostrumque Sidonium aeque ac Tyrium dici solet. Ovidius *Metam. lib. X. 8.*

Collocat hanc stratis concha Sidonide tinctis.

Tibullus *lib. III. eleg. 3.*

Tinctaque Sidonio murice lana juvat.

Horatius *Epist. I. 10.*

Non qui Sidonico contendere callidus ostro.

p. 957. & quae plura sunt in veterum scriptis obvia. Verum haud inde colligas, eo usque extensum fuisse litus, in quo purpurae capiebantur, quoniam poëtae nomina Tyri & Sidonii, ob locorum viciniam, saepe permutare solent; quare & Sidonia Dido pro Tyria videtur a Virgilio esse nuncupata. Ceterum, quia purpura ad Carmeli erat litus, posset esse dictum *Cant. 7. 5. caput tuum, ut Carmel, & cincinnus capitis tui, ut purpura:* nata nempe ad Carmeli litus in aequore, ut aequor frontis (loquor cum poëtis Latinis) a capillis ornabatur.

Mentio

Mentio fit hujus loci in actis Concilii Constantinopolitani habiti *anno 536.* ubi dicitur Πορφυρεὼν ἐπαρχίας Φοινίκης παράλε, esse urbs provinciae Phoenices maritimae, cujus episcopus tunc erat Theodorus. Erat eadem ac Caipha vel Epha, uti Gulielmus Tyrius existimat. Videtur eruditissimo le Moyne *in Variis Sacris pag. 829.* חלזון esse dicta a piscatione purpurae: quamvis Willebrandus Oldenborg in itinerario suo Caipham & Halzon distinguat. Ibidem multa leguntur ad illustrationem hujus loci facientia, quae non vacat describere.

RABBA.

Vel רַבָּה, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 60.*

RABBATH MOBA.

Eadem est ac Areopolis, & urbs Palaestinae tertiae. Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Ῥαβάθμωμα, πόλις τρίτης Παλαιϛίνης, ἡ νῦν Ἀρεόπολις. *Rabathmoma, urbs Palaestinae tertiae, nunc Areopolis dicta.* Videretur μώμα pro μώβα scriptum, verum & in nummis scribitur PABBAΘMΩMHNΩN BMP (aerae caput est *a. v. c. 811.*) & PABBAΘMΩMA. Idem. Μώβα, μοῖρα τῆς Ἀραβίας. Ὀυράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. οἱ οἰκοῦντες Μωβηνοὶ καὶ θηλυκῶς Μωβηνή. Ἔοικε δ' ἐνδεῖν τὸ α. Ἦν γὰρ Μώαβα· καὶ τὸ ἐθνικὸν Μωαβίτης, τὸ θηλυκὸν Μωαβῖτις. *Moba, pars Arabiae. Uranius l. 11.* Arab. *Incolae Mobeni, faemininum Mobene. Videtur deesse A. Est enim Moaba, & gentile Moabites, faemin. Moabitis.*

Diversa est ab hac Rabbathammana, cujus idem meminit his verbis. Ῥαββατάμμανα, πόλις τῆς ὀρεινῆς Ἀραβίας. Λέγεται δὲ ἀδετέρως. *Rabbathammana, urbs Arabiae montanae. Gen. neutr.* Polybius *lib. V.* historiarum p. 958. *p. 414.* edit. Casaub. ita ejus meminit- Μετὰ δὲ ταῦτα συνθανόμενος εἰς τὰ Ῥαβαθάμανα τῆς Ἀραβίας πλείϛας ἠθροισμένας τῶν πολεμίων πορθεῖν καὶ κατατρέχειν τὴν τῶν προσκεχωρηκότων Ἀράβων αὐτῷ χώραν. *Postea factus certior in urbem Arabiae Rabatamana magnum hostium numerum convenisse & agros illorum Arabum, qui se illi adjunxerant, populari atque incursionibus infestare &c.* Josephus Ῥαβαθὰ & Ἀραμαθὰ scribit, nomen hujus urbis. Est eadem ac Philadelphia ad ortum Peraeae. In actis S. Zenonis & Zenae editis ex MS. Vaticano in actis Sanctorum Junii, *tom. IV. p. 476.* dicitur Φιλαδελφία τῆς Ἀραβίας ἥτις ἐν τῷ νόμῳ Ἐμμὰν κέκληται. *Philadelphia Arabiae, quae in Lege (Mosaica) Emman dicitur.*

* RABBITH.

Vel רַבִּית, Urbs tribus Jissascar *Jos. 19. 20.* Hieronymus in Onomastico ad h. v. notat, villam Rebbo esse in finibus Eleutheropolis ad ortum solis: sedd illa huc non facit.

RACCATH.

רַקַּת, Urbs in Nephtali. *Jos. 19. 35.*

* RACCON.

Vel הָרַקּוֹן, Urbs tribus Dan. *Jos. 16. 46.*

* RACHAL.

רָכָל, Urbs tribus Judae. *1. Sam. 30. 29.*

RAGAB.

Locus, ubi praestans oleum colligebatur trans Jordanem. Misna Menachot. VIII. 3. תקוע אלפא לשמן אבא שאול אומר שניה לה רגב בעבר הירדן *Thekoa primas tenet in oleo. Abba Saul dicit, secundas Ragab in regione trans Jordanem.* Meminit ejusdem loci Josephus dicens, Ῥαγαβᾶ esse arcem trans Jordanem sitam in regione Gerasenorum *Ant. XIII. 23.* Et, ni fallor, idem locus est, cujus mentionem facit Eusebius in Onomastico ad vocem Ἄργοβ, scribens, esse vicum πρὸς Γέρεσαν πόλιν, circa Gerasam urbem Arabiae, 15. miliaribus inde versus occasum, cui nomen Ἔργα, quod videtur legendum Ἔργαβα. Nota obiter, regionem Gerasenorum longissime occasum versus extendi. Usum id habebit in N. T. Crediderim in hoc nomine Ῥαγαβὰ esse vestigium nominis ארגב *Argob* in Basan, uti Sacer Codex loqui solet. Confirmat me versio Samaritana Pentateuchi, quae pro *Argob* ubique, saltem saepius (nec enim nunc vacat, omnes illos locos inspicere) *Rigoba* substituit.

p. 959.

RAMA, quae & RAMOLA.

Scriptorem antiquiorem, qui hujus Ramae mentionem facit, non novi Bernardo Monacho, qui saeculo nono vixit & iter instituit in loca sancta *anno 870.* & in *lib. de locis sanctis* ita ejus meminit. *Deinde venerunt Alarixa, de Alarixa in Ramula, juxta quam est monasterium beati Georgii martyris, ubi ipse requiescit. De Ramula ad Emmaus castellum, de Emmaus ad sanctam civitatem Hierusalem.*

Abulhasen Persa in Geographia sua MSta vocat رملة قصبة فلسطين *Ramolam caput Palaestinae.* Licet enim vocem قصبة ita reddere, quae metropolin significat, uti jam observavit Golius in notis ad Alferganum *pag. 279.*

Quamvis autem nomen hujus urbis *Rama* vulgo, & *Ramola* vel *Ramula* dicatur, vult tamen Abulfeda in Geographia sua manu scripta, qui singulis literis nominum urbium vocales & puncta, quae tribuenda sint, adnotavit, scribi *Al Ramla* بسكون الميم *mem nulla vocali addita.* Urbem hanc idem non antiquam, sed conditam esse scribit ab Solimanno filio

filio Abdolmelic, vastata urbe Lydda (*hanc civitatem aedificaverunt Arabes prope Lyddam, quum peregrini primo iverunt ad partes illas, post tempora Mahumeti,* scribit Sanutus in secret. fidel. crucis *pag. 152.*) & aquae ductu, cisterna, aliisque rebus ornatam, abesse ab urbe Hierosolymitana iter unius diei, Lyddam inde abesse tres parasangas (فرسخ) versus ortum (في ناهية الشرق) at etiam versus septentrionem, ut alii referunt.

p. 960.

Ni fallor, etiam Ramolae hujus nomen scriptum fuit a Johanne Cantacuzeno *lib. IV. historiar. cap. XIV. pag. 757.* pro quo nunc Ῥωμαίων legitur, vox notior a librariis substituta pro ignotiori. Sed lector ipse judicet. Recensetur illic epistola Sultani ad Imperatorem, in qua haec scribit. Πάλιν ἐζήτησεν ὁ ἀποκρισιάριος, ὅτι χάλαγμα ἦν παλαιᾶς ἐκκλησίας εἰς τὴν γειτονίαν τῶν Ῥωμαίων ὁ ἅγιος Γεόργιος, νὰ ὁρίσωμεν νὰ κτισθῇ καὶ ἠκέσαμεν τὸν λόγον τȣ̃ καὶ ἐπληρώσαμέν τον. Πάλιν ἐζήτησαν ἔτος τὸν ὁρισμόν μας τὸν ἅγιον νὰ ὑπάγῃ εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάςασιν, νὰ προσκυνήσῃ καὶ ἐκεῖνος καὶ οἱ ἐυρισκόμενοι μετ' ἐκείνȣ. *Postea petiit legatus vester, ut quoddam ruinosum aedificium veteris templi, Sancti Georgii dicti, vicinum Ramensibus* (i. e. incolis Ramae: puto enim Ῥαμαίων scriptum fuisse, aut Ῥαμελαίων) *renovaretur, quod etiam concessimus. Insuper sacram a nobis facultatem petebat, ut ipsi & sociis suis ad Templum, Sanctam Anastasin dictum, Hierosolymas proficisci liceret.* Erat autem templum Sancti Georgii non longe a Rama, ubi olim Lydda fuit, cujus templi pars adhuc superest. Patet, si quis epistolam illam perlegat, agi potissimum de rebus Palaestinis & locis in eo sanctis ac cultu sacro. Huc faciunt quoque illa, quae leguntur in Alexiade Annae Comnenae *lib. XI. pag. 328.* Καὶ κατελθόντες εἰς τὸν Ἰάφα τὴν ἐκείνων περιέμενον ἔφοδον· εἶτα ἐκεῖθεν κατέλαβον τὸ Ῥάμελ, ἐν ᾧ καὶ ὁ μεγαλομάρτυς Γεώργιος μεμαρτύρηκε. *Et convenientes Japham* (haec Joppe est) *illic eorum impetum exspectant. Postea tamen in Ramel* (haec Rama est) *transeunt, ubi magnus martyr Georgius martyrium subiit.*

Vir doctissimus Carolus du Fresne in notis ad Annae Comnenae Alexiadem *pag. 372.* scribit, Ramam hanc olim miliariam cognominatam, & huc refert veterem inscriptionem Trevirensem apud Broverium in Proparasceve Annal. Trevir. *cap. 16.* e qua, quod mendis conspicuis laboret, haud multum certi elicias.

p. 961.

FL. GORDIO. RUFINO. ƎLIB. H.
HORTIS. RAMAE. MILIARIAE
IN. SYRIA. GENITUS IN. ASIA
TRALLIS. DEFUNCTUS AUG. TR. LUCIA.
AFRANIA. VALENTINA. CONIUGI.
KARISSIMO. VIVA. FECIT

Videretur nomen *Miliariae*, tributum Ramae, ortum traxisse ab alia vel cohorte miliaria, quae olim ilic fuit. Ne ex Palaestina nostra excedamus, mentio fit in Notitia dignitatum Imperii Romani *alae primae miliariae* sub dispositione Ducis Palaestinae, & *cohortis primae miliariae Thracum* sub dispositione ducis Arabiae. Vide supra *lib. I. cap. 36.* Suspicatus sum, olim primae hujus cohortis miliariae Thracum mentionem fieri in lapide veteri Praenestino, quem Gruterus corpori inscriptionum suarum inseruit *pag. 565. num. 2.*

C. VALERIO. L. F.
QVIR. FLORINO.
PRAEF. COH. II. THRAC.
SYRIACAE.
TRIB. MIL. LEG. VII.
CLAUD. PIAE. FID.
ERATRI. OPT.
B. M.
PROCVLVS.

p. 962. Quamvis enim non ignorem, saepe in veteribus marmoribus notas numerorum alteras alteris esse majores, uti quum VII & IIII legitur aut IIIIII, pro VII IIII & IIIIII (quod & hic factum esse, non negem, licet certe numerum LEG. VII. non ut alii VII. sed notis magnitudine paribus expresserint) ad istam tamen suspicionem me deduxit usus quorundam, qui I adhibebant pro M, ut mille indicarent. Videri de hac nota possunt, quae Johannes Mabillonius in egregio opere de re diplomatica observavit *pag. 215.* cujus viri obitus acerbiori nos dolore commoveret, nisi Bernardum Montfauconium, merentem indies optime de interioribus literis, & per medias laudes quasi quadrigis vehentem, superstitem reliquisset.

Ceterum, ut animi mei sententiam de lapide Trevirensi expromam, nihil ei commune est cum Rama Palaestinae. Crediderim, in eo legendum esse, militem, aut tribunum, *cohortis primae miliariae in Syria*, sic ut, detritis aut fugientibus literis, nunc legatur *hortis Ramae miliariae:* totamque inscriptionem ita libenter constituerim.

FL.

FL. GORDIO. RVFINO. TRIB. CO
HORTIS. PRIMAE. MILIARIAE
IN. SYRIA. GENITO. IN. ASIA.
TRALLIS. DEFUNCTO AVG. TR. LVCIA
AFRANIA. VALENTINA. CONIVGI.
KARISSIMO. VIVA. FECIT.

Phocas in descriptione locorum sanctorum ita ejus meminit, ut eam 36. aut 37. millibus passuum ab urbe Hierosolymitana collocet; quod intervallum vix differt ab eo, quod secundum itinerarium vetus ei dari debet. Ita ille. Ἀπὸ τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερεσαλὴμ ὡσεὶ μίλια ς' ἐςὶν ἡ Ἀρμαθὲμ πόλις, ἐν ᾗ Σαμεὴλ ὁ μέγας ἐκεῖνος προφήτης γεγέννηται, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὡσεὶ μεθ' ἑτέρων μιλίων ἑπτὰ, ᾗ καὶ πλεῖον διάςημα, ἐςὶν ἡ Ἐμμαὰς πόλις μεγάλη, κοίλαδος μέσον κειμένη, ἐν ὑπεραναβήκοτι ῥαχίῳ ἄτως ὡσεὶ μίλια εἴκοσι καὶ τέσσαρα ἡ τε Ῥαμπλέα χώρα ὑφήπλωται, καὶ ναὸς πάμμεγας ἐν ταύτῃ ὁρᾶται τε ἁγίε μεγαλομάρτυρος Γεωργίε. *Ab urbe sancta Jerusalem circiter 6. millia passuum sunt usque ad Armathem* (הרמתים) *ubi magnus Propheta Samuel natus est. Inde post alia 7. millia aut amplius est Emmaus urbs magna in media valle, sed eminenti dorso insita. Sic ad passuum fere quatuor & viginti regio Ramplea* (haec est Ramola) *diffunditur, & templum ingens in illa conspicitur Sancti & magni martyris Georgii, qui illic natus est.* Lyddam sive Diospolin intelligit, quae patria est S. Georgii non longe a Ramola. p. 963.

RAMA.

רָמָה, Urbs in Benjamin *Jos. 18. 25. Inter Rama & Bethel in montanis Ephraim. Jud. 4. 5.* Legitur *Jud. 19. 13. Perge, ut Gibeae vel Ramae pernoctemus*, unde situs Ramae illustratur. Erat in via, qua Judaei ad Israëlitas proficisci solebant, nam rex Israëlis ideo eam munivit, ne rex Judae ad eam veniret. Aberat 6. miliaria ab Aelia sive Jerusalem ad septentrionem contra Bethel, teste Eusebio in Onomastico. Cellarius putat, *Bethel* male illic legi, quia longe hinc sita erat, & forte *Bethlechem* scripsisse Eusebium. Ego nil muto. Nec enim hinc adeo longe aberat Bethel: vide supra *Bethel. Rama, quae est juxta Gabaa, in septimo lapide a Jerosolymis sita*, scribit Hieron. ad *cap. 5.* Hos. qui ad Sophon. *cap. 1.* testatur, parvum modo viculum sua aetate fuisse. *Rama & Bethoron & reliquae urbes nobiles a Salomone constructae parvi viculi demonstrantur.*

Est etiam urbs Rama, vel הרמה, in Naphtali *Jos. 19. 36.* in finibus Ascher. *Jos. 19. 29.* quam versio vulgata legit Horma, licet apud interpretes Graecos & Eusebium atque Hieronymum Rama extet. Cyrillus tamen commentario in Zachariam *pag. 805.* putat, aliam esse Ramam in

p. 964. in Ascher, aliam in Nephtali. Ῥάμα, πολίχνη τις ἐςὶν ἤτοι κώμη, κλῆρος δὲ τοῖς ἐκ Φυλῆς Ἀσὲρ, καὶ ἑτέρα πρὸς ταύτῃ τῶν ἐκ Φυλῆς Νεφθαλείμ. *Rama oppidulum vel vicus est in sorte tribus Ascher, & alia in tribu Nephtali.* Apud Eusebium quoque distincte recensentur in onomastico Rama in tribu Ascher, & Rama in tribu Nephtali.

Est porro Rama in Ephraim, ubi Samuel habitavit, & sepultus est. Quae creditur eadem esse ac Ramathaim Tzophim. *1. Sam. 1. 19.* Hanc vulgatus Ramatham vocat: sed verum nomen est הרמה *Rama* vel *Harama*, non *Ramatha.* Illud *tha* natum est ex adjecto ה locali *1. Sam. 1. 19.*

Meminit etiam Eusebius Ramae περὶ τὴν Βηθλεὲμ, de qua dictum sit (*Matth. 2. 18. Jerem. 31. 11.*) *vox in Rama audita est.* Sed quum vicum aut urbem eam non appellet, nec aliquid addat, videtur ex illo tantum loco Sacri Codicis hoc elicuisse; quum tamen inde non liqueat, Ramam aliquam a Rama Benjaminitica diversam ibi intelligi debere. Quid? quod non desint, qui per *Rama*, ὑψηλὴν, regionem montanam intelligendam existiment. In Echa Rabbati, *fol. 59. 1.* refertur hoc Jeremiae dictum ad planctum Israëlitarum in exilio Babylonico, & *fol. 66. col. 2.* distinguuntur Babel & Rama, uti duo loca diversa, אחד ברמה ואחד בבבל, *unus (fletus) in Rama, alter in Babylonia.* Denique est Rama in tribu Gad. *2. Reg. 8. 29.*

Meminit etiam Ῥαμᾶ τῆς κώμης, *Rama vici in Syria,* Theodoretus in historia religiosa, *pag. 871.* sed ubi sit, non addit: scribit tantum modo editum collem, ὑψηλὴν κορυφὴν, ei vico imminere: & Ῥαμᾶ per ὑψηλὴν reddunt Graeci *Jer. 31. 15.*

* RAMATH.

רָמַת, Cum adjuncto נגב *austri.* Urbs in Simeon, quae & Baalath Beer dicitur *Jos. 19. 8.* ut quibusdam videtur, quia conjunguntur hoc modo עד בעלת באר רמת נגב. Ea est רמות נגב, quia Simeon partes australes terrae possedit. *1. Sam. 30. 27.*

* RAMATHAIM TZOPHIM.

p. 965. רָמָתַיִם צוֹפִים, In montanis Ephraim *1. Sam. 1. 1.* Erat in regione Thamnitica juxta Diospolim, & eadem, quae in Novo Instrumento Arimathaea dicitur, si credimus Eusebio in Onom. ad vocem Ἀρμαθέμ. Ῥαμαθὲμ appellatur *1. Macc. 11. 34.* ex Samaritide attributa Judaeae. *ibid.* & Ῥαμαθὰ Josepho. Vide omnino, quae nos supra de situ hujus loci notavimus ad vocem *Arimathaea.* Inde patet, frustra esse, qui putant, Ramam, nobile Palaestinae hoc tempore emporium, esse Ramathaim Tzophim. רמתא patria Samuelis appellatur in Targum Hoseae *cap. 5. 8.* Crediturque ibidem sepultus fuisse: vide *1. Sam. 25. 1.* ubi Rama nuncupatur.

Postea hinc translata ossa Samuelis narrat Hieronymus adversus Vigilantium *pag. 283. Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Judaea transtulit in Thraciam . . . . . Et tanta laetitia, quasi praesentem viventemque Prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palaestina usque Chalcedonem jungerentur populorum examina & in Christi laudes una voce resonarent.*

RAMATHA.

Extant nummi veteres inscripti ΡΑΜΑΘΗΝΩΝ ΒΙΡ, id est *Ramathenorum, anno 112.* Aerae caput ducitur ab anno urbis conditae 640. Nummi hi sunt Imperatoris Augusti. Vide Vaillant *numismata Impp. Augg. & Caes. pag. 367.*

רמתא Talmudicis dicitur in Gem. Schabbath *fol. 26. 1.* ubi scribunt, balsamum provenisse מעין גדי ועד רמתא *ab Engeddi ad Ramatha.* Videtur Ramatha terminus hujus campi balsamiferi septentrionalis fuisse, ut Engeddi australis.

Appellatur & hoc nomine patria Samuelis. Vide *Ramathaim Tzophim.* Est haec Ῥαμαθὰ urbs tribus Ephraim Josepho dicta *Antiquit. V. 11.* Suidas in hoc loco Josephi, unde Elcanae historiam descripsit, legisse videtur Ἀρμαθέμ. Ita enim scribit ad vocem Ἀλκάνης. Ἀνὴρ τῶν ἐν μέσῳ πολιτῶν τῆς Ἐφρὲμ κληρεχία, Ἀρμαθὲμ πόλιν κατοικῶν γαμεῖ (in Josepho ἐγάμει) δύο γυναῖκας &c. Clarum est, hanc Armathem & Ramatham esse הרמתים *Haramathaim 1. Sam. 1. 1.* Eadem Ῥαμαθὰ & Ῥαμαθὲμ videtur dici apud eundem Josephum & scriptorem librorum Chasmonaeorum. Josephus quidem *Antiquit. XIII. 8.* scribit, unam esse toparchiam, quae Ῥαμαθὰ ei audit e tribus, quae a Samaritide ablatae p. 966. sunt & Judaeae adjectae. Eademque Ῥαμαθὲμ nuncupatur *1. Macc. 2. 34.*

* RAMATH HAMMITZPE.

רֶמֶת הַמִּצְפֶּה, Urbs Gaditarum. *Jos. 13. 26,* ubi regio eorum dicitur extendi a Cheschbon ad Ramath Hammitzpe.

RAMATHON.

Ῥαμαθὼν. Urbs sub imperio Asae, distans 40. stadia Hierosolymis, quam Baëza Rex Israëlis munivit. Josephus *Antiq. VIII. 6.* Ea est, quae הרמה *Harama* appellatur *2. Chron. 16. 1.* & *1. Reg. 15. 17.* Rama Benjaminis vel Saulis dicitur. Colligitur praeterea illam in Benjamin fuisse, quia ἐν αὐτῷ τόπῳ, in eodem loco, Rex Judae Gabam munivit, uti Josephus ibidem tradit, quae Geba Benjaminis nuncupatur *1. Reg. 15. 22.* Alterius urbis hoc nomine meminit Josephus, quum *Antiquit. VIII. 10.* scribit, Achabum Ramathone (Ῥαμαθῶνι) mortuum esse. Haec Ῥαμαθὼν est Ramoth in Gilead, quam Josephus Ἀραμαθα solet nuncupare. Liquet, id est eo, quod mortuus a Josepho dicatur Ramathone secun-

ſecundum Michae vaticinium. Atqui Micha praedixerat, eum ad Ramoth in Gilead moriturum. *1. Reg. 22. 20.* Ῥεμμὰθ habet Zonaras *lib. II.*

RAMOTH.

רָאמֹת, In Gilead, quae etiam Ramoth ἁπλῶς. Urbs tribus Gad *Deut. 4. 43. Joſ. 20. 8.* Vicus fuit 15. miliaribus a Philadelphia verſus occidentem. Euſebius in Onom. Apud Hieronymum male legitur Orientem. Fuiſſet enim extra fines terrae Iſraëliticae, quae ultra Philadelphiam orientem verſus non protenditur. Idem mox ſcribit, Ramoth Gileaditidis eſſe in Peraea juxta flumen Jaboc. Eſt etiam urbs in Jiſſaſcar. *1. Chron. 6. 73.*

Eſt & רמות Ramoth memorata *1. Sam. 30. 27.* ubi Ramoth auſtri
p. 967. appellatur, ſita in Δαρώμα, ſive auſtrali parte tribus Judae, eadem atque *Ramath negeb.* Aliquid de ſitu ejus licet colligere ex eo, quod inter duas urbes refugii trans Jordanem media fuerit, ut tertia, inter Boſor nempe & Golan *Deut. 4. 43.* quodque Syris Damaſcenis eam eripere tentarint reges Samariae *1. Reg. 4. 22.* adeoque probabiliter inter Damaſcum & Samariam ſita.

Ab hoc nomine non multum recedit Ῥάμιθα, quod antiquiſſimum nomen Laodiceae fuiſſe Stephanus tradit in Ethnicis.

RAPHIA.

Ῥαφία. Urbs inter Aegyptum & Judaeam. *3. Macc. 1. 2.* Hieronymus ad *Dan. XI. Inito certamine juxta oppidum Raphiae, quod in foribus Aegypti eſt, omnem Antiochus amiſit exercitum.* Sita erat haec urbs in tractu maritimo, inter Anthedona & Rhinocolura, vel inter Gazam & Rhinocolura, vide Strabonem: Μετὰ Γάζαν Ῥαφία . . . εἶτα Ῥινοκόλουρα, & Itinerarium Antonini, *Gaza, Rapa, Rhinocolura.* Polybius eam primam Coeleſyriae urbem facit, ſi quis Aegypto in Syriam iter faciat, *hiſtoriarum lib. V.* Πεντήκοντα σταδίους ἀποσχὼν Ῥαφίας· ἣ κεῖται μετὰ Ῥινοκόλουρα, πρώτη τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν πόλεων ὡς πρὸς τὴν Αἴγυπτον. *Quum abeſſet 50. ſtadia a Raphia. Sita eſt haec poſt Rhinocorura (boream verſus) & prima exiſtit urbium Coeleſyriae, ab Aegypto ducto itinere:* & ita quoque Joſephus *Antiquit. XIII. 21.* ſcribit, urbem eſſe in tractu maritimo captam ab Alexandro Jannaeo, & *Antiquit. XIII. 23.* eo ordine recenſet, ut inter Anthedona & Rhinocolura ſita videatur. *Antiquit XIV. 10.* dicit a Gabinio eſſe reſtauratam, & *lib. I. de bell. cap. 3.* & *lib. V. 14.* Ῥάφειαν non ut alias Ῥαφίαν vocat. Et Suidas illam ſcriptionem ex eo, ut videtur, hauſtam lexico ſuo inſeruit, in quo legitur Ῥάφεια, ὄνομα πόλεως. Denique *l. V. c. 14.* ſcribit, eſſe primam Syriae urbem, quae ex Aegypto tendentibus verſus Judaeam occurrit, inter Rhinocolura & Gazam.

Extant nummi veteres hujus urbis ΡΑΦΙΑ ΖΑϹ, *Raphia anno*
p. *273.* Hic nummus eſt Commodi, & typum ejus exhibuit Noriſius in
968. Epochis Syromacedonum. Vide & Vaillantii *nummos Graecos Impp. pag.*
367.

367. Idem *pag. 368.* meminit nummi Imperatoris M. Aurelii Antonini, qui vulgo Caracalla audit, inſcripti ΡΑΦΙΑ ϹΕϹ, *anno 266.* Aerae caput ducitur ab *a. v. c. 697.*

Euſebius vicum Βηθταφέ, 14. miliaribus diſtantem a Raphia verſus Aegyptum dicit eſſe terminum Palaeſtinae in Onomaſtico ad vocem *Bethtaphu.*

Epiſcopus Ῥαφίας interfuit Concilio Epheſino, in cujus actis legitur Ῥωμανὲ Ῥαφίας. Vide *tom. III. conciliorum generalium pag. 448.* Ῥαφείας ſcribitur *ibidem pag. 470. & 498.* Et in actis concilii Conſtantinopolitani, habiti *anno 553.* legitur Stephanus epiſcopus Raphiae. Vide Baluzii *novam collectionem conciliorum pag. 1497.* In actis autem concilii Conſtantinopolitani habiti, *anno 536.* commemoratur Ἐπιφάνιος Ῥαφείας. Vide *tom. V. conciliorum pag. 284.* Urbs fuit Palaeſtinae primae. Vide Notitias Eccleſiaſticas ſupra *lib. I.*

RAPHON.

Ῥαφών. Nomen loci, non longe a Carnaim, ad torrentem *1. Macc. 5. 37. 43.* Ῥαφὰ Joſepho, urbs trans Jordanem ſita. *Antiq. XII. 12.*

REBBO.

Vicus in finibus Eleutheropolis ad ſolis ortum. Hieronymus in Onomaſtico ad vocem Rabboth.

RECHOB.

רְחֹב, Urbs tribus Aſcher *Jud. 1. 31. Joſ. 19. 28.* Verum praeter hanc in eadem ſerie urbium Aſcheriticarum Rechob ultimo loco memoratur: ſic ut duplex fuerit urbs hoc nomine in Aſcher, forte cognoſcenda ex vicinia illius urbis, quacum proxime memoratur. Euſebius ad hanc vocem notat, eſſe vicum Ῥοῶβ 4. miliaribus a Scythopoli. Sed ille huc nil facit.

REMMOD.

Euſebius Ῥεμμὼθ Γαλαάδ. Eſt *Ramoth.* Vide ſupra. p. 969.

REMMON.

Ῥεμμών. Vicus prope Aeliam ad ſeptentrionem, in quinto decimo ejus miliario. Euſebius in Onom.

REMMUS.

Ῥεμμεῦς. Vicus in Daroma. Euſebius ad vocem Remma.

RENGA.

Ῥέγγα. Nomen loci, ubi Palaeſtini praeliaturi cum Hebraeis convenerunt. Joſephus. At confer hiſtoriam ſacram: inde liquet, nomen eſſe corruptum.

REMPHTIS.

Ita vulgo dicebatur tempore Eusebii Ruma, quae in finibus Diospolis sita fuit. Vide eum ad vocem Ῥῆμα.

RESSA.

Ῥῆσσα. Arx, quam, capta urbe Masada, cepit Herodes, deinde Hierosolymas pergens. Josephus. *Antiquit. XIV. 27.* Alii Θῆσσα legunt. Vide hanc vocem.

RHINOCOLURA.

Rhinocolura inter urbes terrae Israëliticae recenseo, quia terminus terrae Israëliticae in Sacro Codice dicitur ad austrum fuisse fluvius Aegypti, id est, fluvius urbi Rhinocolurorum proximus. Erat autem is fluvius, teste Hieronymo, inter Pelusium & Rhioncolura; adeoque Rhinocolura in solo Israëlitis assignato fuit. Nec obstat, eam Aegypto postea attributam fuisse, nam & Chesbon & Medaba fuere Arabiae attributae, non Palaestinarum ulli, quum tamen eae urbes Israëlitarum olim fuerint.

Rhinocorura & Rhinocolura scribitur nomen hujus urbis. Quod
p. 970. si, uti veteres tradunt, ab resectis civium naribus nomen adepta est, videtur Rhinocolura esse dicenda, ut ducatur nomen a ῥῖνες & κόλεος. Sunt, qui a ῥῖνες & κείραεθαι nomen dictum putent: nam & κείρειν est τέμνειν, teste Hesychio, & ῥινότμητοι appellantur, quibus nasus praecisus est: at geminatio literae P. non est in compositis a κείρω. Mirum, ni forte alius quispiam a ῥινοτόμοις id est, *coriorum sectoribus*, sive σκυτοτόμοις, nomen id ducat: nam ῥινὸς est δέρμα. vide Suidam v. ῥινόν. Ῥινοκορρητῶν πόλις dicitur Cyrillo comm. in *Jes. p. 281.* & *ibid. pag. 382.* πόλις τήν τε τῶν Αἰγυπτίων ὁρίζεσα καὶ μέν τοι τὴν Παλαιςινῶν *urbs regionem Aegyptiorum & Palaestinorum terminans.*

Erat ea urbs in confiniis Aegypti & Palaestinae, aut in confiniis Palaestinae & solitudinis, quae Aegyptum inter & Palaestinam est. Ita Epiphanius Ancorato (uti legit Anastasius Sinaita in quaestionibus *pag. 286.*) Κεῖται δὲ αὕτη ἡ Ῥινοκορόρα ἀνὰ μέσον Αἰγύπτε καὶ Παλαιςίνης ἀντικρὺ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. *Sita est haec Rhinocorura inter Aegyptum & Palaestinam, contra mare rubrum.* Ibidem divisio universi orbis terrarum instituta dicitur a Noë inter tres ejus filios, quod & alii narrant. Chronic. Paschal. *pag. 26.* Τῷ μὲν Ἰαφὲθ τρίτῳ υἱῷ τοῦ Νωὲ κατακληρῶται ἀπὸ Μηδίας ἕως Γαδαρίνων καὶ ἀπὸ Ῥινοκορόρων τὰ πρὸς Βορρᾶν. *Japheto, tertio Noë filio, obvenit quicquid a Media usque ad Gadarinos* (Gaditanos, incolas Γαδείρων) *pertinet, & a Rhinocoruris, quae inde recedunt septentrionem:* atque ita, ubi Semi & Chami haereditatem describit, a Rhinocoruris quoque capit exordium, additque *pag. 30.* Κεῖται δὲ αὕτη ἡ Ῥινοκορόρων ἀνὰ μέσον Αἰγύπτε καὶ Παλαιςίνης τῆς ἀντικρὺ κειμένης τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. *Sita est regio Rhinocorurorum media inter Aegyptum & Palaestinam, quae est obversa*

obversa mari rubro. Credo, legendum καὶ τῆς ἀντικρὺ, ut sensus sit, regionem illam esse inter Aegyptum & Palaestinam, & mare rubrum, cujus sinui obvertitur. Nam *pag. 31.* ita fere scribit, Rhinocorura ὁρίζειν Συρίαν καὶ Αἰγυπτον, καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν. Fluvius haud longe ab illa fluens (qui non alluebat urbem ipsam, siquidem Diodoro Siculo credimus, illic aquam potabilem non fuisse, nisi in puteis scribenti) dicitur נחל מצרים *fluvius Aegyptiacus*, de qua re vide omnino, quae *libro I. cap. 45.* notavimus. Hieronymus in commentario ad *Jes. 19.* p.
eam urbibus Aegypti adnumerat (uti etiam in notitiis veteribus ec- 971.
clesiasticis adnumeratur urbibus Aegypti sub metropoli Pelusio) his verbis. *Alii Ares, id est ὄστρακον, hoc est testam urbem Ostracinen intelligi volunt & caeteras juxta Rhinocoruram & Casium civitates, quas usque hodie in Aegypto lingua Chananitide, hoc est Syra, loqui manifestum est: & putant, e vicino Syros atque Arabes a Nabuchodonosor in illam terram fuisse translatos.* Et idem in Comm. ad *Jes. 27.* *Pro torrente Aegypti LXX. Rhinocoruram transtulerunt, quod est oppidum in Aegypti Palaestinaeque confinio, non tam verba scripturarum, quam sensum verborum exprimentes.* Ita & *in vita S. Hilarionis* memorat *vicum Flacidiam*, appellatque *viculum Rhinocorurae urbis Aegypti.* Polybius quoque *lib. V. historiarum* eam adnumerare videtur urbibus Aegypti, nam Raphiam dicit esse primam urbem Syriae, si quis Aegypto versus eam tendat, eamque sitam post Rhinocorura, id est magis versus boream. Stephanus quoque ἐν Ἐθνικοῖς. Ῥινοκόρρα, πόλις Αἰγύπτε ἀπὸ τῶν εἰσωκισμένων ἐκεῖ τὸ παλαιὸν ἀνθρώπων τὰς ῥῖνας ἠκρωτηριασμένων οὕτω καλεμένη. *Rhinocurura, urbs Aegypti ita dicta ab hominibus eo olim ad habitandum missis, quibus nares erant praesectae.* Syriae autem illam Seneca attribuit *lib. III. de ira cap. 20.* *Sicut Rex Persarum totius populi nares recidit in Syria. Inde Rhinocolura loci nomen est.* Atque ita eadem haec urbs apte dici potest urbs Aegypti, Arabiae, & Palaestinae. Distinguantur modo tempora, nihil supererit difficultatis. Baronius in notis ad Martyrolog. Rom. duas urbes hoc nomine statuit, unam in Aegypto, alteram in Syria: sed male. Eadem illa modo Syriae, modo Aegypto tribuitur, pro varia aetate scriptorum, qui ejus meminerunt. Verum altera erat urbs hoc nomine, cujus meminit notitia Graeca episcopatuum, Codino Curopalatae subjuncta in editione Regia *p. 353.* collocaturque ea in Provincia Mauritaniae, hoc modo

ΕΠΑΡΧΙΑ ΜΑΥΡΙΤΑΝΙΑΣ
ΡΙΝΟΚΟΡΟΥΡΩΝ.

Rhinocura, Ῥινοκόρα (ita & ἐπίσκοπος Ῥινοκορέων legitur in actis con- p.
cilii Ephesini,, apud Baluzium *p. 507.*) legitur apud Josephum nomen 972.
hujus urbis *Antiquit. XIII. 23.* diciturque oppidum esse maritimum ad austrum urbis Raphiae. Et *l. V. de bell. c. 14.* sita esse traditur inter Ostracinem & Raphiam, quae prima Syriae urbs est tendentibus ex Aegypto

in Judaeam. *Lib. I. de bell. cap. 11.* Ῥινοκορόρα legitur, ubi tamen Rufinus reddit *Rhinocolura*, uti & *de bell. V. 14.* ubi codices Graeci editi habent Ῥινοκορόρα.

Urbs haec condita est ab rege Aethiopum Actisane, qui hominibus maleferiatis hanc sedem tribuit. Rem narrat Diodorus Siculus bibliothecae historicae *lib. I. c. 60.* Συνετέλεσεν ἴδιόν τι περὶ τὰς λῃσὰς, ἅτε θανατώσας τὰς ἐνόχας, ἅτε ὁλοσχερῶς ἀφεὶς ἀτιμωρήτους. Συναγαγὼν γὰρ ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας τὰς ἐν ἐγκλήμασιν ὄντας καὶ τὴν διάγνωσιν αὐτῶν δικαιοτάτην ποιησάμενος, ἤθροισεν ἅπαντας τὰς καταδεδικασμένας. Ἀποτεμὼν δ' αὐτῶν τὰς μυκτῆρας κατῴκισεν ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς ἐρήμας χώρας, κτίσας πόλιν τὴν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τῶν οἰκητόρων Ῥινοκόρορον προσαγορευθεῖσαν· αὕτη δὲ κειμένη πρὸς τοῖς μεθορίοις τῆς Αἰγύπτου καὶ Συρίας, ἐ μακρὰν τοῦ παρήκοντος αἰγιαλοῦ, πάντων σχεδὸν τῶν πρὸς ἀνθρωπίνην δίαιταν ἀνηκόντων ἐσέρηται· περιέχει μὲν γὰρ αὐτὴν χώρα πλήρης (in aliis codicibus est αὕτη χώραν πλήρη) ἁλμυρίδα, ἐντὸς δὲ τοῦ τείχους ὀλίγον ἐστὶν ὕδωρ ἐν φρέασι, καὶ τοῦτο διεφθαρμένον, καὶ παντελῶς τῇ γεύσει πικρόν. Κατῴκισε δ' αὐτοὺς εἰς ταύτην τὴν χώραν, ὅπως μήτε τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντας βίους διατηροῦντες λυμαινῶνται τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας, μήτε κατὰ τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους ἐπιμιξίας ἀγνοούμενοι λανθάνωσιν· ἀλλ' ὅμως ἐκριφέντες εἰς χώραν ἔρημον καὶ πάντων σχεδὸν τῶν χρησίμων ἄπορον ἐπενόησαν βίον οἰκεῖον τῆς περὶ αὐτοὺς ἐνδείας· ἀναγκαζόσης τῆς φύσεως πρὸς τὴν ἀπορίαν πάντα μηχανᾶσθαι· καλάμην μὲν γὰρ κείροντες ἐκ τῆς ὁμόρου χώρας, καὶ ταύτην σχίζοντες λίνα παραμήκη κατεσκεύαζον· ταῦτα δὲ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους ἰσάντες τὰς θήρας τῶν ὀρτύγων ἐποιοῦντο (φέρονται γὰρ ἔτοι κατ' ἀγέλας μείζους ἐκ τοῦ πελάγους) ὡς θηρεύοντες ἤθροιζον πλῆθος ἱκανὸν εἰς διατροφὴν ἑαυτοῖς. *Singulari modo se gessit (Actisanes) adversum praedones. Nec enim poena capitali in nocentes animadvertit, nec impunitos dimisit. Ex tota enim regione reos undique conquisivit, & instituta cognitione, universos, qui damnati erant, resectis naribus in ultimas oras solitudinis curavit deportari. His quidem in confiniis Aegypti & Syriae haud procul a vicino litore urbem constituit (Rhinocolura illa nuncupata est ab hac calamitate civium) quae omnibus fere rebus ad victum necessariis destituitur. Circa illam enim salsugo est, & putei intra moenia paullum aquae, at corruptae & gustu perquam amarae praebent. Huc eos relegavit, ne homines innocentes laederent veluti antea, & ne ignoti laterent aliis permixti. Veruntamen relegati in hanc oram desertam & omnium commodorum indigam, natura eos impellente ad artes levandae penuriae idoneas, victum indigentiae suae congruum excogitarunt. Stipulas enim ex agris vicinis detonsas fissasque in longa retia aptarunt, quibus per multa stadia in litore expansis coturnices, quarum magna copia ex mari gregatim advolat, aucupabantur & sufficiens sibi alimentum acquirebant.* Nota etiam, coturnicibus pastos fuisse in vicina solitudine Hebraeos. *Exod. 16. 13.*

p. 973.

Meminit Sozomenus *hist. VI. c. 31.* multorum virorum piorum, qui illic habitarunt, & illic memorabile exemplum est modestiae Antistitis Rhinocorurensis.

RIM-

RIMMON.

רִמּוֹן, Urbs in tribu Simeon. *Jos. 19. 7.* Eusebius ad vocem Ἐρεμβὼν notat, vicum esse 16. miliaribus ab Eleutheropoli. Hieronymus addit, *contra meridiem in Daroma.* Et ad vocem Ῥεμμὰ (quam ponit pro רמון *Rimmon*, uti liquet ex eo, quod dicat, Aquilam id reddidisse ἐν Ῥεμμωνᾶ) Eusebius scribit, esse vicum Ῥεμμᾶς in Daroma. Sine dubio loquitur de eodem vico. Et ad vocem Ῥεμμὼν tradit, esse vicum Ῥεμμὼν prope Aeliam versus aquilonem intervallo 15. miliarium. Sed hic vicus alius est. At quis non videt, haec omnia adeo diversa ab eodem auctore Eusebio proficisci non potuisse, si honori ejus aliquo modo consulere volumus, sed ab aliis quaedam inserta fuisse?

Mentio etiam fit loci Rimmon dicti *Zach. 14. 10.* ubi praedicitur regionem omnem, כל הארץ, fore, uti ערבה planitiem, a Geba usque ad Rimmon. Videntur haec loca in terminis oppositis sita fuisse: & alibi Geba commemoratur hoc modo, *a Geba usque ad Beerscheba.* Videtur ergo Rimmon esse posse eadem ac urbs Simeonitica Rimmon: nam & Beerscheba urbs fuit Simeonitarum, quae Gebae opponitur *Jos. 21. 17.*

p. 974.

RIMMONO.

רִמּוֹנוֹ, Urbs in Zabulon, *1. Chron. 6. 77.* Putatur eadem esse ac *Dimna.*

ROGELIM.

רֹגְלִים, Ubi habitabat Barzillai Gileadites *2. Sam. 17. 27.*

ROOB.

Ῥοώβ. Vicus in quarto lapide Scythopoleos. Eusebius in Onom.

* RUMA.

רוּמָה, *2. Reg. 23. 36.* Josepho haec Ἄβεμα vocatur. Memoratur tamen ei alibi Ῥεμὰ vicus Galilaeae *lib. III. de bell. 9.*

RYDDA.

Ῥύδδα. Urbs, quam Judaei Arabibus eripuerunt. Josephus *Antiquit. XIV. 2.*

SAAB.

Σαάβ. In Galilaea; patria Eleazari filii Samaei. Josephus *de bell. III. 9.*

SAARA.

Vicus in finibus Eleutheropolis contra septentrionem, pergentibus Nicopolin, quasi in decimo miliario. Hieronymus in Onomastico. Apud Eusebium legitur Σάρδα: errore nato ex similitudine literarum Α. & Δ. Scripsisse enim videtur Saraa, uti Hieronymus quoque Sarea infra scribit, non Saara. Reponendum & hic videtur Saraa.

SABAIA.

SABAIA.

In Notitia dignitatum Imperii Romani legitur. Vide Excerpta ex ea supra *lib. 1. cap. 36.*

p. 975.

SABURA.

Saburae sive Veterocariae legitur in Notitia Imperii. Non audeo mihi persuadere, legendum esse *Saburae sive Diocaesareae*, ut sit utrumque nomen urbis Sepphoris: nec tamen alius locus mihi se offert, cui haec nomina aptem.

SALABA.

Σαλαβά. Vicus grandis in finibus Sebastes. Eusebius in Onom. ad vocem Σελάβ. In Hieronymo legitur Selaba, & *in finibus Sebastenii* ibidem; quod mihi non videtur mutandum in *Sebastenes*, nam *fines Sebasteni* sunt ὅρια Σεβάςης, & solet cum voce ὅρια nomina urbium jungere, non regionum; uti ὅρια Ἀιλίας, Διοσπόλεως, Ἐλευθεροπόλεως, Διοκαισαρείας &c. & illud ἐν ὁρίοις Σεβάςης alibi (ad vocem *Sonam*) vertit *in finibus Sebastae.*

SALAMIN.

Σαλαμίν. Legitur in solis codicibus Graecis *Jos. 19. 47.* (eo videlicet loco; nam in Codice Hebraeo haec leguntur *Jud. 1. 35.*) Καὶ ὁ Ἀμορραῖος ὑπέμεινε τὲ κατοικεῖν ἐν Ἐλὼμ καὶ ἐν Σαλαμίν. Sed commate 42. reddiderant Σαλαμὶν, quod in Hebraeo legitur שעלבין, & Ἐλὼν quod אילון commate 43. Sic ut non dubitem, eadem loca sub his nominibus latere. Loco citato ex *cap. 1. Judicum*, ubi חר חרס, אילון & שעלבים nomina locorum leguntur, pro iis habent Graeci, ac si appellativa essent, ὄρος ὀςρακῶδες, & ἐν ᾧ αἱ ἄκροι, & ἐν ᾧ αἱ ἀλώπεκες: & mox addunt (puto autem, vel haec, vel praecedentia tollenda, ne bis idem ponatur) ἐν Μυρσινῶνι (quod ex חרס & אילין natum est) & ἐν Θαλαβὶν, quod ex שעלבים ortum esse quilibet animadvertit.

SALAMINE.

p. 976. Malala in Chronico *pag. 296.* meminit urbis Palaestinae Σαλαμίνης, quae ab Augusto Διόσπολις dicta sit. Fuere ergo duae Diospoles in Palaestina, una olim Lydda vocata, & altera haec. In Misna Codice Kilaim *cap. IV. misn. 9.* etiam memoratur urbs צלמין *Tzalamin*, & in Codice Jevamoth. *cap. XVI. m. 6.*

SALCA.

סַלְכָה, In extrema parte Basanitidis. *Deut. 3. 10.* habitabant, videlicet filii Gad, in Baschan usque ad Salcha.

SALEM.

SALEM.

Nomen fuit regiae Melchizedeci, *Gen. 14. 18.* at incertum est, ubi quaerenda sit. Hierosolymam hoc nomine illic innui non putem, & rationes quasdam in hanc rem adduxi supra, ubi de urbe Jerusalem egi. Sunt &, qui hanc Salem putarent eandem, quae Salim, Σαλεὶμ, dicitur *Joh. 3. 23.* ubi & Σαλὴμ legitur in codicibus quibusdam. Sed malim illud Σαλεὶμ credere terminationis esse pluralis, quum regiae Melchizedecianae nomen Σαλὴμ *pacem* significare debeat, uti id in epistola ad Hebraeos explicatur. Quidam inter veteres crediderunt, Salem nomen fuisse urbis Sichem, quod legatur Patriarcha Jacobus venisse שלם, *Schalem*, urbem Sichem: quod alii reddunt sospitem & incolumem advenisse eum: de qua re plura notavimus in parte prima dissertationum miscellanearum. Legitur & nomen Σαλὴμ in versione Alexandrina pro Σαλὼμ vel nomine urbis Schilo, *Jerem. 48. 5.* Καὶ ἔλθωσαν ἄνδρες ἀπὸ Συχὲμ καὶ ἀπὸ Σαλὴμ (alii codd. habent Συλὼμ & Σαλὼμ) καὶ ἀπὸ Σαμαρείας. *Schilo* legitur in contextu Hebraeo: vide *Jerem. 41. 5.* Verum praeterea nomen Salem urbi datur, quae vicina fuit Scythopoli. Hieronymus epistola ad Evangelium. *Salem oppidum est juxta Scythopolim, quod usque hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi palatium Melchisedec, ex magnitudine ruinarum veteris operis ostendens magnificentiam: de quo in posteriore quoque parte Geneseos scriptum est.* (Gen. 33. 17.) Venit Jacob in Succoth, id est, in tabernacula, & fecit sibi domos ibi atque tentoria, & transivit in Salem civitatem regionis Sichem. Chronicon Paschale, p. 977. *pag. 50.* Ἔςιν δὲ ὁ Μελχισεδὲκ ἄνθρωπος ἐκ τῆς Φυλῆς τὲ Χὰμ, μετατεθεὶς ἐκ τῆς φυλῆς αὐτὲ ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαναναίων εἰς τὸ πέραν τὲ Ἰορδάνε εἰς Σαλὴμ πόλιν, ἣ καὶ τὴν κώμην ἐθεασάμην. *Est ergo Melchisedec homo ex gente Cham, translatus ex gente sua ex terra Cananaeorum in terram trans Jordanem in Salem urbem, ubi & vicum illum conspexi.* Suidas ad v. Μελχισεδὲκ scribit, eum ex stirpe Σίδε, filii Aegypti, regis Libyae fuisse, qui in Sion Salem condidit, id est εἰρηνόπολιν.

Est Σαλὴμ vicus juxta Aeliam ad occidentem & Σαλυμιὰς vicus in Campo, 8. miliaribus a Scythopoli, teste Hieronymo in Onomastico ad hanc vocem & Αἰνῶν. Loci hujus Epiphanius quoque meminit, scribens *lib. II. adv. haeres. pag. 469.* Σαλὴμ esse ἐν τῷ πεδίῳ, Σικίμων κατ' ἀντικρὺς, τῆς νυνὶ καλεμένης Νεαπόλεως. *In campo, e regione urbis Sicinorum, quae nunc Neapolis dicitur:* nec enim videntur debere verti, *in planitie Sicimorum*, quum alibi idem Σίκιμα appellet ipsam Neapolin, uti ἐν Σικίμοις, τατ' ἔςιν ἐν τῇ νυνὶ Νεαπόλει *lib. III. adv. haer. pag. 1055.* & ἐν Σικίμοις, ἐν τῇ νυνὶ καλεμένῃ Νεαπόλει, *lib. III. adv. haeres. pag. 1068.*

Eadem Σαλὴμ, puto, indicatur *Judith. 4. 4.* ubi Judaei dicuntur misisse ad Jericho, Choba, Esora, καὶ τὸν αὐλῶνα Σαλήμ. Quis est αὐλὼν Σαλὴμ; Puto, ita haec esse intelligenda: *miserunt in* Αὐλῶνα, id est, Campum magnum,

magnum, qui & Μέγα Πεδίον dicitur, & quidem *ad Salem*, id est, ad vicum Salem. Ansam, opinor, errori dedit, quod Hebraei scripserint שלחו .... למישור לשלם, ἀπέςειλαν, εἰς ἀυλῶνα εἰς Σαλὴμ, quod etiam verti potest ἀυλῶνα Σαλήμ. Alio loco jam notavi, videri librum Judithae Hebraico sermone primum conscriptum, & in Graecam linguam fuisse versum.

SALIM.

Σαλείμ. Locus aquis abundans, ubi Johannes baptizabat prope Aenon *Joh. 3. 23.* Σαλήμ ibi Suidas legit ad vocem Αἰνῶν scribens, Αἰνὼν, ἀπὸ τȣ̃ ἐυαγγελίȣ. Ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνῶν ἐγγὺς τȣ̃ Σαλήμ. *Aenon. Ex Evangelio: ubi scriptum est, erat autem Joannes baptizans Aenone prope Salem.* Σαλὴμ etiam legitur in codice Graeco octavi aut noni saeculi, cujus specimen Montfauconius *pag. 233.* Palaeographiae Graecae exhibet.

p. 978.

Simon Zelotes, unus ex 12. discipulis, dicitur ex Salim oriundus in recensione patriarum 12. Apostolorum ex codice regio edita post Chronicon Paschale, *pag. 438.* Σίμων ὁ καλȣ́μενος Ζηλωτὴς ἀπὸ Σαλεὶμ ἐκ πατρὸς Ζήνωνος. *Simon, dictus Zelotes erat ex Saleim, patre Zenone.* Ibidem emenda nomen patriae Petri, ἀπὸ Θηȣαΐδας τῆς κώμης, & lege Βηθσαΐδας.

SALLIS.

Σαλλίς. Oppidum Idumaeae, quo Judaei in campo Ascalonitico caesi a Romanis fugerunt. Josephus *lib. III. de bell. c. 1.* Ὁι λοιποὶ δὲ τραυματίαι τὸ πλέον σὺν τῷ περιλειπομένῳ τῶν ἡγεμόνων Νίγερι τῆς Ἰδȣμαίας εἰς πολίχνην τινὰ, Σάλλις καλεῖται, συνέφυγον. *Ceteri vero plerique sauciii cum Nigro, qui unus restabat ex ducibus, in oppidum Idumaeae, quod Sallis dicitur, confugere.*

SALMAIDA.

Itinerarium Antonini Martyris meminit hujus urbis his verbis: *Prope ipsam ripam Jordanis quasi miliario secundo est fons, ubi baptizabat Joannes. In ipso loco est vallis, ubi inventus est Helias, quando ei corvus deferebat panem & carnes. In circuitu autem vallis ipsius multitudo est habitantium ibi heremitarum, & ibi prope est civitas, quae vocatur Salmaida, ubi remanserunt duae & semis tribus filiorum Israël, prinsquam transirent Jordanem, in quo loco thermae sunt, quae vocantur Moysi, ubi etiam leprosi mundantur, & ibi est dulcissimus aquae fons, qui bibitur & multos sanat languores, non longe a mari salinarum.*

SALUMIAS.

Vicus in Campo, distans a Scythopoli 18. miliaribus. Hieron. in Onom. ad v. *Salem.* Meminit & anonymus Ravennas. *Philadelphia, Salumiada, Scythopolis, Neapolis.* Eusebius ad vocem Αἰνῶν hunc vicum

p. 979.

Salem

Salem dicit, uti apparet, si illa conferas cum iis, quae ad vocem *Salem* scribit.

SAMARIA.

De regione, cui haec urbs nomen dedit, quae & ipsa Samaria dicitur, supra diximus *libro I.* De urbis hujus situ aliqua etiam notavimus *libro II. capite ultimo.*

שֹׁמְרוֹן dicitur & שֶׁמְרַיִן *Ezr. 4. 10.* quod prius nomen erat montis *1. Reg. 16. 24.* deinde urbis, *ibid.* denique regionis circumjacentis, *2. Reg. 23. 19.* Samariam ita dictam a Samaraeo filio Chanaan scribit Procopius Gazaeus *comm. in Gen. cap. X.* sed refragante Sacro codice: at rectius in *comm. ad III. Regum cap. 16. a Schemer dictus est mons Schomron, & a monte Samaria, quae nunc Sebaste appellatur.* Ἀπὸ τȣ̃ Σεμὴρ τὸ ὄρος ἐκλήθη Σομέρων, ἀπὸ δὲ τȣ̃ ὄρȣς ἡ πόλις Σαμάρεια, ἡ νῦν Σεβάςη προσηγορευομένη. Nempe Sebaste dicta est, Σεβάςη ἡ Παλαιςίνης Epiphanio *lib. III. adv. haeres. pag. 874.* & Σεβαςόπολις, quam urbem idem in Samaria collocat, adeoque non videtur diversa ab hac ipsa, *in libro de vitis Prophetarum pag. 238.* Sebastena civitas Ulpiano *lib. I. tit. 15. ff. de cens.* ubi legitur: *in Palaestina duae fuere coloniae Caesareensis & Aelia Capitolina, sed neutra jus Italicum habet. Divus quoque Severus Sebastenam civitatem coloniam deduxit.*

In Josepho varia ad Samariam spectantia leguntur. Urbem olim dictam fuisse nomine Μαρεὼν (quod ex שמרון מרון originem trahere alibi conjecimus) postea de nomine Σαμάρȣ, a quo Omri (Amarinus Josepho) montem, in quo urbs sita est, emerat, ita appellatam, *Antiquit. VIII. 7.* denique Sebasten nuncupatam, urbemque fuisse munitissimam *Antiq. XIII. 18.* & *XV. 11.* deinde ita vastatam ab Hyrcano, inductis eo torrentibus, ut ne vestigium quidem urbis remanserit, *Antiq. XIII. 18.* a Gabinio instauratam, *Antiq. XIV. 10.* Herodi redditam ab Augusto *Antiq. XV. 11.* abesse ab Hierosolymis iter unius diei, *Antiq. XV. 11.* munitam eam fuisse ab Herode *Antiq. XV. 11.* non longe a Caesarea sitam fuisse *lib. I. de bell. 17.*

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Σαμάρεια, πόλις Ἰȣδαίας, ἡ μετονομασθεῖσα Νεάπολις. *Samaria, urbs Judaeae, postea dicta Neapolis.* Error est. Samaria fuit dicta Sebaste, verum altera urbs regionis Samaritanorum Sichem dicta fuit Neapolis. Idem Σεβάςη .... ἔςι ἐν τῇ Σαμαρειτιδι πολίχνιον. *Sebaste .... est oppidulum in Samaritide.* Nomen oppidi non addidit: erat Samaria. Sed male putavit, Samariae nomen Neapolis datum esse. Strabo *lib. XVI.* Σαμάρειαν, ἣν Ἡρώδης Σεβαςὴν ἐπωνόμασεν. *Samaria, quam Herodes Sebasten appellavit.* Cedrenus in compend. hist. *pag. 184.* Τὴν τῶν Γαβινίων πόλιν, τὴν ποτὲ Σαμαρείαν ἐπικτίσας Σεβαςὴν αὐτὴν προσηγόρευσε. *Gabinii urbem* (lege τȣ̃ Γαβινίȣ) *olim Samariam dictam instauravit & nomen Sebastes dedit.* Theodoretus, *quaest. 48. in lib. III. Reg.* Σαμάρεια δὲ ἐςιν ἡ νῦν Σεβαςὴ προσαγορευομένη. *Samaria est, quae nunc Sebaste dicitur*

p. 980.

citur & ita quoque in comm. ad *Jes. pag. 33.* Iisdemque fere verbis Anastasius Sinaita, *quaest. 45.* Σαμάρεια δὲ ἐςιν ἡ νῦν Σεβάςεια προσαγορευομένη. *Samaria est, quae nunc Sebastia nuncupatur.* Chronicon Paschale, *pag. 181.* Ἰωνάθης ὁ Μακκαβαῖος Ἰεδαίων ἀρχιερεὺς τὴν Σαμάρειαν, τὴν καθ' ἡμᾶς Σεβαςὴν καλεμένην, Σαμαρέων ὖσαν πολιορκήσας εἰς ἔδαφος καθεῖλεν· ἣν ὕςερον Ἡρώδης ἀλλόφυλος βασιλεύσας Ἰεδαίων ἀναςήσας Σεβαςὴν ὠνόμασεν. *Jonathas Maccabaeus* (ita scribit; quum tamen Maccabaeus fuerit solius Judae cognomen nec cum fratribus communicandum) *Judaeorum Pontifex Samariam, quam nunc Sebasten appellamus, urbem Samaritanorum expugnatam solo acquavit. Herodes autem alienigena Rex Judaeorum factus eam instauravit & Sebasten nuncupavit.* Idem fere tradit *pag. 193.*

Hieronymus meminit hujus urbis aliquoties. *Erat in montibus sita, ubi nunc Sebaste est, in qua & Sancti Joannis Baptistae ossa sunt condita*, scribit ad *Mich. 1.* & mox: *Samaria in pulcherrimo Judaeae & uberrimo sita loco nunc quoque ostenditur.* Paula & Eustochium in epist. ad Marcellam: *Samariam pergere & Johannis Baptistae, Elisaei quoque & Abdiae, pariter cineres adorare.* Idem in Onomastico, ad vocem *Semeron*, & in commentario ad *Hos. 1.* ossium S. Johannis Baptistae illic conditorum meminit his verbis, *Samariae, duae & ipsa altera urbs fuit metropolis decem tribuum, quae* p. 981. *postea ab Augusto Caesare appellata est Augusta, id est* Σεβαςὴ, *in qua ossa Joannis Baptistae condita sunt.* In comm. ad Obadiam *cap. 1.* etiam Obadiam illic conditum asserit. *Sepulcrum ejus usque hodie cum Mausoleo Elisaei Prophetae & Baptistae Johannis in Sebaste venerationi habetur, quae olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Judaeae Antipatri filius in honorem Augusti Caesaris Graeco sermone vocavit Augustam.* Ceterum ossium S. Johannis Baptistae & alii meminerunt. Theodoretus hist. eccles. *lib. III. cap. 7.* Ἐν Σεβαςῇ δὲ ἡ καὶ αὕτη εἰς προειρήμενον ἔθνος τελεῖ, Ἰωάννε τȣ̃ βαπτιςȣ̃ τὴν θήκην ἀνέωξαν, πυρίτε παρέδοσαν τὰ ὀςᾶ καὶ τὸν κόνιν ἐσκέδασαν. *In Sebaste autem, quae urbs ejusdem gentis est (cum Gaza & Ascalone, modo memoratis) Joannis Baptistae arcam aperuerunt & ossibus igne consumtis cineres disperserunt quaquaversum.* Meminit etiam hujus sceleris Philostorgius *histor. lib. VII. 4.* sed Sebasten non nominat. Chronicon Paschale *ad annum 361.* Ἐν Παλαιςίνῃ τȣ̃ ἁγίȣ Ἰωάννȣ τȣ̃ Βαπτιςȣ̃ λείψα. α ἐν Σεβαςῇ τῇ πόλει κείμενα ἀνορύξαντες διεσκόρπισαν. *In Palaestina Sancti Johannis Baptistae reliquias in urbe Sebaste depositas effoderunt & disperserunt.* Julianus ipse in Misopogone ea re gloriatur Syros atheorum monumenta signo a se dato evertisse. De his reliquiis, quae Alexandriam, Constantinopolin, & Ravennam delatae dicuntur, quid factum sit, vide multa in *Actis Sanctorum tom. II. Junii pag. 784.*

Nummi hujus urbis plurimi commemorantur ab iis, qui hanc partem literaturae ornandam sumserunt. In illis Sebaste aut Sebaste Syriae nuncupatur, & aera adscripta legitur. Vaillantius in numismatibus Imperatorum, Augustorum & Caesarum *pag. 370.* exhibet nummum Neronis

Neronis inscriptum ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΣΥΡΙΑΣ ϟΑ, in quo Astarte conspici dicitur stans, dextra caput Osiridis, sinistra hastam, tenens, pede fluvium calcans. Fluvios ipsi Samariae inductos commemorantem mox Josephum audivimus. Epochae caput ducitur ab A. V. C. 729. Eminentissimus Norisius typum exhibet in eximio opere *de Epochis Syromacedonum diss. V.* nummi inscripti CEBACTHNΩN L. ΘP. (A. 106.) & alius CEBACTHNΩN CYP. L. CIϛ. *Sebastenorum, anno 215.* &, p. ni fallor, eundem exhibere voluit (deest enim L. C.) Patinus *in nummis* 982. *aereis Impp. pag. 213.* Sunt & alii, annorum CIE, 215. & CK, 220.

Meminit idem Norisius *pag. 525.* nummi Neronis, quem in hac urbe cusum suspicatur, & typum ejus exhibuit. Uti illic conspicitur, legitur in eo Θ. ΣΕΒΑCTΩNM .... ΑΡΙΑ ΗΠΡ, & in area nummi L. ΙΔ. ubi, inquit, *annus 188.* (ΗΠΡ) epochae conjungitur cum *anno decimo quarto* imperii Neronis: restituitque per conjecturam hac ratione inscriptionem nummi Θ. ΣΕΒΑCTΩN ΜΕΓαλων ΣΑΜΑΡΙΑ ΗΠΡ. L. ΙΔ. *Deorum Augustorum magnorum. Samaria. Anno CLXXXVIII. imperii* vero *Neronis XIV.* Ad quae illustranda quum plura subjunxisset, tandem ita scribit: *haec mihi laudati nummi interpretatio in mentem venit, qua tamen longe meliorem viri doctiores invenient, quo usque integer nummus quandoque repertus veram epigraphen prodat.*

Incidit in ejusmodi nummum integerrimum, sic ut dubitari non possit, literas ita revera in nummo extare ac hic exhibentur, ejusque ἔκτυπον communicavit mecum, Joannes Masson, vir monumentis vetustatis illustrandis natus, quem in thesauro bibliothecae Bodlejanae invenit, in quo KAICAPIA H ΠPOC CEBACTΩN M. legitur, quod ipse interpretabatur *Caesarea prope Augustorum templum, metropolis.* L. ΙΔ. est *anno XIV.*

Unde liquet, nummum hanc Caesareae, non Samariae, tribuendum p. 983. esse, & epocham non latere in literis ΗΠΡ, quae partem faciunt vocum Η ΠΡΟ C, & O in voce ΠΡΟC male lectum pro Θ, nec eo Θεȣ̃ς indicari, & quae sunt alia. Plura non addo, quod ipse Massonus hunc nummum & plurimos alios scriptis illustrare constituerit.

Episcopos Sebastes hos invenio in actis conciliorum memoratos.

MARIUM. Hic quidem ita subscripsit concilio Niceno primo,

Marius Sebastenus.

Alii legunt *Marinus.*

PRISCIANUM. Subscripsit Constantinopolitano primo, inter oecumenica secundo, habito anno aerae Christianae 381. Vide *tomum II.* conciliorum generalium *pag. 956.*

CONSTANTINUM. In actis Ephesi, quae inserta sunt actis concilii Chalcedonensis, *tomo IV.* conciliorum *pag. 118.* legitur.

Κωνσταντίνε Σεβαςῆς.

PELAGIUM. In actis concilii Hierosolymitani, habiti *anno 536.* Vide *tom. V.* conciliorum, *pag. 284.*

SAMEGA.

Σαμεγά. Urbs capta ab Hyrcano. Josephus *Ant. XIII. 17.* Σαμαία appellatur *lib. I. de bell. 1. 2.*

SAMPHO.

Σαμφώ. Vicus Samaritidis, *Ant. XVII. 12.* Appellatur Σαπφὼ *lib. I. de bell. c. 3.* κώμη ἐρυμνή.

SANIM.

Σανίμ. Vicus in finibus Sebastes in regione Acrabattine. Eusebius ad vocem Σωνάμ.

* SANSANNA.

סַנְסַנָּה, Urbs in regione australi tribus Judae *Jos. 15. 32.*

p. 984.

SAPHEC.

Σαφέκ. Urbs memorata in codicibus Graecis, *1. Sam. 30. 29.* In Hebraeis de illa nihil. Vide supra ad vocem *Atach.*

SAPHIR. Vide *Schaphir.*

SARAA.

Σαραά. Vicus 10. mill. ab Eleutheropoli versus Nicopolin. Eusebius in Onom. Erat juxta Estaol, teste Hieronymo ad vocem Sarea: & non longe a Caphar Sorech; vide Eusebium ad Σωρήκ.

SARABATHA.

Patria Sophoniae Prophetae. Epiphanius *de vitis Prophetarum p. 248.* ἀπὸ ὄρους Σαραβαθά. Ubi al. codd. Βαραθά. Chronicon Paschale *pag. 151.*

ἐξ ἀγρῶν Σαβαρθαθά. Logotheta, ἀπὸ ὄρους Ἐνβαραθά. Hesychius Presbyter ab Hoeschelio editus habet ἐκ φυλῆς Συμεὼν ἀγρῶν Σαβαρεώθ.

SARAIM.

Σαραΐμ. Urbs tribus Judae. Josephus *Antiquit. VIII. 3.* צרעה Zoraa nuncupatur *2. Chron. XI. 10.* uti liquet ex serie urbium recensitarum eodem ordine a Josepho & auctore sacro.

SARAFA.

Meminit anonymus geographus in expositione totius mundi. *Sarafa, Caesarea, Neapolis &c.* vide *Sariphaea.*

SARASA.

Σαρασά. Oppidum, in quo sepultus est Samson. Josephus *Antiquit. V. 10. Jud. 16. 31.* צרעה Σοραά appellatur. Ita scribendum fuerat. Sed videtur legisse צרצה unde Σαρασά natum est.

SAREPHTHA.

Σαρεφθά (צרפת) media inter Tyrum & Sidonem est, teste Josepho & Plinio, qui illam Saraptam vocat. Stephanus. Σάραπτα, πόλις Φοινίκης. *Sarapta, urbs Phoenices.* Josepho urbs haec Σαρεφθὰ dicitur *Antiquit. VIII. 7.* Nunc appellatur صرفند, uti & a geographo Arabe Scherif Ibn Idris. Ita ille ومنه الي صرفند عشرون ميلا وهو مصر حسن ومنه الي صيدا عشرة اميال وبين صور وصرفند يقع نهر لنطة ومنبعة من الجبال ويقع هناك في البحر *Et ab illa (Tyro) usque ad Tzarphand sunt 20. miliaria. Est autem Tzarphand arx pulcherrima. Et ab illa usque ad Tzaida (Sidonem) sunt decem miliaria. Inter Tyrum vero & Tzarphand labitur flumen Lante, e montibus ortum trahens, & hic in mare se volvens.* p. 985.

Meminit & Hieronymus *in Epitaphio Paulae. Sidone derelicta in Sareptae litore Eliae est ingressa turriculam, in qua adorato Domino Salvatore per arenas Tyri, in quibus genua Paulus fixit, pervenit Acco.* Itinerarium Antonini Martyris. *Deinde venimus Sareptam, quae civitas modica est, & homines in ea Christianissimi, in qua civitate est coenaculum illud, quod fuit Heliae, & lectus, ubi requievit, & alveus marmoreus, ubi vidua fermentavit, in quo loco multa offeruntur & virtutes multae sunt. Exeuntes de Sarepta venimus in civitatem Tyrum a Sarepta miliario sexto.* Phocas in descript. Sanctor. locor. Μετὰ τὴν Σιδόνα τὸ Σαραφθὰ κάστρον περὶ τὸ κλύσμα τῆς θαλάσσης τεθεμελίωται καὶ ναὸς τοῦ προφήτου Ἠλιοῦ ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῆς ξενισάσης αὐτὸν χήρας μέσον τοῦ πολίσματος ἱδρυται. *Post Sidonem Sarephtha castrum in alluvione ipsa maris fundatur & templum Prophetae Eliae in aede viduae, quae eum hospitio excepit, media in urbe assurgit.*

Celebre est vinum Sarephthinum, quod Tyrium videtur Plinius appellare *lib. XIV. 7.* a loco vicino magis noto. Commendatur id ab Alexan-

Alexandro Tralliano *lib. I. cap. 13.* καὶ ὀλίγον οἶνον . . . . . καὶ μάλιστα τὸν ὑδατώδη, οἷός ἐστιν ὁ Κνίδιος καὶ ὁ Σάμιος καὶ ὁ Σερεφθῖνος (ita vetus codex MStus habet cum meo collatus) *Et vinum exiguarum virium* (*parum vini* aliis) *& potissimum aquosum, quale est Cnidium, Samium, & Serephtinum.* Contra Fulgentius *lib. II.* Mythologicôn de illo vino haec habet.
p. 986. *Liber ergo pater dictus est, quod vini passio liberas mentes faciat. Indos vero vicisse, quod haec gens valde sit vino dedita, duobus scilicet modis, sive quod fervor solis eos faciat potatores, sive quod ibi sit Seraptenum vinum vel Meroitanum, cujus vini tanta virtus est, quo vix licet ebriosus sextarium toto mense bibat.* At nec Meröen nec Sareptam apud Indos quaeri oportuit: certe non Sareptam; nam Meröe dici posset esse Indorum, quod & Aethiopes, gentes Africanae, Indi quibusdam ex veteribus dicantur. Sic Nilus Virgilio dicitur,

Usque coloratis amnis devexus ab Indis.

Ita Axumitae Indi dicuntur, & Frumentius apostolus Indorum. Nec defuere, qui & Homeritas, socios Axumitarum in Arabia sitos, nuncupaverint Indos: sed urbes Phoenicias, qualis erat Sarepta, Indicas appellatas fuisse a veteribus non scio. Corippus, *lib. III.* vini Sarephthini meminit,

—— *Et dulcia Bacchi*
Munera, quae Sarepta ferax, quae Gaza, crearat.

Fortunatus, de vita S. Martini.

—— *Falerna,*
Gazaque, Creta, Samos, Cypros, Colophona, Sarepta,
Lucida perspicuis certantia vina lapillis.

Martinus Dumiensis,

Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna,
Quaeque Sarepteno palmite missa bibas.

Trebellius Pollio in vita Claudii epistolam Gallieni exhibet, in qua inter alia munera missa leguntur *oraria Sarabadena* vel *Sarabdena.* Vir maximus, Claudius Salmasius, ad Sareptam nostram ea refert. Orarium est segmentum vel fascia, quae ad oram vestis adsuitur.

SARERA.

p. 987. Ἐκ γῆς Σαρηρὰ erat Ezechiel. Epiphanius de vitis Prophet. & Polychronius in *Ezech. 24.* sed in Chronico Paschali legitur ἐξ Ἀριρά. Affine voci priori est *Sarara*, uti legit Hieronymus, vel Σερωρά, quae Eusebio in Onomastico est πόλις ἀπιόντων εἰς Ἐδώμ.

SARID.

SARID.

שָׂרִיד, Urbs in finibus Zabulon. *Jos. 19. 12.* Affine nomen est שׂרידים *Joël. 2. 32.* quod Theodotion reddit Σαριδεὶν, habetque pro nomine propriio, quemadmodum & Judaei, teste Hieronymo.

SARIPHAEA.

Σαριφαία. Urbs Palaestinae episcopatu insignis. Mentio fit ejus in Concilio Hierosolymitano habito *anno 536.* ubi legitur Στέφανος Σαριφαίας. In Latin. *Scarphiensis* & *Sariphaeensis.* Mentio fit illius urbis in historia martyrii 20. patrum laurae S. Sabae, quam conscripsit ipsarum aequalis Stephanus monachus, & ex codice MSto typis describi curaverunt, eruditissimi editores vasti illius operis, quod *Acta Sanctorum* inscribitur, & quia multa eximia λείψανα veteris & medii aevi continet, multum mihi profuit. Illic legitur de Saracenis *anno* Christi 797. in Palaestinam irruentibus, Διαφόρες γὰρ πολυανθρώπες πόλεις ἠρήμωσαν· ἡ γὰρ Ἐλευθερόπολιν παντελῶς ἀεὶ ἀοίκητον ἔθηκαν, πᾶσαν ἐκποροθήσαντες· ἀλλὰ καὶ Ἀσκάλωνα καὶ Γάζαν καὶ Σαρεφαίαν (nota ita scribi illic per ψιλὸν) καὶ ἑτέρας πόλεις δεινῶς ἐιλκύσαντο. *Diversas urbes, easque incolis refertas, depopulati sunt. Eleutheropolin enim plane desertam & inhabitatam reddiderunt, & praeterea Ascalona, Gazam & Sarephaeam, nec non alias urbes diripuerunt.* Hinc discimus, in vicina Gazae & Ascalonis Sariphaeam sitam fuisse. Memorari quoque eam existimo nomine Sarafa, in expositione totius mundi auctore anonymo, nam Sareptae jam ante meminerat. Forsitan est צריפין, cujus in Talmude mentio, unde tradunt, manipulum hordeaceum aliquando fuisse petitum, quum in locis urbi Hierosolymitanae proximis hordeum non provenisset.

Ceterum nunc est vicus *Serphend*, quod nomen haud multum abit ab illo Σαριφαίας, inter Joppen & Ramam. Inter Joppen & Ramam nulli vici sunt, praeter Jazer & Serfend. Jazur abest 3. quadrantes horae itineris a Joppe. Serfend unam horam a Jazur & dimidiam horam a Rama. Haec mihi significavit vir integerrimus Henricus Lub, qui Ramae diu habitavit, & cujus jam antea memini. p. 988.

In notitiis veteribus de Sariphaea nihil. Quare videtur eo tempore, quum illae conscriptae sunt, nondum habuisse episcopum.

SARIS.

Σάρις. Oppidum tribus Judae. Josephus *Antiquit. VI. 14.* ubi pro πάλιν lege πόλιν. Estne *Sores* in Graecis Josuae? vide supra ad vocem *Betlechem.*

SARON.

In portione tribus Gad vulgo collocatur, & sunt, qui urbem putent fuisse, quia מגרשי ejus a Gaditis inhabitata commemorantur

1. Chron. 5. 16. Nos cum iis non facimus. Vide, quae scripsimus supra *lib. I. cap. 55. pag. 370.*

* SCHAALABBIN.

שַׁעַלַבִּין, Urbs Danitarum. *Jos. 19. 42.* Est vicus quidam Σκλαβὰ dictus in finibus Sebastes. Eusebius in Onomast. Meminit illius loci quoque Hieronymus in comm. ad *Ezech. 48.* eum *Selebi* nuncupans. *Septima Dan usque Joppem, ubi sunt turres Ailon & Selebi & Emaus.* Junguntur etiam *Jos. 19. 42.* שעלבין ואילון.

SCHAALBIM.

שַׁעַלְבִּים, Jungitur cum Ajalon & Cheres *Jud. 1. 35.* & Bethschemes ac Makatz *1. Reg. 4. 9.* Videtur eadem ac praecedens.

SCHAARAIM.

שַׁעֲרַיִם, Urbs tribus Judae in planitie sita. *Jos. 15. 36.* Sunt, qui putent, hujus loci mentionem fieri *1. Macc. 5. 66.* ubi nunc Σαμάρεια legitur. Sed nos Μάρισσαν substituimus: vid. Marissa.

* SCHACHATZIMA.

p. 989. שַׁחֲצִימָה, Urbs in finibus Jissascar *Jos. 19. 22.* Legendum esse שחצימה, & puncta in contextu scripta non esse puncta literarum illic scriptarum, sed illius vocis, quae in margine est exarata, monetur a Masorethis.

SCHALEM. Vide *Salem.*

SCHAMIR.

שָׁמִיר, In montanis Ephraim, ubi habitavit Judex Tola ex tribu Jissascar *Jud. 10. 1.* quare nonnulli putant, urbem sitam fuisse in regione tribus Jissascar בהר *juxta montana* Ephraim. Est & in montanis Judae. *Jos. 15. 48.* pro qua שפיר legerunt interpretes Alexandrini, qui Σαφεὶρ habent.

* SCHAPHIR.

שָׁפִיר, *Mich. 1. 11.* Est in regione montana, estque hoc nomine vicus inter Eleutheropolin & Ascalonem. Ita Eusebius ad vocem Σαφείρ. Bonfrerius in commentario ad Eusebii Onomasticon scribit, *hujus nulla usquam in Scriptura mentio.* Sed omnino ejus loci mentio fit, nempe *Mich. 1. 11.* verum hinc natus est error, quod in versione vulgata & pluribus aliis nomina urbium Michae *c. 1.* memoratarum pro appellativis habita fuerint. Praeterea potuit Eusebius hanc vocem hausisse ex *Jos. 15. 48.* ubi Σαφεὶρ inter urbes Judae recensetur in versione Graeca, quamvis in codicibus Hebraeis שמיר legatur, non שפיר. Et crediderim potius, ex hoc Josuae loco vocem Σαφεὶρ hausisse Eusebium, quam ex loco Michae, quia dicit Σαφεὶρ ἐν γῇ ὀρεινῇ, quod etiam legitur *Jos. 15. 48.* ubi inter urbes in montanis sitas recensetur.

Quae-

Quaeri potest, quomodo Eusebius hunc vicum in montanis locet, eundemque inter Eleutheropolin & Ascalona. Montes enim non videntur fuisse inter Eleutheropolin & Ascalona. Ad occasum Eleutheropolis erat regio campestris, teste Eusebio ad vocem Σεφηλά. Erat autem Ascalon ad occasum Eleutheropolis. Suspicor id voluisse Eusebium, Σαφεὶρ esse nomen urbis, quae *Jos. 15. 48.* in versione Graeca recensetur inter urbes tractus montani, & esse hoc nomine vicum aliquem situm inter Eleutheropolin & Ascalona. Adeoque punctum videtur locandum post ὀρεινῇ. Sic ut scribat, fuisse illum ἐν γῇ ὀρεινῇ. Κώμη ἐςὶ μεταξὺ Ἐλευθεροπόλεως καὶ Ἀσκάλωνος. p. 990.

* SCHARUCHEN.

שָׁרוּחֶן, Urbs tribus Simeon. *Jos. 19. 6.* sed quum 13. numero fuerint urbes illic recensitae, &, si Scharuchen urbs fuit singularis, sint 14, una demi debet. Graeci hanc tollunt & οἱ ἄγροὶ αὐτῆς reddunt, ac si legissent שרוחן.

SCHAZUR.

שזור, Oppidum prope Zephat in superiore Galilaea: unde Simeon שזורי. Ita R. Abraham Zacuth, auctor libri Juchasin, *fol. 68. 1.*

* SCHEBA.

שֶׁבַע, Urbs in Simeon, *Jos. 19. 2.* eadem ac Beerscheba, ut Hillerus vult in Onomastico Sacro *pag. 519.* reddens ושבע *ea est Scheba*, uti *Jos. 19. 46.* ומי הירקון והרקון *& Me Haijarcon: ea est Haraccon.* Ego tamen putarem, esse urbem distinctam, & eandem שמע appellari *Jos. 15. 26.* ubi etiam ante Molada recensetur uti *Jos. 19. 2.* Adde quod Simeon acceperit urbes e Juda, in quibus nulla Schema recensita fuit. Sed facilis est literarum ב & מ permutatio: & Interpretes Graeci *Jos. 19. 2.* Σάμαὰ habent.

* SCHEBAM.

שֶׁבָם, Urbs tribus Ruben. *Num. 32. 3.*

SCHEBARIM.

שְׁבָרִים, Prope Ai. *Jos. 7. 5.* p. 991.

SCHEKEM. Vide *Sichem.*

* SCHEMA.

שֶׁמַע, Urbs in parte australi tribus Juda. *Jos. 15. 26.* vide vocem *Scheba.*

SCHEPHAM.

שְׁפָם, Locus in finibus orientalibus terrae Israëliticae cis Jordanem *Numm. 34. 10. 11.*

SCHICHIN.

שיחין, Urbs propter artes magicas, מפני כשפים, vastata. *Gem. Hier. Taanith*, & *Echa Rabbati fol. 75. 3.* Alibi memoratur כפר שיחין & jungitur cum Caphar Chananjae: unde colligere liceret, locum hunc in Galilaea situm fuisse. Sed mittamus incerta.

* SCHILCHIM.

שִׁלְחִים, Urbs tribus Judae. *Jos. 15. 32.* vide supra tabellam triplicem *p. 153.*

SCHILO. Vide *Silo.*

SCHIMRON.

שִׁמְרוֹן, Urbs tribus Zabulon. *Jos. 19. 15.*

* SCHIMRON MERON.

שִׁמְרוֹן מְרוֹן, *Jos. 12. 20.* Forsitan est eadem ac praecedens. Graeci duorum, non unius loci, nomen esse putant.

* SCHION.

p. 992. שִׁיאוֹן, Urbs tribus Jissascar. *Jos. 19. 19.* Sita est juxta montem Tabor, teste Eusebio ad vocem Σιών.

* SCHIPHMOTH.

שִׁפְמוֹת, Nihil de hoc loco constat nisi ex *1. Sam. 30. 28.*

SCHUNEM.

שׁוּנֵם, Urbs in Jissascar *Jos. 19. 18. 1. Sam. 28. 4.* unde שונמית. Eusebius ad hanc vocem notat, esse vicum in finibus Sebastae in Acrabattene nomine Sanim. Et idem ad vocem Σαβήμ, esse vicum Sulem 5. miliaribus a monte Thabor versus meridiem. Non longe aberat hic locus a Gilboa: nam Philistaei castrametabantur in vel circa Schunem, & Saul in Gilboa autem 6. miliaria circiter aberat a Scythopoli, teste Eusebio, si Γελβὲς vicus eodem loco situs fuerit.

SCYTHOPOLIS.

Urbs ea olim dicta Bethschean (vide supra ad vocem *Bethschean*) postea nomen accepit Scythopolis. Interpretes Graeci, *Judic. 1. 27.* Βαιθσὰν, ἥ ἐςι Σκυθῶν πόλις. Sed posteriora videntur ex margine in contextum irrepsisse, postquam sibi gentes illam adsciverunt. Scythas nomen ei dedisse vix crediderim. Nec enim ab antiqua illa Scytharum irruptione in Palaestinam, cujus meminit Herodotus *lib. I.* illud nomen arcessendum est, quae plane ficta multis videtur. Hieronymus in Quaestionibus Hebraïcis ad *Gen. 33. 17.* aliqua scribit, lucem, uti opinor, huic rei datura. *In Hebraeo legitur* Sochoth (סכת) *est autem usque hodie civitas trans Jordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos.* Hinc discimus, in regione Scythopoleos locum illum Succoth, ita a Jacobo appellatum, fuisse, licet Scythopolis non trans, sed cis Jordanem fuerit. Quare conjici posset, stante Templo secundo, regionem vicinam loco Succoth a loco hoc celeberrimo nomen traxisse, quumque cis Jordanem p. 993. urbs Bethsan in eadem regione praecipua & metropolis censeretur, dictam illam esse Σκυθόπολιν vel Συκοθόπολιν, quasi urbem dicas primariam ejus regionis, in qua Succoth est, unde postea nomen notius Σκυθόπολις formatum est. Georgius tamen Syncellus *pag. 214.* a Scytharum irruptione tempore regis Josiae filii Amos in Palaestinam hoc nomen ducit. Ita scribit, Σκύθαι τὴν Παλαιςίνην κατέδραμον καὶ τὴν Βασὰν κατέσχον, τὴν ἐξ αὐτῶν κληθεῖσαν Σκυθόπολιν. *Scythae Palaestinam incursionibus populantur & Basan* (lege Bethsan) *occupant de eorum nomine dictam Scythopolim.* Ineptum est glossema margini adscriptum, Τὶς ἦν ἡ Σκυθόπολις Σεβαςὴ πρὶν καλεμένη, natum ex ignotioris vocis Βεθσάνη ignorantia: nunquam enim ea Sebaste nuncupata fuit. Bochartus nomen a שטה, spinae genere, quod ibi crescebat affatim, deductum scribit in Hierozoico *lib. II. c. 31.* Suspicor, occasionem huic opinioni dedisse verba Hieronymi, & situm Scythopolis in Arabiae confiniis.

Tzetzi *Basan* dicitur, Chiliade X. *vers. 306.*

> Βασὰν κατὰ τινὰς Σκυθῶν λέγεται πόλις εἶναι.
> *Basan secundum quosdam dicitur esse Scythopolis.*

Quum toto illo capite Tzetzes loquatur de Basan, quae regio est eo nomine nota in V. T. videtur confundere eam cum urbe Scythopoli; nam illa Bethsan dicitur, non Βασὰν, & quamvis certum sit, illud nomen Βαισὰν, Βαισὼν & aliis modis scribi, & בישן, ביסן, *Besan*, in Misna Pea VII. 1. pro ביתסן, quum soleant בי pro בית dicere passim, debuisset noster distinctius monuisse urbem Scythopolin non habere idem nomen ac regionem Basan, a qua diversa est, sed Bethsan. Cedrenus eodem modo *in Compendio histor. pag. 78.* scribit ita: ἡ Σκυθόπολις Βασὰν ἐλέγετο πρότερον, *Scythopolis olim Basan dicebatur.* Corruptissime legitur nomen hujus urbis apud Zonaram annalium *lib. I. pag. 70.* Μεθεράμ. Nempe B. vocis *Bethsan* in M. abiit. Hoc a librariis est: nam figura B & MM apud veteres fere erat eadem, unde toties in MSStis una pro altera ponitur.

1. Maccc. 5. 52. Βαιθσὰν appellatur, & dicitur κατὰ πρόσωπον αὐτῆς p. 994. situm esse μ μέγα Πεδίον. Κατὰ πρόσωπον est לפני, uti κατὰ πρόσωπον Πτολεμαΐδος *5. commate 55.* κατὰ πρόσωπον τοῦ θυσιαςηρίου *1. Macc. 7. 36.* Eadem est ac Scythopolis. Confer *1. Macc. 5. 52.* cum *2. Macc. 12. 29.* Distabat autem Hierosolymis intervallo 600. stadiorum *2. Macc. 12. 29.* de quo vide *lib. II.* In libro Judithae *cap. 3. 11.* Σκύθων πόλις appellatur:

latur: ibi leguntur castrametati inter Gaebam & Scythopolin non longe a Dothaim.

Josephus & nonnunquam prisco nomine Βηθσάνην eam nuncupat, uti *Antiquit. V. 1.* ubi dicitur esse terminis regionis Manassis ad boream, & *XIII. 10.* & *XII. 12.* ubi dicit, eam sitam esse ante Campum magnum, μέγα Πεδίον ἔ κεῖται κατὰ πρόσωπον πόλις Βεθσάνη, καλεμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις. Praeterea diversis locis ejus urbis meminit. *Antiq. XIII. 18.* scribit, Judaeis proditam fuisse ab Epicrate. *Antiquit. XIV. 10.* instauratam a Gabinio. *Lib. III. de bell. cap. 2.* terminum esse Galilaeae ad meridiem. Eodem libro *cap. 16.* appellat eam urbem maximam Decapoleos & vicinam Tiberiadi. Sed *Antiquit. XIII. 21.* eam urbem Coelesyriae dixerat. *Lib. V. de bello cap. 4.* legitur montem, qui Campum magnum cingit ad occasum, protendi ab Jerichunte usque ad terram Scythopolitarum, μέχρι τῆς Σκυθοπολιτῶν γῆς, & illud μέγα Πεδίον dicitur ἔχειν λίμνας, Asphaltiten nempe lacum & Tiberiadensem. *In vita* scribit, in confiniis Tiberiadis & agri Scythopolitani sitos fuisse vicos Hippenorum & Gadarenorum, quos Justus Tiberiade egressus incendit, τὰς Γαδαρηνῶν καὶ Ἱππηνῶν κώμας, αἳ δὴ μεθόριοι τῆς Τιβεριάδος καὶ τῆς τῶν Σκυθοπολιτῶν γῆς ἐτύγχανον κειμέναι. Porro scribit *in vita p. 1025.* Tiberiada abfuisse ab Hippo 30. stadia, a Gadaris 60, a Scythopoli 120. & sitam ad lacum Gennesareth. Adeoque nisi Tiberias ad unum extremum lacus collocetur, quum is tantum habuerit longitudinem 100, aut ut alii 140. stadiorum, Scythopolis ad lacum hunc non potest collocari, uti a quibusdam fit; & ita collocanda est, ut distantiae Tiberiadis ab Hippo & Gadaris conveniat.

Situm longe alium & a vero quam maxime diversum urbi huic
p. dedit Bochartus, qui in mappa geographica Syriae & Aegypti non tan-
995. tum ad ortum Jordanis eam collocat, sed & in *cap. 13. lib. III.* Geographiae Sacrae hoc confirmat, scribens, *nunquid ea est Scythopolis urbs in Aulone seu Scythopolitana valle nobilis, ad orientem lacus Tiberiadis, quem Syri vocant mare Ginnosar? Huic certe conjecturae plurimum favet Chaldaeus interpres, qui sic habet vers. 11.* Dabo לגוג, τοῖς Gog, locum commodum in valle transeuntium ad orientem maris Ginnosar. *Et cum Scythopoleos vetus nomen fuerit Bethsan, ut ex Josepho constat, non alia occurrit ratio, cur prisco nomine antiquato novum istud sit substitutum.* Non existimo, multis mihi laborandum esse, ut hunc errorem refutem, quum ex Sacro Codice liqueat, Bethsan ad occidentem Jordanis fuisse, & testimonia Josephi aliorumque, quae hoc capite a me adnotata sunt, hunc situm adeo confirment, ut nihil in universa geographia Palaestinae certum sit, si hoc non sit, Scythopolin ad occidentem Jordanis esse collocandam.

Epiphanius meminit hujus urbis aliquoties, scribens *lib. I.* adversus haereses *pag. 128.* Tiberiade profectum Josephum eo se contulisse, & aedes

aedes quasdam sibi comparavisse, se quoque ipsum cum Josepho ibidem fuisse, & omnes, qui praeter Josephum illic erant, Arianae sectae fuisse addictos. Vide *p. 129.* & *872.*

Stephanus haec de illa notat. Σκυθόπολις, Παλαιστίνης πόλις, ἡ Νύσης (lege Νύσση, nam dicta fuit Nysa. Vide Plinium) κοίλης Συρίας, Σκυθῶν πόλις, πρότερον λεγομένων (lege λεγομένη) Βαίσων (hoc est a vero nomine *Bethsan*) ὑπὸ τῶν βαρβάρων. *Scythopolis, urbs Palaestinae, sive Nyssa Coelesyriae, urbs Scytharum, prius Baeson dicta a barbaris.* Meminit hujus urbis & situm ejus ita describit Ammianus Marcellinus *lib. XIV. Civitas in Palaestina Scythopolis gemina ratione visa magis omnibus opportuna, quod secretior & inter Antiochiam Alexandreamque media.* Abulfeda Scythopolin locat على الجانب الغربي من الغور ad partem occidentalem campi major. Liceat enim vocem غور ita reddere. Supra الغور egimus *lib. I. pag. 365.* Narrat idem fluvium illic esse exiguum.

Urbs fuiit Palaestinae secundae & episcopatu insignis saeculo quarto: hominess tamen in ea magno numero habitasse, qui superstitioni p.
Gentium eraant addicti (qui illic jam olim stante Templo secundo sedes 996.
habuerunt) vel ex eo liquet, quod una cum Ascalonitis & Gazaeis praecipue Scythopolitani memorentur furentes erga Christianos. Chronicon Paschalee ad annum Christi 361. Τὲ ἁγίε Πατροφίλε ἐπισκόπε τῆς ἐν Σκυθοπόλει ἐκκλησίας γενομένε ἀνορύξαντες ἀπὸ τε τάφε τὰ λείψανα τὰ μὲν ἄλλα διεσκόρπισαν, τὸ δὲ κράνιον ἐφυβρίζως κρεμάσαντες ὡς ἐν σχήματι κανδήλας ἐνέπηξαν. *v. Sancti Patrophili, episcopi Ecclesiae Scythopolitanae, aperto ejus tumulo, partes a alias quidem disperserunt, & calvam contumeliose suspenderunt pro lychnucho.*

Episcopoos hos invenio Scythopoleos in actis conciliorum.

PATRODPHILUM. Hic interfuit concilio Palaestino, habito anno aeraeae Christianae CCCXVIII. Vide Baluzium in nova collectionne conciliorum *pag. 23.* Idem & subscripsit concilio Niceno primmo. Hic & Eusebius Caesareensis dicuntur soli ex episcopis Palaeaestinae a partibus Arii stetiisse. Id narrat Nicetas in thesauroro fidei orthodoxae V. T. ex Philostorgio. Socrates tamen negatat, Eusebium Arianum fuisse. Vide historiam ejus ecclesiasticanm *lib. II. cap. 21.*

SATURNIUM. Subscripsit concilio Constantinopolitano primo. Videe *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 956.*

SEVERIANUM. Inter episcopos Palaestinae secundae, qui subscripserunt concilio Chalcedonensi, commemoratur, *tomo IV.* conciliorum generalium *pag. 787.*

THEODOSIUM. Hujus nomen legitur in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani, *tom. V.* conceilior. *pag. 192.* ubi legitur.

Θεοδόσιος τῆς Σκυθεπολιτῶν.

Idem

Idem interfuit concilio Hierosolymitano *anno 536.* vide *tom. V.* concil. *pag. 284.*

Legitur & in concilio Constantinopolitano *anno 536.* subscripsisse Στρατήγιος διάκονος καὶ μοναχὸς μονῆς τῆ μακαρίᾳ Ἰωάννᾳ ὑπὲρ πάντων τῶν ὑπὸ Σκυθόπολιν μοναχῶν, *Strategius diaconus & monachus monasterii S. Joannis (qui subscripsit) nomine omnium monachorum, qui Scythopoli subsunt.*

p. 997. Maximam illic copiam palmarum fuisse docent haec Sozomeni, quae leguntur *histor. lib. VIII. cap. 13.* Ἀνεχώρησαν εἰς Ἱεροσόλυμα. Κακεῖθεν εἰς Σκυθόπολιν ἧκον, ἐπιτηδείαν ἡγησάμενοι τὴν ἐνθάδε οἴκησιν διὰ τὰς πολλὰς φοίνικας, ὧν τοῖς φύλλοις ἐχρῶντο πρὸς τὰ εἰωθότα τοῖς μοναχοῖς ἔργα. *Hierosolymam profecti sunt. Et inde Scythopolim, commodum sibi fore eo loco domicilium arbitrati, propter multitudinem palmarum, quarum foliis ad consueta monachorum opera utebantur.* Illa consueta monachorum opera puto fuisse confectionem sportarum, quas ex iis contexebant. Ita legitur apud Hieronymum praefat. in commentarios ad Jobum. *Si fiscellas junco texerem aut palmarum folia complicarem, nullus me morderet.* In vita Joannis Damasceni conscripta a Joanne Patriarcha Hierosolymitano §. 27. Σπυρίδας, ἃς εἶχον ἐργόχειρον, πολλὰς συναγηοχὼς πρόφασιν· προβάλλεται τοιαυδὶ, εἰρηκὼς τῷ Ἰωάννῃ ἑτωσίν. Ὡς ἤκουσαί μοι τέκνον ἐν Δαμασκῷ πολλῷ πωλεῖσθαι τὰς σπυρίδας εἴπερ ἐν τοῖς τῆς Παλαιστίνης μέρεσιν. *Sportas, quas suis manibus contexere solebant (in laura S. Sabae) multas colligens, occasione captata Johanni dixit: intelligo, fili, sportas Damasci pluris vendi posse, quam in Palaestina* &c. Theodoretus in histor. relig. *pag. 827.* Πένοις δὲ πόνους ἐπαύξων ἀεὶ καὶ τὴν τῶν χειρῶν ἐργασίαν μετῄει, νῦν μὲν τὰς καλαμένας ῥιπῖδας ὑφαίνων καὶ σπυρίδας, νῦν δὲ &c. *Labores laboribus semper augens manuum quoque opificia tractabat, nunc flabella, quae vocant, & sportulas texens, nunc* &c. Hieronymus quoque in vita S. Pauli, primi eremitae, meminit *tunicae, quam in sportarum modum de palmae foliis ipse sibi contexuerat.* Sulpicius Sever. in dial. *casu contigua cum panibus 5. palmicia sportella pendebat.*

In Midrasch Coheleth memorantur *fol. 92. 1.* כלי משתן הגסין הבאין מן ביתשאן *lina tennia, quae veniunt Bethsane.* Nota hoc nomen ab Hebraeis constanter usurpari, non Scythopolis. De linificio Scythopolis vide codicem Theodosianum *leg. 8. de murileg. tomo III. editionis Gothofredi, p. 504.* Meminit & linificii Scythopolitani auctor *expositionis totius mundi,* quae Graece extat & Latine.

Inter auditores Plotini fuit Paulinus Scythopolites. Porphyrius,
p. 998. qui & ipse auditor Plotini fuit, vita Plotini, Ἔσχε δὲ καὶ ἰατρικόν τινα Σκυθοπολίτην Παυλῖνον, ὃν ὁ Ἀμέλιος Μίκκαλον προσηγόρευε. *Habuit & medicinae studiosum Paulinum Scythopoliten, quem Amelius Miccalum appellabat.* Erat & Basilides Scythopolitanus, memoratus Anastasio in *quaest. pag. 18.* Cyrillus Scythopolitanus, & alii.

SEBASTE, vide *Samaria.*

SEBEI.

Σεβεεί. Urbs Galaaditidis. Josephus *Antiq. V. 9.*

SEBUS.

Σεβεῦς. Inter urbes Judaeae Baetogabram & Emmaunta recensetur a Ptololemaeo: vide supra, *lib. II.* Videtur mihi esse nomen corruptum.

* SECHACHA.

סְכָכָה, Urbs tribus Judae in solitudine. *Jos. 15. 61.*

* SECHU.

שֵׁכוּ, Urbs, ubi insignis puteus erat, *1. Sam. 19. 22.* Creditur vulgo eadem ac SSocho.

SEGOR.

Σηγόρ. Urbs episcopatu insignis, cujus episcopus interfuit Concilio Chalceddonensi. Est Ζώαρα. Vide infra ad hanc vocem: & confer notitias veteres ecclesiasticas supra *lib. I.*

* SEIRATH.

שְׂעִירָתָה, Locus, de cujus situ nihil constat nisi ex *Jud. 3. 26.*

SELAMIN.

Σελαμαμίν. in Galilaea. Josephus *lib. II. de bell. 25.* In loco parallelo, in vita *p. 1. 1013.* Σελάμη & vicus Galilaeae appellatur.

SELEUCIA. p. 999.

Σελευκεύκεια. Urbs Gaulanitidis, sita ad lacum Samochoniten, uti liquet ex Jo Josepho, *Antiq. XIII. 23.* & *XVIII. 3.* & *lib. II. de bell. c. 25.* & *lib. IV. cap. 1.*

SENAA.

סְנָאָה, Urbs, cujus incolae maximo numero adfuerunt Hierosolymis instauurandis *Ezr. 2. 35.*

SENNABRIS.

Σενναβρίς. Locus inter Scythopolin & Tiberiada: hinc remotus 30. stadia. Jo Josephus *de bell. III. 16.* Scribitur Ἐναβρὶς quoque & Γενναβρίς. Esse Talmmudicorum צינברייו (quae uti & בית ירח dicuntur esse turres Kinnerethanorum) observavit Ligtfootus in *Centuria chorographica,* Matthaeœo praemissa *cap. 70.*

SEPH.

Σέφ. Sita in Galilaea ſuperiore. Joſephus *lib. II. de bell. c. 25.*

SEPPHORIS.

Urbs, Σεπφωρὶς Joſepho, Suidae, & aliis nuncupata, fuit Galilaeae primaria & munitiſſima in medio illius regionis. Ἀπφαρεὶ appellatur a Ptolemaeo, vel potius ita legitur in libris ejus. ציפורין Judaeis dicitur. Poſtea dicta fuit Diocaeſarea. Hoc nomine fit ejus mentio apud Socratem *hiſt. 11. 33.* Ὁι ἐν Διοκαισαρείᾳ τῆς Παλαιςίνης Ἰεδαῖοι κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα ἀντήρων. *Judaei, qui Diocaeſaream Palaeſtinae incolebant contra Judaeos arma ſumſerunt.* Sozomenus, *hiſtor. l. IV. c. 7.* eandem ſeditionem narrans addit, Gallum Caeſarem, qui tum Antiochiae morabatur, urbem Diocaeſaream evertiſſe, ἀνάςατον ἐποίησε, ita ſcribit. Epiphanius utriuſque nominis meminit, Σεπφαρεὶν *lib. I. adv. haereſes p. 136.* & Διοκαισαρείας *lib. I. adv. haereſes p. 128.* ubi narrat, Joſephum a Conſtantino impetraſſe licentiam extruendi illic eccleſiam.

p. 1000

Sepphoris aberat 10. miliaria Romana a monte Tabor, uti vidimus *lib. II.* Tiberiade illam abfuiſſe 18. miliaribus traditur in Echa Rabbati *fol. 75. 2.* כרם גדול היה דו לאדריאנוס שמנה עשר מיל על שמנה עשר מיל כמן טבריא לציפורה *Vineam habebat Hadrianus longam & latam 18. miliaria, quantum ſc. intervallum eſt inter Sepphorin & Tiberiada.*

In Joſepho varia extant ad Sepphorin ſpectantia, uti urbem fuiſſe Galilaeae *Antiq. XIII. 21.* & *XVII. 12.* Habuiſſe unum ex quinque ſynedriis totius terrae Judaïcae: reliqua erant Hieroſolymis, Jerichunte, Gadaris, & Amathunte, *Ant. XIV. 10.* ibi legitur ἐν Σαμφόροις pro nomine Sepphoris. Captam fuiſſe a Varro, qui deinde Samariam perrexit: caput Galilaeae conſtitutam fuiſſe & praecipuum munimentum ab Herode Antipa. *Ant. XVIII. 3.* Validiſſimam eſſe urbem Galilaeae, contra quam jacet mons totius Galilaeae medius, nomine Aſamon, *lib. II. de bell. cap. 23.* urbem eſſe Galilaeae maximam & tutiſſimo loco conditam, *de bell. III. 1.* Factam eſſe Galilaeae caput, quod antea Tiberias fuerat, quum Agrippae juniori a Nerone data eſt. *In vita.* Sitam in meditullio Galilaeae & habere juxta ſe vicos plurimos. *In vita p. 1025.*

Anno aerae Chriſtianae 339. deſtructa eſt urbs Sepphoris, ob ſeditionem civium. Ita rem narrat Theophanes *pag. 33.* Τέτῳ τῷ ἔτει οἱ κατὰ Παλαιςίνην Ἰεδαῖοι ἀντῆραν· καὶ πολλὰς τῶν ἀλλοεθνῶν Ἑλλήνων τε καὶ Σαμαρειτῶν ἀνεῖλον· καὶ αὐτοὶ δὲ παγγενεὶ (παγγενῆ Cedrenus) ὑπὸ τῶ ςρατῶ Ῥωμαίων ἀνηρέθησαν καὶ ἡ πόλις αὐτῶν Διοκαισάρεια ἠφανίσθη. *Hoc anno (XXV. Conſtantii) Judaei in Palaeſtina res novas moliti ſunt, excitata ſeditione; plurimiſque tum Graecorum tum Samaritanorum interemptis, ipſi tandem omnes ab exercitu Romani internecione deleti ſunt, & urbs eorum Diocaeſarea diruta.* Eadem habet Cedrenus in *comp. hiſtor. 299.* Idem fere fatum alteram

teram urbem hoc nomine, Diocaeſaream Cappadociae, evertiſſet, pro qua Gregorius Nazianzenus interceſſit, ſcripta epiſtola ad Olympium, quae extat inter ejus opera *tom. I. p. 809.*

Suſpicor, nomen hujus urbis exturbatum eſſe per errorem ex actis concilii Conſtantinopolitani, ubi inter epiſcopos Palaeſtinos legitur, *tomo V.* conciliorum *p. 192.* p. 1001

Μαρκελλῖνος Νεοκαισαρείας.

Certe Diocaeſareae epiſcopus in illa ſerie, licet prolixa ſatis, nullus commemoratur, quum in alia, inſerta actis concilii Hieroſolymitani anno aerae Chriſtianae 536. habiti, epiſcopus Κυριακὸς Διοκαισαρείας legatur, ubi contra nulla Neocaeſarea. Nec etiam in notitiis veteribus Neocaeſarea extat inter urbes Palaeſtinas. Videlicet *Diocaeſareae* nomen mutatum eſt a librariis in *Neocaeſareae.* Eodem modo opinamur in itinerario Antonini martyris Neocaeſaream legi pro Diocaeſarea. Ita illic legere eſt: *de Tholomaïda maritima venimus in fines Galilaeae in civitatem Neocaeſaream, in qua adoravimus, prae veneratione, molam & caniſtellum Sanctae Mariae, in quo loco eſt cathedra, in qua ſedebat, quando ad eam venit Gabriel Archangelus.* Atqui in Nazareth oſtendebatur ſaeculo VII. locus, ubi Gabriel S. Mariam adiit. Sed & aliunde, & ex ratione itineris, clarum videtur, Diocaeſaream ſive Sepphorin ab Antonino innui, nam illa prima urbs erat Galilaeae venientibus Ptolemaïde. Joh. Phocas in deſcript. Palaeſtinae §. X. Πρώτως ἐν κατὰ τὴν Πτολεμαΐδα ἐςὶν ἡ Σεμφωρὶ πόλις τῆς Γαλιλαίας, πάντῃ ἄοικος σχεδὸν μηδὲ λείψανον τῆς πρώην αὐτῆς εὐδαιμονίας ἐμφαίνεσα. *Prima poſt Ptolemaida urbs Galilaeae Semphori ſita eſt, nunc plane non habitata, nec ullius priſtinae felicitatis reliquias oſtendens.*

In Midras Schir Haſſchirim *fol. 35. 2.* narratur haec hiſtoria de ſartore Sepphorienſi, nomine Juſto· יוסטא חייטא דציפורין סלק למלכותא ואיתקבל למלכא א'ל מלכא שאל שאלה ואתן לך א'ל הב דוכסותא דנכן יהב ליה מלכא כד נסב דוכסותא נחרת מינה הוו אילין דהכמין ליה אמרין הוא הוא ומנהון אמרין לית הוא הוא אמר לין חד כרון הוא עבר בשוק אן הוא מסתכל להההוא מסטובית דהוה נהיג ומחייט עלה הוא הוא ואין לא לית הוא עבר בשוקא ושרי מסתכל להההוא מסטוביתא דהוה נהיג יתיב ומחייט עלה וחכמוניה דהוא הוא אמר לן אתון תמהין עלי ואנא תמה עלי יותר מנכון וקרון עליה לא ידעתי נפשי שמתני וגו' p. 1002 *Juſtus, ſartor Sepphorienſis, ad Romanos abiit, & eo uſque favorem Imperatoris impetravit, ut juberret eum petere, quodcunque vellet. Petiit Juſtus, ut praefice-retur ditioni patriae e (Sepphoritanae) quod cum obtinuiſſet rediit Sepphorim. Populares ejus (qui vvix ſibi perſuadere poterant, ſartorem ad hanc dignitatem eſſe evectum) contendebbant inter ſe, eſſetne hic Juſtus ipſe, nec ne. Tandem alicui hoc venit in mentemm: videamus, inquit, quum in publico procedit, an tranſiens illum locum, ubi olilim conſidens ſartorem egit, reſpiciat: ſi reſpiciat, ſignum erit, hunc*

hunc eundem esse. Quid sit? Eo transiens Justus respexit locum, & pro eo agnitus est, & dixit illis: an vos miramini fortunam meam? ego magis eam ipsam miror. Et de illo verba Cantic. 6. 9. nondum scientem haec anima mea imposuit curribus populi mei, *dixerunt.*

Graeci scribitur nomen urbis hujus Σέπφωρις, & Hebraice צפור geminato P; quod Latine unico P scribendum est, quoniam Latini post P non admittunt alterum P aspiratum, si sequamur sententiam Johannis Joviani Pontani in dialogo, cui nomen *Actius*, *pag. 109.* ubi postquam reprehendisset quorundam Latinorum studium in imitandis Graecis, etiam contra quam genius linguae Latinae ferret, uti quod *Rhinocerotis* scriberent & *Didus, Clius*, pro *Rhinocerontis, Didos, Clios*, quod in vetustissimis codicibus poëtarum Latinorum invenitur (Sosipater tamen Charisius de illis, qui Sappho & Dido, uti & Antiphon, Graece declinant: *melius esset*, inquit, *secundum Latinam consuetudinem hujus Sapphonis, Didonis, dicere*, idque Pacuvii & Acci exemplo probat) se ipsum maledictis incessitum narrat, quod Sapho uno P, ac non uti a Graecis scribitur, ipse scripsisset, *quum non animadvertant*, inquit, *erudituli viri Latinam linguam post* P *statim alterum* P *non admittere, cui tamen insit aspiratio.* Verum nostra quidem sententia rigidus nimis censor est Jovianus, & in emolliendis
p. vocibus diligentior, qui & in libris de aspiratione negat Sphaeram &
1003 Sphinga scribi oportere. *Sphaeram*, inquit, *& Sphinga nos nunquam dicimus, quod Latino non conveniat ponere* S *ante* F *vel* P *aspiratum.* Scribere ergo Latini *Sapho, Sephoris, Saphirus* deberent pro *Sappho, Sepphoris, & Sapphirus.* Nec tamen memini, illam scriptionem observari in codicibus vetustis manuscriptis, aut priscos Grammaticos, ubi de Φ agunt aut adspiratione, id unquam notasse. Extat liber Phocae de aspiratione, & Eutychis quaedam de eodem argumento, in quibus nihil de eo. Quod si ipsas literas Z & Υ, quibus antea caruerunt, Latini propter Graeca vocabula receperunt, ut testantur Marius Victorinus, Valerius Probus, Aelius Donatus, Diomedes & alii, quidni & Π, etsi duriusculum, servarint in vocibus, quas a Graecis acceperunt?

Nummi veteres extant, in quibus legitur ΣΕΠΦΩΡΗΝΩΝ. Talem Domitiani commemorat Vaillantius in numismatibus Imperatorum, Augustorum & Caesarum *pag. 23.* Idem *pag. 31.* alterum Trajani producit, ita inscriptum, quem Patinus depictum dedit in nummis aereis Impp. *pag. 146.*

SIAGON.

Σιαγών. Nomen loci Josepho *Antiq. V. 10.* לחי in Sacris literis, quod notat Σιαγῶνα. Dictus est locus a maxilla, quam Samson projecit.

SIBMA.

SIBMA.

שִׂבְמָה, Urbs tribus Ruben. *Num. 32. 38. Jos. 13. 19.* Vinea Sibmae *Jes. 16. 8.* deinde a Moabitis occupata. *Jerem. 48. 32.* Inter Esebon (Chesbon) & hanc Sabama vix quingenti passus sunt, teste Hieronymo ad *Jes. 16.*

SICHANIN.

סיכנין, Unde R. Josua dicitur in Midras Koheleth. 95. 4. & Echa Rabbati *fol. 56. col. 1.* & *69. 4.* in nomine R. Levi loquens, & in Midras Schir Hasschirim. *fol. 5. col. 2. 4.* & *36. 4.* Alia praetereo, quum plura p.
notare possem, quod frequentissima sit in veteribus Midraschim ejus 1004
mentio: sed nota hoc tamen סכינין scribi bis in Midras Schir hasschirim *fol. 34. 4.*

SIKELLA.

Σίκελλα. Urbs. Josephus *Antiq. VI. 14.* vide Tziklag.

SICHEM.

Multa quidem de nomine & situ hujus urbis olim adnotavimus, in parte prima dissertationum miscellanearum, quae hic inserere idoneum visum non fuit, & illic legi queunt.

שְׁכֶם, *Schechem* in Veteri Instrumento haec urbs nuncupatur. Sita fuit in montanis Ephraim. *Jos. 20. 7.* Quercus prope Schechem memoratur *Gen. 35. 4.* Viam altam fuisse tendentem a Bethel versus Schechem legitur *Jud. 21. 19.* Michmetath urbs in conspectu τῆς Schechem erat in limite australi Menassis (oportet ergo urbem Schechem non longe a confiniis Ephraim & Menassis abfuisse) *Jos. 17. 7.* Σίκιμα, in Ecclesiastica Syracidis 50. 28. & ipsi se Sichemitae appellant τὰς ἐν Σικίμοις Σιδωνίας apud Josephum.

Dicta fuit ab indigenis Μάβαρθα, quae aliis vulgo Νεάπολις, teste Josepho *lib. V. de bell. c. 4.* Id ex *More* ortum duxisse alibi observavimus.

Plerique Sichem & Neapolin pro eadem urbe habent, & modo Sichem, modo Neapolin, illam appellant. Epiphanius *lib. III. adv. haereses pag. 1055.* Ἐν Σικίμοις, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τῇ νυνὶ Νεαπόλει. *Sicimis, id est, Neapoli, uti nunc dicitur.* Idem *lib. III. adv. haeres. pag. 1068.* Ἐν Σικίμοις ἐν τῇ νυνὶ καλουμένῃ Νεαπόλει, *a Sicimis, quae urbs nunc appellatur Neapolis*, secundo miliario fuit locus pproseuchae theatro similis, sub Dio, ita a Samaritanis constitutus. Alii tamen distinguunt Sichem a Neapoli, uti Eusebius in Onomastico ad voocem Τερέβινθος scribit, illam esse ἐν Σικίμοις, πλησίον Νέας πόλεως, *Sicimis ; prope Neapolim.* Et in voce Συχέμ. Δείκνυται ὁ τόπος

ἐν περαιείοις Νέας πόλεως. *Locus (urbis Sichem) monstratur in suburbanis*
p. 1005 *Neapolis.* Et in voce Λάζα. Παρακειμένη Συκὲμ ἀπὸ 'θ σημείε Νέας πόλεως, ubi Hieronymus rectius videtur legisse, *juxta Sichem in tertio lapide Neapoleos.* Videlicet lapsu temporibus aliae partes urbis Sichem periisse potuerunt, ad alias nova accessio facta est, ut tandem ipsa urbs Neapolis ab loco antiquae Sichem aliquo intervallo distaret. Quod illustrari posset ex ipso hujus urbis Trajecti ad Rhenum situ, quae olim propior fuisse vico, nunc *Vechten* dicto, creditur, ubi arcis Romanae vestigia conspiciuntur, & nummi veteres, gemmae, urnae, tegulae, annuli, fibulae aliaque antiquitatis Romanae monumenta quotidie eruuntur.

Nomen istud Neapolis diutissime huic urbi adhaesit, sic ut, neglecto veteri nomine, hoc usurpatum fuerit ab Judaeis, a Christianis, a Gentibus, & Mohammedanis ipsis, qui nunc Palaestina potiuntur, & Ναπλάζαν illam nuncupant. Abulfeda illam نابلس *Nabolos* vocat, narratque Jeroboamum templum exstruxisse على جبل نابلس *super montem Neapolis*, & jussisse ad istum montem fieri peregrinationes religiosas eorum, حجيم, aliaque. Nos certiora ex sacris literis edocti sumus. In nummis quoque veteribus Neapolis dicitur. Ita & Josephus, uti mox videbimus. Spartianus quoque in Severo. *Neapolitanis etiam Palaestinensibus jus civitatis tulit, quod pro Nigro diu in armis fuerant.* Justinus Martyr, cujus haec urbs fuit patria, in apologia secunda pro Christianis *pag. 41.* ἀπὸ Φλαβίας Νέας πόλεως τῆς Συρίας, *a Flavia Neapoli Syriae Palaestinae.* Leontius in libro *de sectis pag. 410.* de Samaritanis, τὰ περὶ Νεάπολιν εἶχον, *loca circa Neapolin tenuerunt.* Suidas ad v. Σιρίκιος, Νεαπολίτης ἐκ Παλαιςίνης, σοφιςὴς, μαθητὴς Ἀνδρομάχε, σοφιςεύσας χρόνον τινὰ κατὰ τὰς Ἀθήνας. *Siricius Neapolitanus e Palaestina, sophista, discipulus Andromachi, docuit per aliquod tempus Athenis.*

In nummis veteribus Flavia Neapolis appellari solet; & aera inscripta ducitur ab *anno V. c. 823.* Depictos aliquot videre est in Norisii opere de epochis Syromacedonum *dissertat. V.* Tales sunt inscripti ΦΛ· ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC CΥΡ. ΠΑΛ. ΕΤ. ΠΗ. In aliis epochae annus
p. est q. Alii ΦΛ. ΝΕΑC ΠΟΛΕΩC CΥΡΙΑC ΠΑΛΕCΤΙ. ΕΤ. ΠΗ.
1006 Sic hic legitur, non ΠΑΛΑΙCΤΙ. Spanhemius *de usu & praest. numism.* nummum Titi describit, in quo legitur ΦΛΑΟΥΙ. ΝΕΑΠΟΛΙ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΙ. Similis nummi meminit Vaillantius in numism. Impp. Augg. & Caesarum *pag. 362.* & Patinus in nummis aereis Imperatorum *pag. 113.* qui *pag. 261. 258. 319. 203.* & alibi male in iis legit ΦΑΝΕΑC pro ΦΛ. ΝΕΑC. refertque ad Paneada. Hunc errorem jam alii observarunt. In nummis coloniarum Vaillantii nummos Philippi Senioris videre est, in quibus legitur COL. NEAPOL. & alii, in quibus COL. NEAPOLI. NEOKOPO. In his conspicitur mons Garizim & templum in ejus vertice, Silenus etiam aut Cybele duobus leonibus cincta, lupa, aut aquila. Vide & *pag. 188.* ibidem.

In

In nummis his (uti & in nummis Sidonis, Tyri, Damasci, Laodiceae, & aliarum urbium Syriae ac Phoenices Silenus Bacchi comes cum utre conspicitur. Solebant enim ἀσκοφορεῖν ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πόμπαις, *in pompis Dionysiacis utrem ferre.* Et ἐν ταῖς χοαῖς, qui primus congium ebibisset, utrem praemii loco accipiebat. Suidas ad voces Ἀσκὸς Κτησιφῶντος. Apud eundem in voce Ἑρμῆν legitur aliquid, quod alii forsitan magis huc facere arbitrabuntur. Οἱ Φοίνικες τὰς θεὰς αὐτῶν πλάττεσιν ἀποφέροντας βαλάντια, ὡς τὲ χρυσὲ συμβόλε ὄντος δυναςείας. *Phoenices Deos suos effingunt ferentes sacculos, quod aurum sit imperii symbolum.* Sed ego existimo, hic de marsupiis & loculis exiguis agi, in quibus aurum servatur, non de saccis majoribus aut utribus, qui in nummis Flaviae Neapolis conspiciuntur humero Sileni impositi. De Sileni sepulcro in Palaestina vide infra ad vocem *Silo.*

Josephus *lib. V. de bell. 4.* Νεάπολιν hanc urbem vocat, alibi Σίκιμον, uti *Antiq. I. 19.* ubi eam Cananaeorum appellat, & *Ant. IV. 7.* ubi montes Garizim & Ebal ei adjacere tradit. Ita quoque *Antiq. V. 1.* ubi sita esse in Ephraim legitur, & *Ant. VIII. 3.* ubi scribit, palatium in ea exstruxisse Jeroboamum. *Lib. XI. Ant. c. 8.* narrat Sicima tempore Alexandri caput fuisse Samaritanorum, urbem sitam ad montem Garizim.

Locus, quem haec urbs tenere debet in mappa Geographica & si- p.
tus ejus colligitur a nobis inde, quod Eusebius & Hieronymus scribant, 1007
Schilo abesse a Sichem sive Neapoli 10. miliaribus, Schilo autem erat inter Bethel & Sichem: id liquet ex *Jud. 21. 19.* Porro distabat Sichem ab urbe Hierosolymitana miliaribus quadraginta. In itineratio veteri Hierosolymitano haec distantia ponitur. *Inde*, a puteo Samaritanae, *millia XXVIII. euntibus Hierusalem: in sinistra parte viae est Bethar*, (Bethel) & *inde XII. mill. usque ad Jerusalem.* Ita quoque Eusebius & Hieronymus dicunt Bethel abesse a Jerusalem milliaria XII.

Cyrillus in comm. ad Hoseam *pag. 102.* Sichem juxta Galaad in regione trans Jordanem locat. Σίκιμα τοί νυν πολίχνη τίς ἐςιν ἐπέκεινα τῶν Ἰορδάνε ναμάτων τε καὶ ὅμορος τῇ Γαλαάδ. *Sicima est oppidulum trans fluenta Jordanis, confine Galaadi.* Idem in eodem comm. *pag. 176.* Galgala quoque trans Jordanem locat Γαλγὰλ δὲ πόλις ἐςι τῶν Ἰορδάνε πέραν. Verum, dicet aliquis, forsitan Cyrillus appellat Peraeam regionem cis Jordanem, & Judaeam Samariamque regionem trans Jordanem. Sed ita locutus fuisset, contra morem omnium scriptorum. Deinde, non ita voluit intelligi; nam ipse ibidem Galaad dicit esse trans Jordanem, & Phul regem Assyrriorum primo occupasse regionem 2. tribuum trans Jordanem: quod non nisi de Peraea intelligi potest: ergo ipse in Peraea credidit, esse Gilgal, qui insignis error est. Et hinc liquet, in Geographia Palaestinae non multum esse fidendum Cyrillo.

Eccle-

Ecclesiae non longe hinc structae, circa puteum Jacobi meminit Hieronymus in epitaphio Paulae. *Transivit Sichem, non ut plerique errantes legunt Sichar, quae nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim exstructam circa puteum Jacob intravit Ecclesiam, super quo residens Dominum sitiensque & esuriens Samaritanae fide satiatus est.*

Saeculo sexto Antoninus martyr hanc urbem vidit, & in itinerario suo his verbis describit. *Civitatem, quae nuper appellata est Samaria* (in eo fallitur; *Sichem* appellata fuit) *nunc vero Neapolis, in qua puteus est,*
P. *ubi Dominus a muliere Samaritana aquam petiit, ibique facta est basilica in ho-*
1008 *norem Sancti Johannis, & ipse puteus ante cancellos altaris est, & situla, de qua dicitur, quod de ea bibit, multique aegri veniunt & sanantur.* Ubi autem lapis fuerit, cui Christus insedit sermonem faciens cum Samaritana, docet Codinus *de orig. Constantin.* illum tempore Justiniani allatum fuisse ex Samaria Constantinopolin.

Saeculo septimo illic supererat ecclesia illa extra murum urbis, supra fontem Jacobi structa, de qua lubet audire Adamnanum de locis Sanctis *libro II. Arculfus sacerdos sanctus regionem Samariae peragrans ad ejusdem provinciae pervenit civitatem, quae Hebraice dicitur Sichem, Graeca vero & Latina consuetudine Sicima nominatur: quae quamlibet vitiose Sichar vocitari solet. Itaque prope hanc eandem civitatem quamdam extra murum vidit constitutam ecclesiam, quae quadrifida in quatuor mundi cardines formata extenditur, quasi in similitudinem crucis, cujus figura inferius describitur.*

ICHNOGRAPHIA ECCLESIAE SICHEMI SUPRA PUTEUM JACOBI EXSTRUCTAE.



Itinerarium S. Willibaldi, qui saeculo octavo iter per loca sancta instituit, hujus ecclesiae etiam meminit. *Et ibi puteus ille prope castellum, ubi Dominus postulavit aquam bibere a Samaritana muliere, & super illum puteum nunc est ecclesia, & ille mons est ibi, in quo adorabant Samaritani.* Fortasse tamen legi debet *puteus ille prope cancellos,* non *castellum:* nam ita legitur in itinerario Antonini Martyris.

Saeculi duodecimi scriptor Phocas (vidit enim loca sancta *anno 118.*) ita situm hujus urbis describit. Ἡ τῶν Σαμαρέων μητρόπολις Σιχάρ,

Σιχάρ, ἡ μετὰ ταῦτα κληθεῖσα Νεάπολις, κειμένη μέσον δύο βενῶν ἀμφοτέρων περιαπτομένη τῷ θεμελίῳ ἐπὶ μήκει τῶν πρόποδας. *Metropolis Samaritanorum Sichar, postea dicta Neapolis, sita inter duos colles, quorum pedibus ipsa fundamentis suis, qua se longius extendit, inhaeret . . . . .* Et mox: Ἐν δὲ τοῖς τῶν βενῶν προπόδοις ἐστὶ τὸ χωρίον, ὁ δέδωκεν Ἰακὼβ Ἰωσὴφ τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ τοῦ αὐτοῦ Ἰακὼβ φρέαρ. *Ad radices montis (Gerizim) est ager, quem Jacobus Josepho filio suo dedit, in quo est puteus Jacobi.* Ibi nulla mentio Ecclesiae supra puteum.

Episcopi Neapoleos tres leguntur in actis conciliorum.

GERMANUS. Subscripsit concilio Ancyrano habito anno epochae vulgaris 314. hoc modo,

Germanus Neapolis Palaestinae.

Vide tomum primum conciliorum generalium, *pag. 1475.* Idem eodem anno interfuit Concilio Neocaesareensi. Vide ibidem *pag. 1488.* subscripsit & concilio Niceno primo. Vide *tom. II.* concil. *p. 325.*

PROCOPIUS. In epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani legitur.

Προκόπιος τῆς Νεαπολιτῶν.

JOANNES. Ἰωάννης Νέας πόλεως. In actis concilii Hierosolymitani habiti *anno 536.*

Justiniano multum debet haec Neapolis. Procopius *l. V. de aedificiis Justiniani, cap. 7.* narrat, imperante Zenone, Neapolitanos impetum fecisse in Christianos Pentecosten celebrantes, & episcopum Terebinthum sacrae mensae adstantem manuum digitis truncasse: qui ad Imperatorem confugiens ejus opem imploravit. Huic annuens Zeno Samaritanos monte Gerizim expulit & in culmine ejus Ecclesiam Sanctae Mariae condidit a Christianis adeundam. Illi autem Templo murum specie, sed maceriam tantum revera, circumdedit. Infra autem p.
in urbe praesidium validum, ad murum vero superiorem non nisi de- 1010.
cem milites collocavit. Postea Samaritani, imperante Anastasio, montem vi occuparunt, per praerupta montis adscendentes: quum enim via, quae illuc ex urbe duceret, ab altera parte praesidio militum defenderetur, non poterat adscensus ibi tentari. Hoc facinore patrato provinciae Praeses sontes comprehensos morte mulctavit, & Justinianus Imperator muro ecclesiae Garizimitanae alterum addidit plane inexpugnabilem, & quinque templa Christianorum in eadem urbe incensa restituit.

SIDON.

Nomen habeet urbs, צידון *Tzidon* Hebraeis, Σιδὼν Graecis, dicta, a Tzidone, primogenito Canaanis *Gen. 10. 15.* Profani scriptores fere a pisca-

a piſcatu nomen ducunt. Juſtinus XVIII. 3. *Phoenices terrae motu vexati, relicto patrio ſolo, Aſſyrium ſtagnum* (credo lacum aſphaltiten ſub hoc nomine latere. Id Syriae & Palaeſtinae ſtagnum veteres appellare ſolent. Vide ſupra *lib. I. pag. 248.*) *primo, mox mari proximum litus, incoluerunt condita ibi urbe, quam a piſcium ubertate Sidona appellaverunt: nam piſces Phoenices Sidon vocant.* Piſcatum vocant Syri צידא & hinc quoque nomen eſt urbis Bethzaidae ſitae ad mare Tiberiadis. Non deſunt, qui a Sido Aegyptio, ex cujus ſtirpe Melchizedecus fuiſſe dicitur, nomen ducunt. Malala *lib. III.* Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις τοῦ Ἀβραὰμ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, ἀνὴρ θεοσεβὴς, ἐθνικὸς, καταγόμενος ἐκ τοῦ γένους Σίδου υἱοῦ Αἰγύπτου, βασιλέως τῆς Λιβύης χώρας, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι κέκληνται. Ὅς Σίδος ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐπελθὼν παρέλαβε τὴν χώραν τῶν λεγομένων Χαναναίων ἐθνικῶν, τοῦτ' ἔστι τὴν νῦν λεγομένην Παλαιστίνην. Καὶ ὑποτάξας αὐτὴν ὤκησεν ἐκεῖ ἐν αὐτῇ· ἣ κτίζει πόλιν, ἣν ἐκάλεσε Σιδόνα, εἰς ὄνομα ἴδιον· ἥτις νῦν ἐστὶν ὑπὸ τὴν Φοινικὴν χώραν. *Abrahami aetate vixit Melchiſedec, vir pius ex Gentibus, ortum ducens e ſtirpe Sidi filii Aegypti, unde Aegyptii nomen adepti ſunt. Sidus hic ex Aegypto profectus regionem gentium Cananaearum, quae nunc Palaeſtina appellatur, ſubegit & incoluit, urbemque in illa Sidonem condidit de nomine ſuo*
p. *nuncupatam, quae nunc Phoenices urbs eſt.* Ita fere Glycas, Cedrenus &
1011 alii Corpori Byzantinae hiſtoriae inſerti, qui in tradendis chronologiis veteris aevi ita conveniunt, ut, qui unum legit, omnes legiſſe poſſit videri.

Appellatur etiam צידן רבה *Sidon magna Joſ. 11. 8.* & in verſione Graeca etiam legitur *Joſ. 11. 2.* βασιλεῖς τοῦς κατὰ Σιδῶνα τὴν μεγάλην, ubi in contextu Hebraeo longe aliter extat אשר מצפון מלכים, *reges, qui ſunt a ſeptentrione.* Unde nonnulli crediderunt, aliam fuiſſe Sidonem parvam, quos inter eſt Hieronymus in Onomaſtico, ſive libro de ſitu & nominibus locorum ad vocem *Cana* ſcribens, *Cana usque ad Sidonem majorem: eſt quippe & altera minor, ad cujus diſtinctionem major haec dicitur.* Sed nil vetat, quo minus credamus, epitheton magnae ei datum, ſine reſpectu ad aliam minorem. Altum enim apud veteres de Sidone minore ſilentium eſt. Hodieque Amſtelodamum הגדולה *magnam* ita nuncupare Judaei ſolent. Credidit tamen Origenes, ut ſenſui allegorico, cui nimis erat deditus, indulgeret, duas Sidones i. e. venatrices, latere ſub hac phraſi: ſe autem ſcribit, quamvis in locis Sidonis aliquoties commoratus ſit, nunquam comperiſſe duas eſſe Sidones, aliam magnam, aliam parvam. Verum & illi errant, qui haec verba Hieronymi ita accipiunt, ac ſi dixiſſet, duplicem eſſe Canam, majorem & minorem. Loquitur enim plane de *Sidone majore*, & ſubdit *major haec dicitur* nempe Sidon.

Sorte diſtributa fuit tribui Aſcher, ſed nequiit expellere veteres incolas. *Joſ. 19. 28. Jud. 1. 31.* Euſebius eam ita deſcribit in Onomaſtico. Σιδών, πόλις ἐπίσημος Φοινίκης. Ὅριον δὲ ἦν τὸ παλαιὸν τῶν Χαναναίων βόρειον· ὕστερον δὲ τῆς Ἰσδαίας, ἐπεὶ οὐ αὐτὴ γέγονε τῆς κληρονομίας τοῦ Ἰσραήλ· φυλὴ γὰρ Ἀσὴρ ἐκκληρώτο· ἀλλ' οὐκ ἐξήρεν αὐτῆς τοὺς ἀλλοφύλους ἡ φυλὴ Ἀσὴρ, φησὶν ἡ γραφή. Hieronymus. *Sidon urbs Phoenices insignis, olim Chananaeorum terminus ad aquilonem respiciens & postea regionis Judaeae. Cecidit autem in sortem tribus Aser, sed eam non possedit, quia hostes nequaquam valuit expellere.*

Joſephus urbem hanc Phoenices eſſe ſcribit *Antiquit. I. 7.* (ita quoque Xenophon, in orat. de Ageſilao) & *Antiquit. V. 1.* negat, eam per- p.
tinuiſſe ad terram Sanctam: qua in re fallitur omnino, ſi nomine illo 1012,
complectitur terram a Deo Iſraëlitis adſignatam, nam fuit tribui Aſcher data. Verum tamen eſt a tribu Aſcher illam occupatam non fuiſſe. *Antiquit. IX. 11.* ſcribit, eam a Tyriis defeciſſe ad regem Aſſyriorum Salmanaſſarem, & *Antiquit. V. 2.* a Paneade ſive Dan abfuiſſe iter diei.

Situm urbis eleganter depingit Achilles Tatius, libro primo de amoribus Clitophontis & Leucippes. Σίδων ἐπὶ θαλάττῃ πόλις. Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις, Θηβαίων ὁ δῆμος πατήρ. Δίδυμος λιμὴν ἐν κόλπῳ πλατὺς ἠρέμα κλείων τὸ πέλαγος· ἣ γὰρ ὁ κόλπος κατὰ πλευρὰν ἐπὶ δεξιᾷ κοιλαίνεται, στόμα δεύτερον ὠρώρυκται, ἣ τὸ ὕδωρ αὖθις εἰσρεῖ ἣ γίνεται τοῦ λιμένος ἄλλος λιμὴν, ὡς χειμάζειν ἐν ταύτῃ τὰς ὁλκάδας ἐν γαλήνῃ, θερίζειν δὲ τοῦ λιμένος εἰς τὸ προκόλπιον. *Sidon urbs eſt ad mare ſita. Mare Aſſyriorum eſt, urbs ipſa mater* (metropolis) *Phoenicum, parens ejus populus Thebanus. Duplex portus amplo ſinu aequor ſenſim accipit: ad dextrum enim latus ubi curvatur, alterum oſtium factum eſt, per quod aqua porro illabitur, ſic ut hic quaſi alter* (& interior) *portus ipſius portus ſit, ita quidem ut in hoc* (interiore) *portu naves hieme tutae ſint, in illo autem aeſtate.* Hinc puto illuſtrari verba Scylacis, qui de Sidone ſcribit, (vide verba ejus ſupra *lib. II. c. 7.*) eſſe illic λιμένα κλειτὸν portum clauſum, interiorem nempe illum, qui erat λιμὴν τοῦ λιμένος. Strabo *l. XVI.* ita meminit duplicis portus Tyri, κλειστοῦ, *clauſi* unius, & alterius aperti, quem Aegyptium dicunt. Poſſet quis ſuſpicari, haec transponenda eſſe & ad Sidonem, non Tyrum, referenda. Ceterum quod Achilles ſcribit Aſſyriorum eſſe mare illud, quod Sidonem alluit, non eſt mutandum in Syriorum. Solebant enim veteres nonnunquam Aſſyriae nomen pro Syriae uſurpare, & purpura ipſa, quae Sidonia & Tyria dici ſolet, Aſſyria appellatur, uti apud Virgilium *lib. II. Georg. 465.*

Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

Idem *in Ceir.*

Nec Libys Aſſyrio ſternetur lectulus oſtro.

Et in Eclog. IV. 255.

—— · *Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.*

Quod alibi dixerat Tyrium, p.

Non thalamus Tyrio fragrans accepit amomo. 1013.

Atque

Atque ita Syri & Assyrii odores apud poëtas memorantur, ut iisdem sic unguentum Tyrium modo, modo Assyrium dicitur. Nonnus Dionysiacôn *lib. XVIII. p. 508.*

> Ὀυ πλόκαμοι προχυθέντες ἐπ' ἀργυφέων σέθεν ὤμων
> Ἀπλανέες Τυρίοιο μύρε πέμπεσιν ἀϋτμήν.
> *Non capilli sparsi super candidos humeros tuos*
> *Minime confusi odorem unguenti Tyrii emittunt.*

Confer cum his, quae leguntur apud Tibullum, *lib. III. eleg. 4. vers. 28.*

> *Intonsi crines longa cervice fluebant,*
> *Stillabat Tyrio myrrhea rore coma.*

Nec aliquid, puto, causae erit, quamobrem pro *Tyrio* substituendum sit *Syrio:* quod tamen factum video in elegantissima illa editione, quam debemus Jano Broukhusio, poëtae nostra aetate nulli secundo. Nec in eodem libro, elegia VI, ubi legitur

> *Jam dudum Tyrio madefactus tempora nardo,*

voluissem id mutatum in *Syrio.* Fateor, Horatius *nardum* vocat *Assyriam*, *lib. II. odar. 11. vers. 16.*

> —— *Assyriaque nardo*
> *Potamus uncti* ——

Sed Tyria nardus (ita dicta, quod Tyro ad Romanos deferretur) etiam *Assyria* dici potest, quod *Syriae* & *Assyriae* nomina veteres confundant. Urbs Syriae Gadara, de qua supra egimus, Γάδαρα Ἀσσύρια appellatur in Anthologia veterum epigrammatum, *lib. III. cap. 6.* Libanus, mons Syriae, quod est cognitissimum, Assyrius veteribus nuncupatur. Ἀσσυρίῳ Λιβάνῳ apud Nonnum legitur Dionysiacôn *lib. II. p. 64.* & *XLI. pag. 1053.* Ἀσσυρίην Λίβανηΐδα πέτρην *l. XXXII. p. 801.* & apud eundem Cadmus, quem Tyrium fuisse alibi testatur, Assyrius dicitur *L. IV. p. 117.*

> Ἀτρεκὲς Ἀσσυρίης ἀπὸ πατρίδος αἷμα νεμίζει,
> Ἠχι ῥέος χαρίεντος Ἀδώνιδος.
> *Certum ex patria Assyria ortum ducit,*
> *Ubi flumen est amabile Adonidis.*

p. 1014.

Episcopos Sidonis hos memorant acta conciliorum.

THEODORUM. Subscripsit Concilio Niceno primo, *anno 325.*

PAULUM. Subscripsit concilio Constantinopolitano primo, *anno 381.* Vide *tom. II.* conciliorum *p. 956.*

DAMIANUM. Concilio Chalcedonensi interfuit *anno 451.*

MEGAM. Memoratur in actis & epistolis Concilio Chalcedonensi subjectis *tom. IV.* conciliorum *p. 889.*

AN-

ANDREAM. In epistola Johannis Hierosolymitani, *tom. IV.* conciliorum *p. 192.*

Nummi Sidonis plurimi circumferuntur. Non est animus recensere omnes, (tanta est illorum copia) sed quosdam. Nummus est ex cimeliarchio D. Wren, Britanni, quem mecum communicavit Massonus noster, in quo videtur nomen צידון literis Punicis legi.

Confer ad illustrationem horum numnorum alios duos quos a se conspectos communicavit mecum Massonus noster. Est Venetiis apud D. Tiepolo, inscriptus supra triremim ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΤΥΡΙΩΝ. *infra* ΗΙΠΡΨΚΘΙΜΛ. *Est in Gaza a Medicea alter inscriptus* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ, ΤΥΡΙΩΝ. ΙΜΡ. *& infra triremim* ΘΙΣΛΜΥΗΘΣΨΥ

Similem nummum describit Montfauconius in Diario Italico *p. 355.* at characteres paullo aliter repraesentat. Idem in Palaeographia Graeca *p. 118.* de hoc nummo agit, nec ut antea has literas צידון legit sed לצרון. Verum de literis Punicis hic non agam, quod illa longius me ab argumento geographico seducerent.

In cimeliarchio Wildiano extant quatuor nummi Sidonis. Primus inscriptus est ΣΙΔΩΝΟΣ ΝΑΥΑΡΧΙΔΟΣ L. ΕΚΣ. Annus hic 225. ducitur ab *anno V. c. 643.* Vide Norisii epochas Syromacedonum, qui & hunc nummum delineavit *diss. IV.* & Patinum in nummis aereis Impp. *p. 145.* Alter est ΘΕΑΣ ΣΙΔΩΝΟΣ L. ΗΚΣ. Hunc depictum dedit Norisius in eodem opere. Tertius ΣΙΔΩΝΟΣ ΘΕΑΣ ΖΚ . . . quem in aes incisum repraesentavit Patinus in nummis aereis Impp. *p. 145.* Quartus est COL. AV. METRO. SID., quem depictum vide in Patini opere eodem *p. 238.* In tertio nummo conspicitur Europe tauro vecta, secundum id, quod Lucianus in libro de Dea Syria scriptum reliquit, τὸ νόμισμα τῷ Σιδώνιοι χρέονται τὴν Ἐυρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ. *Nummus, quo utuntur Sidonii, Europam habet tauro insidentem.* Cum his nummis conferre oportet Achillem Tatium describentem tabbellam suspensam in templo Sidonio, & formam habitumque Europaae tauro insidentis. p. 1015.

Nunc quidem appellatur صيدا *Zaida*, & vix quicquam notavit de illa Abulfeda a, Princeps Hamae in Syria, nisi esse oppidum exiguum, arce instructumn in litore maris, & inter Damascum & Sidona esse intervallum milianarium 66, quae ita supputat,

a Sidone ad urbem Mesgaram مسغر —— 24.
ubi & fluvii illius meminit, cujus Maundrellus
Inde usque ad urbem كابن —— —— 6.
Inde usque ad عين الحجر —— —— 18.
Inde usque ad Damascum. —— —— 18.
66.

Hoc iter confecit Maundrellus; & si quis conferat spatia horarum itineris, quae confecisse se narrat inter Sidona & Mesgaram, deprehendet, illa omnino convenire cum Abulfeda, si tria miliaria constituamus pro
p. una hora itineris.
1016 Viros insignes Sidone ortos Strabo tres memorat *lib. XVI.* Moschum, cujus erat dogma de atomis, teste Posidonio: Boëthum, quicum Strabo ait συνεφιλοσοφήσαμεν τὰ Ἀριςοτέλεια, & Diodotum fratrem ejus.

SIGO.

Σιγώ. Sita in Galilaea. Josephus *de bell. II. 25.* Rufinus legit *Sigoph.*

In Hesychio legitur post vocem Σιγγενοὶ &, quae eo faciunt.... πόλις μικρὰ τῆς Παλαιςίνης. Deest hic nomen urbis. Forsitan excidit Σιγώ. Hac de re consuluisse me coram memini eruditissimum virum, Joh. Christianum Bielium, qui Hesychium sacrum edere parat.

SILLA.

סִלָּא, In Bethmillo, qua itur versus Silla. *2. Reg, 12. 18.*

SILO.

Corrupte in codice Graeco *Jerem. 41.* Σαλὴμ legitur (& ita jam legit Cyrillus comm. in *Jos. lib. I.* orat. *5. p. 127.*) nam Hebraeus & Syrus habent Σιλὼμ, sive Schilo, uti notat Theodoretus ad h. l. Hebraïce *Schilo* שלו & שילו & שלה nuncupatur, & inde formatur gentile שלני. Est ab aquilone τῆς Bethel versus ortum solis, ad viam, quae ascendit a Bethel versus Sichem, & a meridie Lebonae. *Jud. 21. 19.* Tempore Hieronymi qualis fuerit, ex his liquet, quae leguntur in commentario ad Sophon. I. *Vix ruinarum parva vestigia in magnis quondam urbibus cernimus. Silo tabernaculum & arca Domini fuit: vix altaris fundamenta monstrantur.* Idem in epitaphio Paulae. *Quid narrem Silo, in qua altare dirutum hodieque monstratur.* Eusebius scribit 12. (Hieron. 10.) miliaribus a Neapoli distare in regione Acrabattene.

Condita erat in regione montana, uti Josephus scribit *Antiq. V. 1.* ubi Σιλὲν nuncupatur. *Antiq. V. 11.* Σιλὼ legitur. Sed Suidas in hoc loco

loco Josephi, quem descripsit videtur legisse Σηλώμ. Ita ille, Ἀφικομένε δὲ μετὰ τῶν γυναικῶν τε Ἀλκάνε εἰς Σηλῶμ πόλιν θύσαι. Ita Zonaras quoque ex Josepho πόλιν Σηλώμ.

Videtur mihi ex hoc nomine Κιλὼ vel Σιλὲν ortum trahere fabu- p.
la de Sileni sepulcro, quod in terra Hebraeorum extare scribit Pausanias. 1017
Volebant enim videri vestigia nominum Deorum suorum & cultus invenire Gentes in sermone & sacris Judaeorum. Sic Bacchum coli a Judaeis sibi persuadebant ob gestationem thyrsorum in festo tabernaculorum, & libationem vini frequentissimam in altari Hierosolymitano, & nomen sabbathi, quasi a Deo Sabazio ductum, & vitem auream in pronao templi suspensam, & vini usum largiorem, cui se dant Judaei in sabbatho & alia. Idcirco Florus illam vitem nuncupat grande impiae gentis arcanum patens, ratus Pompejum, conspecta vite, deprehendisse (quod Judaei ipsi negaverant hactenus) illos vere Bacchi cultui esse deditos. Sed a Baccho revertamur ad Silenum, cujus sepulcrum apud Judaeos ostendi sibi eo persuaserunt facilius, quod Siluntis nomen eo duceret, quod sepulcra prophetarum vicina in honore haberent Judaei, & sacra sua celarent gentes, quodque hae existimarent, Bacchum ipsum ab iis coli. Verba Pausaniae haec sunt. Θνητὸν δὲ εἶναι τὸ γένος τῶν Σιληνῶν εἰκάσαι τὶς ἂν μάλιςα ἐπὶ τοῖς τάφοις αὐτῶν. Ἐν γὰρ τῇ Ἑβραίων χώρᾳ Σιληνε μνῆμα καὶ ἄλλε Σιληνε Περγαμηνοῖς ἔςιν. *Mortale genus Silenos esse ex eo facile conjicias, quod in Hebraeorum regione unius & apud Pergamenos sepulcrum alterius extet.* Huc spectare etiam puto Sileni imagines conspicuas in nummis urbis Sichem, id est, Flaviae Neapolis, quae Siluntis vicina fuit. Silunte tempore R. Benjaminis (cujus ὁδοιπορικὸν extat) Samuelis prophetae sepulcrum ostendebatur: sed olim ibi non fuerat, si illi fides sit: nec etiam Hieronymus ejus meminit.

SIMONIAS.

Σιμωνιάς. Vicus in finibus Galilaeae. Josephus *in vita.* Meminerunt hujus Talmudici in Gemara Hierosolymitana, codice Megilla *fol. 70. col. 1.* שמרון סימוניה Schimron (*Jos. 19. 15.*) *est Simonia.* Συμσὼν & Συμωὼν habent etiam codices quidam versionis Alexandrinae *Jos. 19. 15.*

SINDE.

Σίνδη. Vicus 20. stadiis a Tyro, 500. a Caesarea maritima, disjunctus. Euagrius historiarum *l. V. c. 7.* κώμην Σίδην διέχεσαν τῆς τῶν Τυρίων ἔτι ςαδίε κ'. *Vicum Sinden, qui a Tyro aberat 20. stadia.* Et τῆς Σινδήνων κώμης διεςώσης τῆς Καίσαρος (ita solet Evagrius Caesaream Καίσαρος πόλιν appellare) ςαδίαις μάλιςα πεντακοσίαις, *vici Sindenorum qui Caesarea aberat 500. stadia.* p. 1018

SION.

Uti nomen n loci in regione Rubenitarum legitur in versione Graeca *Jos. 13. 21.* τὲς ς κατοικέντας Σιών. ישבי הארץ est in Hebraeo: sed quia

סיחון nomen regis praecedit, videtur id repetitum ab interpretibus Graecis immerito.

SIOR.

Σιὼρ. Vicus inter Aeliam & Eleutheropolin. Eusebius in Onomastico.

SOCHO.

שׂוֹכוֹ & שׂוֹכָה, Urbs in campestribus Judae. *Jos. 15. 35. 1. Sam. 17. 1.* Est & urbs eodem nomine in montanis Judae *Jos. 15. 48.* Eusebius dicit, esse duos vicos in nono miliario viae ab Eleutheropoli Aeliam, unam superiorem, alium inferiorem, dictos Soccoth, ad vocem Σοκχώ.

Josepho Σοχὼ & Σωχὼ scribitur: vide eum *Ant. VI. 10.* ubi urbem hanc in confiniis Judaeae & terrae Philistaeorum sitam scribit, & *Antiq. VIII. 3.* ubi urbs tribus Judae vocatur.

Cum hisce conferamus illa, quae leguntur *in vita* S. Gregorii Papae, a Paulo Bernriedensi conscripta, & inserta *actis Sanctorum Maji tom. VI. pag. 116.* Sic enim legitur in actionibus septimi universalis concilii auctoritate primi Hadriani Papae collecti: *narravit nobis Dionysius Pru-*
p. *byter Ecclesiae Ascalonis de abbate Joanne Anachoreta dicens: quia hic magnus*
1019 *in praesenti generatione fuit homo & ad statum suum Deo placentem hoc de eo miraculum asserebat: in specu, inquiens, senex sedebat in partibus Sochus, possessionis ab Hierosolymis miliaribus novem ferme distantis.* Haec si vera sint, & Socho abfuerit ab Eleutheropoli 9. miliaria versus Aeliam, & ab Aelia sive Hierosolymis quoque novem miliaria, credenda est fuisse in medio viae: atque ita totum intervallum inter Aeliam & Eleutheropolin fuisset circiter XVIII. mille passuum. In itinerario autem Antonini ab Aelia Eleutheropolin dicuntur fuisse XX. mille passus: quod satis bene convenit cum spatio assignato, si credamus, viam non semper eandem per omnes partes fuisse, sed forsitan alicubi ad latus magis circumductam, vel ultra spatium 9. passuum, quae distantia τῇ Socho datur, aliqua parte se viam extendisse; quod facile credi potest, quia Eusebius & Hieronymus nunquam mille passus in duo dividunt, licet probabile non sit, omnes urbes distitisse a se invicem per mille passus continuos, vel bis aut ter mille passus, non mille & quingentos, aut trecentos: qui tamen, quum non numerentur, debet ex mille passibus memoratis saepe aliquid tolli, saepe aliquid iis addi. Idem de Antonini itinerario observandum est, in quo, quum XX. mille passus leguntur, id commode de XIX, & mille quingentis intelligi potest, quot aeque XX. mille quam XIX. mille dici possunt, quia illi quingenti aeque suppleri per adjectos alios quingentos, quam tolli plane & omitti queunt, ut numerus τῶν mille passuum integer maneat.

SODOMA.

SODOMA.

סְדֹם, *Sedom.* Stephanus. Σόδομα, μητρόπολις ἦν τῶν δέκα πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἀσφαλτίτιδι λίμνῃ καταςραφείσων. *Sodoma metropolis erat 10. urbium in lacu asphaltite subversarum.* Sacer codex non nisi 5. urbes recenset, quarum haec praecipua videtur fuisse. Urbs a Deo eversa est una cum Gomorra, Adama, & Zeboim, sita בככר *in planitie Gen. 19. 29.* quae & ככר הירדן *planities Jordanis* dici solet. Ante diximus (ubi de lacu asphaltite actum est) nobis non videri, illam aquis lacus asphaltitis tectam p.
esse, sed eversam & regionem vicinam sterilem esse redditam. Eusebius 1020
etiam περὶ, *juxta*, mare mortuum scribit eam sitam fuisse. Sic Sozomenus *lib. II. 24.* agros videri exustos, nec sementem accipere, nec arboribus conseri, uti de Sodomorum regione accepimus: & quae sunt plura veterum testimonia loco notato adducta. De situ aliquid addamus. Omnino circa fines australes lacus asphaltitis urbs Sodoma collocanda est, nam illic Zoara erat, cui Sodoma erat vicina. Vide *Zoara*, & confer *Gen. 19. 15.* nam Loth, *surgente aurora*, כמו השחר עלה, ex Sodoma egreditur, & sole oriente ingreditur Zoaram.

Episcopus Sodomorum commemoratur inter episcopos Arabiae, qui subscripserunt concilio Niceno primo. Vecors esset, qui heic Sodoma a Deo eversa & nunquam postea habitanda intelligi posse sibi persuaderet. Quem ergo locum heic latere suspicabimur? Non Zoara, illa enim Palaestinae urbs fuit, non Arabiae. Non Sycamazona, quae & ipsa Palaestina urbs, non Arabica fuit. In hanc suspicionem inducere quemquam posset scriptura indicis Arabici, in quo episcoporum nomina, qui huic concilio subscripserunt, leguntur, ubi post Gennadium scribitur

سابيروس الصوصوماون

Severus Zuzumaon.

Videtur Arabs in codice Graeco legisse Σεβῆρος Σκσαμάων vel simile quid. Urbis autem Sycamazonis nomen Συσαμάζων scriptum aliquando fuisse supra adnotavimus. Itaque putem, urbem aliquam Arabiae sub metropoli Bostris censitam heic latere, quae *Zozoyma* scribitur aut *Zoraima* in quibusdam notitiis ecclesiasticis. Vide supra *lib. I. pag. 228. & 224.*

SOGANE.

Σωγανή. Urbs Gaulanitidis superioris. Josephus *bell. II. 25.* & *VI. 1.* Et hinc Suidas: Σωγάνη ἴνοκα πόλεως. Eadem Σωγαννὶ dicitur a Josepho in p.
vita *pag. 1013.* ubi scribit, se huic loco & Seleuciae (nota & hanc urbem 1021
fuisse Gaulanitiidis) moenia addidisse. Videtur etiam in Galilaea vicus fuisse

fuisse nomine Σωγάνη, non longe a Gabaris. Ita credo legendum esse in Josepho, apud quem *in vita pag. 1019.* vulgo ita legitur, sed male, uti existimo. Ἐκέλευσα τοῖς πλήθεσι πρὸς Σωγάνην κώμην ἕπεσθαι Ἀράβων ἀπέχουσαν εἴκοσι ϛάδια. *Jussi coetum sequi usque ad Soganen vicum Arabum distantem inde viginti stadiis.* Ita haec redduntur. Sed quum Josephus haec jubens in urbe, cui nomen Gabara fuerit, atque longius abesse Arabum vici debuerint, non dubitamus, pro Ἀράβων substituendum esse Γαβάρων, & id conjungendum esse cum verbis sequentibus, ut sensus sit, Soganen a Gabaris abfuisse stadia 20. Γαβάρων ἀπέχουσαν εἴκοσι ϛάδια.

SOLYME.

Σολύμη. Vicus Gaulonitidis. Huc usque Gaulonitis regio defecit ad Agrippam. Josephus *in vita, pag. 1013.*

SONNA.

Σόννα. Urbs in planitie sita. Josephus *Ant. VI. 15.*

SOPHA.

Ἐν Σοφᾷ ἐν γῇ Ζαβελών, in Sopha in tribu Zabulon natus est Malachias. Epiphanius de vit. Prophet. *pag. 249.* ubi alii codd. Σωχά. Chronicon Paschale *pag. 153.* ἐν Σοφᾷ. Hesychius Presbyter Hierosolymorum in vitis prophetarum, editus ab Hoeschelio ex codice Augustano, Τίμαται ἐν Σοφιρᾷ.

SOZUSA.

Σωζούση. Urbs Palaestinae primae episcopatu insignis. Mentio fit illius in Concilio Chalcedonensi & notitiis ecclesiasticis veteribus. Stephanus. Σωζοῦσαι πόλεις τρεῖς, Φοινίκης .... *Sozusae, Urbes tres, Phoenices ....*

p. 1022 Episcopi Sozusae hi fuere, uti ex actis conciliorum discimus.

BARACHIAS. Nomen ejus legitur in actis Ephesi, quae inserta sunt actis concilii Chalcedonensis. In illis legitur.

Βαραχίας Σωζούσης Παλαιϛίνης.

In Latinis codd. quib. *Oruxae civitatis Palaestinae.* In actis Ephesi Σωζούσης, at *Oruxae* quoque in contextu Latino. Ita quoque *pag. 320.*

LEONTIUS. Commemoratur in epistola Johannis Hierosolymitani inserta actis concilii Constantinopolitani: & in actis concilii Hierosolymitani, *tomo V.* conciliorum *pag. 284.*

DAMIANUS. Legitur in actis concilii Constantinopolitani habiti anno 553. in nova collectione conciliorum Baluzii, *Damiano, episcopo Sozusae vicem agente Eustochii episcopi Hierosolymitani.* Confer *tom.*

tom. V. conciliorum generalium *pag. 416.* ubi legitur *Damiano religiosp. Sozusae, vicem agente Eustochii episcopi Hierosolymitani.*

STRATONIS TURRIS. Vide *Caesarea.*

STRADELA.

Urbs inter Maximianopolin & Scythopolin sita. Memoratur in Itinerario veteri Hierosolymitano. Vide Jizreel.

SUCCOTH.

סֻכּוֹת, Est nomen urbis in tribu Gad. *Jos. 13. 27.* Inter Succoth & Tzarthan in planitie Jordanis *1. Reg. 7. 46.* Hieronymus ad *Gen. 33. 17. Sochoth. Est usque hodie civitas trans Jordanem hoc vocabulo in parte Scythopoleos.* Σκηνοὶ Josepho *Ant. I. 19.*

SULEM.

Σελλήμ. (ita legit Hieron.) vicus in quinto miliario a Tabor monte versus austrum. Eusebius ad vocem Σωνήμ. Nomen hoc *Schunem* vario modo corruptum extat in codicibus Graecis. Suidas Σωμανῖτις inde formavit, at alibi Σωναμῖτις rectius. p. 1028

SUR.

Σούρ. Locus hic inter Tyrum & Ptolemaida recensetur in litore terrae Israëliticae, *Judith. 3. 1.* οἱ κατοικοῦντες Σούρ. Diversus itaque est hic locus a Tyro, quae צר *Tzor* dicitur. Vide, an non sit Σούρα Τυρίων πόλις memorata Scylaci.

SUSITHA.

סוסיתא, Locus Tiberiadi vicinus. Mentio fit in Vaijikra Rabba. Hippos esse creditur, quia סוס ἵππος est.

SYCAMAZON.

Non invenio, hujus urbis mentionem factam ante annum 431. quo concilio Ephesino interfuit & subscripsit episcopus hujus urbis. Ibi legitur *tom. III.* conciliorum generalium, *pag. 448.*

Ἀιηνοῦ Συκαμαζόνος.

Baluzius in nova collectione conciliorum hunc appellat *pag. 452.* Johannem. In serie episcoporum, quae ex codice MSto regio descripta est, quamque idem Baluzius inseruit collectioni suae *pag. 507.* legitur

Ἀιήνης ἐπίσκοπος Συκαμαζῶνος.

In actis concilii Ephesini sessione sexta, quae Baluzius *pag. 528.* recenset Latine, legitur

Joanne Sycomazonis.

Ita quoque *pag. 539.* & in concilio Chalcedonensi, *anno 451.* habito, ubi haec nomina relecta sunt, nunc extat

Joanne Sycomazonensi.

Sed quum illa nonnisi Latine extent, facile potuit nomen notum *Joannes* usurpari pro ignotiori. Memoratur & Dionysius episcopus Sycamazonis in actis Ephesi, quae inserta sunt actis concilii Chalcedonensis. Vide *tom. IV.* conciliorum *p. 118.* sed *p. 268.* male legitur Συσαμαζόνος. In epistola Johannis Hierosolymitani, inserta actis concilii Constantinopolitani, memoratur episcopus p. 1024

Ἀλφειὸς Συκαμαζόνος,

& in concilio Hierosolymitano habito *anno 536.*

Βασίλειος Συκαμαζόνος.

In notitiis veteribus ecclesiasticis haec inter urbes Palaestinae primae memoratur. Errant, qui Palaestinae secundae attribuunt. Supra *pag. 212.* Jam notavi, hanc aeque ac Sebasten & Sozuzam urbes esse Palaestinae primae.

SYCAMINON.

Συκαμίνον, Hebraeis שקמונה appellatur, initio codicis Misnici Demai *misn. 1.* Stephanus. Συκαμίνον, πόλις Φοινίκων. *Sycaminum, urbs Phoenicum.* Non longe aberat a Ptolemaide, ubi rex Aegypti copias exposuit oppugnaturus Ptolemaida. Josephus *Ant. XIII. 20.* Eusebius in Onomast. ad vocem Ἰαφὲθ scribit vicum, cui nomen ἡ Συκάμινος, esse maritimum inter Caesaream & Ptolemaidem, propter montem Carmelum, & Ἡφὰ, *Epha*, dici ipsius aetate. Straboni appellatur Συκαμίνων πόλις dicitur que sita inter Ptolemaida & turrim Stratonis sive Caesaream.

In itinerario Antonini dicitur distare a Ptolemaide millia passuum XXIV. a Caesarea XX. In itinerario Hierosolymitano, a Ptolemaide XV. a Caesarea XVI.

Theodoretus in comm. ad Jesaiam *pag. 45.* Τὰς Συκαμίνας συκομόρους ἔφασαν οἱ λοιποὶ, καὶ λίαν εἰκότως. Τούτων γὰρ ἡ Παλαιστίνη πεπλήρωται, καὶ ἐκ τῶν ξύλων τῶν τοιούτων ὀροφοῦσι τὰς οἰκίας. *Pro sycaminis (sive moris) reliqui dixerunt Sycomoros, & valde probabiliter. His enim plena est Palaestina, & lignis istiusmodi domos tegunt.* Plura de sycomoris habet idem in commentario ad *Amos 7.* Nulla fere arbor in terra Israëlitica frequentior fuit, quam sycaminos. Liquet ex Josepho *Antiquit. VIII. 2.* scribente de Salomone τῶν κεδρίνων ξύλων ἐ πρότερον ὄντων ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τῶν συκαμίνων πλήθει τὰ τῆς Ἰουδαίας πέδια, quae Epiphanius, interpres vetus, ita reddit, *Cedros arbores antehac nunquam in Judaea visus in campis ejus adeo multiplicavit, ut moros numero aequarent.* p. 1025

SYCHAR.

Συχάρ. Urbs Samariae *Joh. 4. 5.* de quo nomine diximus parte prima dissertationum miscellanearum.

SYMBATHA.

Συμβαθά. Patria Azariae prophetae. Epiphanius de vitis prophetar. *pag. 237.* Sunt, qui putent, esse Saphatham vallem *2. Chron. 14. 10.*

TAANACH.

תַּעֲנָךְ, Urbs in tribu Menasse cis Jordanem. *Jud. 1. 27. Jos. 12. 21.* & *21. 25.* Esse in quarto miliario Legionis vicum hoc nomine scribit Eusebius ad vocem Thaanach (sed hic situs nostrae Taanach non convenit) & ad vocem Thanaach, abesse tria miliaria a Legione.

* TAANATH SCHILO.

תַּאֲנַת שִׁלֹה, In finibus Ephraim. *Jos. 16. 6.* Eusebius dicit, ad hanc vocem esse vicum Θανὰθ. 10. miliar. a Neapoli contra orientem. Credo etiam, Ptolemaeum hujus loci meminisse, quem vocat Θῆνα. Vide Excerpta ex eo supra *lib. II.*

* TABBATH.

טַבָּת, Urbs in Menasse. *Jud. 7. 22.*

TABOR.

תָּבוֹר, Non tantum montis, de quo ante egimus, *lib. I.* sed & urbis nomen est *1. Chron. 6. 77.*

TACHOA. p. 1026

Ταχόα. Urbs a Bacchide munita. Josephus *Antiquit. XIII. 1.* Τεφῶν *1. Macc. 9. 50.* Latini Interpreti *Thopo.* Incertum, quae lectio praestet.

TAPPUACH.

תַּפּוּחַ, Meenasse habuit regionem urbis Tappuach, sed ipsam Tappuach in finibus Menassis habebant Ephraimitae *Jos. 17. 8.* Ceterum vide Beth Tapppuach & En Tappuach.

Fuit & in planitie tribus Judae רפוח *Jos. 15. 33.* cui cum proxime subjungatur והעינם posset videri de עין תפוח sermo esse. Sed עין תפוח erat in finibus Menassis, non Judae.

* TARALA.

תַּרְאָלָה, Urbs tribus Benjamin. *Jos. 18. 27.*

TARBA.

In Notitia Imperii memoratur inter loca, quae sub dispositione Ducis Palaestinae sunt. Vide supra *lib. I.*

TARICHAEAE.

Ταριχαίαι, vel Ταριχέαι (utroque enim modo scribitur apud veteres) appellatur a Josepho urbs Galilaeae *lib. XX. Antiquit. c. 5. lib. II. de bell. c. 12.* & *25.* Urbs Judaeae & a Cassio capta dicitur *Antiquit. XIV. 12.* Urbem fuisse maritimam liquet ex *lib. II. de bell. c. 26.* ubi Taricheis navigasse Tiberiada Josephus dicitur, & *lib. III. de bell. c. 17.* ubi urbs esse dicitur ad Lacum Gennesar sita & ὑπόριος. Distabat autem haec urbs a Tiberiade stadia 30. uti tradit *in vita p. 1010.*

Plinius scribit, Tarichaeam sitam esse a meridie lacus, Tiberiada
p. autem ad occidentem. Stephanus. Ταριχέαι ... Ἔςι Ταριχέα καὶ ἑνικῶς
1027 καὶ πληθυντικῶς λεγομένη πόλις τῆς Ἰεδαίας ὡς Ἰώσηπος. *Taricheae ... Est Tarichea in numero singul. & plur. urbs Judaeae, uti scribit Josephus.* Suetonius *in Tito, cap. 4. Tarichaeam & Gamalam, urbes Judaeae validissimas in potestatem redegit.* Videtur nomen accepisse a salsamentis. Pisces in lacu captos hic saliri consuevisse, probabile est.

TABAE.

Ταβαὶ .... πόλις τῆς Περαίας, ἣν Ἀλέξανδρος ἐν τῷ περὶ Συρίας ἑρμηνεύει ἀγαθήν. *Tabae .... urbs Peraeae; quam Alexander in libro de Syria interpretatur bonam.* Huc refer terram *Tob.* טוב significat ἀγαθὸν, uti hic quoque Alexander testatur. Holstenius Περαίας mutat in Παραλακήνης, sed potest retineri Περαίας. Regio Gilead erat in Περαίᾳ, & hinc non longe aberat terra Tob, ubi Jephta commoratus fuisse legitur *Jud. 11. 3. 5. 2. Sam. 10. 10.*

TATAM.

Ταταμ. Urbs in codicibus Graecis *Jos. 15. 60.* legitur, non in Hebraeis. Alii legunt Ταταμὶ, Hieronymus in comm. ad *Mich. 5. Tami.* Apud Eusebium in Onomastico legitur Τεσσὰμ, φυλῆς Ἰούδα: quo nomine quum urbs nulla tribus Judae in Hebraeis codicibus extet, quid prohibet, credere, illud ex Ταταμ esse depravatum, inprimis quum hoc ipsum Ταγὰμ, Τενὰχ, & Ταμὶ & Ταταμὶ legatur? Variant enim exempla Graeca. Hiero-

Hieronymus apud Eusebium legit *Tesan.* Est tamen (ut, quemadmodum sentio, loquar) ratio dubitandi de hac conjectura, quia non deprehendi alia nomina urbium, quae isto commate *Jos. 15. 60.* leguntur in versione Graeca, ab Eusebio inserta fuisse Onomastico suo. Quod si vel maxime ea inserta fuissent ab Eusebio, Hieronymus addidisset, opinor, uti ad vocem *Rhinocorura: sciendum autem, quod hoc vocabulum in libris Hebraïcis non habetur, sed a septuaginta interpretibus additum est.*

TEBETZ.

תֵּבֵץ, *Jud. 9. 50.* Est vicus nomine Θήβης in finibus Neapolis abeuntibus Scythopolin in tertio & decimo lapide. Eusebius in Onomastico.

TECOA.

תְּקוֹעַ, Urbs in Juda. *2. Chron. 11. 6.* unde vicina solitudo nomen accepit *2. Chron. 20. 20. 1. Macc. 9. 33.* Inter urbes Judae *Jos. 15. 60.* non memoratur in codicibus Hebraeis. Sed Graeci Θεκὼ memorant *commate 60.* cum Bethlechem & aliis, quae in Hebraeo non extant. Quodque omnino facit, ut credamus, voce Θεκὼ indicari illo loco urbem Tecoa, est quod uti *Jos. 15. 60.* in codicibus Graecis eodem commate junguntur hae urbes tres, *Bethlechem, Tecoa & Etan*, sic quoque *2. Chron. 11. 6.* Eusebius ad vocem Ἐκθεκὰ (natam, ut facile unus quisque videt, ex male conjunctis verbis ἐκ Θεκὰ) notat Θεκὰ vicum distare 12. miliaribus ab Aelia sive Hierosolyma contra meridiem. Ita quoque Hieronymus ad *Jer. 6. 1.* Sed in Onomastico scribit, *Thecuam esse in nono ab Aelia miliario*, ubi legendum esse *duodecimo* tum ex Eusebio, tum ex Hieronymi aliis locis liquet. Eusebius ad vocem Θεκὼ addit, esse *juxta desertum civitatis Aeliae.* Epiphanius de vitis prophetarum *p. 245.* scribit, Amosum esse ortum ex Thecoa in terra Zabulon ἐν Θεκὰ ἐν γῇ Ζαβελών. Kimchi hanc Thecoa locat in tribu Ascher. *1. Macc. 9. 33.* memoratur quoque solitudo Θεκοέ.

Hieronymus in *c. 6.* Jeremiae. *Jerusalem in tribu Benjamin sitam nullus ignorat: Thecuam quoque viculum esse, in monte situm & duodecim millibus ab Hierosolymis separatum, quotidie oculis cernimus.* Pleniorem vero hujus loci descriptionem dat in prologo ad Amosum. *Fuit de oppido Thecue, quod sex millibus ad meridianam plagam abest a Sancta Bethlehem, quae mundi genuit Salvatorem: & ultra nullus est viculus, ne agrestes quidem casae & furnorum similes, quas Afri appellant mapalia. Tanta est eremi vastitas, quae usque ad mare rubrum Persarumque & Aethiopum atque Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus, ut sterilitatem terrae compensent pecorum multitudine.* Et mox, *Pastor erat, non in locis cultis & arboribus ac vineis consitis, aut certe inter sylvas & prata virentia, sed in lata eremi vastitate, in qua versatur leonum feritas & interfectio pecorum.* In Josepho modo Θεκὼς *Antiq. VIII. 3.* modo Θεκωῖτ, *de bell. V. 7.* aliquando etiam Θεκόα *Antiquit. IX. 1.* & *in vita* appel-
p. 1029

appellatur: quae ſcriptionis diverſitas librariis potius quam Joſepho videtur tribuenda. Urbs tribus Judae eſſe dicitur *Antiquit. VIII. 3.* urbs infra quam ſolitudo eſt *Antiquit. IX. 1.* confer *2. Chron. 20. 20.* vicus non longe ab Herodio Judaeae, *de bell. V. 7.* atque ita etiam vicus nuncupatur *in vita. p. 1013.*

Circa Tecoam praeſtantiſſimum oleum colligebatur. Miſna Menachot. VIII. 3. תקועה אלפא לשמן *Thekoa primas tenet in oleo.*

* TELAIM.

טְלָאִים, Urbs in tribu Juda. *1. Sam. 15. 4.* ἐν Γαλγάλοις, ibi reddunt Graeci. Legitur & Θηλάμ, nomen loci *2. Sam. 3. 12.* ubi Graeci habent Θηλὰμ ἔ ἦν, quibus in Hebraeo nil reſpondet. Vide Euſebii Onomaſticon ad vocem Θηλαμαυγή.

* TELEM.

טֶלֶם, Urbs in tribus Judae portione auſtrali. *Joſ. 15. 24.* Creditur eſſe eadem ac *Telaim*, de qua mox actum fuit. Atque ita pronuntiatione differrent *Telem* & *Telaim*, veluti *Jeruſchelem* & *Jeruſchalaim.*

TEPHON.

Τεφῶν. al. Τεφῶ. *1. Macc. 9. 50.* Tappuach Latino interpreti.

TETRACOMIA.

Τετρακομία. Urbs vel vicus Palaeſtinae ſecundae. Vide veteres notitias eccleſiaſticas.

THABATHA.

p. 1030 Vicus Palaeſtinae, cujus ſitum deſcribit Hieronymus in vita S. Hilarionis eremitae, his verbis. *Hilarion ortus vico Thabatha, qui circiter quinque millia a Gaza urbe Palaeſtinae ad auſtrum ſitus eſt, quum haberet parentes idolis deditos, roſa, ut dicitur, de ſpinis floruit.* Sozomenus *lib. III. 14.* hujus meminit & Nicephorus Calliſtus hiſtoriae eccleſiaſticae *lib. IX. c. 15.* qui Θεβασὰ illum vocat & abeſſe ſcribit 15. ſtadiis a Gaza.

THAELAM.

2. Sam. 3. 12. Miſit Abner ad Davidem εἰς Θαιλὰμ, ἔ ἦν. In Hebraeo non extat. Sed ex טלאכים nata vox eſt. Vide Telaim.

THALA.

Θαλά. Vicus grandis Judaeorum 16. miliaribus ab Eleutheropoli verſus auſtrum. Euſebius in Onom. ad vocem Θαλχά. *Thella* appellatur Hieronymo.

THALCHA.

Θαλχά. Urbs tribus Simeon, quae *Joſ. 19. 7.* ab interpretibus Alexandrinis recenſetur hoc modo, Ἐρεμμὼν ϗ Θαλχὰ ϗ Ἰεθὲρ ϗ Ἀσὰν pro eo,

eo, quod in Hebraeis codicibus legitur עין ורמון ויתר ועשן. Agnovit hanc quoque Euſebius in Onomaſtico, Θαλχὰ, φυλῆς Συμεών. Additque, eſſe vicum Θαλὰ in ſexto decimo miliario Eleutheropolis in regione Judae auſtrali.

THALPIOTH.

Graeci *Cantic. IV. 4.* πύργος Δαβὶδ ὠκοδομήμενος εἰς Θαλπιώθ.

THAMANA.

In Notitia imperii Romani memoratur. Credo, eſſe Thamara, ubi praeſidium Romanorum eſt.

THAMARA.

p. 1031 Θαμαρά. Vicus disjunctus unius diei ſpatio a Chebrone pergentibus Aliam, ubi praeſidium Romanum eſt. Euſebius ad Ἀσασὰν Θαμάν. Legitur illic, κώμη διεςῶσα μάλις ἡμέρας ὁδὸν ἀπιόντων ἀπὸ Χεβρῶν εἰς Ἀλάμ. Illud μάλις mendoſum eſt. Quid ſi legatur μόνης ἡμέρας ὁδόν; *unius diei itinere?* Ita certe vertit Hieronymus, & Euſebius ſimili phraſi uſus eſt ad vocem Καρκὰ, ἀπέχον Πέτρας μόνην ἡμέραν. Sed quum Hieronymus ea verba Latine reddens habeat *unius diei itinere a Memphis oppido ſeparatum*, aſſentio Martianaeo, notanti, latere hic nomen urbis Μαλάθων. Verum & μόνης hic legi velim, διεςῶσα Μαλάθων μόνης &c.

THAMARO.

Θαμαρώ. Inter urbes Judaeae recenſetur ultimo loco a Ptolemaeo. Poſſet eadem eſſe ac Thamara. Et in tabula veteri itineraria, quae Peutingeriana dicitur, *Thamaro* legitur.

THAMNASACHAR.

In codicibus Graecis *Joſ. 21.* poſt 39. comma inſeritur, quod in Hebraeo non extat, ubi mentio fit urbis Thamnaſachar: καὶ ἔλαβεν Ἰησοῦς τὰς μαχαίρας τὰς πετρίνας ἐν αἷς περιέτεμε τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ τοὺς γενομένους ἐν τῇ ὁδῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ ἔθηκεν αὐτὰς ἐν Θαμνασαχάρ. *Et accepit Joſua cultros lapideos, quibus* (nota illud ἐν ἅις exprimere praefixum ב Hebraeorum, uti in Gloſſis μέλαν ἐν ᾧ γράφομεν & alibi ἐν ἐλαίῳ χριωθεὶς &c.) *circumcidit eos, qui in itinere & ſolitudine nati erant, collocavitque in Thamnaſachar.* Poſſet quis ſuſpicari, Σαχὰρ a זכר *mas* ductum, quod marium circumciſorum memoria in hoc loco abſconditis cultris permanſerit, niſi frequens mutatio σάραχ in σαχάρ & ſimilium nominum potius nos ad errorem librariorum duceret. Eſt Timnathſerach, quae Θαμνασαράχ ſcribitur *Joſ. 19. 50.* Dubium nullum eſt, quia commate 40. *Joſ. 21.* dicitur de eadem in codicibus Graecis, τὴν Θαμνασαχὰρ ἔθωκαν αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει Ἐφραὶμ, quod *Joſ. 19. 50.* de Timnatſerach legitur. p. 1032

THAMNATHA.

Θαμναθά. Urbs a Jonathane munita. *1. Macc. 9. 50.* Eusebio Θαμνὰ, vicus, olim urbs. Sic quoque Ptolemaeo inter urbes Judaeae Θάμνα recensetur. Vide vocem *Timnath:* & supra *l. 1.* ubi de regione Thamnitica.

THANACH.

Θανάχ. Vicus 4. miliaribus a Legione. Eusebius in Onomast. ad vocem Θανάχ. Sed ad vocem Θαναὰχ scribit, *tribus miliaribus.* Probabile est, abfuisse Legione tria miliaria cum dimidio circiter, ut aeque possit dici abesse tria quam quatuor miliaria: non enim ea dividunt Eusebius aut Hieronymus. Erit Taanach *Jos. 12. 21.*

THANATH.

Θαναὰθ (*Thenath* Hieronymo) vicus 10. miliaribus a Neapoli versus Jordanem. Eusebius in Onom.

THAPSA.

Θαψά. Urbs, apud quam Manaemus erat cum exercitu, audita Zachariae regis Israëlitarum caede. Josephus *Antiquit. IX. 11.* תפסח Tipsach. *2. Reg. 15. 16.* Incolae Θαψιάται.

THARABASA.

Θαραβασά. Urbs, quam Judaei Arabibus eripuerunt. Vide Josephum *Antiquit. XIV. 2.*

THARSE.

Θάρση. Urbs, in qua regia fuit Baëzae, regis Israëlis. Josephus *Antiquit. VIII. 6.* תרצה *Tirtza* in sacris literis. Eadem mutatio, quae in
p. 1033 Θαμνὰ pro *Timna*, Θάψα pro *Tipsach*, Γαλαὰδ pro *Gilead*, Μάσφα pro *Mispha*, Μανιάθη pro *Minnith* &c. apud eundem Josephum.

THARSILA.

Θαρσιλά. Vicus Samaritanorum in Batanaea. Eusebius in Onomastico. Nil obstat, uti Eusebius memorat in Palaestina κώμας Ἰεδαίων, κώμας Χρισιανῶν, quod ab iis potissimum aut solis incolerentur, ita quoque extra Samaritin fuisse vicos a Samaritanis inhabitatos. Diffuderunt enim illi post Hierosolymae excidium se longius etiam extra Palaestinam.

THEBAE.

Θῆβαι. Urbs ab Abimelecho capta. Josephus *Antiquit. V. 8.* Est ea Tebetz *Jud. 9. 50.* adeoque Θῆβας fuerat dicendum in casu recto, vel Θῆβες aut Τῆβες, sed aliter Josephus, quum Thebae Boeotiae & Aegyptiacae notissimae essent. Ita ille *Antiquit. VII. 7.* τὸν ἐν Θήβαις πύργον, ubi de eadem urbe, quam Abimelechus cepit, loquitur, & Zonaras ex Josepho,

Josepho, Θήβας ἑτέραν πόλιν. Non possum, quin hic adscribam verba M. Varronis *lib. II. de re rustica cap. 1.* de significatione vocis Thebae, ut aliis campum meditandi aperiam. *Nec minus oppidi quoque nomen Thebae indicant, antiquiorem esse agrum, quod ab agri genere, non a conditore, nomen ei est impositum. Nam lingua prisca & in Graecia Aeoleis Boeotii sine afflatu vocant collis Tebas: & in Sabinis, qui e Graecia venerunt Pelasgi etiam nunc ita dicunt. Cujus vestigium in agro Sabino via Salaria non longe a Reate milliarius clivus appellatur Tebae.* Hinc puto, (si vere nomen id a Graecis ortum traxit) Aegyptiae Thebae in loco altiore sitae ita dictae sunt a Graecis. Plato in Phaedro *pag. 356. edit. Lugd. a. 1590.* Βασιλέως δ' αὖ τότε ὄντος Αἰγύπτου ὅλης Θαμοῦς περὶ τὴν μεγάλην πόλιν τοῦ ἄνω τόπου ὃν οἱ Ἕλληνες Αἰγυπτίας Θήβας καλοῦσι, *rege existente totius Aegypti Thamo circa magnam urbem tractus eminentioris, quem Graeci Thebas Aegyptiacas appellant.* Quod si ex lingua Aegyptiaca origo Thebarum arcessenda est, posset credi ex ⲑⲏⲃⲁⲓ, quod Coptis urbem notat, factum nomen Thebarum. Urbis itaque illa nomen gessit κατ' ἐξοχὴν, quod maxima esset, p.
dicta veteribus propterea ἑκατόμπυλος, non quod centum numero por- 1034
tas haberet. Id jam animadvertit Diodorus Siculus *lib. I. cap. 45.* & firmari potest aliunde. Roma etiam ἑκατόμπυλος appellatur in veteri inscriptione, quam Sponius inseruit Miscellaneis eruditae antiquitatis *p. 322.*

—— Ῥώμης ἑκατοντοπύλοιο.

THEBASA.

Θηβασά. Vicus nobilis in regione Aeliae, 15. miliaribus inde remota. Eusebius in Onom. ad vocem Ἀσάν. Sed quum haec adferantur ad illustrandam vocem Ἀσάν, clarum est, Βηθασὰ legi oportere.

THEBES.

Θήβης. Vicus distans Neapoli 13. miliaribus Scythopolin versus. Eusebius in Onomastico. Vide *Tebetz.*

THECO.

Θεκώ. Recensetur inter urbes Judae *Jos. 15. 60.* sed non in Hebraeis codicibus, verum in Graecis. Vide, quae diximus ad vocem *Tecoa.*

THELAM.

2. Sam. 2. 12. in versione Alexandrina Θηλὰμ ἐν ἦν. Aquila παραχρῆμα habet, Symmachus ἀνθ' ἑαυτοῦ pro תחתיו. vide *Telaim.*

THELLA.

Θελλά. Vicus est Jordani proximus, a quo longitudo Galilaeae superioris perttingit usque ad Meroth. Josephus *de bell. III. 2.*

THENA.

Θῆνα, urbs Samariae. Ptolemaeus. Eusebius meminit vici nomine Θῆνα, 10. miliaribus a Neapoli ortum versus. Vide eum ad vocem
p. 1035 Θαναίθ. Sine dubio idem locus est.

THESBONE.

Θεσβώνη, urbs Gileaditidis, patria Eliae prophetae, uti scribit Josephus *Antiquit. VIII. 7.* ἐκ πόλεως Θεσβώνης. Zonaras ex eo *lib. II. pag. 90.* ἐκ πόλεως Θέσβης. Vide *Thisbe.*

THISBE.

Θισβή. Urbs Galilaeae in regione tribus Nephtali, unde captivus abductus est Tobith a rege Assyriorum. *Tob. 1. 2.* ita describitur, ἐκ Θισβῆς, ἥ ἐστιν ἐκ δεξιῶν Κύδιος τῆς Νεφθαλεὶμ, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπεράνω Ἀσήρ. *Quae est a dextra, id est ad austrum,* Κυδίος *Nephtaliticae in Galilaea supra Aser.* Pro Κυδίως vel Κύδιος (malo autem Κύδιος, uti Τραίλλιος & Σάρδιος dicimus a Τραίλλις & Σάρδις) alii legunt κυρίως, ut sensus sit, a dextra Nephtalim proprie dictae. Sed praeterquam quod Nephtalim proprie & non proprie dicta non sint hoc nomine notae regiones diversae, videtur illa lectio κυρίως orta ex ignoratione vocis minus notae Κύδιος, uti mox *commate 12.* ἄγροις substitutum est pro urbe ignotiori Ῥάγοις. Ego quidem puto, hic nomine Κύδιος intelligi urbem in extremis finibus terrae Israëliticae versus septentrionem sitam, quae a Josepho Κύδοισσα, Eusebio Κύδοσσος, scriptoribus sacris קדש בנפתלי *Cadesch in Naphtali* appellatur; plane uti hic Κύδις τῆς Νεφθαλεὶμ dicitur, ut ab alia Cadesh distinguatur in finibus terrae australibus. Ad hujus Cydios plagam australem sita fuit Thisbe, & ab hac Thisbe videtur Elias propheta התשבי *Tisbites* nuncupatus: verum, quia additur מתשבי גלעד *ex Toschabe Gileaditidis*, alii putant, ab urbe Toschabe ita dictum. Illam urbem ignoro, uti nec quomodo a Toschabe formetur ἐθνικὸν Tisbi. Scio autem, Toschabe תשבי inquilinos notare & sensum esse aptissimum, patria eum Thisbiten fuisse, Galilaeum, sed diu habitasse in Gileaditide. Eusebius etiam meminit urbis Thesbae, patriae Eliae, in Onomastico. Θεσβά, ὅθεν ἦν Ἠλίας ὁ Θεσβίτης. Hie-
p. 1036 ronymus. *Thesba, unde ortus est Elias propheta Thesbites.* Epiphanius *pag. 237.* de vitis prophetarum scribit, fuisse Eliam ἐκ Θεσβῶν ἐκ γῆς Ἀράβων, *e Thesbis e terra Arabum*, i. e. e regione trans Jordanem. Quamvis haec verba absint a codice Epiphanii Augustano, & a Chronico Alexandrino sive Paschali *p. 161.* Sed mox utrobique fit ejus mentio hoc modo, ἡ Θέσβις δῶμα ἦν τοῖς ἱερεῦσι. Credidit forsitan esse Chesbonem, urbem Leviticam: nam & apud Josephum *Antiquit. VIII. 5.* legitur ἐκ πόλεως Θεσβώνης. Est etiam urbs Boeotia Θίσβη, unde in Stephani Ἐθνικοῖς formatur Θισβαῖος.

THO-

THOBES.

Θωβής. Urbs memorata in serie urbium tribus Judae *Jos. 15. 60.* sed in codicibus Graecis, non Hebraeis. Hieron. in comm. ad *Mich. 5.* legit *Soris.* Sunt etiam Graeci codices, qui Θωρὴς exhibent.

THRESSA.

Θρῆσσα. Vicus Idumaeae: quum videlicet hoc nomine magna pars Judaeae censeretur. Meminit ejus Josephus *Antiq. XIV. 24.* & *bell. I. 11.* alii Ῥῆσσα legunt. *Antiquit. XIV.* χωρίον τῆς Ἰουδαίας appellatur, sed *bell. I.* Ἰδουμαίας, uti & in loco priore interpres legisse videtur, reddens *ad Ressam, vicum Idumaeae.* Quare crediderim, Idumaeae vicum fuisse. Frequenter in codicibus Josephi permutantur Ἰουδαία & Ἰδουμαία, & capite proximo, sive 12. *lib. I. de bell.* ubi in Graecis editis Ἰουδαία legitur, est in MSto Academiae Lipsiensis & aliis Ἰδουμαία, atque ita etiam legit Rufinus.

TIBERIAS.

Τιβεριὰς nomen fuit urbis & lacus. Lacus ipse Τιβεριάδος nonnunquam dicitur, sed & Τιβερὶς & Τιβεριάς. Vide supra *lib. I.* ubi de lacu Tiberiadis egimus. Sunt, qui illam olim Kinnereth dictam putent, aut Raccath, aut Chammath: sed quum Raccath, Chammath, & Kinnereth urbes fuerint Naphtaliticae, & Capernaum urbs Tiberiade septen- p.
trionalior (quod nullus negat) in confiniis Zebulonis & Naphtali sita 1037
fuerit, teste Matthaeo, Tiberias non potuit esse Chammath, Raccath, aut Kinnereth. Tiberiada esse urbem Kinnereth hinc puto creditum est, quia lacus, cui adjacet, dicebatur mare Tiberiadis & mare Kinnereth: unde sibi persuaserunt, Tiberiada & Kinnereth fuisse urbem eandem. Confer, quae supra scripsimus *pag. 161.* & quae mox ex Josepho notabimus.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Τιβέριας, πόλις τῆς Ἰουδαίας, πρὸς τῇ Γεννεσαριτίδι λίμνῃ· κτίσθη δὲ ὑπὸ Ἡρώδου. *Tiberias, urbs Judaeae ad lacum Gennesariten. Condita ab Herode.* At Tiberium ipsum hanc urbem condidisse tradit Joël in Chronographia *pag. 162.* Μετὰ δὲ Αὔγουστον ἐβασίλευσε Τιβέριος υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κγ' ὃς κτίσας πόλιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐκάλεσεν αὐτὴν εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα Τιβεριάδα. *Post Augustum imperavit Tiberius filius ejus annos 23. is urbem in Judaea condidit & de nomine suo appellavit Tiberiada.* Eadem haec leguntur apud Michaëlem Glycam in Annal. *part. III. pag. 233.*

Ex Josepho constat, urbem Tiberiada in optimo agro Galilaeae sitam, ad litus lacus Gennesaritici, a quo non longe absunt aquae calidae Emmauntis, dictam de nomine Tiberii Imperatoris ab Herode Antipa. Vide *Antiquit. XVIIII. 3.* & *de bell. II. 3.* Memorantur tamen & thermae ἐν Τιβεριάδι Josepho *in vita.* Verum id capi potest de thermis Tiberiadi vicinis, uti ἐν πόλει Σολύμοις sepulcrum esse Helenae scribit Pausanias

lib. VIII. 16. & Josephus *Ant. XI. 5.* Ezram sepultum scribit ἐν Ἱεροσολύμοις. Ibidem *Antiq. XVIII. 3.* dicitur aedificata esse in solo multis cadaveribus referto contra mores patrios Judaeorum. Unde colligere licet, hanc urbem novam plane fuisse, & illo loco conditam, ubi antea urbs non fuerat. Quod si antea Tiberias aliud nomen habuisset, exstructa nempe & instaurata in loco urbis alterius, priscum nomen notasset, puto, Josephus, uti alias consuevit. *Antiquit. XIX. 7.* legitur Agrippam illic excepisse reges Comagenae, Ponti &c. Vicinam esse Scythopoli Tiberiada scribitur *lib. III. de bell. c. 16.* quod clarius *in vita pag. 1025.* docetur, Ti-
p. beriada abesse ab Hippo 30. stadia, Gadaris 60. Scythopoli 120. & *pag.*
1038 *1010.* dixerat Tiberiada & Tarichaeas distare stadiis 30. & paulo ante ibidem, videlicet *in vita*, in confiniis Tiberiadis & agri Scythopolitani fuisse vicos Hippenorum & Gadarenorum; praeterea Justum docuisse Tiberiada semper urbem Galilaeae habitam fuisse & ejus regionis metropolim tempore Herodis tetrarchae, cui Sepphoris fuerit subjecta, & istum primatum amisisse, postquam Agrippae juniori a Nerone est donata, & id decus in Sepphorin translatum. Idem scribit *in vita sua, pag. 1023.* stadiis quatuor a Tiberiade κώμην fuisse ὀρεινὴν vicum in monte situm. Hinc confirmatur id, quod aliunde discimus, non longe a Tiberiade montes fuisse.

Ex Epiphanio haec hauriri possunt ad illustrationem rerum Tiberiensium. Testatur ille *lib. I. adv. haer. p. 127.* illic in Judaeorum gazophylaciis servari Evangelium Johannis Hebraice versum, & acta Apostolorum. In illis gazophylaciis dicebatur Josephus quoque invenisse nomen Dei (יהוה) γεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ, quo lecto mira opera patravit. *Ibid. pag. 134.* Unde discimus, deceptos fuisse viros illos doctos, qui sibi persuaserunt, quum Evangelium Matthaei Hebraico sermone in manibus Judaeorum esse viderent, illud idem esse ac Evangelium ab ipso Matthaeo olim Hebraice aut Chaldaice conscriptum. Nam uti Evangelium Johannis & acta Apostolorum ab iis Hebraice servata sunt, sine dubio ex Graeco versa, ita etiam se res habere potuit cum Evangelio Matthaei. Non ausim negare, quod tot scriptores veteres uno ore affirmant, Matthaeum Ἑβραικοῖς γράμμασι & lingua Judaeis usitata, Ἑβραΐδι διαλέκτῳ (quae phrasis non linguam puram Hebraeam, sed talem, qualis Judaeis tum usitata fuit, in actis Apostolicis notat) Syriace, Chaldaice, aut quocunque tandem nomine dialectus illius saeculi appellanda est, conscripsisse Evangelium suum: sed quae hoc nomine edita sunt, certe Matthaei non sunt. Antea memini, me obiter aliquid notasse, quod huc faciat.

Idem Epiphanius tradit *lib. I. adv. haer. pag. 128.* Tiberiade ecclesiam extruendi potestatem accepisse Josephum a Constantino seniore, nec illic tantum, sed & Diocaesareae & in Capernaum.

Tibe-

Tiberiade ante tempora Josephi non licuit Christiano, Samaritano p.
aut Ethnico habitare, uti nec in Nazareth, Diocaesarea, aut Caphar-1039
naum. Ita scribit idem *lib. I. adv. haereses pag. 128.* Adeoque mirum non est, primum episcopum Tiberiadis, qui conciliis oecumenicis interfuit, fuisse Johannem, qui anno aerae Christianae 451. subscripsit concilio Chalcedonensi. Vide *tomum IV.* Conciliorum generalium *pag. 80.* Interfuit deinde & Johannes episcopus Tiberiadis in concilio Hierosolymitano anno aerae vulgaris 536. & *Georgius religiosissimus episcopus Tiberiadis* memoratur in actis concilii Constantinopolitani secundi, habiti *anno 553.*

Josephus ibi ecclesiam structurus invenit molem imperfectam templi maximi, cui nomen erat Ἀδριάνειον, quodque oppidani in balneum publicum convertere studebant, & constabat lapidibus quadratis quatuor cubitorum διὰ τετραπήχων λίθων τετραπέδων. Hanc molem templo suo destinavit, & caminos extra urbem septem (φέρναχας ἐπιχωρίως ταύτας καλοῦσιν, fornaces lingua vernacula illic appellant) calcarias fieri curavit, quarum ignem magicis artibus Judaei excantabant, donec Josephus vas Καμψάκην (sed qui illic habitant, vocabant id Καικέϊον) aqua plenum in nomine Jesu ei immisit. Sic tradit Epiphanius *lib. I. adv. haer. 136. 137.* Huc faciunt, quae leguntur apud Lampridium in Alexandro Severo. *Christo templum facere voluit, eumque inter Deos recipere. Quod & Hadrianus cogitasse fertur, qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris jusserat fieri: quae hodie, idcirco quia non habent numina, dicuntur Hadriani.* Videtur, si Epiphanium conferam, legendum apud Lampridium *Hadriania* pro *Hadriani.*

Celebre nomen habet in scriptis Judaeorum (vide Misnam Schabbath III. 4. & XXII. 5. &c.) Tiberias, quod illic plurimis annis post excidium urbis Hierosolymitanae judices & doctores Hebraei permanserint, usque ad saeculum quartum aerae Christianae adultum: quae etiam iis, quibus ad scripta Hebraeorum aditus praeclusus est, ex scritis Buxtorfiorum, Ligtfooti, & aliorum cognitissima sunt. Thermas Tiberiadis quis ignorat? & nos antea de iis aliqua notavimus *lib. I.* ubi de thermis Palaestinae. Salsas illas fuisse scribitur in itinerario Anto- p.
nini martyris. מרים πικρὰς eas appellant Talmudici. Superfuisse usque 1040
in dies hisce proximos aquas illas calidas Tiberienses fidem facit αὐτόπτης Monconisius ita scribens: *au bord de la mer de Galilée du côté du couchant nous trouvames un bain d'une eau extremement chaude, d'un gout de souffre melée de nitre. Cette source entre incontinent dans la mer.*

אילוסיא דטבריא Ilosia Tiberiadis memoratur in Midras Ruth *fol. 46. 4.* Commentator ait speluncam eo significari. אילוסיא מצאתי פי' מערה *Ilosia. Inveni interpretationem ejus esse speluncam.* Memoratur & פילי שרוש לטבריא in Bereschit Rabba *fol. 519.*

Saeculo

Saeculo sexto Justinianum moenia Tiberiadis, τὸ τεῖχος Τιβεριάδος, refecisse Procopius narrat *lib. V. de aedific. Justinian. cap. 9.*

Saeculo septimo post Christum natum Heraclium excepit Imperatorem. Anastasius Bibliothecarius *in histor. pag. 101. Cumque* (Heraclius anno Christi 620. tendens Hierosolymas, ut ligna vivifica a Siroe rege Persarum remissa eo deferret) *Tiberiadem adiisset, accusavere Christiani Benjamin quendam nomine, quasi mala sibi facientem (erat enim admodum opulentus) qui suscepit Imperatorem & exercitum ejus. Ast imperator damnavit eum; quamobrem, inquiens, molestus es Christianis? qui ait, ut inimicis fidei meae. Tunc Imperator admonitum hunc & ad credendum suasum baptizavit in aedibus Eustachii Neapolitani, qui & ipse cum Christianus esset, Imperatorem excepit.* Eadem habet in *Chron. p. 273.*

Saeculo octavo ita describitur in itinerario S. Willibaldi ab sanctimoniali conscripto. *Pergebant ad urbem, quae dicitur Tiberiadis. Illa stat in littore maris, ubi Dominus superambulabat siccis pedibus & Petrus ambulans super undas demersus est. Ibi sunt multae Ecclesiae & Synagoga Judaeorum, sed & magno honore Dominica.*

Scriptores, qui res eodem saeculo gestas memoriae prodiderunt, hujus urbis mentionem facere solent, narrantes, Judaeum Tiberiensem, προηγέτην Ἑβραίων, tempore Jezidi, qui successit Omari, primum auctorem fuisse iconomachiae, quae per tot saecula rem Christianam turbavit. Vide *διηγ.* Johannis Hierosol. & scriptores historiae Byzantinae post Theophanem *pag. 312.* Zonaras annalium *lib. XV. pag. 103.* auctores hujus rei fuisse Hebraeos duos scribit, sed Tiberienses fuisse non addit. Anastasius autem Bibliothecarius *pag. 133.* & Theophanes in Chronico *pag. 336.* scribunt, Judaeum illum fuisse ex Laodicea maritimae Phoenices, & id contigisse anno 715. imperii Leontis septimo. Constantinus Manasses in compendio chronico *pag. 86.* scribit, Leoni privato adhuc & iter agenti imperium praedictum fuisse ab Hebraeis, qui ab eo jam imperante petierunt sacrarum imaginum abolitionem. Sed jam saeculo quinto inter Christianos fuerunt, qui imagines Christi & sanctorum amoliendas esse contendebant, qualis Xenaias, de quo Theophanes in Chronico ad annum Christi 482. Ξεναΐας δὲ ὁ δοῦλος τοῦ Σατανᾶ τὴν δεσποτικὴν εἰκόνα καὶ τῶν ἁγίων ἐδίδασκε μὴ δέχεσθαι. *Xenaias autem servus Satanae imagines Christi & Sanctorum esse non debere docebat.*

p. 1041

Geographus, vulgo dictus Nubiensis, Tiberiadis situm ita definit, ut absit a Ptolemaide sive Accone bidui iter, ab Hierosolymis nonaginta miliaria & totidem a Ramla, a *Sur* صور (Tyro) iter bidui exigui, a بيسان *Bisan* (Bethsan, sive Scythopoli) fere iter unius diei, & idem intervallum ab عقبة ابلق *adscensu Ablac.*

Abulfeda scribit, Tiberiada sitam في الغور, *in planitie*, additque طولها اثني عشر ميلا وعرضها ستة اميال *longitudo ejus* (planities) *est 12. miliarium, & latitudo sex*, & mox montis meminit ad occasum urbis والجبل من غرب المدينة. Hujus montis & nos ante meminimus: sed الغور hoc loco pro campo magno accipi nequit, qui longior fuit: & haec verba referenda putem ad lacum Tiberiadis, cui longitudinem 12. latitudinem 6. miliarium Arabes tribuerunt. Vide Golii *notas ad Alferganum pag. 133.* Adeoque ex exemplo meo Abulfedae aliqua excidisse suspicor. Certe, quod غور nonnunquam pro campo majore, quam hic esse describitur, capiatur, ex ipso Abulfeda clarum est, qui urbem الصلت, sitam in regione الاردن ei dicta, scribit esse في جبل الغور *in montibus* الغور, & remotam على مرحلة *intervallo itineris diurni* ab urbe عجلون البعوثه *Azjeloun Albaoutsa*, quae & ipsa erat من الاردن *ex* eadem *regione Jordanica*, & sita في جبل الغور *in montibus* الغور ex adverso urbis Beisan, id est, Scythopolis versus orientem. Idem & postea بطبرية ἐν Τιβεριάδι, fontem collocat aquarum, quibus homines se perluere solent: thermas innuit. Dicuntur ante haud ita multos annos istae thermae defecisse: ita ut fere nihil superfit Tiberiadis, praeter rudera, & aedem exiguam, quam Petri vocant. In hac urbe nimirum aedem magnificam, & ab illa, quae hodie Petri dicitur, plane diversam, Helena Constantini mater Petro olim dedicavit, teste Nicephoro Callisto *histor. eccl. 11. 12.* Hinc, puto, nomen aedis Petri huic aediculae adhaesit.

p. 1042

Nummi extant varii hujus urbis, inscripti ΚΛΑΥΔΙΟ ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ ΕΤ. ΑΠ. In his imago conspicitur insistens prorae & dextra temonem habens, sinistra cornucopiae. Aerae caput ducitur ab *anno V. 6.770.* Vide Norisium in epochis Syromacedonum *Dissert. V.* Extant & apud eundem nummi ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ cum aerae anno ΑΠ. in quibus Dea salus conspicitur cum serpente monti insidens, ex cujus radicibus fontes erumpunt, ad indicandas thermas Tiberiadis. Sunt & Λυκαβάντος ΓΡ. & ΑΡ. Vide Vaillantii Numismata Imperatorum, Augg. & Caes. *pag. 374.* In Patini nummis aereis Impp. *pag. 148.* etiam nummus delineatur, in quo legit ΤΙΒΕΡΙΕΩΝ ΕΠΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ. ΕΤ. ΑΠ. At insignis est nummus, de quo egit Norisius in epistola subjuncta operi de epochis Syromacedonum, in quo ΤΙΒΕΡΙΑϹ legitur intra lauream, & ab altera facie ΗΡΩΔΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ Ι. ΛΔ. cum ramo palmae.

TIMNA.

תִּמְנָה, Urbs inn finibus tribus Judae *Jos. 15. 10. 57.* Ostenditur in finibus Diospoleos s euntibus Aeliam. Eusebius ad vocem Θάμνα.

TIMNATHA.

p. 1043

תִּמְנָתָה, Urbs s Philistaeorum tempore Simsonis. *Jud. 14. 1.* Danitis tributa *Jos. 19. 23. 3.* Vineae Timnath memorantur *Jud. 14. 5.* Θάμνα κώμη,

κώμη, vicus, a quo regio Thamnitica nomen habet, memoratur Eusebio in Onomastico. Θάμναθα nuncupatur *1. Macc. 9. 50.* Vicus fuit inter Aeliam & Diospolin, in finibus Diospolis, teste Eusebio ad vocem Αἰνὰν & Θαμνά & ad vocem Ἀραθὲμ (ea est Ramathaim Tzophim) scribit, esse illam urbem in regione Thamnitica juxta Diospolin. Et ad vocem Βαιθσαρισὰθ notat, esse vicum in regione Thamnitica 15. miliaribus a Diospoli. Longe itaque se illa regio extendit.

Josephus aliquoties urbis nomine Θαμνᾶ meminit. *Antiquit. V. 1.* vocat oppidum tribus Ephraim, & *Ant. V. 10.* oppidum Palaestinorum: possidebant enim illud. Videtur autem Josephus per Θαμνᾶ ibi intelligere non תמנה *Timna*, quod oppidum Judae, aut תמנתה *Timnatha*, quod Danitarum fuit, sed תמנת חרס *Timnath cheres*, quod in Ephraimitide erat. De *bell. III. 2.* jungit Thamnam, Lyddam & Emmaunta; similiterque *Antiq. XIV. 18.* Thamnam, Lyddam, Gophnam & Emmaunta. Videtur inter Antipatrida & Lyddam, vel certe non longe inde, fuisse; nam *lib. V. de bell. c. 4.* narrat, Vespasianum Caesarea profectum Antipatrida illic per biduum commoratum, & tertio die vastasse τὰ περὶ τὴν Θαμνᾶ τοπαρχίαν, deinde Lyddam versus & Jamniam tetendisse. Meminit idem Θαμνάθης urbis a Bacchide munitae, *Ant. XIII. 1.* de qua vide *1. Macc. 9. 50.* Stephanus. Θάμνα πόλις Παλαιςίνης. Ἰώσηπος πέμπτῳ Ἰκδαικῆς ἱςορίας. *Thamna urbs Palaestinae. Josephus lib. V. hist. Jud.*

Ab urbe Timna dictum esse Simeonem Timniten שמעון התימני nonnulli putant, uti *Jud. XV. 6.* התמני legitur: nam Jod mater lectionis est. Mentio ejus fit in Misna Jadaim 1. 4.

* TIMNATH CHERES.

תִּמְנַת חֶרֶס, *Jud. 2. 19.* urbs in tribu Ephraim: quod inde liquet, quod eadem sit ac Timnath serach, sita in montanis Ephraim, uti dicitur *Jos. 19. 50.* & *24. 30.* ubi Josua sepultus esse illic dicitur, quod de Timnath cheres *Jud. 2. 19.* affirmatur.

p. 1044

TIMNATH SERACH.

תִּמְנַת סֶרַח, Urbs in montanis Ephraim. *Jos. 19. 50.*

TIRATHABA.

Τιραθαβᾶ. Vicus Samaritanorum prope montem Garizim. Josephus *Antiquit. XVIII. 5.*

TIRTZA.

תִּרְצָה, Sedes prisca regum Israëliticorum. *1. Reg. 15. 33.* Ἀρσάνη corrupte legitur hoc nomen in Josepho. Vide supra voces Ἀρσάνη & Θάρσα.

* TOCHEN.

* TOCHEN.

תֹּכֶן, Urbs in Juda. *1. Chron. 4. 32.* Θοκκὰ Graeci.

* TOLAD.

תּוֹלָד, Urbs Simeonitarum. *1. Chron. 4. 29.* vide tabellam triplicem supra *pag. 153.* Μωλαδὰ Graecis.

TOLOHA.

In Notitia dignitatum Imperii Romani recensetur inter alia loca, quae erant sub dispositione Ducis Palaestinae. Vide supra *lib. I.*

TORNAGLA.

תורנגלא appellatur locus, urbs quibusdam, prope Caesaream sive Paneada. Certe in Targum Hierosolymitano *Num. 34. 15.* dicitur תורנגלא דקיסרין *Tornagla Caesareae*: sed quum paulo ante eodem situ, nempe inter voces לדיוקינוס & דקיסריון legantur voces טור תלגא *mons nivis*, videtur utrobique idem legendum, & *Tornagla* natum ex *Tour talga*: vel vice versa. Ligtfootus hinc *Gabara* quaedam formavit, quod תרנגול idem sit quod גבר, gallus videlicet: & ex דיוקינוס p. 1045 fecit διαυχένιον, quod tamen nil est, nisi *Oceani* nomen cum ד praefixo. Frequens est id nomen in Targum. Adscribam ipsa verba, ut examinari possint, describentia fines terrae Israëliticae, sed confuse admodum. ומכנרת כרך מלכותחון דאמוראי נפק להון תחומא לטור תלגא ולחומתא דלבנן, ומטור תלגא ולחומתא דלבנן נפק להון תחומא לחובא דמן צפון עינותא דדמשק, ומן חובא די מן צפון עינותא דדמשק נפק להון תחומא לדיוקינוס טור תלגא דקיסריון די מן מרנח מערב דן, ומן יוקינוס תורנגלא דקיסרין די מן מרנח מערב דן נפק להון תחומא לנהרא רבא נהרא פרת. Quamvis autem heic טור תלגא confundi male cum תורנגלא existimem, nolim tamen contendere, locum aliquem תורנגלא vel תרנגולא dictum, & distinctum a monte nivis, non fuisse. Nam in Gem. Hieros. Scheviith memoratur in confiniis terrae Israëliticae תרנגלא עילאה דלמעלה מן קיסרין *Tarnegola superior supra Caesaream*: & alibi in eadem Gemara. Quod si Tarnegola aliqua distincta fuit a monte nivis, fuit uterque locus vicinus & sibi mutuo & Caesareae sive Paneadi.

TOXUS.

Τόξος. Urbs Palaestinae primae: vide Notitiam Graecam Patriarchatuum *pag. 215.* Interfuit concilio Sardicensi *anno 437.* *Quintianus Episcopus a Taxo.* Vide opera Hiliarii, editionis Parisinae *anno 1693. pag. 1292.*

TRICOMIS.

Urbs Palaestinae, cujus meminit Cedrenus in compend. histor. *pag. 135.* Τρίκωμιν τῆς Παλαιςίνης appellat. Et mox ἐπεὶ δὲ ἐις Τρίκωμιν ἐλθόντες ἔμαθον ἀποπλεῦσαι τὰς διωκομένας ἐκεῖ ἔμειναν καὶ πόλιν τὴν λεγομένην Σκυθόπολιν οἰκοδομήσαντες ἐκ ἔτι ὑπέςρεψαν. *Postquam Tricomin pervenissent (Scythae, qui Iphigeniam persequebantur) & intellexissent eos, quos insequebantur, jam inde abiisse, ibi remanserunt, & urbe, cui Scythopolis nomen est, condita domum reversi non sunt.*

p. 1046

TRICOMIAS.

Τρικομιάς. Urbs Palaestinae primae, cujus mentio fit in notitiis veteribus Ecclesiasticis. Si ex ordine, quo recensetur, aliquid colligere liceat, videtur circa Gazam quaerenda. Memoratur etiam Tricomia in Notitia Imperii sub dispositione Ducis Arabiae.

TYRUS.

Priscum nomen huic urbi fuit צר & צור, quod Punicis literis in nummis quibusdam Tyriorum notatum creditur. Id quidem Σὸρ scribit Theodoretus in *Ezech. 26.* Τύρος Σὸρ τῇ ἐπιχωρίῳ προσαγορεύεται φωνῇ. *Tyrus lingua incolarum Sor appellatur.* Hinc est Sarra, quod, licet haud adeo vulgare sit ac Tyrus, invenitur in scriptis veterum. Gellius *lib. XIV. 6.* hujus nominis meminit, uti antiquioris quam Tyri, scribens, *quibus urbibus regionibusque vocabula jam mutata sint, quod Boeotia ante appellata fuerit Aonia, quod Aegyptus Aëria, quod Creta eodem quoque nomine Aëria dicta est, quod Attice* Ἀκτή, *quod Corinthus Ephyre, quod Macedonis* Ἡμάθια, *quod Thessalia* Αἱμόνια, *quod Tyrus Sarra, quod Thracia ante Sithon dicta sit, quod Sestos* Ποσειδώνιον. Virgilium & Juvenalem voce Sarrani usos pro Tyrio notissimum est. Ita etiam Silius Italicus *lib. XV.*

—— & Sarrano murice fulgens
Inferias mittam fusis insignis Iberis.

Paullo ante, libro eodem, Tyrium hunc muricem vocaverat.

—— non Tyrio vitiatas murice vestes.

Idem *lib. I.*

Sarrana pisci Barcae de gente vetustos
A, Belo numerabat avos.

Et *lib. III.*

—— Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis.

Erat enim Leptis colonia Tyriorum, uti Plinius docet *lib. V.* Sallustius de bello Jugurthino *cap. 22.* *Phoenices ... Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbes in ora maritima condidere.* Festus. *Sarra, Tyros insula.* Ennius etiam Poenos Sarra oriundos dixit, teste Valerio Probo. Plautus *Saram* nuncupat hanc urbem in Truculento *act. 11. scen. 6. vers. 58.* p. 1047

Etiamnum me vilipendit? ad id purpuram ex Sara tibi
Attuli, & induvias Ponto amoenas.

Hinc nomen tulisse tibias Sarranas viri docti suspicati sunt. Vide Donati praefationem ante Adelphos Terentii. Sidonius Apollinaris etiam *Sarranis succis* scripsit.

Inter illa, quae plurima hanc urbem celebrem reddiderunt, in scriptis veterum excellit vetustas originis & deductio coloniarum. Cum Sidone ipsa jam olim contendit de antiquitate; & quamvis, ex scriptis profanis omnia congerere hoc loco non constituerimus, quae ad urbis clarissimae descriptionem, & hanc ipsam controversiam, faciunt (possemus enim ad exemplum Teucri Cyziceni quinque libros de Tyro conscribere) ex sacris tamen literis notamus, claram illic mentionem fieri Sidonis, urbis jam constitutae tempore Josuae, quando Tyrum fuisse demonstrari non potest. Quod si Tyrus lateret sub מבצר צר, *Jos. 19. 29.* urbe Ascheritarum (quod quidam volunt) sine dubio memorata fuisset inter illas urbes maritimas, e quibus Ascheritae leguntur non potuisse expellere priscos incolas *Jud. 1. 31.* Videntur Cananaei omnem oram maritimam occupasse, nec permisisse, ut Israëlitae potirentur Sidone, Accone, Ecdippa (quae loca maritima illic recensentur) & uti *commate 34.* legitur non permisisse Emoraeos, ut Israëlitae in vallem, id est tractum litoralem, descenderent, sed eos compulisse in montana, sic quoque Ascheritae videntur submoti a tractu litorali ad regionem montanam. Quis credat, passos illos fuisse, Tyro potiri Hebraeos, qui a Sidone, qui Accone, qui Ecdippa, eos arcere potuerant? Haec faciunt, ut credamus, sub מבצר צור non latere urbem Tyrum, quam non minus ad Sidona & alias litorales Cananaei tenuissent. Adde quod nihil cogat מבצר צור de Tyro interpretari. Utrumque id nomen pluribus locis commune esse potuit: & Tyrus nonnisi צר dici solet. p. 1048

Tyrum filiam Sidonis dici *Jes. 23. 12.* multi autumant, quod a Sidone ortum ducat. Esse illam recentiorem Sidone non nego, sed huc spectare illum loquendi modum, mihi non persuadeo. Quum enim illo capite plus semel de ipsa Sidone sermo sit, nil cogit hoc de Tyro intelligere. Quid? *Filia Babelis Psal. 137. 8.* *Filia Tzionis, Jes. 1. 8.* & plurimis aliis locis, *Filia Tarsis, Jes. 23, 10.* *Filia Aegypti Jerem. 46. 11.* *Filia Dibon, Jer. 48. 12.* *Filia Hierosolymae, Thren. 2. 13.* & quae sunt plura, indicabuntne, illic agi de coloniis, quae a Babele &c. ortum habent, non de incolis Babelis ipsius? Non putem.

Alterum, quod Tyrum claram reddit, est deductio coloniarum. Notum est, Bochartum de coloniis hisce egisse singulari volumine; nec mihi propositum est, has sigillatim recensere. Solum notabo, huc spectare, quod Tyrus nobilis dicatur regionibus ab Ulpiano *lib. I. ff. de censibus*, ubi haec verba. *Sciendum est, esse quasdam colonias juris Italici: ut est in Syria Phoenice splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est, nobilis regionibus, serie saeculorum antiquissima, armipotens, foederis, quod cum Romanis percussit, tenacissima. Huic enim Divus Severus & Imperator noster ob egregiam in rem publicam imperiumque Romanum insignem fidem jus Italicum dedit.* Nobilis erat Tyrus *regionibus conditis*, ἃς ἔκτισε (liceat illa voce uti) quas incolis replevit, quas colonis, ut verba usurpem Aquilae Romani, communiit. Sic Vellejus Paterculus *lib. I.* de Tyriis scribit, eos *insulam circumfusam Oceano Gades condidisse.* Legitur quoque apud Suetonium *in Octaviano cap. 99. Ex dilectis unum Masgabam nomine quasi conditorem insulae* κτίσην *vocare consueverat.* Sic Imperatoribus ipsis postea titulus κτίστης τῆς οἰκουμένης, *propagator orbis terrarum*, datus fuit. Hieronymus in versione Chronici Eusebiani, *Bithynia a Phoenice condita.* Coloniae videlicet, quibus litora maris mediterranei & insulas ejus aliasque oras instruxit, Tyrum praecipue nobilem fecerunt; & solet hoc ab omnibus,
p. qui Tyrum describunt aut celebrant, uti praecipuum notari; sic ut credi
1049 non possit, Ulpianum, qui patriam suam commendat ab antiquitate, virtute bellica & fide erga Romanos, hoc, quod ad decus Tyri maxime faciebat, omisisse, urbes non modo, sed regiones plurimas eam matrem agnoscere. Omisisset autem, si illud *regionibus* mutes aut tollas. Confirmat me Plinius, qui plane agnoscit *nobilitatem* (usurpat eandem vocem) Tyri sitam in urbibus, quas genuit. Ita ille *lib. V. cap. 19. Tyrus ... olim partu clara, urbibus genitis, Lepti, Utica, & illa Romani imperii aemula, terrarum orbis avida, Carthagine, etiam Gadibus extra orbem conditis: nunc omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat.* Illud *partu clara* omnino idem mihi esse videtur ac *nobilis regionibus.*

Qui de Tyro aget, ante omnia videtur tria debere distinguere, secundum ordinem temporum, Palaetyrum, Tyrum insulam, & Tyrum adnexam continenti. Palaetyrus, quae & Tyrus vetus Latinis dicitur, 30. stadia aberat a Tyro insula, teste Strabone, versus austrum. Fluvius eam alluebat, uti scribit Scylax: & hinc saxa petiisse Alexandrum, quum Tyrum oppugnaret, tradunt Diodorus Siculus, Curtius & alii. Haec Palaetyrus non longe ab illo loco sita fuit, qui nunc راس العين *Ras Alain* dicitur, ubi fons (ille videlicet, ad quem Alexander dormiit, teste Plutarcho in Alexandro) & cisternae capaces, atque vestigia aquae ductus inde per isthmum usque ad Tyrum olim insulam protensi; quae, ut solet, accurate descripsit in itinerario Maundrellus. De nomine Παλαιτύρα & nos aliqua supra notavimus ad vocem *Palaetyri.* Tyrus insula, Φοινίσσα νᾶσος dicta Euripidi in Phoenissis, ambitum habuit XXII. stadiorum,

diorum, uti ex Plinio videtur colligendum, qui oppidum ipsum tot stadia obtinere scribit, sed XIX. mille passus intra Palaetyro inclusa. Ab Alexandro illam insulam continenti adjunctam fuisse, notum est, quum illam oppugnavit. Non diu antea Chaldaei illam everterant. Tyrus certe destruenda dicitur a Chaldaeis. *Jes. 23. 13.* & a Nebucadnezare *cap. 26. 7.* Josephus factum esse demonstrat ex annalibus Tyriorum *in lib. adv. Apionem*, Ἐπὶ Ἰθωβάλου τοῦ βασιλέως ἐπολιόρκησε Ναβουχοδονόσορος τὴν Τύρον. *Sub rege Ithobalo oppugnavit Nabuchodonosor Tyrum.* In Annalibus Tyriis etiam legitur Tyrios reges suos ἐκ τῆς Βαβυλῶνος accepisse. p.
Ex Philostrato Josephus rem confirmat & ex Diocle: vide *Antiquit. l. X.* 1050
In Seder olam, antiquo Judaeorum Chronico, *c. 26.* legitur בשנת עשרים ושלש לנבוכדנצר נתנה צור בידו ושטף את כל יהודים שהיו בעמון ומואב *Anno tertio & vigesimo Nebucadnezaris tradita est in manum ejus Tyrus, & cepit omnes Judaeos, qui in Ammonitide & Moabitide erant.* Quare, quum Deus per prophetas Tyrum a Nebucadnezare capiendam praedixerit, & tum Tyrii ipsi, tum Judaei id factum esse fateantur, quid causae est, quamobrem quidam subdubitare visi sint de impletione hujus prophetiae? Certe Christianos id non decet. Deus praedixerat. Hoc sufficit. Res ita evenit, uti praedicta est, etiamsi nulli veterum literis id consignassent.

Huic Paletyro tribuenda esse, quae de Tyro per Nebucadnezarem capienda in scriptis prophetarum leguntur, scribit in originibus Babylonicis, vir clarissimus, Jacobus Perizonius, in quo plurimae, quae sunt literae, reconditae illae & exquisitae, haud parum laudis nostrae Bataviae adferunt. Tyrum ille quidem insularem non ante aetatem Nebucadnezaris inhabitatam fuisse, & destructa demum per eum Palaetyro Tyrios in insulam veluti in locum tutiorem se recepisse, opinatur: nec desunt enimvero, quae hanc sententiam reddunt probabilem. Sed & scrupulos mihi quaedam injiciunt, quos nisi evelli sensero Tyro insulari convenire potius quam Palaetyro illa, quae in Veteri Testamento de Tyro praedicantur, existimo. Nolim inficiari, insulam ipsam jam ante Nebucadnezaris tempora habitatam fuisse. Videntur enim mihi Tyrii, homines industrii & vel remotissimas oras navibus adeuntes, insulam sibi vicinam adeo & situ opportunam negligere non potuisse & incultam relinquere. Praeterea descriptiones Tyri in scriptis prophetarum non adeo conveniunt urbi tantum ad litus maris sitae, vel, ut quidam putant, aliquot stadiis a mari remotae. Insula, אי, dicitur plus semel. Scio, a viris dictis notatum, etiam oram maritimam hoc nomine dici. Id tamen hactenus demonstratum esse non deprehendi: omnes enim locos, in quibus אי legitur, de *insula* accipi posse existimo. Quod nisi demonstratum fuerit ab iis, qui contra sentiunt, vel hoc unum, quod Tyrus אי, *insula*, nuncupetur, ostendit non de sola Palaetyro, sed & Ty- p.
ro insula prophetass loqui. Duo praecipue loci sunt, in quibus אי non 1051
insu-

insulam, sed tractum maritimum notare dicitur, *Jerem. 47. 4.* ubi Philistaei reliquiae אי Caphtor dicuntur; at ego hic insulam inter brachia Nili interceptam intelligo, ex Aegypto Philistaeos deducens (vide supra *lib. I. p. 74.*) & *Jos. 20. 6.* eosdem Philistaeos appellari יושב האי חוף *incolas* (veteres nempe) *insulae illius* (Aegypti nimirum, cujus fata praedicuntur toto illo capite) existimo. Sed fingamus ita esse, ut alii contendunt, & insulae nomen locis maritimis tribui. Cur aliae urbes maritimae Palaestinae hoc nomine nunquam dicuntur? Cur sola Tyrus? Cur adeo frequenter quasi in mari medio, in corde maris, sita, כלב ימים, describitur. Scio & ad haec notari, *cor*, לב, non indicare rei medium. Sit ita. Indicat tamen rem, de qua sermo est, cingi undique illa re, in cujus corde est. Praedicitur futura uti petra & משטח חרמים בתוך הים *expansio retium in medio mari. Ezech. 26. 5.* confracta סיתים *a mari Ezech. 27. 34.* Ita nunc se res habet. Aquae magnam partem non Palaetyri, sed Tyri insulae, occuparunt. Scopuli ejusmodi & petrae piscatoribus aptissimae nunc quoque illic conspiciuntur.

Constat porro ex Tyriorum annalibus, Salomonis aetate Tyrum insulam jam habitatam fuisse. In literis ab rege Tyriorum Hiramo ad Salomonem datis legitur *ὅπως παρασχῇς ἡμῖν ἀντὶ τούτων σῖτον, ἵ διὰ τὸ νῆσον οἰκεῖν δεόμεθα, φρόντισον, cures eorum loco frumentum ad nos deferri, quo indigemus, quod insulam incolamus.* Ita Josephus *Antiquit. VIII. 2.* Et ne quis dubitet, an bona fide haec ex annalibus Tyriorum descripserit, addit exempla harum literarum sua aetate superesse in Tyriorum annalibus, & si quis velit, posse illum Tyri custodes publicarum tabularum adire & veniam inspiciendi petere, reperturumque ita, ut ipse memoriae prodidit. Praeterea Josephus (quem locum Cl. Perizonius jam notavit) tradit *lib. IX. 14.* tempore Salmanassaris Sidonem, Arcen, & Palaetyrum defecisse a Tyriis ad Assyrios. Inde liquet, Tyrum aliquam a Palaetyro distinctam jam tum fuisse. Addit, quum soli Tyrii (insulani illi) ei parere negarent, sexaginta naves ipsis oppo-
p. 1052 suisse, deinde & prohibuisse, ne aquas ex flumine (in objecta nimirum continente) peterent. Denique Josephus *lib. I.* contra Apionem narrat ex Dio & Menandro, regem Hiramum urbem Tyriam a parte orientali ampliasse, & templum Jovis Olympii, quod in insula singulari situm erat antea (*τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ·* ergo illa insularis Tyrus ex minoribus insulis postea junctis videtur conflata) urbi conjunxisse, jacto aggere in loco intermedio. Illud etiam tradit idem *lib. Antiquit. VIII. 2.* Praeterea Salmanassar, quum Tyrum capere conaretur, sexaginta navibus Tyrios aggressus legitur apud eundem Josephum *lib. IX. 14.* Haec omnia ostendunt de insula Tyro illic agi, non Palaetyro.

Prae-

Praeterea ad confirmationem sententiae nostrae de Tyro insula jam olim, diu ante Nebucadnezaris tempora, inhabitata hoc facit, quod Alexander Tyrios, in insula habitantes, rogaverit, liceret sibi Herculi sacra facere & urbem intrare, *παρελθὼν ἐς τὴν πόλιν θύσαι τῷ Ἡρακλεῖ.* Additque Arrianus *lib. II.* de expeditione Alexandri *cap. XVI.* *Ἔςι γὰρ ἐν Τύρῳ ἱερὸν Ἡρακλέους παλαιότατον, ὧν μνήμη ἀνθρωπίνη διασώζεται, est enim Tyri templum Herculis vetustissimum omnium, quorum apud homines memoria est.* Hoccine dici potest de templo, quod post tempora Nebucadnezaris structum erat: & qua veri specie hoc jactare Tyrii aut scriptis consignare ausus fuisset Arrianus? Deinde confirmat Arrianus dicta sua ex Herodoto de antiquitate Herculis illius Tyrii. Herodotus *hist. 11. 44.* Tyrum profectus est & conspexit illud templum, quod ante duo millia annorum & trecentos conditum esse audivit a sacerdotibus Herculis, ibique in templo vidit *στῆλαν ἐ* zmaragdo. Plinius *lib. XXXVII. cap. 5.* hujus meminit: *Theophrastus tradit, se scribente esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e zmaragdo.* Videturque haec sententia de insula Tyro jam vetustissimis temporibus inhabitata adeo recepta fuisse apud veteres, ut Tyri antiquitatem celebrantes nunquam adnotent, se de Palaetyro loqui, sed clara illa ac insulari Tyro, & Cadmus ipse Tyrius *νησιώτης* propterea dictus sit. Vide Lucianum in dialogis.

Videamus porro duo, quae huic sententiae opponi possunt. Primo equos, pulverem, equites & currus Nebucadnezaris intraturos p.
portas & conculcaturos plateas Tyri (*Ezech. 26. 10.*) non convenire 1053
urbi in insula exstructae. Fateor, nisi & Palaetyrus uti pars Tyri haberi posset (sicut & Plinius ambitum Tyri inclusa Palaetyro describit) & insula continenti jungi potuisset. Angustum erat id fretum, 4. stadiorum, ut Curtius scribit & Diodorus Siculus, ut Plinius, 700. passuum, quod insulam a continenti secernebat. Quis credat, Nebucadnezarem, qui tres annos & dimidium urbem obsedisse dicitur (quum ab Alexandro capta sit mense septimo) non eodem astu usum, ut Tyrum expugnaret, quo Alexandrum? Non desunt inter veteres, qui id disertis verbis scriptum reliquerint; quamvis id omittere potuerint, ut Josephus *Antiquit. XI. 8.* & Justinus *l. XVIII.* captam ab Alexandro Tyrum scribentes, nullam aggeris facti mentionem faciunt, quem tamen ab eo factum fuisse alii memoriae prodiderunt. Et ipsum illud tempus obsidionis videtur indicare de Tyro insula agi. Palaetyrum non credo ei tantum negotii potuisse facessere.

Deinde Tyro insulae non videtur convenire, quod ita dicatur esse destruenda, ut non sit aedificanda amplius, verum Palaetyro. Dubium hoc movit Hieron. ad *Ezech. 26. quam*, inquit, *hodie cernimus Phoenices nobilissimam & pulcherrimam civitatem:* & ad cap. 27. de eadem, *quod quidem usque hodie perseverat, ut omnium propemodum gentium in illa exerceantur commercia.* Et solvit hoc ita, *quod nequaquam ultra sit regina populorum, nec proprium habeat imperium, uti habuit sub Hiram & caeteris regibus,*

sed

sed vel Chaldaeis vel Macedonibus vel Ptolemaeis & ad postremum Romanis servitura sit. Adde, quod notavit in originibus Babylonicis *p. 365.* Cl. Perizonius, denunciationes istas propheticas saepissimae aliquid hyperbolici habere, secundum morem loquendi in Oriente usitatum, uti & Babylon a Medis & Persis capta subvertenda dicitur, uti subversa est Sodoma, nec habitaturum in ea filium hominis. Praeterea dici posset, praedici a Prophetis, Tyrum ita destruendam, ut non sit habitanda amplius, non quidem a Nebucadnezare (nam obstat, quod dicatur
p. *Jes. 23.* oblivioni tradenda per 70. annos & dein reditura ad quaestum
1054 suum) sed ita, ut Nebucadnezar primus esset, qui fastum ejus contunderet & superbiam puniret, quumque illa sibi florem perpetuum polliceretur, fore tempus, quo urbs deleretur plane & piscatores soli retia sua eo loci siccarent, uti hodie est. Observavit Abarbanel in libro, cui titulum fecit משמיע ישועה morem hunc esse prophetarum, ut in vaticiniis suis ad propinquum simul & remotum tempus respiciant, adeoque prophetias ad saecula longe remota spectantes inter alias, quae tempora proxima tangunt, inveniri. Et hoc quidem eo magis in argumento, in quo versamur, fieri potuisse, certum est, quod Deus Tyriis urbis exitum minetur, quod diversis temporibus per gradus quasi appropinquaret.

Episcopos Tyri hos invenio in actis conciliorum memoratos.

CASSIUM. Hic interfuit concilio Caesareensi habito circa annum aerae Christianae CXCVIII. Vide Stephani Baluzii novam collectionem conciliorum *pag. 13.*

PAULINUM. Interfuit concilio Caesareensi, *anno CCCXVIII.* Vide ibidem *pag. 23.*

ZENONEM. Hic subscripsit concilio Niceno, *anno CCCXXV,* inter episcopos Phoenices primus. Vide *tomum II.* conciliorum generalium *pag. 51.*

VITALEM. Subscripsit concilio Sardicensi ab iisdem habito anno CCCXLVII. Vide opera Hilarii *pag. 1323.* editionis novissimae Parisinae: & *tom. II.* conciliorum generalium *pag. 710.*

URANIUM. Subscripsit concilio Seleuciensi a Semiarianis habito anno CCCLIX. Vide Epiphanium *haeres. 73.* & Baluzium *pag. 66.* novae collectionis conciliorum. Vide & Socratem *histor. eccles. lib. II. c. 39.* & Sozomenum *histor. IV. 12.* & *22.*

ZENONEM. Subscripsit concilio Constantinopolitano, inter oecumenica secundo, anno CCCLXXXI. Vide *tom. II.* conciliorum *pag. 956.*

PHO-

PHOTIUM. Legitur in actis concilii Chalcedonensis, anno CCCCLI habiti, *tom. IV.* conciliorum *pag. 80.* & *787.*

EUSEBIUM. In actis concilii Constantinopolitani habiti anno p.
DLIII. Vide novam collectionem conciliorum Baluzii, *pag.* 1055
1497. & *tom. V.* conciliorum generalium *p. 416.*

Nummi hujus urbis plurimi reperiuntur, inscripti ΤΥΡΟΥ ΙΕΡΑC ΚΑΙ ΑCΥΛΟΥ aut ΤΥΡΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Nam & Tyrus & Sidon se metropoles dixere, dubiumque erat, teste Strabone *l. XVI,* cui ex his duabus titulus μητροπόλεως potiori jure conveniret. Suidas ad vocem Παῦλος, imperante Hadriano eam factam metropolin tradit, his verbis, Παῦλος, Τύριος, ῥήτωρ γεγονὼς κατὰ τὸν Φίλωνα τὸν Βύβλιον· ὃς ἐπὶ Ἀδριανῷ τῷ βασιλέως πρεσβεύσας μητρόπολιν τὴν Τύρον ἐποίησεν. *Paulus Tyrius, Rhetor, secundum Philonem Byblium, qui ad Imperatorem Hadrianum legatus missus Tyrum effecit metropolin.* In divisione ecclesiastica Tyrus fuit metropolis Phoenices maritimae, cujus episcopus ut & Damasci, quare Πρωτόθρονος dictus sit, vide in Pagi Critica annalium Baronianorum *tom. II. pag. 270.* Extant Tyriorum nummi cum aerae indicio ΕΚ. ΗΛC. ΘΟC. ΘΙC. ϛNC, cujus initium figitur in anno V. C. 865. Sunt & cum monogrammate Tyri, & tribus literis Punicis, quae creduntur esse צור, nomen Tyri Hebraeum constituentes. Vide Norisii epochas Syromacedonum Dissert. IV. Extant & Latini nummi inscripti SEPT. TYRUS MET. COLONI. In his concha purpurae fere conspicitur & canis, qui purpurae usum hominibus primum ostendit. Rem narrat Nonnus Dionysiacôn *lib. XL.* Καὶ Τυρίῳ &c. Sunt &, in quibus palma conspicitur, balano utrimque dependente, uti in nummis veterum Hebraeorum. Sunt &, in quibus legitur AMBROSIE PETRE. De his idem Nonnus videri potest eodem libro, Suidas ad vocem Ἡρακλῆς & alii. Fallitur, Patinus, qui *pag. 257. in nummis aereis Impp.* nummum SEPEYRO METRO COLON. ad nescio, quam Sepfyrum refert. Clarum est, legendum esse SEP. TYRO, ut sit nostra colonia Septimia Tyrus. Video, Vaillantium *in nummis coloniarum,* ubi nummos Juliae Domnae recenset, *pag. 23.* jam notasse, male Tristanum SEPHYRVS legisse in quodam nummo, quem & Spanhemius *diss. IX. de usu & praest. numism.* male ad Seppho- p.
rim Galilaeae retulerat. Plura in scriptis Spanhemii, Harduini, Vail- 1056
lantii, & aliorum videre est.

* TZAANAIM.

צַעֲנִים, *Jud. 4. 11.*

* TZAANAN.

צַאֲנָן, *Mich. 1. 11.* An est צענן *Jos. 15. 37.* Sunt, qui putent, nomen hoc urbis uuti & alia eodem capite primo Michae memorata esse ficta

ficta a propheta, tantum ut paronomasiam inveniret, & istiusmodi nomen locis daret, quod conveniret cum rebus, quas de ipsis scribere proposuerat. Verum hoc mihi non persuadebitur; primo quidem, quia constat, quaedam ex iis nominibus esse vera nomina locorum existentium, uti Lachis, Schaphir, Achziph, Marescha, Morescheth Gath, Maroth, quibus inserere nomina ficta urbium utopicarum non videtur congruum. Secundo, quia omnis elegantia paronomasiae perit, si nomina locorum fingere liceat, & hoc unusquisque de re locove quolibet facere potest. v. g. pulcrumne est, aut elegans, si dicam, *dolebit Dolia, & ridebit Ridium*, quum & nomina haec non sint locorum vera, sed ficta. E contrario si loca illa vere existant, apta sit paranomasia, uti, capiatur Capua, cremetur Cremona. Summa autem est elegantia paronomasiarum, quibus Michas utitur, quum nomini urbis גת Gath addit vocem תגרו, & urbi Acco (puto enim eo spectare בכו quasi בעכו *in Aco*, de qua re supra) תבכו & בית לעפרה vocem עפר. Praeterea *comm. 11.* inter יצאה & צאנן *comm. 14.* inter אכזיב & אכזב *comm. 15.* inter ירש & מרשה est allusio. Sed in aliis obscurior, uti לכיש & רכש, vel ad sensum respicitur. Ad hujus rei confirmationem facit in aliorum quoque prophetarum scriptis similes paronomasias inveniri, ita tamen, ut urbium vere existentium nomina exprimantur, uti *Zephan. 2. 4.* עזה עזובה *Gaza derelicta erit*, עקרון תעקר *Ecron eradicabitur. Jerem.* p. 1057 *6. 1.* בתקוע תקעו *Jes. 21. 2.* עלי & עילם. *Jerem. 48. 2.* בחשבון & חשבו, *Jes. 15. 5.* מעלה הלוחית בבכי יעלה וגו' & מי דימון מלאו דם & *Jes. 16. 2.* ערער לערים.

* TZAANANNIM.

צַעֲנַנִּים, Urbs in finibus Nephtali *Jos. 19. 33.* eadem videtur ac praecedens.

* TZAPHON.

צָפוֹן, Urbs tribus Gad. *Jos. 13. 27.* alii pro aquilone accipiunt.

TZARPATH.

צָרְפַת, Prope Sidonem, אשר לצידון, *1. Reg. 17. 9.* Unde *Luc. 4. 26.* Σάρεπτα Σιδῶνος nuncupatur. *Sarepta Sidoniae* pro eo habetur in versione vulgata, quoniam Σιδονίας in quibusdam codicibus legitur: quod ex Veteris Testamenti interpretatione Graeca videtur ortum, ubi *1. Reg. 17. 9.* extat εἰς Σαρεπτὰ τῆς Σιδωνίας. Ita etiam Cyrillus ad Obadjam, ubi & *commate 20.* nomen hujus urbis (nec enim de alia urbe aut regione ibi videtur cogitandum) צרפת legitur, scribit ἕως Σαρεπτῶν, ἥτις ἐστὶ τῆς Σιδωνίας, *usque ad Sarepta, quae est (regionis) Sidoniae.* Quandoquidem autem Sarepta Sidonia dici solebat, hinc factum Europam, quae Sarepta fuit

fuit abducta a Tauro, ab aliis dici Sidone abductam fuisse. Vide Lycophronis Cassandram *vers. 1300.* & Tzetzis commentarium. Cautius locuti sunt, qui illam terra Sidonide raptam tradiderunt. Ita Ovidius Metamorph. *lib. II. fab. 13.*

Quaeque tuam matrem tellus a parte sinistra
Suspicit (indigenae Sidonida nomine dicunt)
Hanc pete.

Confer &, quae supra de hac urbe notavimus ad vocem *Sarepta.* p. 1058

TZARTAN.

צַרְתָּן, Non longe a Jordane. *Jos. 3. 16. 1. Reg. 7. 46.* Inter Succoth & Tzartan fusae sunt columnae Salomonicae.

* TZARTANA.

צַרְתָּנָה, Prope Jizreel & Bethschean. *1. Reg. 4. 12.* idem videtur ac praecedens.

TZEBOIM.

צְבוֹעִים, In tribu Benjamin. *Neh. 11. 33.* unde vallis Tzeboim *1. Sam. 13. 18.* Fuit & urbs una e quatuor, quas Deus subvertit, in planitie sita, australior Adama, si ex ordine, quo recensetur *Gen. 10. 19.* aliquid licet colligere.

* TZELA.

צֵלַע, Urbs tribus Benjamin, *Jos. 18. 28.* Videretur nomen esse צלע האלף sed tum 14. urbes ex illa serie effici nequeunt, quas tamen esse ibidem dicitur. צלע etiam commemoratur *2. Sam. 21. 14.* & ibi sepultus dicitur Saul in צלע in terra Benjamin.

** TZELTZACH.

צֶלְצַח, Juxta sepulcruum Rachelis ad fines Benjaminis *1. Sam. 10. 2.* Confer *Gen. 35. 19.*

TZEMARAIM.

צְמָרַיִם, Urbs tribus Benjamin, *Jos. 18. 22.* unde videtur mons Tzemaraim dictus *2. Chron. 13. 4.*

* TZENAN.

צָנָן, Urbs tribus Judaeae. *Jos. 15. 37.* forte eadem ac צאנן.

p. 1059

* TZEPHATH.

צְפַת, Urbs postea dicta Chorma, cujus rex a tribu Juda & Simeón devictus est *Jud. 1. 17.* & tribui Simeon attributa.

* TZER.

צֶר, Urbs tribu Nephtali. *Jos. 19. 35.* Puto, hujus urbis nomen excidisse ex Eusebii Onomastico, ubi legitur Tyrum fuisse in Nephtalim, quum tamen ex *Jos. 19. 29.* liqueat fuisse in Ascher. Lege itaque illic hoc modo

Σὸρ, Τύρος, Φοινίκης μητρόπολις.
Σὲρ, κλῆρε Νεφθαλείμ.

Sor, Tyrus, metropolis Phoenices.
Ser, sortis Nephtali.

* TZEREDATHA.

צְרֵרָתָה, *2. Chron. 4. 17.* eadem Tzartan dicitur *1. Reg. 7. 46.* an hinc fuit R. Jose איש צררה, doctor Misnicus?

* TZERETH HASSCHACHAR.

צֶרֶת הַשַּׁחַר, Urbs tribus Ruben. *Jos. 13. 19.*

TZERIPHIN.

צריפין, Locus longe ab Hierosolymis remotus, e quo notatur in Talmude manipulum Paschalem hordeaceum aliquando petitum fuisse, quum ceteroquin is e locis proximis urbi peteretur. Nomen fere cum Σαριφαία convenit, de qua ante.

TZIADATHA.

ציירתה, Nomen urbis ante dictae Hannekeb, in tribu Nephtali, *Jos. 19. 33.* Ita scribitur in Gemara Hierosolymitana Megilla *fol. 70. col. 1.*

p. 1060

TZICLAG.

צִיקְלַג, Urbs Simeonitarum *Jos. 19. 5.* Amalekitae eam invaserunt *1. Sam. 30. 1.* Eusebius scribit, esse in Daroma, ad vocem Σικελάγ. Paruit illa urbs tempore Saulis regi Gath: quumque David ab eo peteret, daret sibi unam ערי השדה ex urbibus campestribus, dedit rex Tziclag: & ab eo tempore illa Judaeis subjecta fuit, *1. Sam. 27. 5.* Ibidem regio illa appellatur שדה פלשתים campestria Philistaeorum, *comm. 7.* Stephanus Σέκελα, πόλις Παλαιστίνης ὡς Ἰώσηπος. *Secela, urbs Palaestinae, secundum Josephum.*

*TZID-

* TZIDDIM.

צִדִּים, Urbs in tribu Naphtali. *Jos. 19. 15.*

TZIDON. Vide *Sidon.*

TZINNA.

צִנָּה, *Num. 34. 4. Jos. 15. 3.* Locus in terminis Judae australibus. Eusebius ejus meminit voce Σεννὰ & notat (sed praeter nominis convenientiam nihil ei loco commune est cum hoc Zinna) esse in octavo lapide Jerichus versus boream vicum Μιγδαλσέννα.

* TZIOR.

צִיעֹר, Urbs tribus Juda. *Jos. 15. 54.*

TZOR. Vide *Tyrus.*

TZORA.

צָרְעָה, Urbs tribus Judae in planitie *Jos. 15. 33.* non longe ab Estaol, *Jud. 13. 25.* & *16. 31.* Danitis attributa *Jos. 19. 41.* Est vicus in finibus Eleutheropolis versus septentrionem, pergentibus Nicopolin in decimo miliario. Eusebius ad vocem Σαρδά. Sic ibi legitur male pro Σαρεά. Meminit etiam Hieronymus ad vocem *Sarea*, locatque juxta Estaol, & Eusebius ad vocem Σωρήκ. p. 1061

* TZUR. Vide *Tyrus.*

* VETEROCARIA.

Hoc modo in Notitia dignitatum Imperii memoratur, *Equites primi felices sagittarii indigene Palaestinae Saburae sive Veterocariae.*

ULAMAIS.

Est Οὐλαμαῖς nomen urbis, postea Dan dictae: uti legitur in versione Graeca *Judic. 18. 29.* καὶ ἦν Οὐλαμαῖς ὄνομα τῆς πόλεως τὸ πρότερον. Sed natum hoc est ex Hebraeis vocibus ואולם ליש שם העיר לראשונה. *Et Oulam Lais erat nomen urbis antea.* Sed quum ליש *Lais* appelletur illa *cap. 18. commate 7. 14.* & *27.* videtur אולם non ad ipsum nomen pertinere, sed per *olim* vertendum. Notandum, eandem phrasin de urbe Luz adhiberi, & illic ex verbis אולם לוז Οὐλαμλὰζ fecisse interpretes Graecos.

ULAMMA.

Οὐλαμμά. Vicus, qui Diocaesarea aberat 12. miliaria versus ortum. Eusebius ad vocem Οὐλαμμᾶς.

ULATH.

ULATHA.

Οὐλάθα. Urbs inter Galilaeam & Trachonitin sita, quemadmodum Paneas. Josephus *Ant. XV. 13.*

* UMMA.

עֻמָּה, Urbs in Ascher. *Jos. 19. 30.*

USHA.

אושא, Urbs sede Synedrii post exscissas Hierosolymas nobilitata. Ubi fuerit, incertum est. Videtur tamen fuisse in Galilaea, quia in
p. 1062 Schir Hasschirim Rabba *fol. 15. col. 4.* recensentur aliquot doctores Hebraeorum, congregati hoc loco, ut docerent, R. Juda, R. Nechemia, R. Meir, R. Jose, R. Simeon Ben Jochai, R. Eliezer fil. R. Jose Galilaei, & R. Eliezer Ben Jacob: & mox dicitur שלחו אצל זקני הגליל וכו׳ *miserunt ad seniores Galilaeae, & dixerunt, quicunque vult discere, veniat, discat* &c. Post appellatur עיר *urbs* & R. Juda בן עיר incola illius urbis: cui primas in differendo propterea detulerunt. Dissertationis illius compendium ibidem recensetur, ut & quid alii post eum disseruerint. Uscha jungitur etiam cum Tiberiade in Gemara Succa *fol. 20. 2.* מחלות של אושא מחלות של טבריא *Mattae ex Uscha & Tiberiade.*

* USSEN SCHEERA.

אזן שארה, Urbs condita a filia Ephraim. *1. Chron. 7. 24.*

XALOTH.

Ξαλώθ. Vicus situs in Campo magno; terminus latitudinis Galilaeae inferioris ad meridiem, uti Bersabee erat ad boream. Joseph. *bell. III. 2.* Hegesippus legit Ζαλωθ *lib. III. 6.* Memoratur eidem Josepho *in vita pag. 1016.* Ξαλλώ, quo accersebatur Josephus a Jonatha & sociis, qui missi erant Hierosolymas, ut eum caperent. Videtur esse idem & Θ ablatum, uti Μηρώ pro Μηρώθ.

ZABULON.

Ζαβελών. Urbs munita Galilaeae, quae Ptolemaidem dirimit a Gentium terris. Ζαβελὼν ἣ καλεῖται ἀνδρῶν. Διορίζει δὲ ἀπὸ τε ἐθνῶν τὴν Πτολεμαΐδα. Meminit ejusdem Josephus *de bell. III. 2.* uti scribit inferioris Galilaeae longitudinem esse a Tiberiade μέχρι Ζαβελὼν, ἧς ἐν τοῖς παραλίοις Πτολεμαὶς γείτων τὸ μῆκος ἐκτείνεται *usque ad Zabulon, cui in tractu maritimo vicina est Ptolemaïs, protenditur.* Ita quidem legendum censeo, quum in editis codicibus male legatur μέχρι Χαβελώνης· ἐν τοῖς παραλίοις. Videlicet pro Χαβελώνης substituendum est Ζαβελὼν, uti liquet ex loco Jo-
p. 1063 sephi mox allato, & versione Rufini, qui Zabulon legit. Nam Χαβελώνη, ut

ut pro regione כבול accipiatur, huc non pertinet: sita in finibus Tyriorum, licet & Χαβαλὼν γῆ *in Antiq.* & Ζαβελὼν *lib. I.* contra Apionem ab eo scribatur vel a librariis potius. Deinde vox Χαβελώνης in duo dividenda est, & ἧς referendum ad sequentia. Denique hinc obiter discimus, Ptolemaïdis & Tiberiadis fere eandem latitudinem Geographicam esse, quum illa ad occasum, haec ad ortum, terminus fuerit Galilaeae inferioris. Concilio Nicaeno interfuit episcopus Zabulonites: quam puto eandem esse ac nostram. Vaillantius in familiis Romanis putat, in nummo gentis Sosiae hanc expressam literis ZA. sed Begerus ad Zacynthum refert. At haec nimis incerta sunt. Urbs Zebulun in Ascher *Jos. 14. 27.* posset esse eadem.

ZANOACH.

זָנוֹחַ, Urbs in tribu Juda *Jos. 15. 56. Nehem. 3. 13.* Est & alia in planitie ejusdem regionis *Jos. 15. 34.*

ZEBECE.

Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Σεβέκη, πόλις τῆς Γαλιλαίας. Ἰώσηπος Ἰουδαικῆς ἀρχαιολογίας πέμπτῳ. Τὸ ἐθνικὸν Ζεβεκηνός, ὡς αὐτός. *Zebece, urbs Galilaeae. Josephus lib. V. Ant. Jud. Gentile est Zebecenus. Sic idem.* At ego non inveni in Josepho nomen Ζεβέκη, sed Βεζέκη, *Ant. V. 1.* nomen urbis, ubi Cananaei Hebraeos exspectabant inituri praelium. Ita solent transponi literae, ut Ἰαβάτη pro Ἰαταβή, יטבה, Josephus, *Antiq. X. 4.* Καθιερεμῖται pro Καριεθεμῖται *Antiquit. V. 1.*

ZECA.

Ζηκά. Urbs tribus Judae. Josephus *Antiquit. VIII. 3.* עזקה Azeca *2. Chron. 11. 9.* Abest ע, quia & in pronuntiatione omitti illud solet, & in scriptione nonnunquam ut בכו pro בעכו *Mich. 1. 7.* p. 1064

ZIA.

Ζία. Vicus, qui Philadelphia 15. miliaria aberat versus occidentem. Eusebius ad vocem Ζήμ.

ZIPH.

זִיף, Nomen urbis in tribus Judae parte australi. *Jos. 15. 24.* Est & alterius loci nomen in portione ejusdem tribus, non longe a Carmel. *Jos. 15. 55.* unde solitudo Ziph nomen accepit, in qua David delituit *1. Sam. 23. 14. 15.* unde geentile ducitur זִפִּי *1. Sam. 23. 19.* Erat in octavo miliario a Chebron inn Daroma, teste Eusebio. Ζιφὰ appellatur Josepho *Ant. VIII. 3.* cui & commemoratur Καινὴ, locus in agro Zipheno *Ant. VI. 14.* Stephanus Ζιφηναῖος videtur legisse in Josepho. Ita ille, Ζιφήνη, (nunc Ζιφήνη legitur, & ἡ nusquam Ζιφηναῖος) Χώρα Παλαιστίνης. Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαικῆς

δαικῆς ἱςορίας τὸ ἐθνικὸν Ξιφηναῖος φησί. *Xiphene. Regio Palaestinae. Josephus* lib. VI. histor. Jud. *gentile Xiphenaeus effert.*

* ZIPHRON.

זִפְרוֹן, Urbs in limite terrae Israëliticae boreali. *Num. 34. 9.* Hieronymus ad *Ezech. 47.* scribit, *Ibunt confinia usque ad Zephrona, quam urbem hodie Zephyrium oppidum Ciliciae vocant.* Sed nimis longe abest haec urbs a terra Israëlitica.

ZIZIUN.

Vicus Palaestinae, tempore Imperatoris Maximiani. Commemoratur in actis S. Zenonis & Zenae editis ex MS. Vaticano & insertis actis Sanctorum Junii *tom. IV. pag. 476.* κατά τινα κώμην Παλαιςίνης λεγομένην Ζιζιῶν *in vico quodam Palaestinae dicto Ziziun.* Estne Ziza Arabiae Petraeae, Ptolemaeo memorata?

ZOARA.

p. 1065 Nomen hujus urbis Ζώαρα Graecis scribitur, & Ζώρα, uti & Σεγώρ vel Σηγώρ, Hebraeis צֹעַר *Tzoar*, Arabibus زغر Commemoratur *Deut. 34. 3.* & *Gen. 13. 10.* Olim nomen ei fuit בֶּלַע Bela, *Gen. 14. 2.* Vide supra ad vocem Bela. A בלע, quod absorbere notat, nota est traditio, cujus meminit Hieronymus, *quaestion. Hebr. in Genesin cap. 14. 3. Tradunt Hebraei, hanc* (Bela, quae & Segor) *eandem in alio Scripturarum loco* (*1. Sam. 9. 4.*) *Salisa nominari, dicique rursum* μόσχον τριετίζεσαν, *i. e.* (*Jes. 15. 5.*) *vitulam conternantem, quod scilicet tertio terrae motu absorpta sit.* Idem fere ad *Gen. 19. 30. De Segor, quod frequenter terrae motu subruta, Bale primum* &c. Verum frivola est haec observatio: nec sola urbs Zoar appellatur in sacro codice vitula τριετίζεσα. Vide *Jer. 48. 34.* Theodoretus *quaest. in Genes. inter 70.* Ἐκεῖναι δὲ παντάπασιν εἰσὶ κατηγορίας ἀθῶοι· θεασάμεναι γὰρ τὰς μὲν τέσσαρας πόλεις καὶ τὰς κώμας ἁπάσας ἐμπρησθεῖσας τῷ ὑετῷ τῷ πυρὸς, τοὺς δὲ τὴν Σηγὼρ οἰκοῦντας κακοποθέντας· τοῦτο γὰρ σημαίνει τοὔνομα· κατάποσις γὰρ ἡ Σηγὼρ ἑρμηνεύεται· ἐτόπασαν πᾶσαν ἄρδην ἀπολωλέναι τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. *Illae autem* (*filiae Lothi*) *a crimine omni immunes sunt. Videntes enim urbes quatuor & vicos omnes pluvio igne concrematos, incolas autem Segor terrae hiatu absorptos* (*nomen illud enim hoc significat, quia Segor vertitur absorptio*) *putabant totum genus humanum interiisse.*

In versione Latina Actorum concilii Chalcedonensis, quibus Musonius Zoarorum episcopus subscripsit, legitur *tom. IV.* conciliorum *pag. 80. Zoara Palaestinae secundae:* at error est, uti liquet ex notitiis veteribus ecclesiasticis supra exhibitis *lib. I.* & ex ipsis hujus concilii actis, ubi in actione XV. Musonius Ζοώρων episcopus inter Palaestinae tertiae episcopos numeratur. Palaestinae etiam hanc urbem nuncupat Stephanus ἐν Ἐθνικοῖς. Ζόαρ ἔςι κώμη μεγάλη, ἣ φρέριον ἐν Παλαιςίνῃ, ἐπὶ τῇ Ἀσφαλτίδι καλουμένῃ. Ζώαρα ἀδετέρως. Δηλοῖ δὲ τῇ Ἑβραΐων φωνῇ τὸ μικρὸν, ὅποι

ὅποι Λὼτ ἔφυγε καὶ ἐσώθη ἀπὸ τῆς Σοδομιτικῆς ὀργῆς. *Zoar est vicus magnus vel arx in Palaestina ad lacum Asphaltiten. Zoara dicitur genere neutro: significat id Hebraice parvum. Lot eo fugit & evasit iram Sodomiticam.*

Josephus eam appellat Ζόωρα χώριον vicinum Sodomae *Antiq. I. 12.* & Ζώαρα *Ant. XIV. 2.* ubi dicitur esse urbs, quam Judaei Arabibus eripuerunt. *Lib. V. de bell. cap. 5.* Ζώαρα τῆς Ἀραβίας dicitur, & eo usque tradit p. 1066 se extendere lacum Asphaltitem. Atque ita quoque Eusebius in Onom. ad vocem Θαλάσσα ἡ ἁλυκὴ scribit, mare mortuum esse inter Hiericho & Zoaram. Videtur sita versus latus orientale lacus Asphaltitis magis quam occidentale, quia Eusebius ad vocem Λακὼθ scribit eam esse μεταξὺ Ἀρεοπόλεως καὶ Ζοορῶν, *inter Areopolin & Zoara.* Et ad vocem Νεμηρὶμ (ita enim pro Νεκηρὶμ legendum est) vicum Moabitidis Βενναμαρὶμ esse ad septentrionem Zoarae. Quum autem Moabitis fuerit ad ortum maris mortui, etiam Zoara eo vergere censenda est, quod ad septentrionem ejus loca Moabitica fuerint. Hieronymus ad *Jes. 15. Segor in finibus Moabitarum sita est, dividens ab iis terram Philisthiim.* Postea is locus Palmer dictus est, teste Gulielmo Tyrio, *hist. lib. XXII.* Idem Hieronymus ad vocem Φινὼν scribit, eam inter Petram & Zoara fuisse: & ad vocem Βαλὰ (Βαλὰ) notat praesidium Romanorum Zoarae fuisse. In notitia dignitatum imperii Romani etiam memorantur *equites sagittarii indigenae Zoarae.* Vide supra.

Ad notitiam Zoarorum etiam hoc facit, quod narrat Anastasius Sinaïta, *in quaestionibus pag. 528.* Καὶ γὲν πρὸ ὀλίγων χρόνων παραγενόμενος εἰς τὴν νεκρὰν θάλασσαν εἰς τὰ μέρη Ζωηρῶν καὶ τετραπυρείας (τετραπυργίας) ἔνθα χαλεποί τινες καὶ φθοροποιοὶ καὶ καυσώδεις καὶ σηπτικοὶ καθ' ὁμοιότητα Κύπρου τυγχάνουσι οἱ ἀέρες, εὗρον πάντας τοὺς αἰχμαλώτους τῶν κατὰ σπορῶν τοῦ δημοσίου Κυπρίους τυγχάνοντας. Κἀμοῦ θαυμάσαντος καὶ τὴν αἰτίαν ἐφωτήσαντος οἱ τὰ αὐτόθι διοικήσαντες ταύτην πρός με τὴν ἀπόκρισιν δεδώκασιν· ὅτι ἐ προσδέχονται οἱ ἐνταῦθα ἀέρες ἕτερα σώματα, εἰ μὴ τὰ ἀπὸ Κύπρου. Καὶ γὰρ πολλάκις φασὶ πεμφθέντες ὧδε ἐκ διαφόρων χωρῶν αἰχμάλωτοι ἐντὸς ὀλίγου χρόνου ἐφθάρησαν καὶ ἀπέθανον. *Quum non ita pridem ad mare mortuum & quidem ad partes Zoarorum & Tetrapyrgiae essem profectus, ubi aër est exitiosus, aestuosus, & ad putrefactionem generandam idoneus, instar ejus, qui est in Cypro, illic inveni, omnes captivos servos eorum, qui publicis agris colendis praesunt, Cyprios esse. Quod quum mirarer & causam rei intelligere cuperem, ii, qui illic habitant, hoc mihi responsum dederunt, aërem hujus loci non ferre alia corpora, quam ex Cypro: saepe missos fuisse ex aliis regionibus captivos, sed qui brevi spatio vitam cum morte commutaverint.*

FINIS.

SYLLABUS MUTANDORUM.

Notandum est, numeros paginarum heic positos, non eos denotare, qui singulis columnis superiore parte adscripti, sed qui in margine signati sunt.

Pag. 58. versu 16.
Lege *Aegyptii* pro *Phoenices.*
61. 11. lege καλαμένης, & versu sequente *vicinias.*
— 33. lege *a Cyclade insula aut Caso.*
82. ult. *Psalm.* 83.
105. ult. *Ituraeae.*
129. 1. *at illa* & sequentia usque ad *inhabilis* transferenda sunt ad *pag.* 130. lin. 10. ante *Peraeae* &c.
155. 2. lege Δώροις (Γαδάροις potius) quae aliquando permutantur inter se, uti & apud Josephum *lib.* 1. *de bell. cap.* 6.
166. 11. infra שכם lege גזר.
170. 4. dele Bethschemesch.
178. 15. lege *extendisse. Verum si Samariae nomine portio tribuum Ephraim & Menasse intelligitur, omnino ad mare pertigit: sed videntur Judaei Samaritanos ab ora litorali compulisse ad mediterranea illo tempore.*
193. 1. lege *Videtur regio Gennesaritis* &c.
205. 25. lege 30.
212. 4. lege *tres post Scythopolin sequentes.*
241. 34. lege *in lacum.*
247. 14. lege *addens halitum.*
248. 16. lege *fumant fontibus.*
— 27. lege *lib. III. cap.* 25.
258. 14. dele *ducunt.*
268. 8. lege *wadi Aphar.*
276. 28. lege *quia non.*
278. 4. lege *comminiscendi.*
300. 23. lege *fons Rogel. Jos.* 15. 7. *quamvis & de hoc & aliis incertum sit, sintne locorum an fontium nomina. Posset tamen fons Rogel ille esse, qui hodieque juxta viam ducentem Hierosolymis Jerichuntem conspicitur. Fons Jacobi* &c.
304. 4. lege *latae* 54.
305. 18. lege *tractum esse colligi posset (de qua re vide infra lib. III. ad vocem Saphir) ex Eusebio* &c.
310. 6. lege *occasu aestivo versus ortum brumalem.*
— 27. lege *in aes.*
323. 6. lege הר בעל.
367. 12. lege *c.* 11.
410. in notis, dele omnia, quae ad n. 10. notata sunt.
426. 30. lege *spatio.*
431. 37. lege *a continente. Sed alii interpungunt*, καὶ ἀπέχει στάδια ἀπὸ θαλάττης γ' Παλαιτύρος.
451. 33. lege 24. *stadia.*
470. ult. lege *ita fere.*
471. 16. dele *Ad vocem* & sequentia usque ad *queunt.*
480. 1. lege *subjicimus.*
484. 16. dele *Legendum* &c. usque ad *lapide.*
489. 21. lege *Eusebius ad vocem* Ἀρκὼ *scribit* 22. *miliaria Chebronem abesse Hierosolymis. Et ad vocem* Χεβρῶν &c.
494. ult. dele *&* 4.
501. 21. dele *rectius.*
518. 6. lege *argumento.*
524. penult. lege *ubi tria.*
531. 1. in notis, forte Ἀδώρων & statim vers. 4. lege *ob mox legenda nam sequitur* Δώρων *episcopus.*
532. dele *notam ad n.* 3.
549. 28. dele *mihi tamen* &c. usque ad *campi.*
570. 28. lege *dissito.*
631. post versus 9. insere.

BETHANIM.

Βηθανίν. *Vicus, qui a Chebrone aberat* 4. *miliaria*, 2. *a terebintho. Eusebius ad vocem* Ἀρί.

* BETHANOTH.

בית ענות, *urbs tribus Judae. Jos.* 15. 59.

BETHARIM.

Vicus juxta Diospolin. Eusebius ad vocem Ἀρήμ.

BETHASA.

Vicus nobilis in regione Aeliae, 15. *inde miliaribus. Eusebius ad vocem* Ἀτάν.

687. ante *Capharcotia* insere.

CAPHARCHOBRA.

Vicus Gazaeorum. Sozomenus hist. VI. 32.

719. 19. lege *nec ultra.*
767. ante *Ether* insere.

ETAM. Vide *Aitam.*

858. 1. lege *non intra.*
813. ante *Maesaloth* insere.

MADON.

מדון *Jos.* 11. 1. *jungitur cum Acschaph & Schimron: & Jos.* 12. 19.

919. 24. lege *si Eusebium audimus.*

ARGU-

ARGUMENTA CAPITUM.

LIBRI PRIMI.

Heic quoque numeri paginarum in margine sunt quaerendi.

CAP. I.
De nomine terrae Canaan. Pag. 3.
CAP. II.
De nomine terrae Israëliticae. 8
CAP. III.
De nomine terrae Dei, & promissionis. 16
CAP. IV.
De nomine terrae sanctae. 21
CAP. V.
De nomine terrae, alia voce non adjecta. 28
CAP. VI.
De nomine Judaeae. 31
CAP. VII.
De nomine Palaestinae. 37
CAP. VIII.
De nomine Syriae Palaestinae, Syriae, & Coelesyriae. 42
CAP. IX.
De nomine Idumaeae & Phoenices. 48
CAP. X.
De situ Palaestinae, respectu universi orbis terrarum. 51
CAP. XI.
De situ Palaestinae, respectu gentium vicinarum, in quo speciatim de Aegypto agitur. 57
CAP. XII.
De regione Edom. 66
CAP. XIII.
De sedibus Philistaeorum. 73
CAP. XIV.
De Amalekitide. 78
CAP. XV.
De Gebalene. 82
CAP. XVI.
De Arabia. 84
CAP. XVII.
De Nabataeis. 90
CAP. XVIII.
De Kedarenis. 95
CAP. XIX.
De Midianitis. 97
CAP. XX.
De Moabitis. 100
CAP. XXI.
De Ammonitis. 103
CAP. XXII.
De Ituraea sive Auranitide. 105
CAP. XXIII.
De Trachonitide. 108
CAP. XXIV.
De Phoenice & Syria. 110
CAP. XXV.
De terminis, quibus Palaestinae definitur in sacro Codice. 113
CAP. XXVI.
De terminis, quibus Palaestina describitur ab aliis scriptoribus. 124
CAP. XXVII.
De partitione terrae Israëliticae facta inter posteros Canaan, ante adventum Israëlitarum. 135
CAP. XXVIII.
De partitione terrae Israëliticae facta inter tribus duodecim. 142
CAP. XXIX.
De partitione terrae Israëliticae Salomonaea. 169

CAP. XXX.
De partitione terrae Israëliticae in tetrarchias & toparchias. 172
CAP. XXXI.
De partibus majoribus terrae cis Jordanem, Judaea, Samaria, & Galilaea. 177
CAP. XXXII.
De partibus minoribus, in quas divisa fuit terra cis Jordanem, Daroma, Geraritica, Sephela, Sarona, aliisque. 185
CAP. XXXIII.
De partibus terrae transjordanicae, Gileaditide, Peraea, Gaulonitide, Batanaea & Decapoli. 193
CAP. XXXIV.
De partitione Palaestinae in primam, secundam, & tertiam. 204
CAP. XXXV.
Continens excerpta ex notitiis veteribus ecclesiasticis de urbibus Palaestinarum trium. 214
CAP. XXXVI.
Continens excerpta ex notitia veteri dignitatum imperii Romani. 229
CAP. XXXVII.
De mari magno, quod Palaestinam alluit. 234
CAP. XXXVIII.
De lacu Asphaltite. 238
CAP. XXXIX.
De lacu Tiberiadis. 258
CAP. XL.
De lacu Samochonite. 261
CAP. XLI.
De lacu Phiala. 264
CAP. XLII.
De palude Cendevia, lacu Asphar, aliisque minoribus. 267
CAP. XLIII.
De Jordane. 270
CAP. XLIV.
De fluminibus terrae transjordanicae. 279
CAP. XLV.
De fluminibus terrae cisjordanicae. 283
CAP. XLVI.
De fontibus, thermis, & cisternis. 298
CAP. XLVII.
De montibus Palaestinae. 304
CAP. XLVIII.
De Libano. 311
CAP. XLIX.
De Chermone. 322
CAP. L.
De Carmelo. 327
CAP. LI.
De Tabore. 331
CAP. LII.
De monte Olivifero. 337
CAP. LIII.
De reliquis montibus Palaestinae. 341
CAP. LIV.
De vallibus Palaestinae. 347
CAP. LV.
De campis Palaestinae. 359
CAP. LVI.
De locis incultis & sylvis Palaestinae. 373
CAP. LVII.
De fertilitate Palaestinae. 379

ARGU-

ARGUMENTA CAPITUM.

LIBRI SECUNDI.

CAP. I.
De mensuris, quibus intervalla locorum veteres metiuntur. 395
CAP. II.
De signis intervallorum, sive lapidibus miliaribus in viis Palaestinae collocatis. 401
CAP. III.
De viis publicis Palaestinae. 404
CAP. IV.
De intervallis locorum, per quae viaa publicae tendunt, uti in tribus antiquissimis itinerariis Romanis notata sunt. 414
CAP. V.
De longitudine & latitudine Palaestinae universae. 421
CAP. VI.
De intervallis locorum in sacro Codice notatis, situ Emmauntis, Bethaniae, aliisque. 425
CAP. VII.
De intervallis locorum in ora maritima Palaestinae a Scylace & Strabone traditis. 430
CAP. VIII.
De intervallis locorum a Plinio & Solino memoratis. 438
CAP. IX.
De intervallis locorum Palaestinae, quae in scriptis Josephi commemorantur. 441
CAP. X.
De intervallis locorum Palaestinae a Ptolemaeo notatis. 456
CAP. XI.
De utilitate scriptorum geographicorum Eusebii ac Hieronymi, & quae in illis deficiunt. 466
CAP. XII.
De intervallis locorum, quorum Eusebius & Hieronymus meminerunt. 479
CAP. XIII.
De intervallis a Procopio Gazaeo notatis. 500
CAP. XIV.
De intervallis locorum memoratis ab Arriano, Diodoro Siculo, Theophrasto, Justino martyre, Origene, & aliis. 506

TERTIUS LIBER.

Index ipse urbium & vicorum Palaestinae, per capita digestus non est, sed secundum ordinem elementorum.

INDEX

INDEX
LOCORUM S. CODICIS,

qui aut cicantur, aut illustrantur.

Numeros paginarum in margine notatos esse, denuo monemus.

GENESIS.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
10.		64		10.	763		16.	138
		65		10.	1065		19. *& seqq.*	136
		74		15.	18		19.	140
		75		18.	425		20.	141
		137		18.	709		21.	138
	3.	66		18.	886	19.	15.	1020
	6.	62	14.	2.	622		25.	545
	13.	66		2.	1065		29.	1019
	15.	136		3.	187		37.	100
	15.	137		3.	236	20.		805
	15.	1010		3.	254		1.	804
	16.	138		5.	79		1. 2.	805
	16.	832		5.	102	23.	2.	709
	18.	141		5.	141		2.	724
	19.	5		5. *bis.*	598		2.	882
	19.	118		7.	115		6.	356
	19.	121		7.	138		7.	137
	19.	123		7.	708		17.	883
	19.	136		7.	764		20.	137
	19.	545		8.	354	25.	2.	98
	19.	787		8.	622		12.	99
	19.	815		10.	349		13.	96
	19.	871		10.	357		18.	80
	19.	1058		13.	138		18.	755
12	5.	346		14.	734		18.	877
	5.	636		14.	921	26.	1.	804
	6.	354		17.	354		1.	805
	8.	552		17.	356		27.	804
	8.	553		17.	357	28.	19. *ter*	876
13.	2.	139		17.	894	29.	24. 28.	255
	3.	255		18.	976	31.	13.	636
	3.	553	15.		140		47.	133
	7.	139			141		49.	900
	10.	361		13.	90	32.	2.	882

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	3.	67		EXODUS.		10.	14.	*ibid.*
	22.	882	3.	1.	98		31.	99
	23.	282		1.	99	11.	16.	17
	30.	925		8.	136	12.	23.	350
33.	17.	976		8.	388	13.	3.	114
34.	30.	139		12. 18.	99		3.	117
35.	4.	1004	4.		352		21.	116
	16.	704	5.	3.	99		21.	119
	19.	1058	6.	4.	4		22.	117
	21.	897	12.	25.	25		22.	120
	27.	886	13.	5.	136		22.	709
36.	12.	78		17. 18.	77		26.	114
	20.	68	16.		352		28.	388
	32.	67		13.	673		29.	137
	33.	65		22.	755		29.	138
	35.	67		31.	755		29. *bis.*	139
	35.	98		35.	4		30.	79
	39.	67	17.	8.	79		30.	305
37.	14.	357		13.	79	14.	25.	80
	14.	709	18.	5.	99		30.	4
	17.	741	20.	24.	17	20.	1. *bis.*	117
	25. 27. 28.	99	23.	23.	136		12.	4
38.	5.	701		31.	20		13.	18
	5.	706		31.	77		16.	115
	21.	761	25.	2.	17		16.	116
39.	19.	765		8.	17		16. *bis.*	117
41.	2.	535	29.	1.	17		18.	79
46.		62	30.	31.	17		18.	894
	16.	584	32.	31.	234	21.	1. 3.	574
	21.	62		LEVITIC.			3.	721
48.	7. *bis.*	643	11.	9.	350		13.	102
	7.	704	23.	17.	25		13.	138
	7.	765	25.	3.	17		14.	282
	22.	138		23.	16		23.	825
49.	8.	34		23.	17		24.	104
	10.	35		38.	4		24.	583
	11.	388		55.	17		24.	138
	13.	539		NUMER.			26.	101
50.	10.	601					26.	102
	11.	520	2.	3.	34		30.	893
	11. *bisis.*	522	3.	13. *bis.*	17	22.	3. 4.	98
			7.	12.	34		5.	105

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
24.	20.	80
	21.	80
	21.	140
25.	1.	98
	6.	*ibid.*
27.	14.	115
	14.	117
28.	2.	17
31.	16.	98
32.		194
		624
		825
	3.	650
	3.	735
	3.	883
	3.	901
	3.	990
	4.	201
	8.	114
	11.	5
	11. *bis.*	18
	29.	194
	29.	195
	32.	108
	33.	194
	33.	601
	34. *bis.*	163
	34.	195
	34.	582
	34.	735
	35.	602
	35.	864
	36.	641
	36.	650
	37.	162
	37.	632
	37.	720
	37.	724
	37.	749
	38. *bis.*	611
	38.	908
	38.	1003

Cap.	Comm.	Pag.
	39.	138
	40. *bis.*	195
	40.	196
	42.	698
	42.	911
33.		117
	13.	755
	34.	781
	34.	941
	36. *quater*	116
	39.	119
	40.	574
	48.	102
	49.	102
	49.	521
	49.	642
	50.	102
	51.	4
34.		125
	3.	66
	3. *bis.*	117
	3.	124
	3.	236
	4.	114
	4.	125
	4.	706
	4.	1060
	5.	605
	6.	118
	6.	923
	7. 8.	118
	8.	323
	9.	118
	9.	1064
	10.	991
	11.	258
	11.	263
	11.	554
	11	991
	15.	1044
	20.	709
35.	3.	371
	13.	6

Cap.	Comm.	Pag.
	DEUTER.	
1.	2.	67
	2.	99
	2.	114
	2.	116
	2.	668
	4.	163
	7.	125
	19.	115
	19.	138
	19.	668
	24.	138
	43.	115
	44. 45.	80
	46.	116
2.	1.	67
	5.	67
	9.	102
	9.	577
	10.	100
	10.	102
	12.	68
	14.	115
	19.	103
	19.	104
	23.	74
	23.	140
	23.	787
	27.	67
	29.	5
	31.	19
	31.	24
	32.	825
	36.	194
	36.	582
	37.	104
	37.	282
3.		104
	4.	201
	8.	324
	9.	117
	9.	324

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	10.	976
	12.	24
	12.	582
	13.	141
	13.	194
	13.	201
	14.	77
	14.	108
	14.	112
	14.	201
	14.	879
	16.	104
	17.	240
	17.	377
	29.	354
4.	4.	50
	43.	377
	43.	661
	43.	815
	43.	966
	43.	967
	46.	652
	48.	323
	48. *bis.*	324
	48. *bis.*	582
	49.	240
	49.	361
	49.	724
7.	1.	135
8.	7.	299
	7.	388
	8.	50
	8.	381
	15.	436
11.	11.	350
	24.	20
	24. *bis.s.*	235
	29.	504
	30.	811
	33.	545
13.	5.	5
	37.	5

Cap.	Comm.	Pag.
14.	48. 49.	118
20.	17.	138
22.	10.	388
29.	1.	101
	8.	5
	22.	255
31.	2.	18
	2.	19
32.	43.	28
	49.	5
	49.	101
	49.	342
	49.	829
	52.	5
33.	2.	83
	6.	353
	12.	840
	22.	201
	23.	540
34.		734
	1.	19
	1.	194
	2. 3.	19
	3.	186
	3.	358
	3.	360
	3.	829
	3.	868
	3.	1065
	4.	5
	4.	18
	LIBER JOSUAE.	
1.	4.	137
	4. *bis.*	234
	13.	24
3.	10.	135
	13. *bis.*	277
	15.	273
	15.	275
	16.	240

Cap.	Comm.	Pag.
	16.	277
	16.	544
	16.	1058
4.	19.	811
5.	1.	7
	11.	4
7.	2.	425
	2.	426
	2.	552
	2. *bis.*	631
	2.	738
	5.	991
8.	9.	552
	11.	354
	11.	552
	24.	376
9.	1.	187
	7.	140
	10.	138
	10.	187
	10.	598
	17.	618
	17.	699
	17.	811
10.	2.	811
	3.	870
	3. 5.	827
	10.	346
	10. *bis.*	603
	12.	357
	12.	553
	23.	827
	29.	873
	29.	885
	39.	734
	41.	114
11.		262
	1.	146
	1.	543
	1.	708
	1.	1068
	2.	360

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	2. *bis.*	724		7.	198		17.	615
	2.	905		8.	187		17.	632
	2.	1011		9.	552		17.	720
	3.	123		10.	888		17.	735
	3. *bis.*	139		13.	802		18.	697
	3. *ter.*	140		14.	721		18.	825
	3. *bis.*	324		18.	871		19.	724
	3.	900		19.	1068		19.	1003
	5. 7.	262		20.	543		19.	1059
	8.	123		20.	991		20. *bis.*	642
	8.	358		21.	2025		20.	652
	8.	1011		21.	1032		21.	1018
	10.	708		22.	540		23.	105
	16.	187		22.	864		24.	825
	17.	66		23.	812		25.	194
	17.	68		23.	905		25.	583
	17.	324	13.		162		26.	162
	17.	350		2. *bis.*	180		26.	163
	17.	358		3.	77		26.	200
	17.	610		3.	140		26.	661
	17.	893		3.	286		26.	667
	19. *bis.*	140		3.	377		26.	720
	20.	894		3.	409		26.	734
	21.	560		3.	586		26.	875
	22.	785		3. *bis.*	746		26.	966
	22.	814		3.	787		27.	162
14.		180		4.	572		27.	641
	1.	118		4	892		27. *bis.*	650
	1.	610		5.	610		27.	882
	2.	104		8.	194		27.	1022
	2.	118		9.	735		27.	1057
	2.	582		9.	893		29.	882
	3.	258		10. 11.	201		30.	162
	3.	360		11. *bis.*	324		30.	163
	3.	642		13.	77		30.	200
	3.	724		13.	112		30.	201
	4.	112		13.	520		30.	882
	5.	77		13.	879		31.	598
	5.	324		16.	162		31.	746
	5.	610		16.	583		31.	875
	5.	611		16. *bis.*	893		32.	829
	7.	66		17.	163		32.	201

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
14.	4.	371		9.	609		26.	153
	7.	114		9.	508		26.	559
	11.	331		10.	1042		26.	658
	13.	709		11.	610		26.	901
	27.	1063		11. *bis.*	746		26.	990
	34.	331		11.	824		26.	991
15. *ter*		152		13.	143		27.	143
		374		13.	709		27.	652
		586		15.	726		27.	707
		643		15.	734		27.	780
		656		16.	803		28.	144
		870		29.	300		28. *bis.*	609
	1.	66		21.	66		28. *bis.*	620
	1.	114		21. *bis.*	143		28.	665
	1.	142		21.	668		28.	707
	2.	114		21.	708		29.	144
	2.	252		21.	746		29.	146
	3.	114		21.	755		29.	609
	3. *bis*	117		21.	825		30.	144
	3.	146		22. *bis.*	143		30.	700
	3.	346		22.	544		30.	721
	3.	694		22.	583		30.	755
	3.	720		22.	707		30.	609
	3.	1060		22.	722		31.	144
	4.	114		22.	736		31.	883
	4.	142		23.	143		32.	144
	4.	285		23.	668		32.	554
	4.	286		23.	697		32.	764
	4.	605		23.	708		32.	871
	6.	632		23.	709		32.	983
	6.	641		23.	862		32.	991
	6.	897		24.	143		33.	549
	7.	298		24.	145		33.	597
	7. *bis.*	764		24.	617		33. *bis.*	604
	7.	812		24.	1029		33.	767
	7.	1067		24.	1064		33.	1026
	8. *bis..*	346		25.	143		33.	1060
	8. *ter..*	353		25.	700		34. *bis.*	761
	8. *bis..*	355		25.	701		34.	762
	8.	839		25.	708		34.	827
	8.	841		26.	143		35.	827
	8.	844		26.	151		35.	1063

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	35.	148		45.	782		59.	643
	35.	549		45.	787		59.	755
	35. *bis.*	603		45.	823		59.	879
	35 *bis.*	604		47.	606		60.	558
	35.	802		47.	746		60.	609
	35.	826		48. *ter.*	305		60.	614
	35.	827		48.	375		60.	643
	35.	1018		48.	604		60.	644
	36.	148		48.	827		60.	694
	36.	546		48.	989		60.	725
	36.	988		48.	990		60.	731
	37.	148		48.	1018		60.	781
	37.	898		49.	566		60.	887
	37.	701		49.	726		60.	955
	37.	1056		49. *bis.*	734		60.	957
	37.	1058		49.	870		60. *bis.*	1027
	38.	735		50.	767		60. *bis.*	1028
	38.	864		51.	721		60.	1034
	38.	900		51.	812		60.	1036
	39.	208		52.	149		61. *bis.*	375
	39.	604		52.	573		61.	641
	39.	667		52.	766		61.	897
	39.	746		52.	910		61.	998
	39.	1068		53.	572		62.	353
	40.	667		53.	658		62.	763
	40.	726		54.	149		62.	868
	40.	870		54.	723		63.	832
	41.	635		54.	1060		63. *bis.*	840
	41.	636		55.	375		63.	844
	41.	885		55.	695		63.	845
	41.	903		55.	870	16.		657
	42.	148		55.	1064			840
	42.	873		56.	864		1.	157
	43.	597		56.	1063		1.	376
	43.	862		57.	149		1.	636
	43.	909		57.	678		1.	829
	44.	148		57.	810		2.	601
	44.	604		57.	1042		2.	636
	44.	698		58.	150		2.	841
	44.	888		58.	658		2. *bis.*	876
	45.	148		58.	703		3.	633
	45.	745		58.	803		3.	809

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	3.	826		15.	141		28.	810
	5.	602		16.	349		28.	832
	5. *bis.*	633		16.	357		28.	844
	6.	826		18.	190		28.	1058
	6.	1025	18.		840	19. *bis.*		145
	7.	601		8.9.	511			152
	7.	829		11.	155		*bis.*	656
	7.	903		12.	376			657
	8.	156		12.	632		1.	151
	9.	157		12. *bis.*	829		1.	153
	10.	809		13.	602		1.	157
	46.	958		13.	633		1.	609
17.		840		13.	636		1.	842
	1.	201		13.	841		1.	844
	1.	765		13. *bis.*	876		19.	252
	3.	779		14.	725		2.	151
	5.	201		15.	*ibid.*		2.	620
	7.	156		16.	353		2.	901
	7.	157		16. *bis.*	355		2. *ter.*	990
	7.	596		17.	346		3.	146
	7.	764		17.	812		3.	605
	7.	897		18.	573		3.	614
	7.	1004		19.	632		3.	768
	8.	157		21.	155		4.	658
	8.	289		21.	632		4.	755
	8.	1026		21.	829		5.	641
	10.	156		22.	641		5.	707
	10. *bis.*	157		22.	841		5.	1060
	10. *bis.*	158		22.	1058		6.	144
	10.	159		23.	913		6.	145
	10. *ter.*	539		23.	923		6.	151
	10.	888		24.	699		6.	642
	11.	157		24.	768		6.	990
	11.	172		24.	913		7.	145
	11.	522		25.	963		7.	152
	11.	539		26.	699		7.	764
	11.	657		26. *ter.*	900		7.	767
	11.	738		27.	839		7.	973
	11.	762		27.	844		7.	1030
	11. *bis.*	842		27.	862		8.	186
	11.	862		27.	1026		8.	610
	11.	916		28.	724		8.	963

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	11.	160		21.	651		33.	688
	11. *bis.*	298		21.	761		33. *bis.*	716
	11.	733		21.	762		33.	733
	11.	864		22.	331		33.	817
	11.	887		22.	657		33.	824
	12.	159		22.	989		33.	871
	12.	726		23.	1043		33.	875
	12.	737		24.	158		33.	892
	12.	826		25.	534		33.	1057
	12.	987		25.	543		33.	1059
	13.	768		25.	626		34.	158
	13.	786		25.	703		34.	159
	13.	907		26.	159		34. *bis.*	162
	14.	298		26.	327		34.	723
	14.	354		26.	543		35.	33
	14.	703		26.	558		35.	161
	15.	159		26.	559		35.	687
	15. *bis.*	642		27.	160		35.	703
	15.	697		27.	354		35.	717
	15.	717		27.	635		35.	724
	15.	719		27.	639		35.	958
	15.	862		27.	908		35.	1059
	15.	884		28.	118		36.	545
	15.	904		28.	119		36.	746
	15.	991		28. *bis.*	123		36.	963
	15. *bis.*	1017		28.	518		37.	697
	15.	1060		28.	703		37.	762
	17.	158		28.	745		38.	160
	17.	326		28.	968		38.	629
	18.	489		28.	1011		38.	656
	18.	700		29. *bis.*	543		38.	721
	18.	863		29.	722		38.	862
	18.	992		29.	963		38.	898
	19.	561		29.	1047		41.	154
	19.	704		29.	1059		41.	553
	19.	992		30.	534		41.	767
	20.	524		30.	1061		41.	868
	20.	726		31.	572		41.	1060
	20.	733		33. *bis.*	160		42.	168
	20.	826		33.	545		42. *ter.*	553
	20.	958		33.	558		42.	862
	21.	518		33.	663		42.	975

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	42. *bis.*	988		16.	656		38.	163
	43.	553		16. *bis.*	870		38.	579
	43.	746		17.	156		38.	882
	43.	755		17.	801		39.	825
	43.	975		17.	810		40.	167
	44.	610		17.	974		40.	1031
	44.	755		18.	558	22.	7.	200
	44.	810		18.	561		9.	4
	45.	623		20.	158		9.	24
	45.	787		21.	*ibid.*		9.	194
	35.	828		22.	158		10.	4
	46.	826		22.	633		10.	274
	46.	895		22.	723		10.	279
	46.	990		23.	154		10.	803
	47.	734		23.	656		11.	4
	47.	873		23.	697		19.	24
	47.	975		23.	755		32.	4
	48.	155		24.	553	23.	12.	1048
	50.	426		25.	157		32.	426
	50.	1031		25.	1025	24.	8.	135
	50.	1032		27. *bis.*	621		11.	*ibid.*
	50.	1043		27.	662		11.	138
	50.	1044		27.	815		12.	136
20.	7.	180		28. *ter.*	158		30.	345
	7.	305		28.	726		30.	1043
	7.	426		28.	737		JUDIC.	
	7.	697		29.	566	1.	4.	139
	7.	709		29.	762		4.	663
	7.	724		29.	826		5.	139
	7.	1004		30.	159		5.	663
	8.	167		30. *bis.*	518		8. *bis.*	840
	8.	194		30.	900		8.	843
	8.	377		31.	716		8.	845
	8.	966		32.	160		16.	375
21.		167		32.	696		16.	573
		656		32.	703		16.	868
	6.	200		33.	161		17.	1059
	11.	156		34.	160		18.	586
	13.	165		34.	696		21.	119
	14.	734		34.	864		21.	839
	14.	767		35.	735		21.	844
	16.	626		37.	720		21. *bis.*	845

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
	22.	841		30.	388		41.	580
	26.	137	4	5.	426		41.	585
	27.	657		5.	581		48.	344
	27.	841		5.	636		50.	1027
	27.	842		5.	963		50.	1033
	27.	893		11.	1056	10.	1.	989
	27.	992		13.	289		5.	679
	27.	1025	5.		895		9.	103
	29.	809		17.	540		17.	900
	29.	841		19.	893	11.	3.5.	1027
	30.	726		21.	289		15.	102
	30.	904		23.	896		15.	103
	31.	119	6.		100		20.	102
	31.	518		4.	80		24.	102
	31.	534		4.	99		26.	582
	31.	539		11.	913		29.	583
	31.	543		33.	357		29.	900
	31.	716		38.	863		33.	583
	31.	968	7.	1.	300		33. *bis.*	899
	31.	1011		1.	705		34.	887
	31.	1047		12.	99		35.	521
	33.	629		22.	522	12.	11.	558
	33.	656		22.	1025		11.	892
	34.	155		23.	642		12.	553
	34.	1047		24.	99		15.	346
	35.	975		24.	632		15.	956
	35.	988		25.	99	13.	25.	767
	36.	346		25. *bis.*	913		25.	1060
	38.	544		25. *bis.*	914	14.	1.	1042
	38.	738		25.	915		5.	1043
2.		126	8.	4.	914	15.	6.	1043
	9.	345		8.	925		8.	296
	19. *bis.*	1043		10.	694		9.	872
3.	2.	586		11.	911		19.	300
	3.	41		27.	913		27.	720
	3.	140	9.		503	16.	3.	346
	3.	323		13.	619		4.	288
	3.	324		21.	617		4.	692
	13.	80		31.	585		5.	41
	13.	868		36. *bis.*	332		26.	785
	26.	998		37.	*ibid.*		31.	984
	28.	279		37.	895		31.	1060

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.	Cap.	Comm.	Pag.
17.	7.	642	6.	12.	656		2.	723
	7.	643		15.	787		14.	375
	7.	644		17.	606		14.	1064
	11.	740		17.	745		15.	378
18.	7.	1061		18.	523		19.	698
	12.	725		19.	802		19.	1064
	12.	883		21.	725		24.	861
	14.	1061	7.	11.	632		25.	375
	17.	803		16.	811	24.	2.	*ibid.*
	19.	876		16.	900		2.	763
	27.	1061	9.	4.	611	25.	1.	965
	28.	357		4.	1065		2.	887
	29.	871	10.	2.	1058		5.	695
	29.	1061	11.	4.	810		44.	784
19.		832	12.		303	27.		80
	1.	848	13.	2.	636		5.	670
	13.	810		2.	810		5.	785
	13.	963		5.	631		5.	1060
	18.	848		5.	897		6.	670
20.	1.	194		7.	194		6.	785
	10.	801		9.	8		7.	1060
	33.	611		15.	811		8.	77
	47.	845		17.	913		8.	81
21.	5.	600		18.	1058	28.	4.	992
	9.	822	14.	2.	899	29.	1.	300
	19.	871		31.	897		1.	572
	19.	1004	15.	4.	1029	30.	1.	80
	19.	1007		6.	80		1.	186
	19.	1016	16.	1.	17		1.	1060
	RUTH.		17.	1.	603		10.	288
1.	1.	28		1.	733		14.	678
	2.	643		1.	924		27	186
	I. SAMUEL.			1.	1018		27.	600
1.	1.	580		12.	643		27.	964
	1.	581		52.	604		27.	966
	1.	964	19.	18.	912		28.	600
	1.	965		22.	998		28.	992
	19. *bisis.*	964	21.	9.	357		29.	81
4.	1.	894	22.	3.	900		29.	600
	2.	572		5.	378		29. *bis.*	723
5.	6.	593		9.	911		29.	958
	8.	814	23.		745		29.	984

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	30.	583
	30.	600
	30.	729
	30.	734
	30.	911
	31.	601
31.	1.	76
	11.	822
II. SAMUEL.		
1.	21.	344
	20.	535
2.	8.	77
	8.	596
	9. 11.	840
	12.	1034
	16.	716
	24.	376
	24.	809
	29. *bis.*	882
3.	3.	78
	12.	1029
	12.	1030
	16.	614
	26.	625
4.	2.	618
	2. 3.	814
	8.	882
	13.	709
5.	5.	840
	18.	355
	20.	611
	25.	780
	25.	801
	25.	802
	25.	809
	25.	811
6.	2.	610
8.	6.	111
	13.	353
	14.	555
9.	4. 5.	875
10.	10.	1027
	14.	766
	16.	716
12.	31.	103
13.	23.	623
14.	37.	78
15.	8.	*ibid.*
	12.	913
	20.	346
16.	5. *bis.*	614
17.	11.	620
	18.	614
	24.	924
	27.	974
18.	6. 9.	378
	18.	356
20.	14.	519
	19.	*ibid.*
21.	2.	138
	9.	811
	14.	1058
	18. 19.	814
22.	19.	911
23.	20.	146
	13.	696
	16.	268
	25.	564
	30.	298
	30.	345
24.	5.	582
	5.	825
	6.	194
	7.	140
	9.	721
I. REG.		
1.	45.	859
4.	7. *& seqq.*	169
	7.	657
	9.	617
	9.	656
	9. *bis.*	664
	9.	755
	9.	882
	9.	988
	10.	585
	10.	719
	12.	522
	12. *bis.*	544
	12.	864
	12.	1058
	13.	199
	13.	201
	16.	328
	16.	576
	16.	617
	17.	182
	17.	332
	22.	967
5.	11. *bis.*	381
7.	2.	379
	46.	544
	46.	1022
	46.	1058
	46.	1059
8.	1.	850
9.	11.	180
	15.	597
	15.	780
	17.	625
	18.	610
	18.	615
	20.	137
10.	12.	32
	27.	306
	29.	137
11.	7.	337
	13.	845
	18.	99
	29.	913
	32.	845
	39.	151
12.		783
	12.	701
	21.	845
15.	17.	966

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	20.	519
	20.	520
	20.	862
	20.	865
	22.	536
	22.	801
	22.	900
	22.	966
	27.	810
	33.	1044
16.	6.	584
	24.	979
	34.	829
17.	3. 5.	293
	7.	29
	9.	425
	9. *bis.*	1057
18.	32.	239
	40. 43.	327
	46.	121
19.	3.	620
	3.	668
	6.	915
	8.	668
	16.	522
20.	1.	112
	23.	310
	26.	572
21.	1.	602
	1.	863
	19.	868
22.	3.	574
	20.	966
2. REG.		
2.	2.	811
	21.	300
	24.	378
3.	8.	67
	8.	69
	9.	67
	16.	298
	16.	350
4.	42.	611
6.	2.	275
	23.	8
7.	6.	137
8.	29.	603
	29.	964
9.	13. *bis.*	694
10.	12. 14.	636
	33.	196
12.	10.	1016
	20.	649
14.	7.	83
	7.	864
	9.	379
	11.	656
	13.	856
	22.	555
	25.	9
	25.	768
15.	16.	1032
	29.	180
	29.	597
	29.	708
	29.	732
16.	6.	554
	6.	555
17.		894
18.	32.	381
	32.	388
19.	23.	848
21.	19.	822
22.	1.	667
23.	8.	801
	10.	353
	13.	337
	17.	894
	19.	979
	33.	120
	36.	535
	36.	974
I. CHRON.		
1.	31.	106
	32.	98
	36.	78
	46.	98
2.	23.	78
	45.	65
	49.	880
	55.	140
	55.	824
4.	3.	658
	12.	868
	21.	872
	22.	730
	28.	145
	28.	153
	28.	610
	29.	146
	29.	664
	29.	768
	29.	1044
	31.	632
	31.	708
	32.	558
	32.	764
	32.	1044
	33.	610
	39.	803
	43.	80
5.	8.	611
	12.	602
	16.	370
	16.	988
	19. *bis.*	106
	23.	194
	23.	200
	23.	610
6.		164
	20.	566
	55.	663
	56.	621
	56.	737

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	58.	720
	59.	640
	59.	656
	59.	660
	68.	864
	71.	598
	72.	697
	73.	566
	73.	966
	74. *bis.*	518
	76.	180
	76.	703
	77.	974
	77.	1025
7.	15.	62
	24.	633
	24.	1062
	28.	903
	29.	657
	37.	65
8.	8.	62
	9.	65
	12.	877
	12.	912
9.	3.	34
11.	13.	765
	13.	924
	22.	146
	22. *bis.*	578
	27.	565
	27.	956
	32.	345
	47.	899
12.	2.	810
	4.	802
13.	2.	9
	5.	119
	5.	200
	6.	609
	6.	725
14.	6.	809
	16.	801

Cap.	Comm.	Pag.
	16.	811
18.	11.	78
9.	6.	11
	6. *bis.*	112
20. 4. 18. 19. 20.		814
24.	8.	62.
25.	4.	65
26.	31.	825
27.	4.	565
	10.	565
	11.	*ibid.*
	12.	*ibid.*
	13.	*ibid.*
	14.	*ibid.*
	15.	*ibid*
	27.	381
	28.	370
	28.	381
	28.	802
	29.	370
2. CHRON.		
2.	6.	558
	16.	826
3.	1.	853
4.	17.	361
	17.	1059
6.	5.	834
	80.	720
8.	3.	111
	17.	67
	17.	555
9.	11.	32
11.	6.	643
	6.	747
	6.	755
	6. *bis.*	1028
	7.	912
	8.	888
	8.	889
	9.	547
	9.	870

Cap.	Comm.	Pag.
	9.	1063
	10.	984
13.	4.	344
	4.	1058
	19.	636
	19. *bis.*	765
	19.	861
	19.	868
14.	1.	1025
	9.	888
	10.	354
	10.	425
	10. *bis.*	889
	13.	805
15.	9.	151
16.	1.	966
	3.	862
	4.	520
	6.	900
19.	4.	581
	14.	620
20.		65
		355
	1.	685
	2.	708
	2.	763
	2.	764
	10.	102
	16.	298
	20.	*ibid.*
	20.	356
	20.	375
	20.	1028
	20.	1029
	26.	356
	26.	685
21.	1.	356
25.	11.	83
	11.	354
	13.	633
	13.	657
	14.	83

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
26.	6.	785
	6.	823
	10.	187
	10.	268
28.	5.	112
	18. *bis.*	553
	18.	636
	18.	656
	18.	803
	18.	812
32.	3.	299
33.	14.	859
34.	6.	894
	21.	*ibid.*
35.	22.	350
	22.	370
	22. *bis.*	893
EZRA.		
1.	3. 5.	34
2.	22.	909
	24.	605
	25.	725
	26.	768
	29.	908
	33.	702
	33.	877
	35.	999
4.	10.	979
	11.	50
6.	16.	34
9.	1.	14
10.	29.	65
11.	3.	562
	3.	728
	23.	562
27.	21.	96
NEHEM.		
3.		855
	7.	895
	7.	900
	12.	641

Cap.	Comm.	Pag.
	13.	1063
	14.	641
	15.	*ibid.*
	15.	857
	16.	641
	18.	*ibid.*
6.	2.	350
7. *bis.*		702
		908
	7.	562
	26.	646
	26.	909
	27.	562
	28. *bis.*	605
	28.	656
	29.	618
	29.	725
	30.	724
	30.	769
	30.	773
	31.	882
	31.	897
	32.	636
	33.	908
	52.	62
10.	15.	562
	15.	564
	19.	562
11.	25.	668
	25.	724
	25.	735
	25.	827
	26.	147
	26.	652
	26.	861
	27.	707
	28.	892
	29.	764
	29.	827
	31.	554
	32.	561
	33.	636

Cap.	Comm.	Pag.
	33.	709
	33.	814
	33.	1058
	34.	702
	34.	908
	35.	355
	35.	877
12.	29.	605
	31. 36.	855
JOB.		
1.	3.	72
26.	12.	940
PSALM.		
29.	6.	323
39.	3.	268
42.	7.	326
48.	3.	847
	12.	840
58.	10.	522
60.	2.	11
	2.	353
	8.	357
68.	15.	344
	16.	342
69.	36.	840
72.	16.	352
74.	15.	296
75.	5. 6. 7. 8.	375
76.	3.	833
78.		501
78.	67. 68.	840
	68.	845
79.	7.	910
82.	9.	289
83.	7.	91
	11.	762
84.	12.	647
85.	2.	16
	8.	82
87.	4.	940
89.	11.	*ibid.*

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	13.	324
104.	8.	350
105.	11.	4
108.	8.	357
116.	9.	27
120.	5.	96
126.	4.	186
	4.	285
132.	6.	190
133.	3.	325
137.	8.	1048
PROVERB.		
8.	22.	679
ECCLES.		
7.	26. *bis.*	689
CANTIC.		
1.	5.	96
	14.	763
2.	1. 3.	190
	17.	345
4.	2.	282
	4.	1030
	8.	324
6.	9.	1002
7.	5.	957
JESAIA.		
1.		313
	8.	1048
7.	2.	190
8.		180
	8.	16
9.	11.	77
10.	15.	743
	26.	913
	28.	899
	30.	781
	30.	784
	31.	802
	31.	883
13.	9.	374

Cap.	Comm.	Pag.
14.	13.	848
15.		578
	2. 5.	550
	5.	917
	5.	1057
	5.	1065
	6.	354
	7.	287
	8.	550
16.	2.	893
	2.	1057
	8.	1003
17.	5.	355
20.	6.	1051
21.	2.	1056
	17.	96
22.	1.	354
23.		1053
	10.	1048
	13.	1049
26.	7.	*ibid*
28.	21.	357
	21.	811
30.	24.	388
31.	4.	854
32.	13.	9
	15.	190
	19.	*ibid.*
	18.	910
33.	9.	203
35.		188
	2.	361
	2.	378
36.	17.	388
37.	24.	190
	24.	895
40.	4.	350
42.	5.	27
44.	23.	190
49.	12.	234
51.	9.	940
53.		644

Cap.	Comm.	Pag.
60.	5.	98
	7. *bis.*	90
	7.	96
JEREM.		
2.	6.	27
4.	20.	28
6.	1.	641
	1.	1056
7.	14. 15. 17.	845
9.	12. 13.	392
12.	11.	28
16.	18.	16
18.	9.	126
	14.	312
20.	6.	27
22.	20.	203
	20.	542
	29.	28
25.	20. 21.	72
26.	18.	902
29.	27.	561
31.	11.	964
	15.	*ibid.*
37.	12.	841
40.	6.	900
41.		1016
	5.	900
	5.	976
	12.	710
	12.	811
	17.	723
	17.	886
45.		719
46.	11.	1048
47.	4.	1051
48.		102
	2.	720
	2.	1057
	5.	976
	12.	1048
	21.	825

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	23.	649
	24.	146
	24.	666
	32.	825
	32.	1003
	34.	650
	34.	1065
49.	1.	103
	3.	553
	13.	666
	18.	156
	19.	275
	23.	119
	28.	96
50.	34.	28
	38.	156
THREN.		
1.	17.	702
	17.	703
2.	13.	1048
4.	21.	72
EZECHIEL.		
3.	23.	365
5.	5.	52
7.	2.	9
8.	4.	187
	4.	365
20.	6.	388
	42.	18
21.	1.	185
25.	4.	103
	9.	611
	9.	642
	9.	724
	10. 1.	103
	16. 5.	77
26.	5. 5.	1051
	10. 0.	1053
27.	17. 7.	899
	21. 1.	96
	34. 4.	1051
34.	25. 5.	378

Cap.	Comm.	Pag.
36.	5.	16
37.	13.	27
	25.	17
38.	6.	16
	12.	52
39.	11. 15.	355
40.	2.	850
47.		5
	8.	360
	10.	762
	16. *bis.*	107
	18.	*ibid.*
DANIEL.		
11.	45.	571
HOSEA.		
1.	5.	863
2.	13.	376
4.		783
5.	8.	632
	8.	965
9.	3.	16
	15.	783
10.	2.	*ibid.*
	14.	575
12.	10.	376
	12.	783
JOEL.		
1.	6.	16
	20.	300
2.	3.	388
	10.	235
	32.	987
3.	2.	355
	12. *bis.*	*ibid.*
	18.	349
	18.	351
	18.	352
4.	2.	16
AMOS.		
1.	7.	786
4.	11.	256
6.	1.	786

Cap.	Comm.	Pag.
	2.	119
	14.	287
9.	7.	74
JONA.		
1.	3.	826
MICH.		
1.		989
	1.	902
	7.	1063
	10.	534
	10.	912
	11. *bis.*	989
	11.	1056
	14.	902
	14.	1056
	15.	888
	15.	902
	15.	1056
5.	1.	643
	1. *bis.*	644
6.		337
	5.	351
	5.	521
7.	14.	190
HABAKUK.		
3.		648
	17.	525
ZEPHAN.		
2.	4.	786
	4.	1056
	9.	255
11.	5.	7
HAGG.		
2.	8.	17
	10.	644
ZACHAR.		
7.	7.	188
	14.	388
9.	9.	352
12.	11.	350
14.	6.	235
	10.	377

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	10.	772
	10.	973
	MATTH.	
2.	18.	964
	22.	9
3.	4.	382
	5.	361
4.	13.	159
	13.	160
	13.	161
	13.	259
	13.	540
	13. *bis.*	682
	18.	259
	18.	260
	25.	198
	25.	203
8.	28.	774
9.	1.	682
	26. 31.	30
11.	20.	652
	20.	722
	21.	652
	21.	722
	23.	682
	23.	683
	25.	15
	25.	16
14.	34.	336
15.	21.	336
	22.	7
	22.	50
	29.	336
	39.	883
	39.	336
16.	13. *bis.*	335
	13.	336
17.	1.	335
	1.	336
	22.	*ibid*
	24.	*ibid.*
19.	1.	32

Cap.	Comm.	Pag.
	1.	336
20.	29.	*ibid.*
	29.	407
21.	1.	336
	1.	652
	5.	352
	21.	407
26.	71.	905
27.	9. 25.	716
	29.	523
	45.	29
28.	16.	338
	MARC.	
1.	9.	905
	24.	*ibid.*
2.	1.	682
3.	5.	50
	7.	198
	8.	50
5.	1.	774
	20.	203
6.	45.	654
7.	3.	203
	26.	7
	26.	50
8.	10.	733
	22.	653
	22.	654
	27.	335
9.	2. *bis.*	335
	14.	*ibid.*
	30.	336
10.	1.	32
	32. 33.	407
11.	1.	629
13.	3.	337
14.	67.	905
15.	33.	29
	LUC.	
1.	39.	870
2.	4.	654
3.	1.	106

Cap.	Comm.	Pag.
	1.	174
	1.	528
	1.	655
4.	16.	905
	23.	182
	25.	29
	25. *bis.*	30
	26.	1057
	29.	905
	31. *bis.*	682
7.	11.	904
8.	2.	884
	26.	181
	26.	655
	26.	774
9.	10.	653
	36.	335
10.	13.	722
	21.	16
	30.	831
13.	34.	65
15.	4.	13
	16.	379
17.		256
19.	29.	629
	29. 37.	652
21.	35.	29
23.	34.	29
	51.	579
24.	13.	309
	13.	426
	13.	447
	13.	760
	50. *bis.*	630
	JOHANN.	
1.	28.	626
	45.	653
2.	12.	682
3.	16.	353
	23.	550
	23.	976
	23.	977

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
4.	4.	180
	5.	1025
	6.	259
	14.	352
	43.	182
	46.	679
	46.	682
	48.	679
5.	2.	856
6.	1.	259
	17.	682
	19.	426
	49.	352
	59.	682
7.	42.	654
	49.	15
9.	7.	857
	7.	859
10.	40.	627
11.	18.	426
	18.	629
	54.	377
	54.	765
12.	9. 20.	77
	21.	654
	ACT.	
1.		338
	12.	341
	12.	400
	12.	426
	12.	449
	12.	630
2.	7.	184
5.	37.	181
7.	5.	18
	11.	30
8.	26. *bis.*	407
	26.	660
	26.	787
	26.	788
9.	23.	406
	30.	671

Cap.	Comm.	Pag.
12.	19.	*ibid.*
	19.	673
13.	16.	135
18.	22.	671
21.	2.	50
	2.	111
	3.	50
	7.	537
	8.	671
	8. 10.	673
	15.	671
23.	21.	409
	31.	568
	31.	671
25.	13.	175
26.	7.	34
	11.	14
	ROM.	
9.	17.	30
10.	18.	*ibid.*
	1. CORINTH.	
10.	4.	618
	28.	16
	GALAT.	
4.	25.	98
	EPHES.	
2.	12.	28
5.	14.	861
	EPIST. JACOB.	
5.	17.	29
	2. PETR.	
1.	18.	334
2.	6.	256
	EPIST. JUDAE.	
1.	7.	256
	APOCAL.	
3.	12.	834
5.	6.	30
7.	5.	34
11.	11.	353
13.	3.	30

Cap.	Comm.	Pag.
	II. EZR.	
3.		641
5.	34.	605
	III. EZR.	
1.	27.	370
	27.	893
2.	17.	50
5.	9.	564
	31.	646
	32.	909
	33.	561
	34.	656
	36.	618
	37.	955
	38.	701
	39.	724
	39.	769
	39.	773
	40.	882
	40.	897
	41.	636
	42.	908
	43.	912
	44.	702
	44.	831
	TOB.	
1.	2.	668
	2.	732
	2.	1035
1.	4.	9
	JUDITH.	
1.		370
	1.	328
	8.	198
	8.	369
	8.	554
	8.	625
	8.	668
	8.	717
3.	1.	535
	1.	824
	1.	913

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	1.	1023
	2.	606
	2.	608
	11.	511
	11. *bis.*	742
	11.	781
	11.	863
	11.	994
4.	4.	622
	4.	721
	4.	767
	4.	831
	4.	977
	5.	368
	5.	369
	5.	658
	5.	661
	5. *ter.*	742
5.	12.	866
	13.	719
	26.	77
6.	1.	77
	13. 16.	658
7	3. *ter.*	622
	3.	623
	3.	658
	3.	679
	3.	732
	3.	741
	16.	745
8.		370
	3.	615
	3.	622
	3.	742
15.	3.	628
	3.	661
	3. 4.	721
	3.	729

LIBER SAPIENT. SALAMON.

Cap.	Comm.	Pag.
12.	3.	23

JESUS SIRACH.

Cap.	Comm.	Pag.
7.	26.	691
24.	14.	763
	15.	831
	29.	273
46.	21.	74
48.	21.	871
50.	28.	1004

I. MACCAB.

Cap.	Comm.	Pag.
2.	1. 15.	901
	34.	966
3.	16.	633
	24.	74
	24.	633
	40.	371
	40.	426
	40.	430
	40.	758
	46.	891
	46.	900
	57.	430
	57.	759
4.	3.	430
	3.	759
	14.	779
	15.	68
	15.	371
	15.	598
	15.	606
	15.	759
	15.	824
	29.	68
	29. *bis.*	659
	38.	190
	61.	430
	61.	659
5.	3.	192
	8.	827
	9.	196
	9.	734
	15.	184
	15.	541

Cap.	Comm.	Pag.
	20.	196
	21.	541
	24.	91
	25.	90
	26.	196
	26. *quater*	665
	26. *bis.*	696
	26.	706
	26.	719
	26.	880
	28.	665
	35.	879
	36.	665
	36.	719
	36.	880
	37.	968
	43.	601
	43.	696
	43.	968
	46. 52.	766
	52. *bis.*	994
	53.	363
	55.	994
	56.	709
	60.	824
	65.	68
	65.	186
	65.	889
	66.	*ibid.*
	66.	988
	68.	606
	68.	889
	75.	824
6.	7.	659
	23.	660
	26.	659
	33.	660
	33.	753
	40.	660
7.	19.	624
	19.	662
	19. *bis.*	663

Cap.

Cap.	Comm.	Pag.
	31.	691
	36.	994
	39.	545
	39.	633
	39.	634
	40.	545
	40.	633
	40.	749
	45.	545
	45.	633
	45.	779
9.	2.	782
	2.	811
	2.	883
	4.	624
	4.	663
	5.	749
	15.	346
	19.	901
	33.	267
	33. *bis.*	1028
	35.	90
	36.	893
	37.	771
	42.	273
	45.	190
	50.	429
	50.	606
	50.	633
	50.	634
	50.	636
	50.	758
	50.	759
	50.	952
	50.	1026
	50.	1029
	50.	1032
	50. *bis.*	1043
	52.	779
	62.	614

Cap.	Comm.	Pag.
	62.	629
	62.	632
	63.	614
	64.	632
	73.	883
	73.	897
10.	29.	269
	30. *bis.*	178
	30. *bis.*	179
	38. *bis.*	178
	69.	824
	69.	866
	71.	866
	75.	824
	75.	866
	77.	606
11.	34.	178
	34.	179
	34.	572
	34.	878
	34.	965
	57. *bis.*	179
	60.	586
	61.	788
	63.	668
	63.	697
	67.	258
	67.	372
12.	25.	559
	31.	90
	31.	91
	38.	187
	38.	546
	47. 49.	369
13.	13.	371
	13.	546
	20.	547
	20.	739
	23. *bis.*	616
	23.	667

Cap.	Comm.	Pag.
	30.	901
	43.	788
	54.	779
14.	5.	866
	7.	543
	33.	659
	34.	607
	34. *bis.*	779
	34.	780
15.	11.	738
	28. 35.	779
	39.	698
16.	9.	*ibid.*
	15.	830

II. MACCAB.

Cap.	Comm.	Pag.
1.	7.	23
4.	26.	103
	40.	107
10.	32.	779
11.	5.	430
	5.	659
12.	9.	430
	9. *bis.*	824
	17.	134
	21.	601
	21.	696
	26.	601
	27.	766
	29.	430
	29. *bis.*	994
	36.	767
	38.	912
13.	19.	659
	24.	805
14.	16.	735

III. MACCAB.

Cap.	Comm.	Pag.
1.	2.	967
7.	15.	541

INDEX
NOMINUM PROPRIORUM
& rerum praecipuarum.

Ut numeros paginarum margini adscriptos sequaris, benigne Lector, te iterum monemus atque rogamus.

A.

Abatim, mons. pag. 342. 496
Abdon, urbs, describitur. 518
Abel, quid notet. 525
Abel, inter Paneada & Damascum. 519
Abel, quae & Abel beth maacha, describitur. *ibid.*
Abel, vicus 6. miliaribus a Philadelphia 519. 521
Abel, urbs 12. miliaribus a Gadaris ortum versus. 480. 519. Abela. Batanaeae dicta.
Abela οἰνοφόρος, eadem ac Abela Batanaeae nobis dicta. 519. 523. 525
Abel haffchittim, describitur. 520
Abel Keramim quae. 521
Ἀβελλάνη, quae. 520
Ἀβελμαχέα, quae. *ibid.*
Abel maim eadem ac Abel beth maacha. *ibid.*
Abelmea quae. 522
Abel mechola quae. *ibid.*
Abel mitzraim. 520. 522
Abesaros, patria primae conjugis Davidis. 523
Abetz, urbs tribus Jissascar. 524
Abida, pro Abila. 459
Abila inter Damascum & Heliopolin. 317. 527. eadem quae Abila ad Libanum nuncupatur.
Abila, sedes episcopalis in Palaestina. 529
Abila Peraeae describitur. 524
Abila Lysaniae. 458. quae & Abila ad Libanum. 527
Abila Batanaeae. 525
Abila Coelesyriae. 459
Abila Decapoleos. 525. eadem ac Abila Batanaeae.
Abilene, tetrarchia. 526
Ἀβιληνίων non male in nummis legi dicitur. 528
Abilla, Phoenices 227
Abrahamium, dicta urbs Chebron. 709
Absinthium in Ponto & Arabia. 89
Absus, num flumen Palaestinae. 297
Abulfedae Ismaëlis, Principis Hamae in Syria, Geographia manu scripta 595
Abuma, urbs. 534
Abydos, in medio orbis habitati. 55
Accaron, vide *Ecron.* 519
Acco, sinus ejus qualis. 328. 539
— urbs Ἄκη dicta. 432
— non recensetur inter urbes Ascheriticas. 518
— describitur 534. *& seq.*
Achabara, quae. 542. 705
Achalab. Vide *Achlab.*
Achlab, non recensetur inter urbes Ascheriticas in libro Josuae. 518. 543
Ἄχυρα quid? 264
Acra, nomen Acconi datum. 538
— nomen urbis, quam Ecronem fuisse sunt qui putent. 543
Acra, mons Hierosolymitanus, describitur. 846 *& seqq.*
Acrabattene, toparchia. 176

Acrabatene describitur. pag. 191
Acrabbim, vicus. 543
Acschaph, in tribu Ascher. *ibid.*
Acta Apostolica Hebraice jam olim versa. 1038
Actipus, urbs. 542
Aczib, urbs tribus Ascher. 543
Adada. 544. 583
Adadremmon, ubi. 500
Adam, sepultus juxta Chebronem. 709
— sepultus in Golgotha. 860
Adam, urbs. 544
Adama, urbs a Deo eversa. 545
— urbs Nephtali. *ibid.*
Adami, urbs Nephtali. *ibid.*
Adana, urbs. 8
Adara, vicus Palaestinae tertiae. 545
— ita legitur aliquando pro *Adraa.* 547
Adasa, urbs Judaeae. 545
— vicina Bethchoroni. 633
Adatha, vicus. 546
Addara, vicus. *ibid.*
Adida, urbs, ubi campi. 371. 546
Aditha, vicus. 546
Aditthaim, urbs Judae. *ibid.*
Admatha. 546. 230
Adollam ubi sita. 480. vide Adullam.
Adonis, flumen cujus aquae rubrae, & unde. 269
Adonidis simulacrum Bethlehemi. 647
Adora, urbs. 546
— aliquando latet sub nomine *Dorae.* 739
Adora pro Chatzor, 597
Adoraim, urbs. 547
Adra Coelesyriae. 459
Adra, urbs Arabiae Petraeae. 464
Adraa. Inter ea & Bosbstra speluncae. 110
Adraa, urbs. 547. 666
Adrama, urbs Batanaeae. 459
Adrasos, urbs Arabiaeiae. 547
Adri, urbs Arabiae Petraeae. 463
Adullam, urbs. 546. 549
Aegyptus, una ex quatuor regionibus quae nec terrae Israëliticae nec regionibus extra illam per omnia sunt similes. 16
— incipit a lacu Sirbonide secundum Herodotum. 43
— an dicta sit Mitzraim de nomine hominis, an vero ab angustiis. Probatur prius. 64
— an confinis sit terrae Israëliticae. 58. 286
— ab illa in Palaestinam per quae loca iter confici soleat. 59
— flumen Aegyptiacum qua ratione dicatur fluvius vicinus Rhinocoluris. 286
— aetate Josuae se non extendit usque ad terram Israëliticam. *ibid.*
— caret aqua pluvia. 380
— oleas quasdam habet sed non adeo praestantes ac Palaestina. *ibid.*
— vites non habuit, sed zytho usa fuit. 381
Aelia Capitolina. 693
Aelia, non fuit distincta ab Hierosolymis. 207. 230
Aelom, nomen urbis Ajalon. 553
Aenon, ubi Johannes baptizabat. 550
Aenon, ubi sita. 480
Aër insalubris ob calorem in campo magno. 363
— purus in Palaestina, contra in Aegypto. 385
— frigidior Hierosolymis quam Jerichunte. 387
Aerae in nummis veteribus notatae, Ascalonitarum. 594
— Bostrenorum. 665
— Caesareensium. 675
— Dorensium. 741
— Gadarenorum. 776
— Gazaeorum, & sententia Ill. Spanhemii de illa. 798

Aerae Raphienſium. 967
— Sebaſtenorum. 981
— Neapolitanorum. 1005
— Tyriorum. 1055
— Sidoniorum. 1015
— Tiberienſium. 1042
Aeſculapii nemus inter Sidona & Berytum. 433
Africa. In eam fugerant Amalecitae. 82
Afro. 230
Agalla, urbs. 550
Agallim. 579
Agathopolis, urbis nomen ex errore ortum. 550
Ἀγείρας quid. 95
Agla, ubi ſita. 480
Agnus caſtus ad ripam Jordanis. 274
Ἄγρα, nomen urbis Petrae. 933
— an inde fit nomen Ἀγρεὺς in nummis. 934. & ſeqq.
Ἀγρεὺς in Nummis quid. *ibid.* & ſeqq.
Agricultura Nabataeorum. 94
— in Palaeſtina cum fructu exerceri poteſt. 385
— quomodo inſtituatur in Palaeſtina. 388
— Syrorum deliciae. 607
Agrippa uterque. Horum genus & regnum deſcribitur. 174. 175
— unde hoc nomen ortum ſit. 552
Agrippias, urbis Anthedonis nomen. 552 567
Ahila. vide Elath.
Ai, urbs, deſcribitur. 552. 566
Ajalin, urbs. 558
Ajalon, vallis. 357
— urbs. 154. 166. 170
— deſcribitur. 553
— duplex locus eſt hoc nomine. 953
Aigaleim, ubi ſita. 481
Aija, urbs tribus Benjamin. 554
Ajin, urbs tribus Judae. *ibid.*
Aila. Vide Elath.
Ain, urbs Simeonitica, forſitan eadem quae Bethanin poſtea dicta. 626
Aitam, urbs Judae. 558
Ἄκη, nomen urbis. 536
Ἀκὼμ nomen urbis in codicibus Graecis V. T. 534
Alammelech. 558
Alaphionis patria. 585
Alexander conditor Pellae. 737
Alexandria. Palus Alexandrina coracinos nutrit. 301
Alexandrini cepas appellant Ἀσκαλωνιαῖα. 587
Alexandrium, arx. 730
Alexandro ſchoene inter Tyrum & Ecdippam. 415
Algaur, الغور, nomen campi magni. 365
Alinternae in Palaeſtina. 379
Ἀλλόφυλοι, qui dicti. 41. 75. 76
Allud. 717
Allus. *ibid.*
Almon Diblathaim unde dicta. 287
Almon, urbs. 585
Alpes, unde dictae.
Ἀλσάλαμος mons, unde dictus. 343. 458. 459
Alula, vicus. 558
Alus, vicus. 553. 558
Amad, urbs in Aſcher. 559
Amalecitis. 69. 83
— deſcribitur. 78. & ſeqq.
— mons Amalecitarum. 346
Amam, urbs Judae. 559
Amantius in Palaeſtinam miſſus, ut Samaritanos coërceret. 673
Amanus, mons. 125. 320
— diverſus ab Amano Ciliciae. 320
Amatha in Libano eadam ac Emeſa. 317
— an ſit Epiphania. 317
Amatha, vicus vicinus Gadaris. 559. 302
— eſt & nomen oppidi Arabici. 559

Amatha,

Amatha, ubi aquae calidae. *ibid.*
Ἀμάθη, quae. 119
Amathus, olim Tzaphon. 308
Amathus, urbs Peraeae. 559
Ambroſiae Petrae. 1055
Amerutha, vicus Galilaeae. 560
Amida. 571
Ammaus, prope Tiberiadem. 302. 560. 758
Ammaus, vicina Jamniae. 362. 758
— dicta olim videtur Ir Schemeſch, & ex Σαμμαοὺς natum nomen Ammaus. 428
— non eſt eadem ac Emmaus, vicus, in Evangeliis memoratus. 426
Ammonitis, qua in re ſimilis terrae Iſraëliticae. 10
— ubi ſita & unde dicta. 103
— an urbs ejus Abel Keramim. 521
Amora. 815. Vide *Gomorra.*
Ampelas, nomen corruptum ex Abdallas. 757
Ἀμφίκυρτος quid. 852
Amphipolis Thraces olim Ἄρεος πόλις. 578
Anab, urbs Judae. 560
Anablatha, vicus propinquus Betheli. 561
Anacharath urbs. *ibid.*
Anania, urbs. *ibid.*
Anapus vetus. 272
Anathoth abfuit Hierofolymis 20. ſtadia. 450
— deſcribitur. 561
Ἄνβιλλα vide *Abila ad Libanum.*
Andromeda circa Joppen ceto expoſita. 436. 439. 865
Anea, ubi ſita. 481. 566
Anem, urbs. *ibid.*
Aner, urbs. *ibid.*
Angaris mons. 345. 439
Angulus Arabiae. 203
Anguriae in Palaeſtiſtina. 379
Animotha. 231
Anitha, urbs Arabiae Petraeae. 464
Anna, urbs. 552. 566
Annus. Quarti anni fructus in Syria. 13
Annus Sabbathicus an obſervatus in regione trans Jordanem. 5
— etiam in Syria obſervatus. 12. 13
— non obſervatus in Aegypto, Babylonia, Ammonitide & Moabitide. 14
Antaradus. 216. 318
Antediluviana, quae dici ſolent, piſces, conchae aliaque intra montium viſcera reperta. 321
Anthedon, ubi. 439. 460
— dicta & Agrippias. 552
— deſcribitur. 566
Antibius. Aſcalonita. 594
Antilibanus ubi, & quomodo Libanus appellari poſſit. 311
Antiochia ita olim dicta eſt urbs Gadara. 774
Antiochia urbs Coeleſyriae. 8. 119. 205
Antiochi pharanx. 568
Antiochus philoſophus, Aſcalonita. 436
— Cycnus, Aſcalonita. 594
Antipatris deſcribitur. 568
— ubi ſita. 461
— olim dicta Capharſaba. 455
— urbs, male ſcripta Antipatros. 215
— ſita in campeſtribus, non longe a montibus. 371
— arboribus cincta. 378
— via inter hanc & Jamniam. 408
— via inde Hieroſolymas. 409
— quantum abfuerit a Joppe. 455
— ab Antipatride ad Gebam latitudo terrae a Judaeis habitatae. 802
Antoninus Imperator nomen non dedit itinerario de ejus nomine dicto. 415
Anua, ubi ſita. 481. 571
Apadna. 571
Apadno. *ibid.*

Apathos,

Apathos, regio, sedes episcopalis. 215
Apathos, in Palaestina prima. 571
Aphaca, inter Heliopolin & Byblum. 315
Aphaerema. 572
Aphar lacus ubi. 267. 579
Aphec, in tribu Ascher, altera in tribu Judae, tertia prope Jizreel. 572
Aphra, vicus. *ibid*
Aphtha. 573
Aphraim, ubi sita. 481. 573
Apis, filius Lunae. 631
Apollonia. 439. 460. 570
— describitur. 573
Apollonius Ascalonites. 594
Ἀποτειχίζειν aliquando est moenia exstruere. 854
Apsines Gadarenus. 775
Aqua multa Gibeone. 710
— Palaestinae ex fontibus, pluviis &c. 380
— Lacus Asphaltitis salsissima & amara. 241
— ejusdem lacus gravior & spissior aliis, sic ut res injectas magis sustineat & extollat. 241
— ejusdem lacus hyeme amarior quam aestate. 242
— lacus Tiberiadis frigida instar nivis. 260
— Gadarena lacustris. 773
— lacus Samochonitis coenosa. 262
— Diensis pessima. 737
— coloris sanguinei in lacu Hierosolymitano. 269
— rubra fluvii Adonidis. 269
— rubra fontis circa Joppen. 270
— dulcis in mari prope Gazam. 287
— fontis Elisaei salubris. 294. 300
— magna olim ejus copia in Palaestina. 299
— dulcis in Judaea & Galilaea. 300
Aqua per aquae ductum Hierosolymas delata a fonte Ethan. *ibid.*
— calida. Vide *Thermae.*
— nulla in campo magno excepto Jordane. 363
Aquae ductus a piscinis Salomonaeis Hierosolymas usque. 304
Aquila, interpres contextui Hebraeo maxime adhaerens. 361. 377
Ar, urbs Moabitica. 577
Arab, urbs. 573
Araba, ubi sita. 481. 573
Arabes. Iis ereptae urbes ab Alexandro rege. 550
Arabia. Ita regio trans Jordanica nuncupatur. 36. 197. 681. 727
— singulari cura a Ptolemaeo descripta. 705
— vicina Palaestinae describitur. 85
— nomen hoc Idumaeae tributum tempore Origenis. 756
— nomen hoc late patet. *ibid.* 484
— ex montibus ejus oritur flumen Arnon. 101
— Philadelphiensis quae. 105. 612
— γωνία ejus quae. 203. 483
— pars ejus Palaestina tertia dicta est. 212
— in versione Graeca legitur pro ערבה, *campo.* 360
— an vera patria balsami. 383
— Petraeae Arabiae urbes. 463
— eadem ex parte quae Palaestina tertia. 613
— postea Gerasa dicta. 806
Arabus, vox proba, ut Arabs. 88
Arad, ubi. 481. 501. 573
Aradus, urbs Phoenices. 216. 318. 431. 459
Aram. vide Syria.
Arama. 574
Arandi modus in Palaestina. 388

Arapalunareon mons. 458
Arath. 574
Arath, ad occidentem Aeliae. 378
Aratrum duobus bubus trahitur in Palaestina. 388
— in Syria solet esse exiguum. *ibid.*
Araxes, unde nomen habeat. 271
Arbel, vallis. 358
Arbela pro monte Bala. 610
Arbela in campo magno. 367. 575
Arbores cypri in solo Ascalonitico. 589
— ramos incidere licet ubique surculi inserendi causa. 261
— Palaestinae recensentur. 379
— in Palaestina. 385
— Schittim quae. 520
Arbuti in Palaestina. 379
Arca, urbs regni Agrippae, inter quam & Raphanaeam fluit amnis Sabbation. 292. 317. 576
Arce, urbs Armeniae secundae. 529
Arce in tribu Ascher. 171
— describitur. 575
Arce, nomen urbis Petrae. 86. 576
Arce, Phoenices maritimae urbs, recensetur post Tripolin. 216. 576
— inter Antaradum & Tripolin sita. 122. 316
Archelais, urbs Judaeae. 462
— ubi palmae optimae. 383
— describitur. 576
Ἀρχὸβ nomen urbis in codicibus Graecis V. T. 534
Arci an Arcitae ad Libanum. 137
Arda. 574
Ardom, male pro Abdon. 518
Area atad, ubi sita. 481. 501. 522. 523. 601
Areceme, nomen unius urbis Petrae. 100. 105. 576
Areopolis. 231. 217. 530.
— vallis ad septentrionem ejus. 358. 495
Areopolis iter inde Arnonem. 408
— describitur. 577. 957
Arethusa, urbs. 579
Argob, vicus. 808. 959
Argob, regio quae. 201
Aribdela. 533
Aribela. 581
Arieldela. 231. 581
Arieles, vicus. 584
Ariel, idolum Moabitarum. 577
Arielitis, regio. *ibid.*
Arimanon. 579
Arimathaea, urbs, describitur. 579
Arimi & Arami Syri. 46. 111
Arindela. 533. 581
Aristobulias. 356. 685. 582
Armathem. Vide *Ramathaim.*
Arnon, terminus Moabitidis. 101. 281
— unde oriatur. *ibid.*
— medium ejus quid. 118
— praesidium apud Arnona. 232. 268. 578
— describitur. 281
— diversus ab Arnona, tractu. 495
Arnonas, tractus ab Arnone fluvio diversus. *ibid.*
Aroel pro Adada. 583
Aroër. 102
— ubi. 118. 583
— describitur. 582. *& seqq.*
Aroiles. 584
Aror. *ibid.*
Arpad. 119
Arpha, vicus. 584
Arsane. *ibid.*
Arsinoë & Pelusium distant CXXV. miliaribus. 440
Arsuf, nomen loci. 569. 570. 596
Artemidorus Ascalonites. 594
Artha. 584
Arvad, an incolae Aradi. 137
Arubboth. 585
Aruci, urbs. 544

Aruir, vicus. 585
Aruma. 580. 585
Arus, vicus. *ibid.*
Arsalea, vicus. *ibid*
Asamon, nomen montis. 343
Asan, ubi. 482
Ascalon, describitur. 586. *& seqq.*
— Majumas ejus episcopum habuit ab episcopo Ascalonis diversum. 530
— septentrionalior Gaza. 59. 460. 509
— vinum ejus. 288
— Deus Ascalonitarum. 794
— circa illam flumen. 288
— iter eo ab Hierosolymis quale. 407
— urbs Tyriorum. 432
— pro Gerar substituta. 805
— cepas optimas profert. 436. 588
— oppidum liberum. 439
— quanto intervallo abfuerit ab Hierosolymis. 443
Ascalonitica, genus ceparum. 436. 588
Aschan, urbs. 596
Aschdod, vide Azotus.
Ascher, tribus; urbes ejus & termini 158
— ejus fuit Carmelus & Dora. 539
— contigit tribum Menasse, sic ut nullius tribus portio fuerit intermedia. 539
— est & nomen urbis. 596
Ascheritarum urbes quae. 158
— in Josuae libro non omnes recensentur. 518
Aschua, urbs Judae. 597
Aser, ubi. 482. 596. 597
Asini ad agriculturam quare adhibiti in Palaestina. 388
Asophon. 597
Asor campus. 372
— est & vicus hoc nomine. 597
Asor nova. 709
Asoros, urbs. 597
Asphaltites. Vide Lacus.
Assaremoth. 598
Assur, nomen corruptum loci. 569. 596
Assyrium veteribus saepe idem erat quod Syrium. 1012. 1013
Astracan. Loca ei vicina sal habent. 60
Astaroth, urbs in Baschan, describitur. 598. 727
Astarte, numen Syrorum, cujus templum in urbe Beestera. 621
Asteroth carnaim ubi. 79. 598. 141
Asuada. 230. 598
Asuganrina. 599
Atabyrius Jupiter. 332
— mons. vide Tabor.
Atabyrium oppidum. 599
Atach, urbs. 600
Atad, vide *Area Atad.*
Atargation. 601
Ataroth, nomen urbium. *ibid.*
Atharus ubi. 482. 602
Athenae in medio orbis habitabilis. 53
Athone, urbs. 602
Atroth Addar. *ibid.*
Atroth Scophan. *ibid.*
Atzem. 153. 605
Atzmon. 605
Avara, urbs Arabiae Petraeae, 463
Aves volantes supra lacum asphaltitenum moriantur, & unde nata sit fabula. 244
— in diluvio Noachico etiam perierunt. 321
Augustopolis, urbs Palaestinae tertiae. 217. 602
Avith, urbs Edomitica. 67
Aulon Cilicius. 101
Αὐλὸς vallis. 365
Αὐλὼν quomodo nomen Hebraeum. 364
— dicitur campus magnus. 364. 365
— dicitur vallis inter Libanum & Antilibanum. 372
— dicitur & vallis inter Libanum & alium

alium montem parvium, non Antilibanum. 508
Avoth Jair ubi. 483
Auranitis. Eadem ac Ituraea. 106
— metropolis Auranitidis Bostra constituitur a Mohammedanis. 666
Aurasius mons. 346
Aureopolitanus. 530
Auster. Regio australis quae. 186
Aza, mons. 346
— fuit & nomen urbis Azoti. 789. & Gazae. *ibid.*
Azanoth. 602
Azare. *ibid.*
Azazel, mons. 347
Azeca. 603
Aznoth. 372
Azochis. 605
Azotopolis. 550. Vide *Azotus.*
Azotus olim Aza dicta. 789
— In regione ejus torrentes. 287
— describitur. 606. *& seqq.*
— mons ejus. 346
— via inter illam & Jamniam. 409
— ubi. 439. 507. 509
— portus. 460
— urbs Graecorum ad mare. 694
— Azza. Vide *Gaza.*

B.

BAala, urbs. 609. 725
Baalath, urbs. 610. 615
Baalath beer. 610
Baalbec, urbs. 794
Baal chermon, ubbi. 323. 610
Baal Gad. 610
Baale Jehuda. *ibid.*
Baal maim. 615. 622
Baal meon, urbs I Rubenitarum. 611
Baal peratzim. 611
Baal schalischa. *ibid.*
Baal thamar. *ibid.*
Baaras, locus. 303. 487. 611. 881
Babylon. Campus magnus ejus. 360
Babylonia, una ex quatuor regionibus quae nec per omnia terrae Israëliticae sunt similes, nec regionibus extra eam. 10
— in illa est lacus dictus asphaltites. 244
Baca, vicus. 611
Βακαὶθ urbs ab Hunnuguris constituta. 613
Bacatha, ubi. 531. 532
Bacatha, vicus Arabiae. 105
— describitur. 612. 613
Bacchum a Judaeis coli putabant Gentes. 1017
Bachurim. 614
Bactra, male legitur pro Bacatha. 612
Baculus S. Ethelredae e quo fraxinus crevit. 712
Baetarrhus, vicus. 614
Baether, urbs Judae. *ibid.*
Baetis quare Guadalkebir dicatur. 271
Baetoanaea, ubi balnea salubria. 303
Baetogabra. Vide *Betogabra.*
בית redditum per τόπος. 636
Baitoanaea, ubi sita. 483. 616. 660
Bala, urbs. 609. 614
Balamo. 615. 622
Balanea, urbs. 920
Baleth, eadem ac Baalath. 615
Balnea Tiberiadensia &c. 302. 303
— Baetoaneae. 483
Balsamum in convalle vicina Nabataeis. 93
— in Engaddi. 356. 449
— an in sola Judaea olim creverit. 383
— in regione Jerichuntina. 830
Bamoth baal. 308. 615
בר an pro incola loci sumi possit. 728
Barathsatia. 615. 698
Barce, urbs Libyae dicta Ptolemais. 536
Barcochab, pseudomessias, unde dictus. 728

Bareca, vicus. 615
Barica. 356
Bartuta. 615
Baru, loci nomen. 303. 487. 881
Basan, male dicitur esse regio terrae Canaan. 6
— describitur. 200
— montes ejus. 342
— pro Bethsan positum. 993
Basara. 616
Basca. *ibid.*
Bascama. *ibid.*
Baschan. Vide *Basan.*
Basilides, Scythopolites. 998
Batanaea male legitur pro Nabatea in Epiphanio. 93
— ubi collocanda. 108
— quas urbes ei adscribat Eusebius. 197
— quae appellatur Josepho. 202
— num attigerit Jordanem. 317
— urbs ejus Gaulon quomodo Josepho dicatur. 317
— urbes ei quas assignet Ptolemaeus. 459
— angulus ejus. 483
— non est quae Βετάνη dicitur. 625
Bathanea. 616
Bather (montes) 345
Bathsama. 616
Bathura, vicus. *ibid.*
Batnae in tribu Ascher. 483
Batthora Arabiae. 232
Bealoth. 617
Bebeten, ubi sita. 482. 617.
Bedora. *ibid.*
Bedora, urbs Judaeae. 462
Beelmaus. 488. 611. 617.
Beelsephon, urbs. 623
Beer. 617
Beeroth, describitur. 618. 501
Beeroth bene Jacan. 930
Beerscheba. Fuit in regione Geraritica. 187
— saltus Bersabe etiam dicitur saltus Gerariticus. 215. 620
— ipsa erat in Palaestina tertia, sed saltus ejus in prima. *ibid.*
— Berosaba dicitur. 229
— ubi sita fuerit. 484
— describitur. 620
Beestera, urbs postea Bostra dicta. 621 662
Begabar, trans Jordanem. 621
Begabris. 628
Beigeberin. *ibid.*
Bekiin, nomen loci inter Jafnen, & Lyddam. 621
Bela, nomen urbis Zoarorum. 622
Belemoth, patria Hoseae. 615. 622
Belinas, nomen Paneados. 919
Belmen. 622
Belsephon. 623
Belthem. *ibid.*
Belus: herba in eo crescens, qua vulnus Herculis curatum est. 537
— amnis oritur ex palude Cendevia. 267
— describitur. 289
Bemeselis. 623. 651
Bene berac, urbs Danitarum. 623
Benjamin, tribus. Urbes ejus. 155
— regio tribus illius non pertigit usque ad mare. 540. 725
— an in portione ejus fuerit Jerusalem. 839. *& seqq.*
Bennamarem. 623
Beon. 624
Bera, ubi sita. 484. 615. 624
Berdan. 624
Berea. 624
Berosaba. 620
Berotha. 624
Bersabe. Vide Beerscheba.
— est & nomen vici in Galilaea. 624

Berse-

Bersetho. *ibid.*
Berytus. 216. 431. 509
— 400. stadiis a Sidoone. 433
Berzamma. 625
— urbs Idumaeae. 462
Besan, pro Bethsan. 365
Besimoth. 625
Besira. *ibid.*
Besor flumen, ubi. 288
Betachora. 625
Betagabaeorum vicus. 628
Betane. 625
Betaris. 345. 626
Betarus. 626
Beten, urbs tribus Ascher. *ibid.*
Bethabara ad ripam Jordanis. 509. 626 627. 631
— non erat vicina Hierosolymis. 635
Bethacad. 627
Bethachamar. *ibid.*
Bethagabra, eadem quae Bethogabra. *ibid.*
Bethagathon, vicus. 628
Bethagla, ubi. 481. 628
Bethai. 628
Bethalagon. *ibid.*
Bethamar. 629
Bethanath. *ibid.*
Bethania, ubi sita. 509. 426
— describitur. 629
Bethanin, ubi. 485. 626. 1068.
Bethanoth. 1068
Bethar pro Bethel. 637
Betharamatha, eadem ac Amatha. 560. 640
Betharamphta, postea Livias dicta. 497
Betharim. 1068
Bethasa. *ibid.*
Bethasimuth, ubi. 485
Bethasora. 417
Beth aven describiturur. 631
Bethbaal meon in l Peraeae campestribus. 308. 611. 632
Bethbara. 632
Bethbasi. *ibid.*
Bethbiri. *ibid.*
Bethcar. *ibid.*
Bethchaisa. 553
Bethchogla. 632
Bethchoron. Inde usque ad mare erat regio singularis. 306
— inde usque ad Emmaunta sunt montana. 309
— sita in via ducente Aelia Diospolin. 406. 486
— quot stadia abfuerit ab Hierosolymis. 447
— describitur. 633
Bethdagon. 635
Beth diblathaim. 102
Betheked. 636
Bethel describitur. *ibid.*
— urbs diversa a Bethaven. 631
— urbs tribus Benjamin, attamen Cananaeis erepta a domo Josephi. 841
— inde usque ad campum magnum est regio Ephraim. 367
— ubi sita. 485. 501. 506
— ad ortum ejus montes. 346
— locus sanctus, ubi collecta instituebatur. 561
Bethelia, vicus Gazaeorum. 638. 800
Bethemec. 639
Bethenim. *ibid.*
Bethennabris. *ibid.*
Bether, urbs ab Hadriano capta. *ibid.*
Bethere. 640
Bethesda, piscina. 856
Bethezoba. 640
Bethgabril, creditur a quibusdam esse Bersabe, at forsan est Bethagabris. 621
Beth gamul. 102
Bethgubrin. 640
Beth haarava. *ibid.*
Beth hakkerem. *ibid.*

Beth-

Beth hammarkevoth. *ibid.*
Beth hammeganaim. 629
Beth haram. Vide *Beth haran.*
Bethharamphta, nomen recentius urbis Bethharan. 308. 869
Beth haran, in vallibus Peraeae. 308
— nomen ejus recentius Bethramtha 308
— eadem quae Bethharam, describitur. 641
Beth hasschitta. 642
Beth Jeschimoth. *ibid.*
Beth lebaoth. *ibid.*
Bethleem. Vide Bethlechem.
Bethlechem. Puteus in porta ejus. 268
— non longe ab illa aquae Hierosolymas per aquae ductum ferebantur. 300
— describitur. 416. 642. *& seqq.*
— quantum abfuerit ab Hierosolymis. 424. 445. 486. 508
— quantum abfuerit a Joppe. 486
— a Joppe usque ad Bethlechem est latitudo terrae Judaicae. Succedit vastissima solitudo. 486
Bethleptepha. Quae, & toparchia ejus. 176. 637. 638. 648.
Bethmaaca. 649
Bethmaela. *ibid.*
Bethmarkevoth. *ibid.*
Bethmaus. *ibid.*
Bethmeon. 649. 102
Bethmillo. 649
Bethnabaris, ubi. 487. 649
Bethnamar. 650
Bethnetopha. *ibid.*
Bethnimra in vallibus Peraeae. 308
— postea dicta Bethnimrim. 308
— describitur. 650
Betholene toparchia quae. 637
Bethom, patria Joëlis. 651
Bethora. *ibid.*
Bethoron. Vide Bethchoron.
Bethpatzzetz. 651
Bethpeleth. 652
Bethpeor. 497
Bethphage describitur. 652
Bethrima. 653
Bethsaida describitur. 653. 869
Bethsalisa, ubi. 487. 655
Bethsames. Vide Bethschemesch.
Bethsamos. 656
Bethschean, urbs. 272. 363. 657. Vide *Scythopolis.*
— fluvii ejus. *ibid.*
Bethschearin. 657
Bethschemesch, ubi sita. 656
Bethsemera. 657
Bethsoron ubi. 487
Bethsur, quantum abfuerit Hierosolymis. 430
— positum pro Bethel. 600
Beth tappuach. 658
Bethtzur. *ibid.*
Bethuel. *ibid.*
Bethul. *ibid.*
Bethulia. *ibid.*
Bethzaanim. 663
Bethzacharia. 660. 753. 281. 870
Bethzetho. 662
Betoanea. 660
Betoannaba. 661
Betogabra. 461. 627
Betomesthem, ubi. 369. 661
Betonim. 661
Betthar. 626
Betulia, vicus Gazaeorum. 59. 638. 639
Betzer, urbs, non est eadem quae Bostra. 621
— describitur. 661
Bezanduce, vicus. 752
Bezara. 663
Bezec. 663. 487
Bezedel. 663
Bezeth. *ibid.*
Bezetha, collis. 855

Biblio-

Bibliotheca Caesareensis. 677
Bileam. 663
Bilha, eadem ac Bala. 610. 664
Biram. Thermae ejus. 302
Birath arba, loci nomen. 644
Bitelios. 215
Bithjemes. 664
Bitsama. 230
Bitther, urbs Judaeorum ab Hadriano capta, non est eadem quae Bethchoron. 634
— videtur esse Bether. 639
Bittherebin. 664
Bitulion. *ibid.*
Bitumen lacus asphaltitis. 240. 440
— non appellatur in sacro codice טלח, *Sal.* 243
— circa Sidonem. 440
Bizjoteja. 665
— an nomen urbis. 143
Boëthus, Sidonius. 1016
Bos aureus Gilgale constitutus vocem edidit. 783
Bosor. 665
Bosora. Ita Graeci nuncupant urbem Beestera. 166
Bosorra. 665
Bostra, legio. 464
— urbs, olim dicta Beestera. 621
— describitur. 665
Bostrenus, nomen fluvii ad quem sita est Sidon. 437
Bothnia. 667
Botolion. 800
Botrys. 216. 529
Botzcath non est Bacatha. 613
— describitur. 667
Botzra. 102. 662
— urbs Arabiae. 109. 133. 232
Boves in Palaestina. a. 381
— & asini agricultilturae admoti in Palaestina. 388
Briazus, mons & DDeus. 328
Bucolon, urbs inter Ptolemaida & turrim Stratonis. 435. 667
Byblus. 216. 269. 509
Byrthum, oppidum. 571

C.

CAbbon. 667
Cabtzeel. 668
Cabul, regio. 700
Cabul. 668
Cadesch, id est, En mischpath. 79. 115
— barnea quae. 114. 668
— una in Naphtali, altera in Zebulun, locatur a Graecis. 167
— in Naphtali, juxta Paneadem. 487. 668
Cadmonaei, qui. 141. 94
Cadmus. Comites ejus Gephyraei qui. 141
Caduceus cur serpente gemino cinctus. 851
Cadytas, herba. 670
Cadytis, urbs. 43. 668. 669
Caesarea maritima. Vicinus ei est lacus a crocodilis nomen habens. 270
— videtur in nummo veteri nuncupari ἡ πρὸς Σεβαςῶν. 912
— describitur. 679. *& seqq.*
— flumen ei vicinum. 281. 460. 538
— via inde Ptolemaida. 409
— via inde Tyrum, Sebasten, Diospolim, Scythopolim. 409. 410
— colonia deducta a Vespasiano. 439
— quot stadia abfuerit ab Hierosolymis. 443
Caesarea Philippi. Vide *Paneas.*
Cajin, urbs. 678
Caipha, urbs ad radicem Carmeli. 330
Vide *Hepha.*
Caipsa, urbs Ascheritica. 159
Calamona. 230. 678
Calamus odoratus in Syria. 264
Calamus odoratus circa lacum Samochoniten. 507

Caleb,

Caleb, nomen loci. 678
Calgyia, urbs Arabiae Petraeae. 463
Callirhoë, fons, describitur. 301. 302. 303. 678. 679
— urbs ad ortum Jordanis. 462. 678
Calor & siccitas aëris circa Lauram S. Sabae. 295
Calytis, urbs Syriae. 669
Cameli. Illis conficiendum est iter inter Pelusium & Heroopolin. 436
Cammona in campo magno. 368. 487. 679. 732
Camon. 679. 732
Campus. Moabitarum campestria extra Moabitin. 101. 308
— urbes sitae in campestribus Judae. 147
— dictus الغور quis. 1041
— magnus, in quo Megiddo. 170. 742
— magnus quem Jordanes perluit nomen dedit lacui asphaltiti. 240. 882. 977
— quem fontis Elisaei aquae perlabuntur 70. stadia longus est & latus viginti. 294. 830
— campi Judaeae, Galilaeae, & Peraeae ubi. 306. & seqq.
— Jerichuntis. 358. 383
— Campi Palaestinae recensentur. 359
— magnus duplex in Palaestina. 359
— magnus quem perlabitur Jordanes convallium nomine venit apud Plinium. 440
— magnus Jordanis quam longus. 453
Cana flumen. 289
Cana Galilaeae describitur. 679. & seqq.
Canaan, quis secundum Mohammedanos. 7
— posteri ejus qui. 135. 136
Canaan (terra) non complectitur omnem regionem, quae tribubus duodecim fuit adsignata, sed illam tantum, quae fuit ad occasum Jordanis. 4. 5. 6
— aliquando notat regionem Philistaeorum. 7
Cananaei, Phoenices dicti. ibid.
— gens una ex posteris Canaan ita dicta. 135. 139
Canatha, urbs. 133. 135. 459. 682
— describitur. 681
Candavia. 267
Can leban. 309
Cannae, ad ripam Jordanis. 274
Canoha. 135. 682
Cantin, sedes Samaritanorum. 599
Canutis, urbs. 669
Caparcotia. 461
Caparorsa, urbs Idumaeae. 462. 684. 690
Capernaum, fons. 361. 683
— urbs, describitur. 682. & seqq.
— videtur Capharnachum dici. 689
— sita in confiniis Zebulun & Naphtali. 259
— ibi olim soli Judaei habitabant. 1039
Capersana, vicus. 682
Capetolissa. 694
Caphar, כפר, non indicat vicum esse locum, cui praeponitur. 516. 683
Capharabis. 684
Caphar Acco. 182. 926. Vide *Acco*, & *Capharath*.
Capharachim. 684
Caphararia. ibid.
Capharath. ibid.
Capharaziz. 685
Capharcarcaë. ibid.
Capharbaricha. 685. 752
Capharbaruca. 356. 685
— 3. miliaria aberat Chebrone. 356
Capharbisch. 686
Capharchanan. 687
Capharchananja. ibid. 306
Capharchittaia. 687

Caphar-

Capharchobra. 1068. 800
Capharcotia. 687
Caphardago. ibid.
Capharderom. 688
Caphardicrin. 686
Capharetaea. 688
Caphargamala. ibid.
Capharíama. ibid.
Capharlakitia. ibid.
Capharnachum. 689
Capharneboria. ibid.
Capharnimra. ibid.
Capharnome. ibid.
Capharorsa. 690
Capharsaba. ibid.
Capharsalama. ibid.
Capharsamai. 691
Capharsarama. ibid.
Capharschichalin. 686. 691
Capharsecanja. 691
Capharsemelia. ibid.
Capharsigna. ibid.
Capharsorech. 692
Caphartanchumin. ibid.
Caphartebi. ibid.
Capharteruba. ibid.
Caphartoba. ibid.
Caphartzemach. ibid.
Capharutnai. 693
Caphethramis. ibid.
Caphra. 553
Capitolias urbs Coelelesyriae. 459. 220
— describitur. 693
— id nomen etiamn Hierosolymae datur. 462
Καπιτώλιον & Καπιτιτώλειον qua ratione differant. 820
Cappadoces Syri dicicti. 46
Cappares spinosae ci circa Hierosolymam. 523
Careaa. 694
Carcaria. 930
Carem. 694
Cariada. ibid.
Carianthedon, urbs. 567
Cariatha, ubi sita. 487
Cariathamaum. 694
Carmel, vicus ad ortum Chebronis. 476. 488. 501
— olim urbs, describitur. 695
Carmelus, mons. Intra radices ejus palus Cendevia. 290
— unicus fere mons ad litora Palaestinae. 305
— describitur. 327. & seqq.
— mons, & templum ibi Jovis. 432
— terminus Phoenices Hieronymo. 488
— juxta Dora. 509. 740
— mons fuit in portione tribus Ascher. 539
— ad radices ejus purpura nascebatur. 957
Carnain. 696. 727
Carnea. ibid.
Carta. ibid.
Cartan. ibid.
Cartha. 231
Casius mons, terminus australis Syriae. 47
— templum Jovis Casii ubi. 59. 61
— duplex mons hoc nomine. ibid.
— flumina monti Casio vicina. 285
— Pelusio proximus. 436
— vicinus lacui Sirboni. 439
— ubi. 458. 509
Cason. 696
Castra. 697
Castrum boni latronis, ubi. 429
— clysmatis. 556
Catonith. 697
Cattath. ibid.
Cedri a Salomone plantatae. 294. 1024. 1025
— num inde dictus sit torrens Kedron. ibid.

Cedri

Cedri Libani. 320
— in Palaestina. 379
Cedron. Vide *Kedron.*
Cendevia palus, e qua Belus amnis oritur. 267. 290
Cepae Ascaloniticae optimae. 436. 731
Cephei uxor Jope. 865
Ceratoniae in Palaestina. 379
Cerevisia ex hordeo apud Aegyptios. 381
Certa. 700
Chabolo, vicus. 701
Chadascha, urbs. *ibid.*
Chadatta. *ibid.* 708
Chadia. 701
Chadid, urbs. 546. 702
Chalamis. 702
Chalchul. 703
Chalcis duplex, una prope Beroeam, altera sub Libano. 315. 316
Chali, urbs Ascheritica. 703
Chalotten, genus ceparum ab Ascalone dictum. 589
Chalutza. 717
Chamatha, ubi. 119
— an Epiphania. 468
Chammath nomen thermarum. 302
— est & nomen urbis Nepthaliticae. 703
Chammon, urbs Ascheritica. *ibid.*
Chammoth Dor. *ibid.*
Chamoar, vicus. 723
Channaton. 703
Chapharaim, urbs in regione tribus Jissaschcar. 704
Chaphratha. *ibid.*
Charabe, vicus Galilaeae. 704. 542
Characmoba, urbs Arabiae Petraeae. 463. 705. 217
Chareth sylva. 378
Charod, fons. 300
Charod. 705
Charran. *ibid.*
Charri. 706
Chasalus, vicus ad radices montis Tabor. 489. 706
Chasbi. 706
Chasbin. 134
Chaslon. 706
Chasmonaei, num nomen habeant a monte Asamon. 343
Chasphoma. 706
Chatzar Addar. *ibid.*
Chatzar Enan ubi. 123. 706
Chatzar gadda. 707
Chatzar schual. *ibid.*
Chatzar susa. *ibid.*
Chatzar susim. *ibid.*
Chatzazon tamar. 708
Chatzor, regia Jabini. 262. 597. 708
Chatzor jitnan, an una urbs. 146. 709
Chavila Amalecitarum. 80
Chavran prope Damascum. 107. 346
— est Auranitis, Havran hodie Mohammedanis dicta. 666
Chebron, urbs Idumaeae dicta Josepho. 69
— describitur. 709. *& seqq.*
— ibi agni optimi. 91
— ex montanis ejus flumina ortum habent. 272
— non est eadem quae Eleutheropolis. 752
— mons in conspectu ejus. 346
— vallis ejus. 357
— via inter hanc urbem & Hierosolymas. 408
— ibi sepulcra Abrahami, Isaaci &c. 417
— quondam Arbe dicta. 489
— ubi sita. 591
Χείμαρρος quid. 284
Chelam. 716
Chelba. *ibid.*
Chelcath. *ibid.*
Chelcath hattzurim. *ibid.*

Cheleph.

Cheleph. *ibid.*
Chellus. 717
Chepha. 718
Chephar. *ibid.*
Chepher. 719
Chepher, regio. 170
Cheria. 719
Chermon, mons deslescribitur. 323. *& seqq.*
— ad radices ejus sita urbs quae cis Jordanem fuit. 610
— fuit limes regioninis transjordanicae. 610
— idem ac mons nivivis. 920. 324
Chermula quae. 230
Cheschbon, in cammpestribus Peraeae. 308
— ab Eusebio locatutur in regione montana. 308
— in Arabia Petraeaea, Ἐσβῶντα Ptolemaeo. 464
— ubi sita. 491
— describitur. 719
Cheschmon. 720
Chetzron. *ibid.*
Chilen. *ibid.*
Chilzon. *ibid.*
— distincta ab Hephpha. 957
Chittaei qui. 135. 137
Chivvaei ubi. 139
Chna, quis. 7. 49
Choba. 721
Chodschi. *ibid.*
Cholon. *ibid.* 102
Choraba positum prpro Bachura. 614
Chorazin. 721
Choreb mons XI. dierum itinere aberat Cadeschbarne. 99
Chorem. 721
Chorim, in montibitibus Seir. 97
— num ab iis nomomen habeat Eleutheropolis. 749
Chorma. 721
Choron. *ibid.*
Choronaim, urbs. 102
Chorraei. 490
Chosa. 722
Christiani gravia perpessi a Samaritanis. 674
— exulabant olim ex Tiberiade. 1038
Christus, & apostoli quare contemtui habiti a Judaeis. 15
— ubi baptizatus in Jordane. 278. 416
— corona ejus spinea ex quo genere spinarum confecta. 523
— in spelunca natus. 647
— maximam partem aetatis in locis ignobilioribus egit. 682
— imago ejus Paneade erecta. 922
Chrysorrhoas, amnis. 203
— juxta Caesaream Palaestinae, qui & Corseus. 457. 460. 289
Chuccoc. 723
Chumta. *ibid.*
Cinnereth. Vide *Kinnereth.*
Cischon, vide *Kischon.*
Cisterna Lyddensis. 960
Cisternae in Palaestina variae. 303. 380
Cistus in Palaestina. 379
Clima Jambrudon in Phoenice. 217
— Magludon. *ibid.*
— Orientale. *ibid.*
— Gaulames. 215
Clitumnus, mons & Deus. 328
Clysma, nomen sinus, quem sicco pede permearunt Israëlitae. 472
— est & nomen arcis. 556
Coabis. 721. 726
Cobe. 727
Cochaba. 547. 202
— describitur. 727
Coelesyria quae. 47. 50
— nomen id late nonnunquam patet. 103. 774
— urbes ejus a Ptolemaeo recensitae. 458

Coele-

Coelesyria & Phoenice saepe omnem Syriam complectuntur. 607
Cohors prima miliaria. 961
Cola. 729
Colocasia in flumine Belo. 537
Colonia Ptolemais. 538
— Caesarea deducta a Vespasiano. 671
— non erat Capitolias sed urbs αὐτόνομος. 673. 693
— Aelia Capitolina. 979
— Sebastena. *ibid.*
Coloniae Tyriorum plurimae. 1047
Columbae cur sacrae Ascalonitis. 590
Columnae Carystiae in ecclesia Gazae. 793
— Gethsemanes parum aberat quin a Sergio fuissent ablatae. 857
Comosogana 729
Conchylia in lacu Asphaltite. 244
— in montibus inventa. 322
Condere insulam recte dicitur. 1048
Constantia, nomen portus Gazaeorum 791
— urbs Cypri. 792
Constantinus Basilicam condidit Bethlechemi. 416
— condidit basilicam ad terebinthum Chebroni vicinam. 417. 713
— de nomine filii Constantiam nuncupavit Majumam. 791
— templa gentium clausit, non evertit. 793
Convalles Archelaidis, Liviadis &c. 953
Copti urbem quomodo vocent. 1033
Coptus, urbs Aegypti. 59
Corace, urbs Arabiae Petraeae. 464
Coracinus, piscis Nili. 274
— invenitur & in fonte Capernaum piscis ei similis. 301
Coraschan. 729
Coreae. 730
Corseus flumen vicinum Caesareae. 289
Corvi aluerunt Eliam, non homines. 914. *& seqq.*
Cosmus, urbs. 462. 730
Cotyledon in Palaestina crescit. 379
Cozeba. 730
Crith, flumen. 280. 281. 954
— describitur. 293
Crocodili aquae, nomen lacus vicini Caesareae. 270
— ubi inveniantur. 731
Crocodilon oppidum. 289. 435. 730
Crommyon, urbs. 731
Crustula Pontificis maximi quae. 652
Cubiti Hebraeorum &c. 397
Culon, urbs. 731
Cunilae species. 89
Cutila, nomen loci ad occasum lacus Asphaltitis. 731
Cyamon. 732
Cyclaminus, herba Palaestinae. 379
Cydida. 732
Cydis. *ibid.* 1035
Cydissos est Cadesch. 81. 487. 732. 1035
Cydoessa. 732
Cymba Jordanes trajici consuevit. 279
Cypressi in Libano. 321
Cypri creverunt in campo Jerichuntino. 386. 830
— optime in regione Ascalonitica. 589
Cypros, nomen arcis. 830
Cyriacopolis. 220
Cyrillus Scythopolites. 998

D.

DAbaritta, vicus. 732
— non est eadem quae Dobrath. 737
Dabbaschet. 733
Δαββὼν urbs. 518
Dabira. 733. 737
Dagon, nomen arcis. 830
— Saturnus. 635

Dalma-

Dalmanutha. 733
Damascus. 8. 14
— urbs Phoenices Libanesiae. 528
— eo usque non pertigit portio Nephtalitarum. 161
— urbs Phoenices Libanesiae. 217
— non ultra 400. stadia a mari. 314
— duo montes, Τράχωνες, ei vicini. 313. 334
— inde via ducebat Paneadem. 413
— flumen ejus Chrysorrhoas. 457
— montes ejus. 458
Damin, nomen recentius urbis Adami. 545. 733
Dammim. 733
Damnaba. *ibid.*
Dan urbs, in finibus Nephtali. 162
Dan, urbs, num nomini Jordanis originem dederit. 271
— sita 4. miliaribus a Paneade. 489. 502
— describitur. 734
— confunditur a quibusdam cum Paneade, cui vicina fuit. 919. 921
Dan, tribus. Urbes ejus quae. 154
— incoluit regionem campestrem. 371
Danna, urbs Judae. 734
Daphne prope lacum Samochoniten. 263
— prope Antiochiam. *ibid.*
Daphnis fons. 263
Darabitta, vicus. 367. 734
Darala: nomen recentius urbis Succoth. 308
Daromas, regio, describitur. 185. usque ad 191
— campestria ejus sunt uti campi Lyddae. 306
— campestria ejus sunt campi Judaeae dicti. 307
Dathema. 734
Debir. Urbs tribus Gad, pro qua Graeci *Dibon* legunt. 162
— est & urbs in Juda. 734
Decapolis, ubi. 198. 526
— describitur. 203
Decimae, etiam in Syria solvendae. 12
— secundae non solvebantur in Syria. 13
Delphi. In medio telluris siti. 53
Dephela. 735
Derceto, colitur in urbe Joppe. 439
— Templum ejus vicinum Ascaloni. 588
— Syrorum Venus in piscem mutata. 591
Deserta. Vide *Solitudo.*
Dessau. 735
Deus. Terra Dei quare dicta Palaestina. 16
— tredecim res singulari ratione dictae esse Dei. *ibid.*
— promisit possessionem terrae Israëlitis sub conditione. 125
Δευτερώσεις Judaicae. 339
Δευτερώτης & sapiens inter Judaeos. 877
Dia, urbs Arabiae. 217
Διαβαίνειν quid. 252
Dibon, urbs. 102
— Δαιβὼν Graecis, pro Hebraeo דִּיבוֹן legitur. 162
— campestria ejus. 308
— describitur. 735
Dies: iter diei quid. 400
— hebdomadis secundus & quintus quare dicti dies congregationis. 516
Dilan. Urbs Judae. 735
Diluvium. Num illud pisces Libano monti intulerit. 321
— an fuerit universale. 321
Dimna. 735
Dimona. 736
Dinhaba, urbs Edomitica. 67
Diocaesarea. 220. vide *Sepphoris.*
Diocletianopolis. 736
Diodotus Sidonius. 1016

Diospo-

Diospolis. Iter eo ab Aelia. 405
— via inde lamniam. 410
— vicina Emmaunti. 428
— describitur. 877
— ubi fanum S. Georgii. 960
— dicitur esse & nomen urbis Palaestinae Selamines. 976
Dium urbs Coelesyriae. 459
— describitur. 736
Divortii libellus e Syria allatus cujus auctoritatis. 12
Doara, urbs Cappadociae secundae. 532
Dobrath. 737
Δῶκος, munimentum Jerichunte. 830
Domae. 738
Dor, vide *Dora*.
Dora, urbs quantum abfuerit ab Idumaea. 70
— describitur. 738. *& seq.*
— regio ejus. 170
— ob ὑπόπετρον soli electa fuit in sedem a Phoenicibus. 391
— via inde erat Ptolemaidem. 410
— in nono miliario a Caesarea sita versus Ptolemaidem. 490
— ubi. 509
— episcopus ejus. 533
— urbs fuit Ascheriterum. 539
— pro Ἄδωρα legitur apud Josephum. 547. 739
— pro Γάδαρα legitur aliquando. 738
Dorotheus Ascalonites. 594
Dothaim. Campus ante eam. 369
— describitur. 741
Dothan. *ibid.*
Draco, amat puellam. 48
Dracunculus, herba. 537
Δρυμὸς quae regio & quare ita dicta. 188. 379. 436
Δρυμῶν saltus. 216. 378
Δρῦς, suburbium Chalcedonis. 714
Drusias, in Judaea. 461. 743
Dualis terminatio vocem apud Hebraeos non docet ubique rem ipsam fuisse duplicem. 835
Duma. 644
Dura, urbs. *ibid.*

E.

EBal, mons. 344. 505
Ebetz. 524
Ebionitae orti ex Nabatea & Paneade. 93. 547. 727
Eboda, Arabiae Petraeae. 463
Ebron, urbs Ascheritica. 518. 123. 745
Ecbatana, legitur male. 616
— oppidum in Carmelo. 745
Ecdippa. 543. Vide *Aczib*. 457. 490
Echela, vicus. 745
Ecclesia Anablathae, in qua lucerna ardens, & velum in quo depicta hominis imago. 561
— Nazarethae. 906
— Sichemi. 1007. 1008
— exstructa Tiberiade, Diocaesareae & Capernaumi. 1038
— Christiana Gazae ad modum crucis structa. 793
Eclipsis moriente Christo quam late visa. 29
Ecrebel. 745
Ecron, ubi. 509
— describitur. 745
Eder, urbs Judae. 746
Edera, urbs Batanaeae. 459
Edesa, metropolis Phoenices Libanesiae. 528. 217
Edom. Regio unde dicta, & ubi quaerenda. 66. 67
— nulla ejus portio a Deo Israëlitis fuit tributa. 69
— solitudo Edom quae. *ibid.*
Edomia. 746
— vicus Acrabattenes. 490
Edrei, urbs. 547. 746
Eglaim, urbs. 550. 762

Eglon, urbs Judae. 746
Eipan. 747
Elaea. *ibid.*
Elaeomeli in Syria. 382
Elais, urbs Phoenices. 747
Elaniticus sinus. 91. 554
— quantum absit a Gaza. 436. 555. 556
Elas. 748
Elath, urbs, quae & Aila, describitur. 554 *& seqq.*
— urbs Palaestinae dicta. 473
— quantum absit a Gaza. 436. 555. 556
— urbs Edomitica. 67. 230
— usque ad Petram & Elath (Ailan) ab Eleutheropoli erat regio Idumaeorum. 72
— inter Elath & Petram collocat Eusebius Amalecitin. 81
— sinus ab hac urbe dictus. Vide *Elaniticus*.
— via inde Chebronem. 410
Elcesi. 748
Eleagnae in Palaestina. 379
Eleale, urbs. 102. 749
Eleasa. 749
Eleazar ben Charsum.. 345
Eleutheropolis. Ab ea Petram usque extendit regionem I Idumaeorum Hieronymus. 72. 305
— inde se extendit Daromas ad 16. miliaria. 186
— sedes episcopalis Palaestinae primae. 215
— ad occasum & septentrionem ejus sunt campestria. 307. 372
— iter eo ab Hierosolymis. 408
— via inde Gazam.. 410
— via inde Nicopoblin, Chebronem, Diospolin, Ascalonem. 410. 411
— describitur. 749. *& seqq.*
Eleutherus, flumen u ubi. 291. 318
Elia. Vide *Aelia*.
Elias, ubi nutritus a corvis. 287. 293
— ei consecrata ecclesia in monte Tabor. 334
— spelunca ejus in Carmelo. 330
— unde Thisbites appelletur. 1035
— an a corvis nutritus an ab incolis loci Oreb dicti. 914. 915
Elisaei fons. 294. 300
— irrisio a pueris ubi contigerit. 378
Elom. 755
Elon urbs tribus Dan. *ibid.*
— pro Ajalon. 170
Elon Bethchanan. 755
Elon mamre. 710. 713
Elon more. 713
Elteke. 755
Eltekon. *ibid.*
Eltolad. *ibid.*
Elusa, urbs Idumaeae. 462
— describitur. 755
— pro Gerar male posita. 805
Emath. Vide *Chamath*.
Emesa in Libano. 317
Emessa. 8
— olim Soba dicta. 112
— & Emath, vel Chamath. 120
Emim, ubi. 79
— Moabitin primi incoluerunt. 100. 102
Emma. 758
Emmatha. *ibid.*
Emmaus, vicus in Evangeliis memoratus, non est idem ac urbs Emmaus, quae postea dicta est Nicopolis. 426
— abfuit 60. stadia Hierosolymis. 447
— describitur. 760
Emmaus, dicta Nicopolis. 168. 363
— olim dicta Ir schemesch. 656
— inde nomen habet toparchia. 176
— inde usque Bethchoronem sunt montana. 309

Emmaus, inde usque ad Lyddam sunt campestria. 309. 371. 372
— ubi sita. 309. 461
— diversa ab Emmaunte vico, in Evangeliis memorato. 426. 427
— rudera ejus videntur esse in castro boni latronis. 429
— ibi monstrum natum. 877
— describitur. 758. & seqq.
— tribus locis nomen hoc datur.
Emoraei qui & ubi. 138
Ἐν positum pro *cum*. 1031
Ἐν Ἰεριχοῖ pro *circa* aut *prope Jerichuntem*. 830. sic ἐν Τιβεριάδι. 1037
Enabris. 761
Ἐνακείμ, unde nata vox. 535
Enadda, ubi. 490. 760
Enaim. 761
Enam. *ibid.*
En chadda. *ibid.*
En chatzor. 762
Endor, ubi sita. 490
— describitur. 762
Eneglaim. *ibid.*
Engaddi capta ab Amalecitis. 80
— describitur. 763
— inde Jerichuntem usque sunt campestria. 307
— vallis ejus quomodo a Samaritano interprete nuncupetur. 708
— montes Engaddeni. 545
— balsami ferax. 356
— quantum abfuerit Hierosolymis. 449
— ubi sita. 462
— num lateat sub nomine Gadda. 707
En gallim. 763
Engannim. 566. 762
Engedi. Vide *Engaddi*.
En mischpath. 764
En rimmon. *ibid.*
En rogel. *ibid.*
En schemesch. *ibid.*
En tappuach. *ibid.*
En teena. *ibid.*
Ephes dammim. 765
Ephra. *ibid.*
Ephraim, tribus, urbes ejus & termini. 156. 829
— montana ejus. 169
— regio ejus a Bethel usque ad campum magnum. 367
Ephraim, urbs in solitudine. 377. 490. 491. 636. 765
Ephrata. 642. 765
Ephron, urbs ubi. 490. 765
Epicaeros ubi. 112. 113. 462. 766
Epiphania juxta Emesam. 120
— an sit Emath, חמת, 468. 469
— an Amatha. 317
Epiphanius dicitur Eleutheropolitanus. 751
Episcopi non urbibus tantum sed & vicis praepositi. 613
Episcopales sedes in Palaestinis tribus describuntur. 207. & seqq.
— status earum hodiernus. 213
— sedes in Phoenice. 216. 217
Erebinthon oecos. 766
Erembon. *ibid.*
Eremintha. *ibid.*
Eremmon, vicus, ubi. 491
Ἔρημος quid. 374. 377
— notat urbem moenibus nudatam. 788
Eremus urbis sanctae ubi. 294. 375
— Johannis Baptistae ubi. 374. *ibid.*
Ericus. Vide *Jericho*.
Eridanus aestate aquis maxime abundat. 273
Eroge, nomen loci. 339
Ἐρυθρὰ θάλασσα male dicitur *lacus Asphaltites*. 240
Esau. Ab illo dicta non sunt montana Seir. 68
Esbus. 217. Vide *Cheschbon*.
Eschan. 766

Escol.

Escol. 658
Esdraela, vicus. 367. Vide *Jizreel*.
Esdrelon campus. 358
— describitur. 366
— an se extendat usque Ptolemaidem. 372
Esdrin. 767
Esdud, vicus inter Ramam & Sebnam non est Azotus, sed vicus simili nomine, uti *Asto* inter Azotum & Ascalonem & alii. 608
Esora. 767
Essa. *ibid.*
Esseni, ubi. 880
Estaol, ubi. 491. 767
Estemo. *ibid.*
Estemoa. *ibid.*
Etam, mansio in solitudine. 295
— est & nomen loci, unde aquae ductus Hierosolymas usque ferebatur. 300. 304. 558. 1068
Etham, spelunca. 296
Eth catzin. 768
Ethan, fluvii qui. 296
Ether, ubi. 494. 767
Ettan. Vide *Etam*.
Etzem. 768
Etzion geber, urbs Edomitica. 67
Evangelium Matthaei scriptum lingua Hebraeorum. 677
— Johannis Hebraice versum. 1038
Euarius, sive Justinianopolis, urbs Phoenices. 217. 233
Eubius Ascalonites. 594
Eucomazon. 215
Euhydra. 768
Eunuchus a Philipppo ubi baptizatus. 646. 659
Euphrates, quomodo fuerit terminus terrae promissae. e. 20
— supra alveum feretur aliquando. 273
— in illum Venus is insiliit. 591
Europa abvecta a litore Sarepteno. 1057
— inscripta nummis Sidoniorum. 1015
Eusebius, Pamphili cur dictus. 467
— quid contulerit ad geographiam sacram, & quid in eo desideretur. 467. & seqq.
Eutochius Ascalonites. 594
Eutocius Thrax. 754
Exalus. 534. 700. 768
Extra terram, quid notet Judaeis. 9

F.

FAbrorum vallis. 354
Fabula & fabulari quid. 250
Faunus, Pici filius. 951
Fertilitas Palaestinae ostenditur. 380. 673. 674. 763. 830
Ficus in Palaestina. 379
Filii nomen saepe incolam notat. 65. 728. 729
Foeniculum in Palaestina. 379
Fons. Recens exortus incolis urbis cedit. 261
— Daphnis. 263
— Jordanis est lacus Phiala. 265
— Siloam. 857. 858
— prope Tyrum. 265
— Jerichuntinus. 830
— Elisaei. 294
— Gichon. 859
— terrae Israëliticae fontes aliqui enumerantur & describuntur. 299. & seqq.
— Rogel. 106
— in quo baptizatus eunuchus. 658
— maxillae Samsonaeae. 752
— Emmauntis. 759
— Gadaris. 780
— Gerasenus. 807
Flumen. Ad fontes adscendere quomodo possit. 275
— varia flumina terrae Israëliticae recensentur. 280

 Flumen.

Flumen Aegyti, illud quod vicinum est Rhinocoluris. 285. at non alluebat ipsam urbem. 970
— Ramae quid. 289
— Besor. 288
— Schorec. *ibid.*
— Cana. 289
— Kischon. *ibid.*
— Belus. *ibid.*
— a Jizreel labens Scythopolim. 863 995
— circa Caesaream maritimam. 675
— Lante. 290
— ad quem Alexander dormiit prope Tyrum. 1049
— Eleutherus. 291
— Sabbathion. *ibid.*
— Crith. 293
— Thabathae. 799
— Gad. 582
— juxta Gerar. 805
— terrae Ammoniticae quid. 105
— terrae Isaëliticae flumina describuntur. 271. *& seqq.*
— Jarmoch. 272
— Had. *ibid.*
— Scythopolis. *ibid.* 280
— Jordanes. 271
Francorum mons, unde dictus. 287
Fraxini in Palaestinae montanis. 306. 379
Frumentum crescit in monte olivifero. 339
— plurimum in Palaestina. 381

G.

GAas, mons. 344
Gaba, juxta Rama. 498. est Gibea.
Gaba (גבע) urbs Benjaminitica. 768. 801
Gaba vicina Ptolemaidi. 129. 769
Gabaa eadem ac Gaba juxta Ramam. 769
Gabala. 220. 458
— vide & *Gamala.*
Gabalene. Vide Gebalene.
Gabaon, mons altissimus. 339. 345. 811
Gabaon, metropolis Gibeonitarum. 619. 810. 811. 710. 811
— vicus 40. stadiis ab Hierosolymis. 446
— vicus juxta Ramam. 491. 502. 618. qui diversus est a Gabaone vel Gibeone metropoli Gibeonitarum. 619
Gabaoth, nomen loci 20. stadiis ab Hierosolymis. 770
Gabaopolis, pro Gabaon polis. *ibid.*
Gabara, urbs insignis Galilaeae. *ibid.*
— pro eo Gadara legitur aliquando. 774
Gabaroth, vicus Galilaeae. 771
Gabath. *ibid.*
Gabatha. *ibid.*
Gabe, aberat 16. miliaria a Caesarea, non erat in campo magno Legionis sita, nam id de Gabatha dicitur, quae vox ex Eusebio excidit. 368. 772
Gabbe. 773
Gad, tribus. Urbes ejus & termini. 162
— pavit pecudes suas in Sarona. 370
— non habuit omnes urbes suas ad septentrionem tribus Ruben. 582. 650. 735
Gadae. 773
Gadara, metropolis Peraeae. 203
— thermae ejus describuntur. 302. 807
— Assyria dicitur. 1013
— aqua palustris foetida illic. 302
— ubi sita. 454. 459. 502
— in monte sita, e regione Tiberiadis & Scythopolis. 491. 502
— & Δίῶρα permutantur saepe a librariis. 738
— describitur. 773. *& seqq.*
Gadara Palaestinae primae. 215. 434. 436

Gadara describitur. 778
Γαδαρηνὸς de qua urbbe Gadarorum usurpetur. 778
Γαδαρὶς regio. 773. 779
Gadda Arabiae. 232
— an nomen urbis in Palaestina. 707. 780
Γάδειρα confunditur saepe cum Γάδαρα. 777
Gades unde dictae. *ibid.*
Gadora, urbs Coelesyriae diversa a Gadaris urbe ejusdem tractus. 459
— vicus circa terebinthum. 781
Gadvad. *ibid.*
Gaeba. *ibid.*
Gaia. *ibid.*
Galaadene. 84. Vide *Gilead.*
Galatis pro Galaaditis. 525
Galbaath. 781
Galem, urbs. *ibid.*
Galgala. Vide *Gilgal.*
Galgulis, ubi sita. 493. 784
Galilaea, quomodo descripta Josepho. 127
— usque ad Sidonem. 171
— tres urbes praeccipuas habuit Sephorin, Tiberiadda & Gabara. 770. 771
— describitur. 180. 184
— male dicitur nullllum produxisse prophetam. 787
— num trans Jordanem aliqua pars ejus se extenderit. 181
— num pro sola Galilaea superiore aliquando sumatur. 182
— divisa a Judaeis in superiorem & inferiorem. 306
— superior erat montuosa. 307
— montana, camppestria & valles ejus. 307. 308. 368
— nomen loci in mmonte olivifero. 338. 340. 341
— urbes ejus a P Ptolemaeo recensitae Sepphoris, Capercotia, Julias & Tiberias. 461
— a Josepho collocatur ad ortum Ptolemaidis, sic ut Ptolemais extra Galilaeam fuerit. 540. 541
Galilaei. Ita dicti Christiani. 184
Gallim. 784
Gamala, urbs, ad quam via duxit Juliade. 411
— ubi. 439
— describitur. 784. 785
— positum pro Gabala & Gaba. *ibid.*
Gamala, in Benjamin, pro עלמון. 166
Gamalitica continetur aliquando sub Gaulonitide. 109
Garem. 694
Gargara, unum ex 4. jugis montis Idae. 68
Garisime. 785
Gazizim. Vide *Gerizim.*
Garob. 785
Garsis. *ibid.*
Gath, non recensetur inter urbes Philistaeorum Jos. 15. uti nec Ascalon. 586
— posset esse eadem, quae Cadytis Herodoto dicitur. 668
— describitur. 785
Gath hachepher. 719. 786
Gath rimmon. 787. 809
Gaulademan. 787
Gaulame, clima. 211
Gauli, naves Punicae. 329
Gaulon. Vide *Golan.*
Gaulonitis se extendit a mari Tiberiadis usque ad Libanum. 108
— distincta a Galilaea. 181
— describitur. 199
— quomodo illud nomen a Josepho usurpetur. 318
Gaza describitur. 787
— nova & vetus. 509

Gaza in qua parte Syriae sita secundum partitionem Mohammedanorum. 8
— inter Raphiam & Ascalonem. 59
— terminus Palaestinae quomodo. 113
— in regione ejus torrentes. 287
— in mari Gazae vicino aquae dulces unde. 287
— iter eo ab Hierosolymis quomodo institutum. 407.646.659
— via inde ducebat Eleutheropolin. 410
— situs ejus. 436.461.507.509
— quantum absit ab sinu Arabico. 436.932
— portus ejus. 460.507.509
Γαζαῖος non notat semper hominem Gaza oriundum. 792
Gazara. Urbs Levitica in Ephraim. 166.434.801.809
— ubi sita. 492.633
— eadem quae Gadara Palaestinae primae dicitur & describitur. 778. & seqq.
Γαζήρα. 598
Gazorus, urbs ad ortum Jordanis. 462.801
Geba, urbs Benjaminitica. 801
Gebalene. 69.71
— describitur. 82. & seqq.
Gebath, urbs opposita Antipatridi in contrario limite terrae Judaicae. 801
Gebim. 802
Gebonitis, regio. 199
Geder. 802
Gedera. ibid.
Gederoth, an nomen urbis singulare. 636.803
Gederothaim. 803
Gedor, in Peraea. 308
— circa Jamniam. 698.803
Gedrus, vicus inter Diospolim & Eleutheropolin, forsitan *Gedera* dicta. 492.698.803
Gegarta, vicus Phoenices. 216
Gehenna. 353
Gelbus. 803
Geliloth. ibid.
Gelman. ibid.
Geman. ibid.
Gemmaruris. 804.462
Genealogia posterorum Noachi illustratur. 62.63
— familiae Herodum. 176
Genesus, flumen Palaestinae. 297
Gennabris, vicus, ubi situs. 422.812
Gennesaritis regio describitur. 193
— בקעה dicitur. 358
— lacus longus XVI. miliaria latus VI. 440. Vide *Lacus Tiberiadis.*
Gentes. In Syria licuit agros locare gentibus. 13
— Hippon, Gadara & Gazam incolebant. 773
— quomodo nuncupentur a Judaeis. 14
— Gazam incoluerunt. 789
— templum habuerunt in monte Panio. 323
— Ascalone habitarunt stante Templo secundo. 587
— Caesaream habitarunt ante Judaeos, & dein cum Judaeis. 672
— Azotum habitarunt. 694
— coluerunt terebinthum Chebronensem. 712
— Jamniam incoluere tempore Philonis una cum Judaeis. 823
Georgii (S.) martyris fanum Lyddae. 878.960
Gephrus. 804
Gephyraei qui. 141
Gerar. Regio Geraritica quae. 187
— describitur. 804. & seqq.
— saltus Gerariticus. 215.804.877
— vallis. 351.804
— ubi. 492.502.804

Gerasa.

Gerasa, urbs Arabiae. 217.459
— via inde Pellam. 413
— quantum absit a Jabes. 505
— describitur. 806
Gerassa, urbs Arabiae Petraeae. 463
Gergesaei prope stagnum Tiberiadis. 502.806
Gergesenorum regio. 774.806.807
Gerizim, mons. 344
— describitur. 503
Gerophna, mons. 346
Gerra in Batanaea. 459
Gerreni. 805
Gerrum prope Pelusium. 805
Geschur. 78
Geschuraei qui. 77
Getea, species ceparum. 588
Geth urbs Judae in codd. Graecis. 600
Gethla. 808
Gethremmon. 809
— ubi sita. 493
Gethsemane. 857
Gezer, urbs. 434
— eadem quae Gadara Palaestinae primae dicitur, & describitur. 778. & seqq.
— describitur. 809
Giach. ibid.
Gibea. Saulis dictaa, prope quam est αὐλὼν ἀκανθῶν. 372
— illa Γαβαὼν Eusebio dicitur. 619
— describitur. 810
Gibeath. ibid.
Gibeon. Vide *Gabbaon.*
Gibeonitarum urbees quatuor ubi sitae. 618.619
Gibbethon. 810.801
Gichon flumen. 273
Gidom. 811
Gilboë montes quatare Philistaeorum dicantur. 77
— describuntur. 344
— ubi siti. 803
— ad radices ejus fons, secus urbem Jizreel. 863
Gilead (terra) opponitur terrae Canaan, & notat regionem terrae Israëliticae ad ortum Jordanis. 4
— appellatur Gerasa Arabibus. 194
— an diversa a regione Basan. 201
— montes ejus. 342
— جرس Arabibus. 806
Gilgal, ubi. 492.504
— describitur. 782.811
Gilo, urbs tribus Judae. 812
Gimzo, urbs Judae. ibid.
Ginaea, vicus. ibid.
Ginnabris. ibid.
Girgaschaei, qui & ubi. 138
Giscala, urbs Galilaeae, unde Paulus Apostolus. 812
Γίττα. 785.813
Gittaim, urbs Benjaminis. 814
Glanis, flumen Campaniae ad fontem retrocessit. 276
Gob. 814
Gobolitis. 68
Golan an in Batanaea. 201.317
— describitur. 815
Golgotha. 860
Gomorra. 815
Gonaticus saltus. 216
Γωνία Ἀσκάλωνος. 193
— Ἀραβίας. 203
Gopatata. 816
Gophna. Inde toparchia nuncupatur Gophnitica. 176
— toparchia ejus describitur. 191
— unde dicta. 351
— ubi. 461.493
— describitur. 817
Gophnith, urbs. ibid.
Gramen. Copia ejus in Palaestina. 386
Gubba, urbs Arabiae Petraeae. 463
Guphna. Vide *Gophna.*

Gusch

Gusch chalab. 817
Gypsaria, urbs Arabiae Petraeae. 463

H.

HAbaccuci sepulcrum. 772
Hachila, colis. 698
Had, flumen, influit in Jordanem. 272
Hadadrimmon. 817
Hadrianae nundinae quae. 715
Hadrianja templa sunt quae sine simulacris exstrui fecit Hadrianus. 1039
Hadrianus Judaeos vendidit. 715
Hadriaticum mare unde dictum. 239
Haluchit. Urbs. 102
Hannekeb est nomen urbis singulare. 545.817
Harabbith, urbs. 518
Haramathaim, vide *Ramathaim*. 580
Haschem, natus Gazae. 792
Hasta. 230.818
Havana. *ibid.*
Havran, Auranitis. 666
Hebraea lingua aliquando notat linguam Judaeis usitatam, Syriacam, Chaldaicamve. 1038
Hebraei, supra Palaestinam habitantes dicuntur Pausaniae. 15
— terra Hebraeorum nomen Palaestinae. *ibid.*
Hebron. Vide *Chebron*.
Helena, mater Constantini, Petro aedem Tiberiade dedicavit. 1042
— de nomine ejus dicta Helenopolis. 211.220
Helenae regia in monte Acra. 853
Helenopolis quae. 211.220
— describitur. 818
Heliopolis urbs Phoenices Libanesiae. 217.528
— templum ibi τῆ Βαλανίᾳ. 794
Hepha, urbs ad Carmelum sita. 699
— videtur olim Γάβα dicta. 769
— describitur. 819
— an sit eadem quae Kepha. 699
Ἥρα circa Gazam. 800
Heraclea, inter Tanin & Pelusium. 59
Herbae Palaestinae quae. 379
Hercules Ptolemaide sanatus. 536
Herion, templum, Ἡραῖον vel Ἡρῶον. 793
Hermon. Vide *Chermon*.
Hermonim. 326
Herodes, tetrarcha prius, dein rex Judaeorum. 173
— genealogia ejus describitur. 174. 175.176
— conditor Caesareae. 439
— condidit Herodium. 448
Herodium. Toparchia. 176
— arx duplex. 448
— describitur. 820
Heroopolis in recessu altero sinus Arabici. 436
— inde dicitur sinus Heroopolitanus. 440
Heschbon. Vide *Cheschbon*.
Hieramax. Vide *Jarmoch*.
Hieronymus quantum contulerit ad geographiam sacram & quid in eo desideretur. 467. *& seqq.*
Hinnom, vallis. 353
Hipha. Vide *Hepha*.
Hippos, an Susitha. 134
— ubi. 203.454.459
— ad ortum lacus Tiberiadis. 440
— mons. 458
— describitur. 821
Hominum frequentia circa Jamniam. 436
Homonoea, nomen loci. 822
Hor mons quid. 119
Hora itineris, quantum spatium. 397
Hordeum, crescit in monte olivifero. 339
— ex eo potum conficiunt Aegyptii. 381

Horraei.

Horraei. Vide *Choorraei*
Hungarorum nommen priscum Hunnuguri, gens coronflata ex Hunnis & Oguris. 613
Hyperpolae usitatatae in Oriente. 1053. 345
Hyssopus, in Paladaestina. 379

J.

JAazer, urbs. 102.825
— ita legunt Graeci pro ⅣV. 104
— ita legunt iidem pro Jahtza. 167
Jabate. 822
Jabesch ubi sita. 504.493
— describitur. 823
Jabboc fluvius. 101
— quomodo dicicitur terminus Ammonitarum. 104
— influit in Jordrdanem. 280
— describitur. 282
Jabne. Vide *Jamnnia*.
Jabneel. 824
Jachatz. *ibid.*
Jachtza, urbs Rubbenitarum. 102.825
Jaebetz. 824
Jaëzer. Flumen e elus. 282
— ubi sita. 474
— describitur. 825
Jaffa, nomen reecentius Joppes. 865
Jagur, urbs Judaae. 825
Jair, villae ejus ubi. 483.60.201
Jambis delectatuus plurimum Marianus. 754
Jambrudon climna, in Phoenice. 217
Jamnes duae. 439
Jamnes, nomen magi. 823
Jamnia. Frequentia incolarum illic & in locis vicininis. 436
— distantia ejusus ab Ascalone. *ibid.*
— septentrionalalior Azoto. *ibid.*
— duplex. 439
— portus ejus.s. 460.823
— ubi sita. 461
— nunc Jebna dicitur, & quantum absit a Ramla. 608
— describitur. 822. *& seqq.*
— vicina urbi Joppe. 176
— regio circa illam apta pascendis gregibus. 370
— via inde Azotum. 409
— via inde Antipatrida. 408
Jamnia, vicus Galilaeae. 182.825
Jamnitarum portus plura quam CCXL. stadia abfuit Hierosolymis. 430
Ἰαμνοι, unde dicatur Jamnia. 823
Jano. 825
Janoach. 826
Janua, vicus, ubi. 493.826
Japha. 827
Japhia. *ibid.*
Japhleti. *ibid.*
Japho. 826.865
Jarmoch, flumen, influit in Jordanem. 272.775
— describitur. 283
— praeterlabitur Gadara. 773
Jarmuth. 826
Jattir. 827.861
Jazer. 827
Jazur, vicus inter Joppen & Ramam. 867
Idumaea, nomen vici in Palaestina. 490
— nomen id saepe terrae Israëliticae datur. 48.49.749
— ita dicitur regio Edom, quae describitur. 66.67
— magna quae. 69
— urbs Idumaeae Chebron Josepho dicitur. *ibid.*
— superior. 70
— stante Templo II. complectebatur partem Judaeae australem. 154.305
— toparchiae nomen. 176
— ab Eleutheropoli ad Petram & Ailam specubus referta. 305.932
— ubi incipiat. 439.493

Idu-

Idumaea, tota ad occidentem Jordanis, aetate Ptolemaei. 462
Idumaei. Permixti Judaeis. 48
— diversae fuere illorum sedes pro ratione temporum. 67
— in specubus habitabant. 305
— pulsi urbe Aila. 555
— perierant tempore Origenis. 756
Jebatha. Urbs Menassitica cis Jordanem. 166
Jebba. 827
Jebus. *ibid.* 830
Jebusaei qui. 140
Jecabtzeel. 827
Jedna, vicus, ubi. 493. 827
Jehud, urbs Danitarum. 828
Jehybum. 231. 828
Jenysus, urbs Syriae. 43. 828. 829
Jephta quomodo Ἰεφθὲ a Josepho nuncupetur. 700
Jephtach ei (vallis.) 354
Jerachmeelitae. 81
Jericho. Vallis ejus. 358
— αὐλὼν ejus, in quo palmae. 358
— campus ejus extenditur usque ad Zoara. 360
— in campo sita, ad occasum montes habet, ad ortum vallem. 363
— a Jerichunte ad regionem Scythopolitanam est mons longus & sterilis. *ibid.*
— uni ex decem toparchiis Judaicis nomen dedit. 176
— Ῥεγεὼν, sedes episcopalis Palaestinae primae. 215
— fons ejus ab Elisa salubris redditus. 390
— inter Jerichuntem & Scythopolin sunt montana. 305
— inter Jerichuntem & Engedi sunt campestria. 307
— e regione ejus campus magnus. 363
— sita ἐν αὐλῶνι, convalle vel campo. 372. 383
— solitudo est ἐν αὐλῶνι ipsius. 375
— palmis abundat ejus regio. 383
— campus ejus divinus tractus dicitur. 386
— aër illic calidus, & messis maturior quam alibi. 387
— iter inde Hierosolymas quomodo institutum. 407
— quantum abfuerit ab Hierosolymis. 443
— Ericus dicitur Ptolemaeo. 462
— describitur. 829. *& seqq.*
Jerimuth, ubi. 505. 827
— in codicibus Graecis legitur pro Chorma. 600
Jermucha, ubi sita. 493. 505. 831
— vicina fuit Estaol. 493. 505
Jerudim. 832
Jerusalem. Aquaeductus a fonte Etam eo usque ferebatur. 304
— montana ejus, ὀρεινὴ περὶ Ἱεροσόλυμα quae. 309. 345. 363
— solum ejus ὑπόπετρον circumquaque. 390
— quantum abfuerit Jerichunte, Ascalone, Caesarea, Bethlechemo, aliisque locis plurimis, quibus cingebatur. 442. *& seqq.*
— ad septentrionem conspicitur primum loco, qui Σκόπος dicitur. 450
— Capitolias dicta. 462
— vetus & nova non sunt conditae loco multum diverso, nec olim propior fuit Bethlechemo quam post. 646
— non est eadem, quae Cadytis Herodoto dicitur. 669
— describitur. 832. 860
Jeschana, urbs. 861
Jeschimon. *ibid.*
Jeschua. *ibid.*

Jesus justus dicitur fuisse episcopus Eleutheropoli. 751
Jether, ubi sita. 494
Jethira. 861
Jettan. *ibid.* 494
Jezrael Vide *Jizrreel.*
Jibleam. 862
Jidala. *ibid.*
Ijim. *ibid.*
Ijon. 133. 862. 863
Jiphtah. 862
Jiron. *ibid.*
Jirpeel. *ibid.*
Jissascar, tribus. Urbes ejus & termini. 158
Jichla. 862
Jithnan. *ibid.*
Jizreel, non est Maximianopolis. 891
— fons ibi. 300
— describitur. 863
— vallis. 357. 500
— campus ejus describitur. 366. 500
— sita inter Leegionem & Scythopolin. 367
Ilices in Palaestinna. 379
Imago Christi Paneade. 922
— hominis, in ecclesia Christi depicta contra auctooritatem scripturarum, scissa ab Epiphanio. 561
— quando earrum usus invectus sit in ecclesias Chrristianas. 1040. 1041.
— S. Mariae inmpressa columnae & indelebilis. 878
— Panis a Gentibus constituta Paneade. 919
Ina, urbs Coelesesyriae. 459
Inculta loca Palalaestinae describuntur. 374
Indi etiam in A Africa, & Arabia. 986
Inscriptiones laplapidum veterum. 45. 401. 402. 4 403. 404. 526. 961. 962.
Insulae ad litusus Palaestinae, Paria, Tyros &c. 923. 1051
Insulae solae nomine ℵ dicuntur. 1051
Interpretes, LXX. dicti, nomina Hebraea flectunt more Graeco. 333
Jo nomen dedit urbi Jone. 789. & Jopoli. 867
Johannes baptista, num in solitudine trans Jordanem vixerit. 375
— natus in urbe sacerdotali Juta. 870
— sepultus Samariae. 981
Johannis urbs. 863
Jobacchus. Vide *Jabboc.*
Jobi regio, Ausitis. 71. 266
— villa Aser. 416
— oppidum Saba supra Batanaeam. 630
Jocdeam. 864
Jocmeam. *ibid.*
Jocneam. Prope illam flumen. 298. 864
Jocteel. 864
Joëlis patria. 650
Jogbeha. 864
Jonae patria. 694
— sepulcrum. 786
Jone, nomen Gazae. 789
Jonium mare dictum ab Jo. *ibid.*
— est inter Gazam & Aegyptum. *ibid.*
Jopolis ad Orontem. 867
Joppe. Inde dicta toparchia Joppica. 176. confer. 516
— in mari ei vicino Petrus dicitur fuisse piscatus. 699
— aqua fontis illic rubra. 270
— inter illam & Jamniam erat torrens. 288
— non longe ab ea flumen. *ibid.*
— colles illic. 370
— & λιμένες. 780
— ab illa usque Antipatrida erat planities. 371
— inde via Hierosolymas tritissima. 406
— inde via Caesaream & Jamniam. 411

Joppe describitur. 864. & seqq.
— hum circa illam litus flecti incipiat septentrionem versus. 435
— inde conspici potuit olim Hierosolyma. 463
— antiquior terrarum inundatione. 439
— Phoenicum dicta. ibid.
— quantum abfuerit Antipatride. 455
— inde usque ad Bethlechemum est latitudo terrae a Judaeis inhabitatae. 486
— ubi sita. 509
— vici & urbeculae circa eam. 516
Jordanes, quomodo Judaeam dicatur ab Arabia dividere. 86
— regio trans illam. Vide *Transjordanica.*
— episcopalis sedes inde dicta. 220
— fons ejus in lacu Phiala. 265
— describitur. 271. 440
— minor & major unus idemque fluvius dicitur. 272
— in ripa ejus ubique planities. 305
— planities ejus quae. 361
— per ἐρημίαν labitur. 361. 377. 378
— unicum flumen campi magni. 363
— ad ripam ejus palmeta fertilia. ibid.
— labitur per campum magnum ubi aër insalubris est ob ardorem. ibid.
— quantum absit a Jerichunte. 481
— quantum absit ab Hierosolymis. 508
Jos, insula, ubi sepultus Homerus. 51
Josaphati vallis. 355
Josephus (Flavius) num dubitaverit de scissione sinus Arabici facta virtute Dei. 277
— quae intervalla locorum Palaestinae memoret. 442. & seqq.
Josua. Ejus liber ab eo conscriptus non est. 34
— constitutiones ejus decem. 260. 370
Jotabe, insula sinus Arabici. 515
— urbs Palaestinae. 867
Jotapata. 181. 816
— describitur. 867
Jotba. 868
Jovis simulacrum Hierosolymis ab Hadriano constitutum. 647
Iphigeniam insequebantur Scythae. 1045
Irene, nomen loci in urbe Gaza. 794
Irenion, episcopus Gazae. ibid. 796
Ir hammelach. 886
Ir hattemarim. ibid.
Ir nachasch. ibid.
Ir schamesch, Emmaus dicta. 168. 868
— diversa a Beth schemesch. 656
Isanae. 868
Iscarioth, unde ductum videatur nomen. 700
Isidorus Gazaeus. 793
Israëlitica terra, quid hoc nomen notet. 8. 9
Itabyrion. Vide *Tabor.*
Italia. Praestantia soli ejus. 385
Iter licet per agros facere & quando. 261
— Sabbathi quantum. Vide *Sabbathicum.*
— horae in Palaestina fere tria efficit miliaria Romana. 397. 424. 451
— unius diei quantum censeatur. 400. 442
Itineraria vetera quae. 415
Ituraea, describitur. 106
— versus eam montes sunt invii. 109
Juda. Quomodo Naphtali regio dici possit impingere in Juda ad ortum. 33
— primaria inter tribus. 34
— urbes ejus. 143
— in hujus tribus portione fuit lacus Asphaltites. 251
— an Jerusalem in portione ejus fuerit. 839

Judaea.

Judaea. Saepe tootam terram Israëliticam notat. 331. & seqq. 806. 807
— regio ab Antilibano Gazam usque, Straboni. 47
— superior. 70
— ita dicitur pars terrae Israëliticae australis. 177
— montana ejus, ὀρεινὴ Ἰεδαία, ubi. 305. num haec sit eadem ac ἔρημος τῆς Ἰεδαίας. 375
Judaei terram suam sanctam cur vocent. 21
— soli olim in CCapernaum habitarunt. 683
— & Spartani ccognati. 36
— omnes vocantur qui secundum leges eorum vivunt. 39
— habuerunt oblim Evangelium Johannis & acta Apcpostolica Hebraice versa. 1038
— quare non a acceperint omnem terram a Deo prpromissam. 125
— non permiseserunt olim Christianos habitare Tiberiade, Nazarethae, Diocaesareae, & CCapernaumi. 1039
— terminos teterrae suae quomodo in Talmude deseescribant. 132
— δευτερώσεις eorum. 339
— incolunt Jootaben insulam. 555
— num corruuperint sacrum codicem. 643
— Hierosolymis & Bethlechemo expulsi. 647
— publice vvenditi jussu imperatoris Hadriani. 715
Judas, unde didictus Iscarioth. 700
Judas Galilaeueus quomodo Gaulonites dicatur. 181
Judicium univiversale habendum in valle Josaphati. 355
Jugerum, tertirtia pars stadii. 398
Julianus Ascalolonites. 594
Julias Gaulaninitidis. Inde usque ad fines Petrae porrigitur tractus montanus. 363
— via inde ducens ad Gamala. 411
— ad ortum lacus Tiberiadis. 440
— Galilaeae tribuitur a Ptolemaeo. 461
— olim dicta Bethsaida. 654
— describitur. 869
Julias Peraeae, describitur. 869
Jupiter. Mons sacer ei. 322
— Atabyrius. 332
— Aldemius. 793
— Cretigena. ibid.
Justinianopolis, urbs Phoenices. 217
Juta, urbs sacerdotalis, patria Johannis baptistae. 870

K.

KAraat, Belgicum, unde. 379
Κατὰ quomodo Josephus usurpet. 303
Katoen, Belgicum, unde. 384
Kedar, regio, describitur. 96. & seqq.
— medio aevo ita dicta fuit regio Gadarena, voce detorta ex Gadara. 778
Kedasa. 697
Kadesch. 697. 732. Vide & *Cadesch.*
Kedron, nomen loci. 698
Kedron, torrens, num ἀπὸ τῶν κεδρῶν dictus. 289
— describitur. 294
— vallis. 351
Kedummim, flumen, quid. 289
Keila, ubi sita. 488. 745. 772
— describitur. 698
Kenaei habitarunt inter Amalecitas. 80
— qui. 94. 140
Kenath, urbs Menassitarum. 698
Kenizzaei qui. 141
Kennasrin. Urbs Syriae. 8. 111
Kepha, urbs. 699
— unde dicta. 819
Kephar haammonai. 699
Kephira, urbs. ibid.

Κεράτια, fructus siliquae. 379
Kerioth, urbs Moabitarum. 102
— est & nomen urbis in tribu Judae. 700
Kerotim. ibid.
Kesil. ibid.
Kesulloth. ibid.
Kezera Sepphoriensium. 134
— fatentur Bethlechemum fore patriam Messiae. 644
Kezib. 701
Kibtzaim. 723
Killa. ibid.
Kimath. ibid.
Kimath, urbs Judae, in codd. Graecis. 600
Kimham. 723
Kina. ibid.
Kinaei. Vide *Kenaei.*
Kinnereth. 724
Kinnereth & Tiberias an eadem. 161
— ad austrum ejus campus ingens. 361
Kirama. 724
Kir cheresch, urbs. 102
Kirjath. 724
Kirjathaim. Ubi Emim habitabant. 102. 724
Kirjath arbe. 709. 724
Kirjatharim. 725
Kirjathbaal. ibid.
Kirjathjearim. 406
— ubi sita. 502. 488
— describitur. 725
— eadem ac Baala, & Baale Jehuda. 610
— nomen illud variis modis corruptum. 694. 695
Kirjathsanna. 726
Kirjathsepher. ibid.
Kirmion, flumen. 290
Kischjon. 726
Kischon, flumen. 289
Kisloth Tabor. 726
Kitlisch. ibid.
Kitron. ibid.
Κώμαι, quid Graecis. 516
Κωμοπόλεις, quae. ibid. & 907
Κτεστὴς τῆς οἰκουμένης, titulus Imperatorum. 1048

L.

LAccum. 870
Lachis, ubi sita. 494. 505. 870
Lachmas. 870
Lacus Asphaltites: num solus mare salsum dicatur. 236
— etiam mare dicitur Hebraeis & aliis. 239
— describitur, deque ejus nominibus, natura &c. agitur. 240. & seqq.
— Tiberiadis recte dicitur mare. 239
— Asphaltites est etiam in Babylonia. 244
— Avernus, ἄορνος, plus uno loco. 246
— Ascanius. 250
— Tiberiadis, describitur. 258. & seqq.
— Samochonites describitur. 262. & seqq. 507. plus quam 150. stadia aberat a mari. ibid.
— Phiala describitur. 265. & seqq.
— Cendevia, Asphar & alii describuntur. 267. & seqq.
— nomen id multis rebus tribuitur. 268
— Asphaltites quare nuncupetur mare planitiei. 361
— Asphaltites & Tiberiadis ambo siti in campo magno natura sunt contraria. 363
— Asphaltites describitur in veteri itinerario. 416. a Plinio. 440
— Samochonites num a Paneade abfuerit per 120. stadia. 422

Lacus Tiberiadis es quam longus. 422. 440. 452. 509
— quantum alabfuerit Hierosolymis. 449
— Asphaltitis l longitudo & latitudo. 451. 509
— Phiala ubi. 453
— prope Ascaloonem, in quem Venus se mersit mutata in piscem. 590
Ladon, in Palaeestina. 379
Lajisch. 871
— an Paneas dilicta postea. 919
Lana in Palaestinna unde. 384
Lante, flumen,, ubi. 290. 985
Laodicea maritima, septentrionalior Gabala, urbs Phoenices maritimae. 122
Laodicea Phoenices Libanesiae. 122. 217. 528
— ad Libanum. 314. 122
— diversa a Laodicea maritima. 122
— male lecta pro Lyddica. 877
Lapides miliarces in viis Palaestinae collocati. 401
Lassch a. 871
Lasscharon. ibid.
Latitudo Palaeaestinae a Joppe usque ad Bethlechemm ab Hieronymo extenditur, quod rereliqua ortum versus essent deserta. 420
— ab Antipatatride ad Geba extenditur a Judaeis. 802
Laudationis vavallis. 356
Laura S. Sabaae ubi. 294. 874. 875
— Calamonisis. 678
— Turrium. ibid.
— Pharan. ibid.
Lebaoth. 871
Lebona. ibid.
Lecha. 872
Lechi. ibid.
Lecton, vertertex Idae. 68
Legio, campupus ejus. 359
— describituitur campus Legionis. 366
— inter Legionem & Scythopolin est Esdrela. 367
— via inde Ptolemaidem. 411
— describitur. 873
Lemba, urbs Moabitica. 101
Lentisci in Palaestina. 379
Leones Decius ab Africa traductos immisit in Asiam. 97
— circa ripam Jordanis plurimi. 274
— Moabitici. 578
Leontes, flumen. 290. 457
Leonum urbs in Phonice. 432
Lesehem. 873
Leuca. Vide *Iter horae.* Aliis 1500. passus complectitur.
Levitae. Urbes eorum quae. 164. & seqq.
Libanotis, in Palaestina. 379
Libanus, inhabitatus a Chivvaeis. 140
— ab eo oritur Jordanes. 272
— describitur. 311. & seqq.
— nomen Libani datur templo Hierosolymitano & cur. 313
— vallis ejus. 358
— sylva ejus. 379
— πεδίον ejus, in quo ad radices Chermonis sita fuit Baal Gad. 610
— באלה in Talmude dicitur. 615
— Assyrius mons. 1013
Libna. 873
Libyas. Vide *Livias.*
Ligna in agris colligere licet ubique. 261
— ad ripam Jordanis quaesita. 275
— rara circa Hierosolymas. 313
— Schittim quae. 521
Lina Arbelitica. 358
— in Palaestina unde. 384
— tenuia Scythopolitana. 977
Lingua Palmyrena quae. 525
— Perrhoeborum. 50
— Syriaca plurimae gentes utebantur. 756

Litoris Palaestinae descriptio. 431. & seqq.
— flexus num circa Joppen inchoetur septentrionem versus. 435
Livias, urbs Palaestinae primae. 215
— inde via ducebat Esbuntem. 412 496
— olim Bethramphtha dicta. 497
— describitur. 874
Lobna. 875
Locustae ut herbas cito consumant. 389
Lod. Vide *Lydda.*
Lodebar. 875
Lokim. *ibid.*
Longitudo & latitudo Palaestinae universae. 420
Lothi uxor versa in statuam salis, cui, quod demitur, accrescit. 61
— filii Ben ammi & Moab. 103
Lunae phases quae. 852
Lussa. 875
Luz. 876
Luza. *ibid*
Lychnuchi sacri situs. 56
— vicem praestitit calva S. Patrophili. 975
Lycus flumen. 318
Lydda. Toparchia ejus. 176
— campestria ejus. 306
— inde usque ad Emmauntem sunt campestria. 309
— inde usque ad mare est vallis. *ibid.*
— montana ejus. *ibid.*
— ubi. 461. 509
— describitur. 877
Λυδδικὴ regio circa Lyddam, quam Laodiceam alii putarunt. 877
Lydia, urbs Arabiae Petraeae. 464
Lysa, urbs Arabiae Petraeae. 463

M.

MAacha. 520
Maachath. 112. 879
Maachataei qui. 77. 112. 520
Maapha. 879
Maarath. *ibid.*
Mabartha. *ibid.*
Mabsara, vicus. 930
Macala. 882
Macatz. *ibid.*
— pro eo Graeci Michmas. 169. 883
Macbena. 880
Maccabaei. Vide *Chasmonaei.*
— conjectura de ortu hujus nominis. 901
Maceda. Vide *Makkeda.*
Machaerus terminus Peraeae. 130
— montes ejus. 308
— secunda quondam arx Judaeae ab Hierosolymis. 440
— describitur. 880. & seqq.
Machanaim. 882
Machmas. Vide *Michmas.*
Machpela, regio. 883
Macvar. *ibid.*
Madmanna. *ibid.*
Madmen, urbs Moabitica. 102
Madmena, urbs tribus Judae. 883
Madon, urbs. 1068
Magdiel, ubi sita. 494. 884
Maesaloth. 883
Magdala. 785. 885
Μάγδαλος est Megiddo. 893
Mageddo. Vide *Megiddo.*
Magludôn clima in Phoenice. 217
Magoras, fluvius. 318
Maguza, urbs Arabiae Petraeae. 464
Mahalol. 884
Majumas Ascalonis. 530. 589
— Gazae &c. 884. 885
Maked. 880
Makkeda, ubi sita. 494. 505. 885
Malatha ubi sita. 477
— describitur. 885
Maleph. 716
Maliattha, urbs Arabiae Petraeae. 463

Mamo-

Mamopsora, sedes episccopalis. 217. 886.
Mamortha, priscum nomen Neapolis. 439
Mamre. 886
Mandra. *ibid*
Manganaea. 881
Maniathe. 887
Manipulus hordeaceus ex Tzeriphin petitus. 986
— ex sola terra sancta petendus. 25
Manocho. 886
Maon. 887
Mappae Geographicae Palaestinae. De his vide praefationem, & *pag.* 395. 396. 510. 518. 519. 578
Mapse, urbs Idumaeae. 462
— urbs Palaestinae tertiae. 887. 217
Marala. 887
Maraphis. 888
Mardaitae, qui in Libano sedes habuerunt. 322
Mare Suph quomodo appelletur terminus terrae promissae. 21
— posterius & occidentale idem. 20. 235
— magnum sive mediterraneum Palaestinam alluens quot nominibus nuncupetur. 235
— Judaicum dicitur. 290
— salsum non semper notat lacum Asphaltiten. 236
— Aegyptium illud quod Cyprum alluit. 235
— septem maria terrae Israëliticae quae. 237
— id nomen etiam lacubus datur. 239
— mortuum quare dicatur lacus Asphaltites. 243
— planitiei cur appelelletur lacus Asphaltites. 361
— Syriacum id quoiod Caesaream alluit. 675
Mareon. 888
Μαρεῶν ubi. 979
Maresa. Vide *Marescha.*
Marescha, ubi sita. 495
— describitur. 888. & seqq.
— distincta a Morescheth. 902
Maria Magdalene unde dicta. 884
Marissa. Vide *Marescha.*
Marnas, numen Gazaeorum. 793
Maron, herba in Palaestina. 379
Maronae. 890
Masada. Flumina prope illam. 297. 464
— describitur. 890
Maspha. 891
Massepha. Vide *Mitzpa.*
Matthaei Evangelium olim conscriptum Hebraicis literis, sed sermone Chaldaico, Syrove. 677
— non sunt illa, quae sermone Hebraeo puro constantia nunc uti Evangelia Matthaei venditantur. *ibid.*
Matthane ubi sita. 495
Maxillae animantium profanorum portio sacerdotum. 653
Maximianopolis ubi. 500
— describitur. 891
Mazaena, urbs Palaestinae. 892
Meallon. *ibid.*
Meara. *ibid.*
Mechanum ubi. 496. 892
Mechona. 892
Medaba. Judaei illam occuparunt imperante Jannaeo. 101
— urbs Arabiae. 217. 464
— ubi sita. 487. 496
— intra Petram & Bostra media. 667
— describitur. 893
Medan, quid. 265
Meduna, vel Medana, urbs Arabiae Petraeae. 464
Μέγα Πεδίον ab Eusebio αὐλὼν dicitur. 364
— vide *campus magnus.* 453
Megiddo in campo magno. 170

Megid-

Megiddo campus ab ea dictus. 370
— describitur. 893
Me haijarcon. 895
Mel in Palaestina unde. 310. 382
— ex palmis. 386
— in regione Jerichuntina. 813
Melchizedeci urbs Salem num fuerit eadem quae Hierosolyma. 833. 976
— regia. 505
— genus ex Aegypto. 976. 1010
Melager, Gadarenus. 436
Me marom, מי מרום, quid. 262
Membra, urbs in versione Graeca. 148
Menasse tribus. Dimidia cis Jordanem, qui ejus termini & urbes. 156
— trans Jordanem, quae ejus urbes 163
Me nimrim, urbs. 102
Menippus ὁ σπαδογελοῖος. 436
Menoenum castrum. 899
Menois, vicus. 229. Vide *Minois*.
Mensae panum propositionis situs. 56
Mensurae, quibus intervalla locorum veteres metiuntur. 395
Meonenim. 895
Mephaath. 102
— ibi erat praesidium Romanorum. 895
Mero, vicus. 560. 896
Merom, vicus Sebastes. 505. Vide *Merrus*.
Merome. 895
Meron. *ibid.*
Meroth, vicus. 560. 895
Meroz. 896
Merrus. *ibid*
Mesa. 231
Mesada, urbs Arabiae Petrae. 464
Mesgara, urbs. 1015
Mesopotamia, num subacta a Davide. 11
Messias mannam coelo demittet &c. 352
— convenientia inter ipsum & Mosen. 353
Messias latere debuit aliquot annos & tum revelari. *ibid.*
Metalli fodinae Phaenunte. 952
Metere non licebat ante diem XVI. Nisan, sed Jerichuntinis id fuit concessum, & quare. 387
Methlem. 716
Metopa. 896
Metrocomia. 896
Metropolis Palaestinae primae Caesarea. 676
— secundae Scythopolis. 215
— tertiae Petra. *ibid.*
— Phoenices maritimae Tyrus. 216
— nomen dubium Tyrone an Sidoni conveniat. 1055
— Palaestinae hodie Rama. 959
— Samaritanorum Sichem. 1009
— Galilaeae Sepphoris, at antea Tiberias. 1000
Mezonecha. 896
Mia. 897
Mibtzar Tzur non est Tyrus. 1047
Michas, patria ejus. 495. 902
— delectatur paronomasiis. 535
— sepulcrum ejus ubi. 698. 902
Michmas, pro Macatz. 169. 882
— urbs, describitur. 897
Michmas, ubi sita. 498
Michmetath. 897
מרברים quae loca. 374
Middin. 897
Midian, urbs. 100
Midianitae. Eorum regio describitur. 97. *& seqq.*
Migdal eder. 897
Migdal ei. 898
Migdal Gad. *ibid.*
Migdal senna, ubi. 496. 884
Migdal tzebaia. 898
Migron. 899
Miliare Romanum quot passus contineat, quot stadia. 396. 398. 341. &c.

Miliares lapides in viis publicis locati. 401
מלין Hebraeorum quae. 396
Minnith. 899
Minois, describitur. *ibid.*
Miracula, Ascalone. 587
Mischal. 900
Mitzpa. 502
— describitur. 900
Mitzpe ad radices Chermonis. 123
— urbs Judae. 900
Mitzpe, vallis. 358
Mitzraim, esse nomen viri ostenditur. 62. 63
Moabitae. Urbes Emorraeorum occuparunt olim. 10
— campestria eorum extra Moabitin erant. *ibid.* 279
— occuparunt urbes Rubeniticas & Gaditicas. 611
Moabitis, qua in re similis terrae Israëliticae. 10
— optimos aluit arietes. 91
— ubi quaerenda. 100
— eo usque se extendit mons ferreus. 343
Moba, regio. 100
Mobocharax. 705
Moca, urbs Arabiae Petraeae. 464
Modiith. 901
Modin, urbs. *ibid.*
Mohaila. 230. 901
Mohammedani, quid scribant de Canaane. 7
— nomen Palaestinae usurpant. 41
— quomodo genus Amaleci describant. 81
— nomen Hagarenorum non mutarunt in Saracenos. 87
Molada, urbs. 901
Moleaha. 886
Moleatha. 231. 901
Molendina fluviis circumacta in Palaestina. 288. 294
Mons Seir ubi. 67
— Choreb, XI. dierum intervallo a Cadesch barnea. *ibid.*
— glaber quis. 68
— Chor, in quo Aaron mortuus. 930
— Gilboe montes dicti Philistaeorum. 76
— Arabiae Sinai. 98
— Nebo quomodo in terra Moab. 101
— Jovis. 233
— Engedi. 763
— Tabor. 220. 304
— Sinai. 220
— Lacum Asphaltiten montes circumdant. 243
— Francorum. 287
— Palaestinae montes recensentur & describuntur, Libanus, Carmel, Tabor &c. 305. *& seqq.*
— regius quis. 307
— Palaestinae montes nunc nudi quidam, olim terra tecti fuerunt & frugiferi. 310
— Castrevan. 320
— pisces & conchylia in montibus inventa. 322
— nivis, quis. 324. 920
— sacer, nomen pluribus montibus commune. 328
— Oliveti. Vide *Olivifer mons.*
— corruptoris, vel Hammasschith. 337
— trium luminum quis. 338
— quivis in tres partes divisus. 338
— a Libano usque ad Pharan montes porriguntur serie continenti. 342
— ferreus, quis. 343
— regius ubi. 345
— Gabaon. *ibid.*
— Girizim, Ebal. 344
— Angaris. 345

Mons Sodomenus. *ibid.*
— Amalekitarum. 346
— Aza. *ibid.*
— a Jerichunte usque ad regionem Scythopolitanam longus & sterilis. 363
— nullus in Palaestino litore a Carmelo austrum versus. 370
— Alsalamus, Hippos, Piara, Casius, Libanus. 458
Montes circa Hierosolymas. 838
— in urbe, Sion, Acra, &c. 846. & *seqq.*
Monstrum hominis, duplici capite. 877
More. Vide *Sichem.*
Moreschet, urbs, describitur. 902
Mori albae in Palaestina. 379
Moria, mons. 853
Mors secunda quae Judaeis. 353
Moschus Sidonius. 1016
Moses mortuus in regione tribus Ruben. 342
— distinxit terram Canaan & terram transjordanicam. 5
— non deduxit Israëlitas ad urbem Jerusalem. 391
Motza. 903
Myridis lacus erat in Aegypto. 592
Myrobalani, in Palaestina. 386. 930. 830
Myrum, sedes episcopalis. 220
Μυθολογεῖν quid. 250

N.

NAama. 903
Naaran. *ibid.*
Naaratha. *ibid.*
Nabaioth, filius Ismaëlis. 90
Naballo. 903
Nabara. *ibid.*
Nabataei. Eorum regio describitur. 90 & *seqq*
— eorum urbs Medaba. 893
— urbs illorum Petra. 931
Nabau. 904
Nabo. Vide *Nebo.*
Nachal, נחל, nomen commune vallibus & fluminibus. 283
— plerumque pro flumine capiendum est. 298
— quid proprie. 348. 350
Naepapha. 904
Nahalal. *ibid.*
Naim, ubi sita. 497
Nain. 904
Naioth. *ibid.*
Nais. *ibid.*
Naphath Dor. 905
Naphtali, tribus. Urbes ejus & termini. 160
— num lacus Tiberiadis totus fuerit in ejus portione. 259
Naplouza. 1005
Narbata. 905
Nardus. Indica & Syriaca. 287
— in Palaestina. 379
Nasib. 905
Navigari an possit in lacu Asphaltite. 252
Nazara, vicus trans Jordanem. 728
Nazareth, ubi sita. 497
— describitur. 905
— ibi olim soli Judaei habitabant. 1039
Nea. 907
Neapolis, olim Sichem dicta. 220. 506
— in montanis sita ortum dat aquis flumineis. 272
— inde viae ferebantur Aeliam, Scythopolin, Jerichuntem, Nicopolin. 408. 412
— ubi. 461
— diversa ab Arabia. 504
— aberat Jerichunte 52. miliaria. 504
— turbata seditione Samaritanorum. 674
— describitur. 1004. & *seqq.*
— non est Phanea dicta, sed Flavia Nea &c. 920

Neapo-

Neapolis, urbs Arabiae. 217
Neara. 907
Neballat. 908
Nebo, mons, quis. 342
— ubi. 496. 497
— urbs. 908
Nebucadnezar Tyrum cepit. 1049
Neiel. 908
Neilla. *ibid.*
Nelaxa, urbs Batanaeae. 459
Neocaesarea, pro Diocaesarea. 1001
Nephis. 908
Nephsaneemana, nomen loci ubi sepultus Michas. 698
Nephtoach. 908
— aquae ejus. 300
Neronias. 908
Netopha. 909
Netzib. *ibid*
Neve, urbs Arabiae. 217
— describitur. 909
Nezib, ubi sita. 498
Nibschan. 910
Nicopolis, urbs olim Emmaus dicta, quae. 426. 758. 759
Nilus. Unde dictus. 271
— media aestate, maximus. 274
— & Jordanes crediti per meatus subterraneos aquas suas miscere. *ibid*
— piscis ejus coracinus. *ibid.*
— non est qui fluvius Aegyptiacus dicitur in sacris literis & terminus est tribus Judae ad austrum. 286
— ostia quaedam ejus num aquam maris Gazae vicini dulcem reddant. 287
— vena ejus esse credita in fonte Capernaum, quod coracinos pisces alat 301
— ab Indis Africanisis ortus. 986
— ripa ejus arbores cypros optimas producit. 589
Nimra. 910
Ninive. *ibid.*
Nitriae mons. 875
Nives in Libano perpetuae. 312. 320
— ex monte Chermone deferuntur Tyrum. 323
— mons nivis quis. 324
Nob, urbs sacerdotalis. 911
Nobach. *ibid.*
Nomba. *ibid.*
Nombe, urbs Judae, in codicibus Graecis legitur. 601. 911
Noora. 907
Noorath. *ibid.*
Nota. 911
Notitiae veteres ecclesiasticae. 214. & *seq.*
Νότος pro orientali plaga. 293
Nubiensis Geographus male ita appellatur. Unde natus error. 41

O.

OAsis, an insula fuerit. 322
Oboda, urbs Nabataeorum. 91
Odollam. 912
Oenomaus Gadarenus. 775
Οἰκεῖνα, nomen loci. 535. 912
Olam, nomen loci. 81
Oleae. Privilegium earum prae reliquis arboribus. 261
— ubi proveniant. 310. 370. 379
— in monte olivifero. 339
— Palaestinae praestantiores Aegyptiis. 380
Oleum ex Ephraimitide missum in Aegyptum. 381
— optimum Tekoae. 381
Oliveti mons. Vide *Olivifer.*
Olivifer mons describitur. 337. & *seqq.*
— quantum abfuerit Hierosolymis 449
Olurus. 912
On est Sol. 631
Onitis in Palaestina. 379
Ono, urbs. 912
Ophni, urbs Benjaminis. 913
Opobalsamum. Vide *Balsamum.*
Orarium Sarabadenum. 986

Orbis

Orbis terrae, dividitur a Judaeis respectu sanctitatis in tres partes. 9
— medium ejus creditum esse Delphis & alibi. 52
— totus non est promissus Judaeis. 125
Orbo, urbs. 913
Oreb, rupes. *ibid.*
Origanum heracleoticum in Palaestina. 379
Origenes Jordanem non vidit. 509
Orine, toparchia quae. 176
Ὅριον, non terminum semper, sed & regionem omnem notat. 186
Ormiza. 917
Ormthon urbs. 431. 433. 916
Oronae. 917. 101
Orontes, amnis, oritur inter Libanum atque Antilibanum. 815
— ad eum sita Jopolis. 866
Orthosias, urbs Phoenices. 216. 433. 457. 529
Orton, urbs. 917
Oruba, urbs. *ibid.*
Ostracine, describitur. 59. 60
— pro Kedar collocatur. 97
— Arabia finitur. 439
— ibi sepultus Simon Judas. 751
— urbs Aegypti. 971
Ostrea in montibus inventa. 322
Οὐλαμμαὲς num nomen loci. 876
Oulatha. 917

P.

PAgida, nomen amnis Beli. 267. 290
Palaeobyblus, urbs Phoenices. 458
Palaeste ubi. 297. 298
Palaestina. Primae, secundae & tertiae urbes aliquot. 557
— longitudo & latitudo ejus. 421
— quomodo aretur solum ejus. 388
— Ita appellatur nunc una ex quinque partibus Syriae. 8
— Nomen illud terrae Israëliticae datur a Judaeis, Gentibus, Christianis & Mohammedanis. 38
— aliquando notat regionem Philistaeorum. 41
— salutaris quae dicta sit, & quando. 621
— prima, secunda & tertia quae. 205. *& seqq.*
— urbes modo Palaestinae modo Arabiae esse dicuntur, quod Palaestina tertia partem Arabiae occupaverit. 212. 926. 927
— facies ejus horrida longe diversa est ab ea quam olim habuit. 310
— fertilitas ejus ostenditur. 380
— varietas soli in illa. 385
Palaetyrus. 918. 1049
— fueritne illa Tyrus quam cepit Nebucadnezar. 1050
— ubi. 433
Palandresin. 918
Palmae. Inde nomen Phoenices. 50
— in Nabataeorum regione. 93
— in vallibus plerumque crescunt. 306
— in campo Jerichuntino. 358. 382. 387. 831
— Engaddenae optimae. 763
— ad ripam Jordanis bene crescunt. 363
— in Palaestina frequentes 379. 382
— unde mel elicitur. 386
— amant calorem & salsuginem. 387
— optimae circa Engaddi. 449
— paucae Gazae. 792
— plurimae circa Scythopolin. 977
Palmetum ad sinum Arabicum. 930
Palmyra. Urbs Phoenices Libanesiae. 217. 235
Palmyrena lingua qualis. 525
— Inscriptio lapidis. *ibid.*
— solitudo ad Petram se extendit. 932
Pamphilus, martyr. 677

Paneas, urbs, descscribitur. 918
— nomen regionis in qua sita Caesarea. 526
— diversa fuit abb urbe Dan. 489
— aliis Dan. 168. 458. 489
— mons ei imminens Panius dicitur & Chermon. 323
— via inde ducebat Damascum. 413
— via inde Tyrum. *ibid.*
— ubi sita. 465
Panes duo, שתי הלחם, est nomen panum Pentecostalium. 652
Panius mons, Chermon, describitur.
— in vertice ejus templum. *ibid.* 919
— ipse ut sacer colitur agentibus. 323
Paphta. 923
Para, urbs Benjaminitarum. *ibid.*
Paran. 556
Parasangae, quanta intervalla. 400
Parembolae, urbs. 923
Paria, insula ante Joppen. *ibid.*
Parnasus, in medio telluris habitabilis. 55
Parochmochu. 705
פרמה Hebraeorum quae. 397
Pascere pecudes parvas in Syria licet ubique, sed in terra Israëlitica tantum in sylvis & locis desertis. 13. 374
— gregem licet ubique in sylvis, non habita ratione tribuum. 261
— licuit Gaditis pecudes in Sarona. 370
— solebant in suburbiis. 371
Pascha. Manipulus paschalis ex sola terra Israëlitica petendus. 25
Pas dammim. 924
Passus quot pedes ccomplectatur. 396
Patres populi alicujijus qui dicantur. 65
Patriarchae Hierosoolymitani tituli. 681
Pau. Urbs Edomiticica. 67
Paulinus Scythopolitcs. 977
Paulus apostolus parentes habuit Giscalis, urbe Galilaeae, oriundos. 813
Pedes Graeci majores Romanis. 396
— 5000. efficiunt miliare Romanum. *ibid.*
Pella, diversa a Dio. 737
— 21. miliaria aberat Amathunte. 559
— 20. miliaribus a Jabes. 504
— urbs Decapoleos. 203. Coelesyriae. 459
— describitur. 924
— sedes episcopalis. 211
— dicitur & in plurali Πέλλαι, uti Πέτραι, Ἄρκαι &c. 215
— terminus Peraeae. 130
— via inde Gerasam. 413. 505
Pella, urbs Moabitica. 101
Pella, toparchia, quae. 176
Πέλτης, piscis. 274
Pelusium. Inde usque ad fines Palaestinae quae loca sint. 59
— ejus incolae Casium colebant. 61
— nomen videtur dedisse Philistaeis. 74
— a Pelusio usque ad mare rubrum extendit Amalekitin Josephus. 81
— in extremitate Arabiae situm. 87
— inde brevissimum iter est ad sinum Arabicum, via ducente Heroopolin. 436
— distat ab Arsinöe rubri maris oppido 125. miliaria. 441
Pentacomia, sedes episcopalis Palaestinae. 215. 925
— nomen loci ad Euphratem. 215
Pentecostales panes non nisi ex terra Israëlitica petendi. 25
Penuel. 925
Peor, mons, qui & Phogor. 343
Peraea. Describitur a Josepho. 130
— quae regio. 197
— montes ejus, campi & valles quae. 308

Peraea magna ex parte ἔρημος. 386
Perca, piscis Rheni. 274
Pereccho. 925
Pergamum, unus ex 4. verticibus montis Idae. 68
Περὶ & ὑπὲρ aliquando idem est. 560
Perizzaei qui. 139
Perraeborum lingua. 50
Persae quomodo Jordanem nuncupent. 271
— Ptolemaide usi tanquam portu. 433
— reges illorum ubi sepulti. 635
Persepolis rudera num sint illa quae Istachrae supersunt. 635
Perseus circa Joppen liberavit Andromeden. 270
Pestis non affligit regionem Turcarum. 613
Petra. Urbs Arabiae in terra Edom. 70. 71. 81. 84. 86. 93. 463.
— ab Eleutheropoli usque ad Petram & Ailam est terra Idumaeorum. 72
— urbs Palaestinae dicitur. 115
— quantum a Medaba abfuerit. 667
— describitur. 926. & seqq.
Petrus num piscatus circa Hepham. 699
PH. an admittant Latini post P. 1002
Phaenon, ubi metalli fodinae. 71. 951
Phalacrae, vertex montis Idae. 68
Phanuel. 952
Phaora. *ibid.* 955
Pharan, vallis. 359. 556. 72
— solitudo. 99
Pharatho. 952
Pharathos. *ibid.*
Phasaëlis. 280. 293
— ubi palmae praestantissimae. 383
— nomen urbis Ptolemaeo. 462
— describitur. 953
Phaselis, urbs Judaeae. Vide *Phasaëlis.*
Phasga, mons, ubi. 496
Phatura. 954
Phiala, lacus. 264. 453
— nomen receptaculi aquarum. 265
— Memphi in Nilo. *ibid.*
Philadelphia, non possessa a tribu Gad. 103
— urbs Arabiae. 105. 217. Coelesyriae. 459
— ubi sita. 130. 203. 501
— quantum abfuerit a Jordane. 424
— situs ejus. 474
— olim Rabbath ammon. 521
— inde regio Philadelphene dicta est, in qua sita Bacatha. 612
Philemon, episcopus Gazae, ad quem extat Pauli epistola. 797
Philippus ubi baptizaverit eunuchum. 646. 659
Philistaei. Regio eorum ubi. 73
Philodemus Gadarenus. 436
Philoteria, describitur. 954
Phoenice. Quomodo Herodotus eam vocem usurpet. 43
— & Coelesyria aliquando complectuntur omnem Syriam. 607
— regio maritima ab Othosia Pelusium. 47
— & Palaestina idem est. 865
— id nomen datur terrae Israëliticae. 50
— cui regioni id nomen veteres dederint. 111
— urbes ejus episcopales. 216
— maritima & Libanesia. 217. 528
— regio acclinis Libano monti. 318
— termini ejus ad Carmelum. 488
Phoenices usurpant nomen Paneadis. 918
— quomodo Saturnum nuncupent. 635
— nuncupantur Cananaei. 7
— Deos suos pingunt ferentes sacculos. 1006
— Tyrii & Sidonii, sed Azotii Syri. 43

Phoeni-

Phoenices Amalekitae dicuntur. 82
— literas intulerre in Graeciam. 141
— & Poeni diverrsi. 329
Phoenicia. Nomen barbarum: scribendum Phoenice.. 39. 51
Phoenix, quis. 7
— nomen fluvii. 51
Phogor, mons. 343. 496
— est & nomen urbis in tribu Judae. 955
Piara, mons. 458
Piceae, arbores, in Palaestina. 379
Piga, flumen. 290
Pilatus (Pontius) quis. 174
Pinetum prope Chebronem. 716
Pinus, in Libano. 321
Pira. 955
Pirathon. 956
Pisces aquas nimis salsas fugiunt. 243
— capere hamo licet in lacu Tiberiadis. 261
— capere & venari eadem voce Hebraei dicunt. 653
— ex flumine vicino Joppe. 289
— indurati in Libano inveniuntur. 321
— in Palaestina. 381. 382
— cum cepis Ascaloniticis parati ad esum. 589
— non comedunt Syri, & quare. 592
— an ex mari magno capere Petrus fuerit solitus. 699
Piscinae tres Salomonis. 300. 304
— una fuit piscima Chebrone. 709
— Bethesda & aliae Hierosolymis. 856
Pisga, mons. 496
Pistaciae, arbores es, in Palaestina. 379
Placenta, non unana, sed duae separandae in Syria. 13
Planities. Vide *C. Campus.*
Planta quadriennis. Ejus jura nulla in Syria. 13
Platane. 956
Plebs illiterata, Judaeis contemta. 14
Πλέθρον quid. 398
Plinii compendium scripsit Robertus Criceladiensis. 439
Pluvia. Usque ad pluviae secundae tempus licet per agros compendii causa iter facere. 261
— aqua in cisternis colligi solita. 303
— stata tempora pluviarum in Palaestina. *ibid.*
— in Aegypto nulla. 380
Politiana, νόμη. 216
Polluctura, cujus respectu terra Israëlitica in tria dividitur. 306
Porcis exposita corpora Christianorum hordeo repleta. 588
Porphyreon, urbs. 431. 531. 720. 819
— describitur. 956
Porta piscium Hierosolymis quae. 877
Portae Hierosolymitanae. 855
— centum Thebis & Romae tribuuntur. 1034
Portus Gazaeorum, ubi. 507. 406
— Joppes. 406
— Jamnitarum. 460. 823
— Caesareae, dictus λιμὴν Σεβαστός. 672
— Ptolemaidis. Vide *Acco.*
— Tyri. 1012
— Sidonis. *ibid.*
— Azoti. 215. 460. 606
— Ascalonis. 530 590
— Tiberiadis respectu maris magni est Hepha ad Carmelum. 819
Posidon, sedes episcopi hodie in Palaestina. 214
Praesidium. 230. 231
Primitiae, תרומות, etiam ex agris Syriae solvebantur. 12

 Primi-

Primitiae Syriacae in ipsa Syria debuere consumi. *ibid.*
Primitiva, ביכורים, an afferenda ex regione transjordanica. 5
— etiam ex Syria afferebantur. 12
— Aegypti, Babyloniae, Ammonitidis & Moabitidis non afferebantur Hierosolymas. 13
Πρίων τῆς Ἰουδαίας quis locus. 742
— nomen pluribus locis commune. *ibid.*
Privilegia terrae Israëliticae. 24
Procopius Gazaeus. 792
Promissionis terra, quale nomen. 18
— non omnis possessa ab Israëlitis, & quare. 125
Ptolemaeus. Intervalla locorum Palaestinae ex eo notata. 456
— codex ejus MStus olim apud Picum, Comitem Mirandolanum. 464
— Ascalonites, discipulus Aristarchi. 594
— Arabiam singulari cura descripsit. 705
Ptolemais ῥοδοφόρος, urbs Aegypti. 541
Ptolemais, urbs sita ad campum magnum. 366. 372
— olim Ace dicta, ubi sita. 433. 455. 509
— describitur. 534. & *seqq.*
— non est eadem quae Joppe. 865
Pulvis terrarum Ethnicarum immundus. 12. 25
Punicae literae. 1014
Punicus & Phoenicius differunt. 329
Purpura, an in mari salso inveniri recte dicatur. 236
— circa urbem Chilzon. 720
— circa Dora. 740
— capitur a Scala Tyriorum ad Hepham. 819. 956
Putei mirandi circa Ascalonem. 589
— circa Gerar. 805
Puteus Jacobi. 1007. 1008
Pythagoras in monte Carmelo commoratus. 329
Pytho, urbs Delphi. 54

Q.

Quercus in Palaestina. 379
— nomen loci. 714

R.

Rabba, quae & quotuplex trans Jordanem. 583
— est nomen urbis Judae. 957
Rabbath Ammon, Philadelphia. 103. 521. 525. 583. 957
Rabbath moba, describitur. 957. Vide & *Areopolis.*
Rabbith. 958
Rabmathom, urbs Arabiae Petraeae. 464
Ῥαβώθ urbs. 518
Raccath. 958
— non est Tiberias. 1036
Raccon. 958
Rachal. *ibid.*
Ragaba trans Jordanem. 181. 959
Raitho, nomen solitudinis prope montem Sina. 831
Rama, vel Ramola, videtur esse eadem ac Arimathaea. 580
— describitur. 959
— Alramla dicitur Abulfedae. Vide tabulam insertam. 511
— urbs inter praecipuas Palaestinae. 8. 288. 595
— circa eam superstes vetus piscina. 303
— decem inde miliaribus Romanis ortum versus montana incipiunt. 426
Rama Benjaminis, Ramathon dicta. 448
Rama ubi sita. 498
— describitur. 963
Rama Ephraimitica. 964
Rama miliaria, ccommentum. 962
Rama Nephtaliticca. 963
Ramath, urbs Simeonitarum. 964
Ramath & Ramoth Gileaditica, urbs eadem, urbs tribus Gad. 163. 474. 967
— forsitan eadem est ac Amathus. 560
— eadem ac Arimanon. 579
Ramatha. 965
Ramathaim Tzophim non est Arimathaea. 581
— describitur. 964. 965
Ramathem. 179. 965
Ramath hammitzpe. 966
Ramathon, 40. stadiis ab Hierosolymis. 447. 966
Ῥάμιθα, nomen priscum Laodiceae. 967
Ῥάμνος & ἀκάνθαι differunt. 523
Ramoth in Gilead. Vide *Ramath.*
Raphanaea. 317
Raphia, initium Syriae. 46
— inter Rhinocolura & Gazam. 59. 286. 435. 439
— inde via ducens Aegyptum. 415
— ubi. 461
— describitur. 967
Raphon. 968
Ras alain prope Tyrum. 1049
Rebbo. 968
Rechob, ubi. 119. 123
— vallis regionis ejus. 357
— urbs tribus Ascher. 968
Ῥεγεὼν quid. 215. 776
Rekem, urbs Pe'etra. 133. 931. Vide & *Areceme.*
Reliquiae martyrum Neapoli combustae a Samaritanis. 674
— S. Johannis Is Baptistae Samariae. 980
— Obadiae & Elisaei. 981
Remmon, vicus, ubi. 498. 969. 973
— ubi Salomon sacris operatus. 502
Remmus. 969
Remphis. 580. 969
Renga. 969
Rephaim, qui. 141. 79
— vallis. 355
Ressa, arx. 969
Resurrectio mortuorum ubi futura. 26
Rhenus, unde dictus. 271
— vetus. 272
— piscis Rheni perca. 274
Rhinocolura ubi. 59. 387. 435. 439. 509
— fluvii ejus qui & unde originem trahant. 285
— describitur. 969
— fluvius non alluebat hanc urbem. 970
Rimmon, urbs Simeonitarum. 973
Rimmono. 974
ריס Judaeorum, stadium. 400
Robatha, Rooboth. 231
Robertus Criceladiensis scripsit compendium Plinii. 439
Rogelim. 974
Roma quomodo ἑκατόμπυλος dicatur 1034
Romanorum praesidia, Ailae. 554
— apud Arnona. 232. 579
— Chermulae. 695
— Mephathae. 895
— Thamanae. 930
Roob. 974
Ros Chermonis. 325
— copiosissimus in campo Esdrelôn. 326
Rosae Jerichuntinae. 831
Ruba, solitudo. 295
Ruben, tribus, Gad & dimidia Menasse habitarunt extra terram Canaan. 6

Ruben quas urbes & terminos habuerit. 163
— non habuit omnes urbes suas ad austrum tribus Gad. 582. 650. 735
Rubrum mare. Vide *Sinus Arabicus.*
Ruma, urbs. 34. 974. 580
Rupes Palaestinae olim terra tectae & frugiferae. 310. 389
Ruta sylvestris in Palaestina. 379
Rydda. 974

S.

SAab. 974
Saana, urbs Coelesyriae. 459
Saara. 974
Sabaia. 230. 974
Sabba, faemina fatidica apud Hebraeos. 15
Sabbathicum iter. 338. 341. 397. 398. 400. 450
Sabbation, flumen, describitur. 291. 317
Sabura. 975
Saccaea. 459. 110
Sacerdotes. Urbes eorum quae. 164 *& seqq.*
— livabant victimas in lacu. 269
— maxillas nanciscebantur ex animantibus profanis quae maclabantur. 653
— aquam fontis Siloam bibebant, ut carnes comestas melius concoquerent. 860
Sal, cujus usus in sacrificiis Judaicis, num ab Astracan petitum sit. 60
— id male creditur fuisse bitumen. 243
— siccatur aestivis solibus in lacu Tarentino. *ibid.*
— optimum in lacu Asphaltite. *ibid.* 381
— τιμαὶ ἁλὸς Judaeis concessae, quae. 269
— vallis salis quae. 353
Salaba, vicus. 975
Salamias, Phoenices Libanesiae. 217
Salamin. 975
Salem nomen pluribus locis Palaestinae datum. 976. 977
— prope Scythopolim. 505
— regia Melchizedeci ubi fuerit. 833 976
— est & nomen urbis Jerusalem. 833
Salim. 977
Salix ad ripam Jordanis. 274
— salicum torrens quis. 287
— torrentis. 348
Sallis. 978
Salmaida. *ibid.*
Salmon, mons. Vide *Tzalmon.*
Salomon quomodo regionem Israëliticam diviserit. 169
— ubi cedros plantaverit. 294
— piscinae ejus ubi. 300
— horti ejus & vivaria ubi. 304
— ubi falsa Numina coluerit. 337
Salsedo aquarum lacus Asphaltitis fecit ut maris salsi nomen ei datum sit. 240
Salsum mare saepe notat mare mediterraneum. 235
Saltus Hieraticus. Sedes episcopalis. 213. 215
— Toxos. 215
— Gerariticus. *ibid.*
— Gonaticus. 216 217
— Gonasitius. 217
Saltus. Vide *Sylva.*
Salumias. 978
Samaraei, qui. 141
Samaria quae & Sebaste, urbs inaedificata monti Schomron. 344. 461
— male illi tribuitur nummus qui Caesareae cusus est. 982

Sama-

Samaria via inde e Caesaream maritimam. 409
— describitur. 979
— male in coddicibus Plinii ante mentionem Ascalconis legitur. 439
— in monte altiore. *ibid.*
— ubi sita. 498. 510
— posita pro Marissa aliquando. 889
Samaritani quomodo terram Canaan vocent. 7
— an in Batanaea vicum habuerint. 483. 1033
— vicum Asuganrinam ad radices Carmeli incoluerunt. 599
— Caesareae habitarunt. 673
— tumultuantur in Palaestina. *ibid.*
— a Judaeis occisi. 1000
— olim iis non licuit Tiberiade habitare aut Nazarethe, Diocaesareae aut Capernaumi. 1039
Samaritanus Pentateuchus differt ab Hebraeo. 19. 138. 323
Samaritis, describitur. 131. & 179. 180. 386
— num tota montuosa. 307
— olei ferax. 381
— regio fertilissima. 673
Σαμαρεῶν ὄρος quid. 344
Samega. 983
Samochonites lacus. Describitur. 261
— eum perfluitt Jordanes. 273
— quantum abfuerit a Paneade. 422
Sampho. 983
Sampsaei, ubi. 282
Samuelis patria. 963
Samulis, urbs Coelesyriae. 459
Sancta terra. Unde id nomen. 21
— varii gradus s illius sanctitatis. 24
Sanim. 983
Sansanna. *ibid.*
Sapliec. 984
— urbs Judae ir in codd. Graecis. 600
Saphir. Vide *Seaphir.*
Saraa, ubi. 288. 984
Sarabatha. 984
Saraceni qui. 86. 96
— iidem ac Midianitae. 98
Saraim. 984
Sarafa. *ibid.*
Sarasa. *ibid.*
Sarda, ubi. 498. Vide *Tzora.*
Sardonius risus unde dictus. 191
Sarephta. 290
— describitur. 985. 1057
Sarera. 987
Sarid, urbs Zebulunitarum. *ibid.*
Saripha in vicinia Ascalonis. 588
Sariphaea, urbs, describitur. 987
Saris. 986
Saronas. Ibi vituli optimi. 91
— regio, describitur. 188. 370
— an inde dicta regio Gennesaritis. 193
— non videtur trans Jordanem fuisse. 370. 989
Saron. Vide *Saronas.*
Sarra, vetus nomen Tyri. 1046
Sartaba, mons. 346
Saturni nomen Βηταγὼν apud Phoenices. 635
— inde usque ad Hepham est piscatio purpurae. 819
Schaalabbin. 988
Schaalbim. *ibid.*
Schaaraim. *ibid.*
Schachatzima. 989
Schalem. Vide *Salem.*
Schalmaei, qui. 140
Schamir. 989
Schaphir. *ibid.*
Scharuchen. 990
Schave kirjathaim, ubi Emim habitabant. 79. quos Moabitae expulerunt. 100

Schazur. 990
Scheba. ibid.
— nomen urbis. 151
Schebam. 990
Schebarim. 901
Schekem. Vide *Sichem.*
Schekinae migrationes decem. 337
Schema. 991
Schenir, nomen Chermonis. 325
Schepham. 991
Schichin. ibid.
Schichor, non est nomen Nilo proprium. 286
— Libnath, ubi. 289. 730
Schiddim, vallis. 354
Schilo, ubi sita. 498
— pro eo Σαλὴμ scribitur. 976
— describitur. 1016
Schimron postea dicta Simonias. 1017
— urbs Zebulun. 991
Schimron meron. ibid.
Σχῖνος pro Σχοῖνος legendum. 351
Schion. 992
Schiphmoth. ibid.
Schirjon, nomen Sidonium montis Chermonis. 325
Schittim, vallis. 351
Schittim arbores quae. 520. 993
Schoenus, intervallum. 400
Schomron, mons. 344. 979
Schorec, flumen. 288
Schouf, nomen Libani prope Berytum. 320
Schunem. 992
Schur, terminus Amalekitidis. 81
Scylax Caryandensis quando vixerit. 431
Scythae irruperunt in Palaestinam. 993. 1046
Scythopolis. Fluvii illic. 281. 272
— dicta Bethsan olim. 363. 365
— via inde Caesaream maritimam. 410
— num 600. stadia abfuerit Hierosolymis. 430
— describitur. 992. *& seqq.*
Sebaste. Vide *Samaria.*
Sebei. 998
Sebus, urbs Judaeae Ptolemaeo. 461. 998
Sechacha. 998
Sechu. ibid.
Segor. Vide *Zoara.* ibid.
Seir, quis. 67
— montana ejus ubi. 68. 79
— mons Gabla dicitur. 83
Seirath. 998
Selamin. ibid.
Seleucia, nomen fuit urbis Gadarorum. 774
— nomen urbis sitae ad lacum Samochoniten. 999
Selna. Urbs sacerdotalis. 164
Sem & Scham, nomen Syriae, quod sint affinia errori ansam praebuere. 8
Semiramis, filia Dercetus quando nata. 590. 592
Senaa. 999
Sennabris, vicus, ubi. 454. 999
Sepeliri etiam eo loco ubi invenitur cadaver inhumatum potest. 261
Sepes. Eam perrumpere quando licitum. 261
Seph. 999
Sepharam. 1068
Sephela, regio describitur. 187. 372
— unde dicta. 349
— redditur κοιλὰς, πεδιάς. 350
Sepphoris, non longe a campo magno. 366
— non legitur in nummis *Septyro.* 1055
— Ἀπφεῤεῖ Ptolemaeo. 460

Seppho-

Sepphoris describitur. 999
— ibi olim solili Judaei habitabant, & arcebant inde Christianos. 1039
Sepulcra regum Persiae ubi. 635
— Sileni. 15
— familiae Daviidicae. 770
— Chabaccuci. 772
— Michae. 698
— Obadiae. 981
— Elisaei. ibid.
— Johannis Baptistae. ibid.
— Helenae reginae Adiabenorum Hierosolymis. 1037
— Ezrae Hierosolymis. ibid.
Sepulti in terra Israëlitica privilegium. 28
Serapium Alexandriae. 794
Seres, populi. 343
Serias terra, in qua columnae Sethi. ibid. ibid.
Serpentes inter Pelusium & Heroopolin. 436
— circa Jerichuntem. 830
Serphend, vicus inter Joppen & Ramam. 867. 986
Servus in Syria venditus qualis. 12
Sethi columnae diu superstites & ubi. 343
Siagon. 1003
Sibma, urbs. 102. 1003
Sicamenos. 415
Sichanin. 1003
Sichem. Vide *Neapolis.*
Siddim. Vide *Schiddim.*
Sidon & Gaza terrmini Palaestinae. 113
— duplex credita, major & minor. 680
— describitur. 1010. *& seqq.*
— australior Eleleuthero flumine. 291
— campus magagnus ejus. 360
— ubi sita. 433. 509
— abest 200. stadiis a Tyro. 510
— filia ejus num appelletur Tyrus. 1048
Sidonium & Tyrium saepe permutantur apud veteres. 956
Sidonios se appellant Neapolitani. 1004
Sigo. 182. 1016.
Sihon, flumen. 271
Sikella. 1004
Silbonitis, regio quae. 130. 199
Sileni sepulcrum apud Hebraeos. 15. 1017
— imago in nummis. 1006
Siliquae, in Palaestina. 379
Silla. 1016
Silo. Vide *Schilo.*
Siloam, fons. 299. 300
— describitur. 857
— piscina ex fonte deducta. ibid.
Simeon tribus expulit Amalekitas. 80
— urbes ejus quae. 151. 609
Simonias, vicus. 367. 1017
Simyra, urbs. 318
Sin, solitudo, ubi. 117
Sinai mons Arabiae. 98. 220
Sinde, vicus Tyriorum. 1018
Sinus Elaniticus quantum absit a Gaza. 436
— Arabicus duos habet recessus, Elaniticum & alterum. 436. 555
— Arabicus: ex eo terra utrinque potest conspici in parte ejus borealiore. 555
— Ptolemaidis. 539
Sion, urbs Jissascar. 326
Sion, montis Chermonis nomen. 324
Sion, mons Hierosolymitanus, an rorem Chermonis excipere possit. 325
— ubi situs. 845. 846. *& seqq.* 60. 592. 668
Sion, trans Jordanem. 1018
Sipporis. Vide *Sepphoris.*

Sirbo-

Sirbonis lacus. 237. 436. 439
— inter montem Casium & Rhinocolura. 509
Siricius Neapolitanus. 1005
Smilax aspera, in Palaestina. 379
Socho, ubi. 498. 1018. 1019
Sodoma. Male refertur inter sedes episcopales Palaestinae. 213. 1019
— Sal Sodomiticum commendatur a Galeno. 243
— & 3. urbes vicinae num ex sacro codice demonstrari possint in Asphaltite esse submersae. 254
— rupes exustae, vestigia ejus. 297
— montes ejus. 345
— usque ad regionem Sodomenam & terminos Asphaltitidis extenditur campus magnus. 363. 453
— sita in campis olim uberibus. 372
— regio Sodomitis vicina est lacui Asphaltiti. 451. 453
— non erat vicina Engedi. 763
Sogane, vicus. 1020
Solis ortus in templo Hierosolymitano quomodo observari solitus. 711
Solitudo inter Aegyptum & Palaestinam describitur. 59. in cujus initio sita est Gaza. 790
— Edom quae. 67. 69
— Moab quae. 67
— Arabiae in qua Israëlitae oberrarunt, varia loca habet nota circa Petram. 930
— austrina, respectu terrae Israëliticae. 70
— Saracenorum. 98 96
— per quam labitur flumen Arnon. 101
— juxta Bostra Arabiae. 109
— in qua Auran, oppidum Damasci. 107
— Tzin, ubi. 115
— Sin, ubi. 117
— in Daroma. 187
— Tekoae. 267. 298
— Ruba circa mare mortuum. 29,
— urbis sanctae. 294
— Jeruel. 298
— Ziph. 356
— ad utramque ripam Jordanis. 361
— מדבר quid proprie. 374
— recensentur solitudines Palaestinae. 375
— Judae quae. 375
— Judae sex urbes habuit. 375
— Judae non est quaerenda trans Jordanem. 375
— Judae non est eadem atque ὀρεινὴ Ἰούδα. 375
— Tekoae quae. 375
— Ziph, ubi. 375. 378
— Maon. 375
— Sichonis & Ogi quae. 376
— Gibeon. ibid.
— Bethaven. 477
— erat inter Hierosolymas & Jerichuntem. 378. 829
— juxta Jordanem. 378
— vastissima ad ortum Bethlechemi & austrum. 486
— Cutilae ad lacum Asphaltiten. 731
— Engedi. 763
— Palmyrena. 932
— lata ad austrum Judaeae. 932. 933
Solum Palaestinae fertile. 380 &c.
— ὑπόπετρον non omnino ineptum. 391
— olim aliter se habuit in Palaestina ac nunc. 389
Σόλυμα, Jerusalem. 1037
Solyme, vicus Gaulanitidis. 1021
Somorra, in finibus Petraeae. 930
Sonna, urbs. 1021
Sopha. ibid.

Sosus,

Sosus, Ascalonitata. 594
Sozusa. 1021
Spartani & Judaeiei cognati unde. 36
Speluncae, nomeien loci in Arabia. 231
— Gadarenae. 775
— fere omnia lcloca sacra sunt, quae in Palaestina ostenduntur. 648
Spina alba, arborr. 521
— variae ejus spoecies. 523. 993
— e qua coronaa Christi. 523
Σπαδογελοῖος unnde dictus Menippus 434
Sportulas texere, e, consuetum monachorum opus. 977
Stachys, in Palaeaestina. 379
Stadia, describunmtur. 398. & seqq.
— complectuntitur pedes 600. sui generis. 398
— octo faciunnt miliare Romanum. 399
Stagnum diciturr lacus Tiberiadis. 333
— Assyrium estt lacus Asphaltites. 1010
Stradela. 1022
Strato conditor turris Stratonis. 670
Stratonis turris. Vide *Caesarea*.
Suburbia inserviviebant pastui pecorum. 370
Succoth, urbs P Peraeae, postea nuncupata Darala. 308. 992. 1022
Suite, regio, ubi. 265
Sulem, ubi sita.a. 498. 1022
Sur. 1023
Surattha urbs AArabiae Petraeae. 464
Susitha. 1023
Sycamazon. ibid.
Sycaminos, urbs inter Ptolemaida & turrim Stratonis. 435. 1025
Sycomori non cn crescunt in Galilaea superiore. 306. 368
— plurimae in in Palaestina. 1024
— in locis ci campestribus plerumque crescunt. 306. 370. 379
Sychar. 1025
Syene stadia 2000. abest a Pelusio. 59
Sylvae Palaestinae describuntur. 374. 378
Symbatha. 1025
Συμοὼν, urbs. 1017
Syna, mons prope Caesaream. 416
Synagogae in quibus urbibus & vicis essent. 516
— Nazarethae. 906
— Tiberiade. 1040
Synedria quinque terrae Israëliticae. 738
Syria, in quinque regiones nunc distributa. 8
— olim in duo divisa a quibusdam, Coelesyriam & Phoenicen. 607
— quid hoc nomine intelligant Judaei. 10
— quae a Davide subacta. 11. 111
— in tribus rebus par terrae Israëliticae, in tribus dispar. 11.
— Palaestina quae. 42
— saepe terram Israëliticam notat. 45
— aliquando perlate patet. 46
— Coele quae. 47. 313. 314. 365
— vicina Palaestinae quae & quotruplex. 111. 112
— Maacha quae. 112
— Ciliciae male legitur pro Coele. 205
— male pro Σκρία lectum. 343
— cava an dicatur الغور 365
— in hortis operosa. 607
Syrophoenices qui. 50
Syrorum multa olera, proverbium. 607

T.

TAanach, 3. miliaribus a Legione. 506. 1025
Taanath Schilo. 1025
Tabae. 1027
Tabbath. 1025

Tabor,

Tabor, ſitus in campo. 372. 506
— quantum abfuerit a Diocaeſarea. 499. 506
— oppidum in eo ſitum. 599. 1025
— ad radicem ejus Dabira. 737
— mons Galilaeae. 168. 220
— inde flumen oritur. 280
— ciſterna illic. 304
— & Chermon quomodo opponantur. 324
— deſcribitur. 331. *& ſeqq.*
— quomodo dicatur eſſe medius inter Scythopolin & campum magnum. 366
Tachoa. 1026
Tagabaeorum vicus idem qui Betagabaeorum. 628
Tamariſci ad ripam Jordanis. 274
Tamyras, flumen. 291
— inter Berytum & Sidona. 432
Tanis, urbs Aegypti. 59
Tantali frater nomen dedit Aſcaloni. 587
Tanu. Urbs. 166
Tappuach. 1026
Tarala. *ibid.*
Tarba. 231. 1026
Tarichea, ubi. 440
— deſcribitur. 1026
Tarnegola ſupra Caeſaream. 133
— alia. 133
Tarquinius cotem novacula fidit. 267
Tatam. 1027
Tauri fluitant in lacu Aſphaltite, id eſt, glebae bituminis. 249
Taurus, nomen arcis. 830
Tebetz, urbs. 1027
Tecoë, ſolitudo. 267. 375
— oleum ejus praeſtans. 381
— ubi ſita. 499
— urbs deſcribitur. 1028
Telaim. 1029
Telem. *ibid.*
Telitho urbs Moabitica. 101
Templa octo Gazae. 793
— quinque Sichemi. 1010
Templum an fuerit in Carmelo. 329
— Carnii. 601
— Veneris Aphacitidis in Libano. 315
— Dagonis. 635
— in monte Panio. 323. 921
— τῆ Βαλανίᾳ Heliopoli. 794
— Jovis Atabyrii. 332
— montis oliviferi, cui crucis ſignum ſuper impoſitum. 339
— montis Gerizim. 503. 1005
— Zeripha quod erat Aſcalone unum ex quinque celeberrimis templis Gentium. 588
— Aſtartes. 621
— Sarapium, Alexandriae. 794
— Gazae a Simſone dirutum quomodo duabus columnis inniti potuerit. 795
— Pantheon Betheliae, ubi & alia plura. 800
— ignis aeterni a Perſeo ſtructum Jopoli ad Orontem. 866
— S. Georgii Lyddae. 878
— S. Mariae ibidem. *ibid.*
— prophetae Eliae Sarephthae. 985
— Herculis vetuſtiſſimum Tyri. 1052
Tephon. 1029
Terebinthus. Vallis ejus. 357
— arbor Palaeſtina. 379
— prope Chebronem. 417. 710. 711. *& ſeqq.*
— 2. miliaribus a Bethanin. 485
Termini terrae Iſraëliticae Euphrates & mare Suph quomodo. 20
— quibus in ſacro codice haec terra definitur. 113
— quibus in ſcriptis profanis deſcribitur. 124

Terra.

Terra. Notat ſaepe ſolam terram Iſraëliticam. 28
— medium ter terrae univerſae creditum eſſe Delphis. is. 53
— diviſa olim im in 3. partes. 53
Terrae motus. s. 578
— tranſpoſuit pit partem montis oliviferi. 339
— infrequentes tes in regione Turcarum. 613
Teſtudines in oi omnem Eleutherum illabuntur. 291
Tetracomia. 1029
Tetrapyrgia proprope Zoara. 1066
Tetrarchiae & & tetrarchae Palaeſtinae. 173. *& ſeqq.*
Thabatha, ubi bi ſita. 499. 799. 1030
Thabor. Vide le *Tabor.*
Thaelam. 1030
Thala. *ibid*
Thalcha, urbs bs Simeonitica. *ibid.*
Thalpioth. *ibid.*
Thamana. 231. 1030
Thamaro, urbsbs Judaeae. 462. 1031
Thamna. Indnde dicta toparchia. 176. 462. 1032
— toparchia ila illa deſcribitur. 191
— ſita in via da ducente Aelia Dioſpolin. 406
Thamnaſachar.ar. 1031
Thamnatha, ui urbs. 1032
Thana, urbs Ar Arabiae Petraeae. 463
Thanath. 499. 1032
Thapſa. *ibid.*
Thapſacus, flummen Phoenices. 431. 457
Tharabaſa. 1032
Tharſe. *ibid.*
Tharſila. 1033
Thebae, urbs. bs.
— notat Graeraecis editum locum: & hinc eſt nomen en Thebarum Boeotiarum atque Aegygyptiarum. 1033
Thebaſa. 1034
Thebes, ubi. 499. 1027
Theco. 1034
Thelam. *ibid.*
Thella. *ibid.*
Theman, 5. miliaribus a Petra. 930
Themath, urbs Judae in codd. Graecis. 600
Themmon. Urbs Nephtalitica. 167
Thena Samaritidis. 461. 499. 506. 1034
Thenath, ubi. 499
Theodorus, ſophiſta Gadarenus. 775. 436
Thermae Palaeſtina deſcribuntur. 301. *& ſeqq.*
— Tiberiadis. 440. 703. erant extra urbem. 1037
— Callirhoës. 441
— Gadarenae quae ſolis Bajanis cedunt. 755
Thesbone. 1035
Thimanaei in Arabia. 86
Thisbe. 1035
Thmuis, urbs Aegypti. 59
Thobes. 1036
Thonitis lacus. 243
Thora pro Dora. 738
Thrax, nomen arcis. 830
Threſſa. 1036
Thus, num in Libano creſcat. 312. 320
Thymbra, in Palaeſtina. 379
Thymus in Palaeſtina. *ibid.*
Tiberias, an olim Kinnereth. 168. 161. 469
— thermae ejus deſcribuntur. 302
— thermae ejus defecerunt. 703
— regio ejus vallis dicitur. 306
— monti vicina. 346
— lacus ejus deſcribituur. 258
— lacus ejus dulcis ac fertilis. 363
— via inde Tarichaeas. 414
— ſitus ejus. 454
— portus ejus reſpectu maris magni eſt Hepha. 819

 Tiberias

Tiberias 18. miliaria aberat a Seppori. 1000
— describitur. 1036
Τιβεριὰς λίμνη & Τιβεριάς. 259. 461
Tiberis ad fontem retrocessit. 276
Timna. 1042
Timnatha. *ibid.*
Timnath cheres. 1043
Timnath serach. 1031. 1032. 1044
Tirathaba. 1044
Tirtza. *ibid.*
Titanes, qui. 355
Tochen. 1044
Tolad. *ibid.*
Toloha. *ibid.* 230
Τοξοπύργος, nomen Paneadis. 919
Toparchiae terrae Israëliticae. 176
— tres adjectae Judae, Aphaerema, Lydda & Ramathem. 178
Tornagla. 1044
Torrens. Vide *Flumen.*
Toxos saltus, sedes episcopalis. 215. 1045
Trachonitae Arabes. 343. 459
Trachonitis describitur. 108. *& seqq.*
— in Talmude commemorata. 133.
— montes Trachonitarum. 313. 334
Tragoriganum, in Palaestina. 379
Transjordanica regio, non fuit terra Canaan. 4. 5. 6.
— non dicitur terra promissa. 18. 19
— non adeo sancta credita ac regio cis Jordanem. 24
— quos terminos habuerit. 117
— describitur. 194
— num in ea fuerit solitudo Johannis Baptistae. 375
Tribus Israëliticae quomodo Palaestinam inter se partitae sint. 142
Tricomias. 1046
Tricomis. 1045. 215. 231
Trieris, Phoenices. 216
— urbs Phoenices olim. 431
Tripolis, urbs Phoenices. 313. 431
Triticum in Palaestina. 381
Turcae Nomen veteribus ignotum. 94
— quibus rebus glorientur. 613
Turcois, nomen unde. 95
Turris Stratonis. Vide *Caesarea.*
— Hierosolymis, a Stratone nomen habens. 672
Tyriorum scala, nomen montis. 343
Τύρος, in confiniis Peraeae & Arabiae. 134
Tyrus, urbs Phoenices. 43. 431. 459. 465. 590
— describitur. 1036. *& seqq.*
Tzaanaim. 1056
Tzaanan. *ibid.*
Tzaanannim. 1057
Tzalamin. 976
Tzalmon, mons. 344
Tzaphon, nomen loci postea dicti Amathus. 308. 1057.
Tzarpath. 1057
Tzarphand. 985
Tzartan. 1058
Tzartana. *ibid.*
Tzeboim. *ibid.*
Tzedad, ubi. 123
Tzela. 1058
Tzeltzach. *ibid.*
Tzemaraim, mons. 344. 1058
Tzenan. 1058
Tzephath. 1059
Tzephata, vallis. 354
Tzer. 1059
Tzeredatha. *ibid.*
Tzereth hasschachar. *ibid.*
Tzeriphae templum Ascalone. 588
Tzeriphin. 1059
Tzetzes, (Johannes) scripsit etiam commentarium in Lycophronem, qui vulgo Isacio tribuitur. 567
Tziadatha, nomen recentius urbis Hannekeb. 545. 1059

Tziclag,

Tziclag, combusta ab Amalekitis. 80. 1060
Tziddim. 1060
Tzidon. Vide e *Sidon.*
Tzin, solitudo, ubi. 114
Tzinna. 1060
Tzior. *ibid.*
Tzippori. Vide *Sepphoris.*
Tzor. Vide *Tyrus.*
Tzora. 1060
Tzur. Vide *Tyrus.*

U.

ULamais. 1061
Ulamluz nunum nomen urbis. 469
Ulamma. 1061. 500
Ulatha. 1061
Ulpianus Gazaeaeus. 793
Ulva, unde dicta. 348
Umbilicus, herba. 397
Umma. 1061
Unio rusticis dicitur species ceparum. 589
Urbes refugii, ubi. 6
— singulis tribubus adsignatae recensentur. 143
— Leviticae & sacerdotales recensentur. 164
— episcopales Palaestinarum enumerantur. 207
— dictae ab urbo. 349
— distinguuntur a Judaeis in majores & minores. 516
— αὐτονόμοι & coloniae. 693
— Ἑλληνίδες. 773. 789
— non fuerunt semper expugnatae ab illis tribububus, quibus erant a Deo assignatae. 841
— sitae aliquliquando fuerunt extra regionem illarurarum tribuum, quibus erant adsignatae. 842
Ursi in Palaestina. 378
Urvum quid. 348
Usha. 1061
Ussen scheera. 1062
Utz, regio Jobi. 71. 72. 266
— non fuit in terra Edom. 72

V.

VAllis Diocletiana. 234
— alba. *ibid.*
— spinarum ubi. 499
— Siddim est mare salsum. Num in ea sitae fuerint Sodoma, Gomorra & urbes vicinae. 254
— Kedron. 294
— Palaestinae valles describuntur. 347
— nomina diversa. 348
Vechta vetus, nomen fluvii. 273
Velorum textores Capharnomitae. 689
Velum pendens in foribus ecclesiae. 561
Venidius Rufus, quis. 403
Venus Aphacitis. 315
Venus mutata in piscem. 592
— statua ejus posita ab Hadriano in rupe crucis. 647
— templum ejus Gazae. 793
— statua ejus marmorea Gazae in quadrivio. 794
Vespasianus nomen Caesareae non dedit. 671
Vesuvius. 246
Veterocaria. 230. 1061
Via Egnatia. 398
— viae publicae in Palaestina describuntur. 405. *& seqq.*
Viatorum vallis. 354
Vici & villae quae. 516
Vinum Tyrium. 589. 985
— Sarephtinum. 985
— Saroniticum. 188
— quomodo aqua miscendum. *ibid.*
— Ascaloniticum. 288. 589
— ex hordeo apud Aegyptios. 381

Vinum Ascaloniticum, Sareptanum, Gazeticum. 381.792
Visionis vallis. 354
Vites. Frangere eas & perrumpere quando liceat. 261
— Inde dicta urbs Abel. 521
— plurimae in Palaestina. 381
— in Engedi. 743
— creverunt olim in rupibus. 310.389
— in monte olivifero. 339
— nullae in Aegypto. 381
— plurimae Gazae. 782
Vitis aurea in templo Hierosolymitano. 1017
Vitrum ex arenis Beli. 267.290
— ex litore Tyrio. 433
Vocales correptae & productae. 909
Vulturnus, flumen Campaniae, ad fontem retrocessit. 276

X.

XAloth, vicus, terminus Galilaeae australis. 367.1062

Z.

ZAbulon, urbs vicina Ptolemaidi. 129.159.701.1062.
Zeca. 1063
Zacchar, nomen Jordanis. 272
Zanatha, urbs Arabiae Petraeae. 463
Zanoach. 1063
Zara. Urbs Moabitica. 101
— pro Γάζαρα scriptum. 780
Zared. 133
Zebece. 663.1063
Zebulun, tribus. Urbes ejus & termini 159
— in confiniis ejus & Naphtali sita urbs Capernaum. 259
— portio tribus hujus non pertigit ad mare magnum. 539
— quomodo dicatur sedere ad litus marium, si non nisi ad unum mare pertigit. 539.540
Zenas, cujus apostolus meminit (Tit. 3.13.) episcopus Diospoleos. 879
Zenith, male dicitur. 55
Zenodoti regio. 109
Zenopolis, urbs Pamphyliae. 531
Zephyrium, urbs. 123.125
Zia. 464.1064
Ziph, ubi. 500.1064
Ziphron, ubi. 123.1064
Ziza, urbs Arabiae Petraeae. 464
Zmaragdus. Pila ex ea in templo Herculis Tyrii. 1052
Zoara. 71.102.230
— urbs Palaestinae tertiae. 217
— mare Zoarorum, sive Segor. 272
— eo usque se extendit campus a Jerichunte. 360
— sita ad litus australe lacus Asphaltitis. 451
— urbs Arabiae Petraeae. 463
— describitur. 1064. & sqq.
Zodocatha. 230
Zosimus Ascalonites. 594
Zosimus Gazaeus. 792
Zozoyma, urbs Arabiae. 1020
Zuzim, ubi. 79
Zygis, in Palaestina. 379
Zythus, potus Aegyptiorum. 381

FINIS.

5000

KSIĘGARNIA
ANTYKWARIAT
DOM KSIĄŻKI
Nr 614905